



1034

28  
—  
79

BOOK OF  
THE  
BIBLE  
AND  
A

POLETTA



CURSUS  
PHILOSOPHICUS

AD MENTEM

B. ÆGIDI<sup>I</sup> COL. ROM.

DOCTORIS FUNDATISSIMI, ORDINIS EREMITA-  
RUM S. P. N. AUGUSTINI PRIORIS GENERALIS,

ARCHIEPISCOPI BITURIC. AQUITANIA<sup>A</sup> PRIMATIS,  
ET S. R. E. CARDINALIS:

AUTHORE

R. P. M. F<sup>r.</sup> JOANNE

HIDALGO, ASTIGIENSI,  
PROVINCIAE BÆTHICÆ EJUSDEM ORDINIS S. P. N.  
AUGUSTINI EX-DIFFINITORE, IN SACRA THEOLOGIA  
DOCTORE, ATQUE IN UNIVERSITATE HISPALENSI

VESP. CATH. PROFESSORE:

AB EADEM PROVINCIA IN LUCEM EDITUS,

ET DICATUS

EXMO. PRINCIPI, ILLMO. DOMINO

D. F<sup>r.</sup> GASPARI

DE MOLINA, ET OVIEDO,

D. JACOBI CUBENSIS PRIMUM, DEINDE BARCINONEN-  
FIS, & nunc Malacitanæ Ecclesiæ dignissimo Praesuli, Catholici Regis  
a Consiliis, in Supremo Castella Senatu Praefidi, & S. Cruci  
bunalis Gubernatori, & Generali Commissario, ex eodem Pre-  
mitatum Ordine, & Bæthica Provincia  
assumpto.

TOMUS

II

COMPLECTENS DISPUTATIONES IN OCTO LIB. PHY-  
sicorum, in duas partes divisus.



CORDUBÆ: In Via Cisterciensi, per Petrum Arias à Vega,  
Anno Domini M. DCC. XXXVII.

M.  
EM.  
HAIH  
NES  
MUI

P

ae postquam id

huius recessus, huius recessus,



IN UNIVERSAM  
NATURALEM  
PHILOSOPHIAM  
DISPUTATIONES.

PROOEMIUM,  
ET OPERIS DIVISIO.

**D**PHILOSOPHIÆ NOMINE , POSTQUAM ID in Scholas , ut communiter fertur , Pythagoras primus invexit , institutum sciendi significatur , sive Scientia communiter dicta ; hæc , ut ex P. Augustino omnes habent , primâ sui divisione in triplicem dividitur partem , Naturalem , Moralem , & Rationalem . Naturalis , quæ eo talis dicitur , quia de rebus agit , quæ in natura sunt , tres item partes habet , juxta triplicem rerum abstractionem ; quidquid enim scitur , cùm perpetuum debeat esse , atque indefectibile , accipiatur , oportet secundum aliquam abstractionem à modo essendi , quem in re habet , ubi est tantum singulare , & corruptibile : aut ergo abstrahit à singularitate tantum , & consideratur sensibile ; de hoc agit Physica : aut abstrahit item à sensibili ; de hoc agit Mathematica : aut tandem ab omni materia abstrahit , & importat quid in eo quod quid est ; de hoc agit Metaphysica , quæ eo dicitur prima Philosophia .

Ex his ergo Physica communi nomine naturalis Philosophia dicitur , à Græco *Physis* , quod est Natura , aut quia non habens speciale nomen , retinuit sibi nomen commune ; aut quia magis propriæ naturæ le dicitur subiectum ejus . Hanc aggredimur , jure quidem post pra-

missam Logicam, quæ modum tradit sciendi, & ut ait S. Parens, est  
 scientiarum scienzia, & disciplinarum omnium via; ipsa quippe de sensibili, agens magis accedit ad connaturalem modum cognitionis nostræ, qui est ab imperfecto ad perfectum procedere, a sensibilibus ad intelligibilitam, & à minus ad magis abstractas; ea enim, quæ magis accedunt ad modum sensus, magis sunt nota nobis: patet ergo, quod secundum connaturalem modum cognitionis nostræ prius debet determinari de corpore sensibili naturali, de quo Physica; deinde de abstractiori à sensibili, de quo Mathematica; & ultimo de ipso quid abstractabendo ab omni materia, de quo Metaphysica. Non itaque congrue volebat Plato, accedentes ad Physicam considerationem prius esse in Mathematicis instructos, cuius institutum recens philosophantes sequuntur; non, inquam, congrue, quia contra connaturalem modum cognitionis nostræ à minus ad magis nota nobis procedit, qui à magis ad minus abstracta, & à Mathematicis ad Physicaria: neque refert, quod Physica theorematum Mathematicis rationibus, & exemplis congrue explicantur; quia enim gratiâ exempli adducuntur, per accidentem omnino sunt in facultate. Non item congrue nonnulli Metaphysicam Physica præmittunt, propter eamdem rationem; quamvis enim per communissima procedat principia, & viam habeant probandi cuiuslibet facultatis specialis veritates primas, & immediatas, ejus tamen subjectum minus est notum quoad nos, quia magis abstractans; quare non ab ipso ad alia, sed ab aliis ad cognitionem ejus procedere conaturalis exigit ordo intellectus nostri.

Physica itaque, cuius considerationem aggredimur, de mobili est: notat autem B. D. in Prol. ad lib. Sentent. quod quadrupliciter aliquid est de consideratione scientiæ; aut per se primò per omnem modum, & tale est subjectum specificans; aut per se primò, sed non per omnem modum, & tale est subjectum attributionis, seu principaliatis, quod per se consideratur, quia ratione sui, & per formam, quam in se habet; & primò propter principalitatem ad reliqua, quia nempe id est, in quo magis reservatur ratio specificatiæ; non tamen per omnem modum, quia aliquod particulare est, & subinde pars quedam totius subjecti; tertio consideratur aliquid per se, sed non primò, & tale est subjectum minus principale, seu attributum, quod pars est quædam subjecti, & ideo per se consideratur; nullam tamen principaliatem habet, & ideo non primò; tandem aliquid consideratur neque per se, neque primò, sed aut per accidentem, aut per aliud; per accidentem quidem, quod veluti gratiâ exempli attingitur, quod neque pars est, neque passio subjecti; per aliud vero, quod non ratione sui, sed ratio-

ne alterius attingitur. Pro quo ulterius notabimus, quod scientiam quilibet habet per se considerare, quae sunt per se partes, aut passiones subjecti sui; partes autem duobus modis sunt, aut subjectivæ, & in quibus ratio totius non reservetur, ut sunt partes ipsius mobilis materia, & forma; aut objectivæ, & in quibus ratio totius reservetur, cuius sunt partes, & sunt veluti species ejus, ut sunt mobile ad situm, ad formam, & ad vitam partes ipsius mobilis: aliter ergo de partibus subjectivis, aliter vero de objectivis agitur; nempe de objectivis, quae sunt species, & particulares rationes, in quibus ratio subjecti reservatur, agitur per se, & in speciali parte facultatis; de subjectivis vero, in quibus ratio subjecti non reservatur, non per se, sed per aliud, nempe ratione ipsius subjecti, cuius sunt partes; quare de istis non instituitur specialis tractatus, sed in eo attinguntur, in quo de toto agitur, cuius sunt partes.

Ex his ergo divisio patet, & ordo totius Philosophia: tota enim est de mobili secundum omnimodam totalitatem, seu prout consideratur tam in communi, quam in particulari; partes vero ejus sunt de partibus objectivis, in quibus ratio mobilis reservatur, sive de ipso mobili aliter, & aliter accepto: primus ergo tractatus, sive pars erit de mobili ut sic, ut est totum potestativum acceptum contra species suas; & in hoc tractatu de partibus subjectivis consideratur, materia, & forma, ac de affectionibus, & passionibus, quae sibi convenienter in eo, quod est mobile. Secundus tractatus est de mobili ad situm. Tertius de mobili ad formam tam substantialem, quam accidentalem. Quartus de mobili ad vitam; primus comprehendit octo libros Physicorum; secundus lib. de Cœlo, & Mundo; tertius lib. de Ortu, & Interitu; & quartus lib. de Anima. Nonnulli tertium subdividunt in mobile ad formam elementi, sive simplicis, & mixti; & deinde mobile ad formam mixti, in mobile ad formam mixti perfecti, & imperfecti, ut pro mobili ad formam elementi, tractatus de elementis; pro mobili ad formam mixti imperfecti, tractatus de Metheoris; & pro mobili ad formam mixti perfecti, tractatus de Generatione, & Corruptione insituantur: sed ista specialem, & diversam formam, ad quam est motus, non vero diversam mobilitatem important; quare in eodem tractato de mobili ad formam determinantur. His itaque quatuor tractatibus Philosophiam absolvemus, modum sequentes, & ordinem in praecedentibus statutum: de Procrenialibus vero satis potest constare ex dictis de Procrenialibus Logicæ, quod Physica est una scientia, speculativa simpliciter, non tamen unus simplex habitus; quare tantum superest difficultas de objecto ejus. Pro qua erit

# QUÆST. PROOEMIALIS,

## ET IN EA

### ARTICULUS UNICUS.

*Quodnam sit objectum specificativum hujus facultatis?*

g. I.

*Relatis sententiis, duplice conclusione probatur sententia*

B. D.

**A**D tres principales sententiæ revocari possunt. Prima afferit, subjectum Physicæ esse ens mobile, non verò corpus mobile. Ita S. Thomas in Prol. ad lib. Physic. Thomistæ communiter, & ex aliis Coimbr. Rub. & alii nonnulli, fatentur isti, quod ens, quod ponitur substantium Physicæ, non est ens commune ad substantiam, & accidentem, sed ens determinatè substantiale, neque substantia communis ad spiritualem, & corporalem, sed determinatè materialis, & corporæ; quare ex parte rei significare est corpus, quod tamen congruentius exprimi dicunt per ens mobile, quam per corpus mobile. Secunda sententia ponit, substantium in Physica neque ens esse,

neque mobile, sed corpus naturale. Ita Scotus, quem sequuntur Discipuli, qui pariter fatentur, naturale non accipi, prout dicitur contra supernaturale, sed prout habet naturam, seu principium motus.

Tertia sententia inter utramque media tenet cum prima, rationem formalem esse mobilitatem, & cum secunda, quod substantium non ens, sed corpus est; quare ponit corpus mobile in eo, quod tale. Hanc tenet B. D. in Prol. ad lib. Physic. & sequuntur Nostri omnes; ex aliis tenet Resolutus, quem sequuntur Discipuli apud Eliseum hic, & multi alii. Vides itaque, totam controversiam de voce esse; prima enim sententia, quanvis ens ponat, fatetur tamen, ex parte rei significare non ens, sed corpus esse; & quidem ens latius multò patet, quam consideratio Philosophia, aut mobilitas ejas, & multa sub se comprehendit, quæ non sunt physica considerationis: secunda item, quanvis ponat naturale, fatetur, quod ex parte rei significare idem significat, quod habens principium motus, seu quod idem est, mobile. Non itaque multum in controversia de voce immorari oportet.

oportet, quia tamen rationes B. D. ab aliquibus dicuntur infirmæ, eas oportet expendere.

2 Dicendum ergo primò, subjectum in Physica esse corpus, non verò ens. Hanc eisdem verbis habet B. D. & probat primò: Si subjectum Physicæ esset ens, non autem corpus, sequeretur, quod Physica esset Metaphysica, aut pars ejus; sed hoc est inconveniens: ergo. Minor ab omnibus supponitur, secundum triplicem enim abstractionem sunt tres scientiæ impermixtae, & non subordinatae, Metaphysica, Mathematica, & Physica. Major ostenditur: Ens mobile pars est objectiva, & veluti species entis; sed Scientia qualibet attingit subjectum, & partes ejus: ergo Metaphysica, cuius objectum est ens, debet attingere ens mobile tanquam partem subjecti sui, & consequenter ipsa Physica, si esset de ente mobili, Metaphysica esset, aut pars ejus. Tam major, quam minor coique possunt patere in ipsa Physica, quodcumque ejus subjectum ponatur; sicut enim tale mobile, aut naturale comparatur ad mobile, sive naturale ut sic, ita ens mobile, quod est tale ens, comparatur ad ens ut sic; sed quia tale mobile, sive naturale pars est quedam, sive species mobilis, sive naturalis ut sic, eadem Physica, quæ de mobili agit, aut pars ejus, agit de ta i mobili: ergo pariter. Hanc rationem con-

firmat B. D. Quia si subjectum in Physica esset ens, non verò corpus, ea non posset principia sua reducere ad immediata, seu per se nota; sed hoc est inconveniens: ergo. Patet min. tunc enim non demonstraret, neque esset scientia.

Prob. itaque major: Illa est propositio immediata, & per se nota, cuius prædicatum immediatè per se, & non per aliam causam convenit subjecto; sed nullam talem haberet Physica: ergo. Prob. min. Nullam propositionem habet facultas notiorem, & magis immediatam, quam illa, in qua prædicatur de subjecto passio illa, quæ est ratio determinans considerationem ejus; sed talis non esset in Physica immediata, si subjectum esset ens: ergo. Patet maj. quia ad illam omnes alias reducit, & nulla passio potest magis immediatè subjecto scientiæ convenire, quam ea, quæ est prima ratio caterarum. Min. ostenditur: Quoties passio non adæquat subjectum, neque ex principiis illius oritur, cum tali subjecto non facit propositionem immediatam; sed mobilitas non adæquat ens, neque oritur ex principiis ejus: ergo. Patet maj. talis enim passio, quæ ex propria ratione subjecti non oritur, causam debet habere, per quam illi conveniat; patet enim, quod si immediatè, & non per causam aliquam convenit, secundum pro-

priam

priam rationem illi convenit, & ad propriam rationem sequitur. Patet item min. si enim mobilitas enti convenit per se, & secundum rationem entis, quodlibet ens erit mobile, sicut quia risibilitas immediata, & secundum propriam rationem homini convenit, quilibet homo est risibilis; quod autem cuilibet enti mobilitas conveniat, aperte patet esse falsum, & ipsi fatentur Authores illius sententiaz: si ergo prima propositio, puta: *Ens est mobile*, non est in Physica per se nota, & immediata, patet, quod nulla alia posterior talis esse poterit.

3 Ulterius hanc rationem confirmat B. D. & magis explicat: Aut ly mobile determinans considerationem Physicæ convenit enti per se, & in eo, quod est ens, aut convenit per accidens, & est extranea ad rationem entis, seu illi convenit, in quantum est tale ens; sed si primum dicatur, tenet prior ratio, quod Physica erit pars Metaphysicæ; si autem dicitur secundum, tenet posterior ratio, quod Physica non erit scientia, neque habebit propositionem per se notam: ergo. Minor quantum ad primum sic patet: Quia tunc ens mobile dicit per se partem entis, nempè si ly mobile determinat ens in eo, quod ens est, sicut quia rectum, & curvum linea convenient per se in eo, quod est linea, sunt per se partes ejus, & ab eadem scientia determinan-

tur, quæ agit de linea: pariter ergo, si ly mobile enti convenit in eo, quod ens est, erit per se pars ejus, & eadem Metaphysica, quæ de ente agit, aget de mobili. Quantum ad secundum item eadem minor sic patet: Quia, si ly mobile per accidens enti convenit, & non in eo, quod est ens, sed in eo, quod est tale ens, ista propositio: *Ens est mobile*, non immediata est, sed per rationem talis entis mobilitas enti convenit, & de eo demonstratur; sed ad istam omnes alia reduci debent, mobilitas enim est prima passio determinans considerationem Physicæ: ergo nulla alia erit immediata, & haec Physica non habet per se nota, & indemonstrabilia, & sic neque demonstrat. Adde, quod si mobilitas enti convenit, non in eo, quod ens, sed in eo, quod tale ens, habetur propositum; tunc enim non ens, sed tale ens, cui mobilitas convenit, erit subjectum.

4 Aliter ulterius hanc suam rationem confirmat B. D. Quoties aliqua facultas de eodem alterius subjecto agit addendo passionem extraneam, & quæ non illi convenit per se, & in eo quod tale est, haec facultas illi alteri subalternatur, de cuius subjecto agit; sed si subjectum Physicæ esset ens mobile, tunc illa de eodem ageret subjecto Metaphysicæ addendo passionem extraneam: ergo Physica Metaphysicæ subalternaretur

propriè, & in rigore, scut Perspectiva Geometriae, aut Musica Arithmeticæ. Quòd hæc sequela sit inconveniens, ab omnibus supponitur; Physica enim per se, & propriè scientia est, neque aliter Metaphysicæ subalternatur, quam quævis alia specialis facultas, nempe latè accipiendo subalternationem. Maj. principalis patet ex dictis in Logica de subalternatione scientiarum, & item inductione in singulis; eo enim Perspectiva Geometriæ subalternatur, quia de cùdem agit linea, addendo passionem extraneam, nempe visualitatem, quæ non convenit linea in eo, quòd linea est; similiter Musica Arithmeticæ, quia de eodem numero agit addendo rationem sonori, quæ numero non convenit in eo, quod numerus est: ratione item patet, quia si passio addita subjecto convenit per se, & ut tale est, cùdeni facultas, quæ de subjecto agit, determinat de tali passione, quia debet determinare de his, quæ sunt per se partes, & passiones subjecti sui; quare Geometria de recto, & curvo determinat, quæ per se lineæ convenient.

Minor item principalis non minus clara est: in primis enim patet, quòd tunc Physica, & Metaphysica de eodem subjecto sunt, nempe de ente; patet item, quòd Physica adderet passionem extraneam, nempe mobilitatem; hæc enim non enti convenit in eo,

Tom. II.

quod ens est, alioqui quodlibet ens mobile esset, tali præsertim mobilitate, nempe physica, & sensibili; quæ est passio determinans considerationem Physicæ, quod patet esse absurdum: si ergo inconveniens est ponere, Physicam propriè, & in rigore alteri subalternari, fateamur oportet, quòd subjectum ejus non ens est, sed corpus, cujus est per se passio mobilitas sensibilis, seu abstractio à singulari tantum, quæ est passio determinans considerationem ejus.

5 Hanc B. Doctoris rationem multipliciter solvunt Doctores contraria sententia; primò itaque ad principalem rationem positam num. 2. respondent, quòd Physica esset pars Metaphysicæ, si mobilitas sic, adderetur enti, quod non constitueret novum scibile novas alias habens passiones; at ita est, quòd mobilitas enti addita constituit aliud scibile speciales passiones habens in eo, quod est mobile, quas non habet in eo, quod est ens: aliam ergo requirit scientiam, quæ tales passiones demonstraret, & hæc non erit Metaphysica, neque pars ejus.

6 Sed hanc solutionem aperte excludit ratio ipsa B. D. tūm, quia hoc ipsaratio probat, quòd mobilitas non alias habet passiones, quæ constituant novum scibile; si enim Physica est propriè scientia, oportet, quòd ratio ejus, quæ est prima passio, per quam

B

cate-

cæteræ demonstrantur , subjecto suo per se conveniat , & cum eo faciat propositionem immediatam , & per se notam : mobilitas ergo per se convenienti , & quia scientia determinat , quæ per se sunt partes , aut passiones subjecti sui , ea non constituet novum scibile , neque ad aliam pertinebit scientiam , sed de ea determinabit , quæ determinat de ente ; tūm iasuper , quia dato , quod intendit solutio , tenet altera ratio B. D. quòd nempè Physica erit subalterna , aut non erit propriæ scientia . Itaque sic contra solutionem instauratur ratio : Aut mobilitas enti convenit per se in eo , quod est ens ; aut non ? Si primum , non constituit novum scibile ; quia quæ determinat de ente , determinat de his , quæ sibi convenient per se in eo , quod est ens : si autem dicatur secundum , mobilitas non constituit scibile , & sic nec aliud scibile ; si enim non per se convenienti , non facit cum eo propositionem immediatam ; quare facultas agens de ente mobili , non habet reducere ad immediata , & sic neque demonstrari , nisi ut subalterna , & ratione alterius , à qua habet reductionem illius passionis ad immediata .

7 Resp. secundò ad eamdem rationem Rub. quòd id , quod additur subjecto alterius , poterit addi formaliter , & secundùm propriam rationem , qua est illius subjectum , & tunc tale additum

non constituit novum scibile , sed est pars præcedentis ; ita se habet mobile ad vitam relatè ad mobile ut sic , addit enim ipsi in eo , quod mobile est , & sub propria ratione , qua est subjectum Physicæ : alio modo potest addi materialiter , & non secundùm rationem formalem , qua est subjectum alterius ; & hoc sensu additio non facit partem præcedentis , & novum scibile constituit . Tunc autem hoc secundo modo mobilitas additur supra ens , nempè non secundùm rationem formalem , qua est subjectum Metaphysicæ , & sic ens mobile novum aliud scibile est ab ente , quod aliam scientiam requirit distinctam à Metaphysicæ . Addit Rubio , quòd si addere supra ens eo sensu , quo Physica addit mobilitatem , sufficeret , ut esset pars ejus , qualibet scientia specialis esset pars Metaphysicæ ; patet enim , quòd cuiuslibet subjectum sub ente continetur , & illi addit .

8 Nihilo melior est hæc solutio , imò solis verbis à præcedente differt : itaque si mobilitas non additur enti in eo , quod ens est , additur in eo , quod est tale ens ; quare non ens , sed tale ens , cui mobilitas additur , erit subjectum , & hoc intendimus ; si autem additur enti in eo , quod ens est , est per se passio ejus , & non constituit novum scibile , neque novam scientiam requirit ; & hoc intendit ratio B. D. & concedit solutio .

**Præterea:** Si mobilitas non convenit enti, ut ens est, est passio extranea, & non facit cum ente propositionem immediatam; quare agens de ente mobili non erit per se scientia, sed subalternata illi, quæ agit de ente. Ad id, quod addit, dicitur, quod alia scientiae non addunt enti, ut ens est; quare non de ente sub tali, vel tali passione, sed de speciali subjecto agunt, ut de quantitate continua, de numero, & similibus, ideo sunt per se scientiae speciales; & ideo contendimus, quod Physica non de ente, sed de corpore agit, aliqui non erit specialis scientia.

**9** Respondet tertio Merlin, ad aliam rationem B. D. positam n. 4. quod ad hoc, ut scientia alterius subalternetur, ultra duas illas conditiones tertiam requirit, nempe non solum, quod sit de eodem, & quod addat passionem extraneam, sed insuper, quod non habeat propria principia, sed ea accipiat demonstrata a subalternante; tunc autem Physica habet propria principia: licet ergo de ente sit addendo mobilitatem, quæ est passio extranea, non proinde Metaphysicæ subalternatur.

**10** Sed hæc solutio apertam involvit contradictionem: implicat enim, quod addat passionem extraneam, & quod habeat propria principia; si enim illa passio extranea est, cum subjecto non facit propositionem immediatam: minus ergo, quæ mediæ tali pas-

sione subjecto attribuuntur; at si mobilitas est ratio determinans ens ad considerationem Physicæ, quæcumque ea de ente determinat, ratione mobilitatis, & eâ mediante enti attribuit: si ergo ens cum mobilitate non facit propositionem immediatam, seu per se notam, & quæ sit principium, eo quod mobilitas extranea est, multò minus aliud quodlibet a Physica consideratum, & enti attributum faciet propositionem immediatam, seu principium.

**11** Resp. quartò ex doctrina Joannis à S. Thom. quam etiam indicant Complutenses, sive Thomistarum frequens: Quod ex parte rei significatæ ens mobile non importat ens in tota sua latitudine, prout commune est ad substantiam, & accidentem, corporum, & spirituale, sed determinatè materialem substantiam, de qua sola considerat Physicus; et tamen congruentius significatur per ens, quam per corpus, quia omne corpus esse mobile non est per se notum, siquidem probatur in 6. Physic, nulla autem scientia probat subjectum suum, siquidem id est præcognitum: quia ergo subjectum ex parte rei significatæ non est ens in tota latitudine sua, factæ rationes nihil urgent.

**12** Sed in primis hæc solutio relinquit, quod intendimus, nempe rationem subjectivam non ens, sed corpus esse. Deinde: Aequæ probant factæ rationes, quod ens

nequit esse subjectum Physicæ ex parte rei significatæ, & quod per ens non congruè explicatur; imò ipsa ratio, quam pro se adducunt, id ostendit sufficienter, quod nempè ens multa comprehendit, de quibus non agit Physicus. Insuper: Si non est per se notum, quod omne corpus est mobile, nec ex parte rei significatæ poterit subjectum esse corpus, sive substantia materialis; ex parte enim rei significatæ prima passio determinans considerationem scientia debet per se convenire subjecto ejus, & facere propositionem immediatam, seu per se notam; si enim per aliud convenit subjecto, neque est prima passio, sed illud aliud, per quod ea convenit; nec scientia erit propriè, & per se scientia, non enim poterit reducere demonstrationes suas ad immediata. Ulterius: Si corpus esse mobile non est propositio immediata, multò minus immediata erit, quod ens est mobile; imò hæc est falsa, ut ipsi etiam fatentur: ergo minus congruè per ens mobile, quam per corpus mobile subjectum Physicæ explicatur. Patet antec. immediatus enim corpori, quam enti mobilitas convenit; & patet, quod multa sunt entia, quæ non sunt mobilia, & de quibus Physica non agit, ut Deus, & Angelii; nullum autem est corpus, quod non sit mobile. Adde, quod S. Thom. non solum ponit, quod subjectum Physicæ est ens, sed

addit: *Non dico autem corpus mobile*; quare videtur corpus excludere, & sic non benè ad mentem ejus ponitur ex parte rei significata corpus esse. Ratio itaque illa, quod in 6. probatur mobile esse corpus, s. seq. soletur. Alias rationes hujus conclusionis vide apud Nostros Manso, & Uillanovam.

13 Dicendum secundò, quod ratio formalis determinativa corporis ad considerationem Physicæ mobilitas est, non verò naturalitas, seu habere naturam. Hanc non probat B. D. quoniam suo tempore de ea non dubitabatur; ea tamen de facili potest multis probari: & primò ipsa ratione, in qua multum se fundant Doctores contrariae sententia, quod nempè Physica non solum mobile, sed etiam quiescibile attingit, sic itaque formatur ratio: Quoties aliqua facultas duo attingit, quæ se habent ut forma, & privatio, ratio formalis ejus non est ad utrumque communis, sed forma ipsa, & per eam innotescit privatio; sed mobile, & quiescibile se habent ut forma, & privatio: ergo Physica de ntroque agens, non ab aliquo communis ad utrumque, sed ab ipsa mobilitate habet specificari. Patet min. quia quies nihil est aliud, quam cessatio à motu, sive carentia ejus. Major item nota est, quia forme, & privationi nihil est commune; privatio item neque idem habet, neque

neque per se innatescit, sed per formam, cuius est privatio, quia *rehum est index sui, & obliqui;* patet item, quod quacumque facultas à positiva ratione specificatur, agit tamen non solum de ipsa, sed de privatione, & deficiet, quo ab ipsa deviatur.

14 Prob. secundò: Illud est subjectum in quacumque facultate, cuius per se partes considerantur in partibus facultatis; sed in partibus Physicæ non considerantur partes corporis naturalis, immo nullas habet per se considerabiles in eo, quod naturale est; considerantur autem partes mobilis in eo, quod est mobile: ergo. Patet maj. quia sicut scientia ad subjectam, ita partes scientie ad partes ejus comparantur. Prob. min. Partes subjecti, quæ in partibus facultatis per se considerantur, sunt partes objectiva, in quibus ratio subjecti conservatur, & quibus sit aliud, & aliud particulare subjectum; sed in partibus Physicæ non consideratur aliud, & aliud naturale, immo neque est aliud, & aliud in eo, quod est naturale, bene autem aliud, & aliud mobile: ergo. Patet major, quia de partibus, in quibus non reservatur ratio totius, non agitur per se, sed per totum, cuius partes sunt; quare de materia, & forma non instituitur specialis pars Physicæ. Patet item min. quia ea, de quibus Physica agit, non aliam, & aliam naturalitatem habent, bene au-

tum aliam, & aliam mobilitatem; ut ad situm, ad formam, & ad vitam: non ergo aliud, & aliud naturale, bene autem aliud, & aliud mobile sunt.

Confirmatur hæc ratio: Mobile ad situm per se considerat Physica, & de eo est specialis pars ejus distincta à reliquis; sed non considerat in eo, quod est naturale, sed in eo, quod est mobile: ergo ratio ejus non naturalitas, sed mobilis est. Patet maj. quia de eo est consideratio in lib. de Cœlo, & Mundo. Patet item minor, tūm, quia Cœlum non differt à reliquis in ratione naturalis, differt tamen in ratione mobilis, diversam nempè habet mobilitatem; quare, si de eo considerat Physicus in eo, quod naturale est, non debet speciale partem instituere; tūm deinde, quia patet, quod de Cœlo, quod est, aut non est secundum formam transmutable, non oportet speciale partem instituere, quia in lib. de Ortu, & Interitu sufficienter determinatur de omni transmutatione, & motu secundum formam: si ergo de eo specialis pars instituitur, eo est, quia speciale habet mobilitatem, qua tantum secundum situm mobile est.

15 Probat. tertio: Naturales seu habens naturam magis dicitur de eo, quod moveat, aut natum est movere, quam de eo quod movetur; sed subjectum Physicæ non est, quod natum est movere, sed

sed quod natum est moveri, & transmutari: ergo. Maj. nota est, quia natura aut tantum dicitur, aut magis saltim de principio activo motus. Min. primò patet in textu Philosophi; ait enim, quod Physica est: *Circa tale ens possibile moveri.* Deinde ostenditur ratione: Quia Angelus per se, & directè habet movere, etiam physico, & sensibili motu, tūm, quia Intelligentia motrix Cœlos movet; tūm, quia Angelus potest quolibet corpus movere; sed de Angelo non considerat Physicus per se, & directè, sed tantum indirectè ratione Cœli, quod ab eo moveretur, & tantum hujusmodi motum, non verò naturam ejus: ergo.

Confirmatur: Naturale esse, seu habere naturam Deo convenit, & Angelis, imò per prius, & magis, quam corpori; sed de Deo, & Angelis non considerat Physica: ergo ratio ejus non est naturalitas, seu habere naturam. Neque dicas, quòd ratio ejus est naturalitas, quæ non abstrahit à sensibili, & hæc Deo, & Angelis non convenit: Contra est, primò: Ratio formalis determinativa Physicæ non abstrahit à sensibili; sed naturalitas propriè, & simpliciter à sensibili abstrahit, non autem mobilitas: ergo magis ista, quam illa est ratio formalis determinativa Physicæ. Secundò: Si non naturalitas ut sic, sed tantum quæ non abstrahit à sensibili, est ratio

determinativa Physicæ; non per se, & ut est naturalitas, habet sic non abstrahere, sed ex aliquo determinante: ergo non ipsa naturalitas, sed hoc determinans erit ratio propria Physicæ; tale autem determinans est motus, seu mobilitas.

16 Prob. quartò: Id est ratio formalis determinativa subjecti ad considerationem Physicæ, quod cum eo facit propositionem immediatam; sed ita est mobilitas, non verò naturalitas: ergo. Maj. abundè ex dictis patet, tūm hic, tūm in Logica disp. 5. q. 3. & 4. si enim prima passio non immediate, & per se convenit subiecto, ea habet per alteram demonstrari, & sic Physica non erit scientia, non enim poterit reducere ad immediata, & indemonstrabilia, cùm omnia habeat reducere ad primam passionem. Min. ostenditur: Id facit propositionem immediatam, ut in proposito requiritur, nempe quæ poslit esse demonstrationis principium, quod subiecto convenit per se, & immediate, ita tamen quòd non est ejus quidditas; sed ita se habet mobilitas, non verò naturalitas: ergo. Maj. abunde probata est disp. 5. Logic. q. 3. a. 5. nempe per quidditatem subiecti nihil de eo demonstratur. Minor item patet, quantum ad primum quidem, quia mobilitas non est quidditas corporis, ipsi tamen non per aliud, sed per se convenit mobile esse;

esse ; quantum ad secundum deinde , quia naturalitas , seu habere naturam cuique convenit per suam quidditatem , & siquidem natura uniuscujusque ipsa est ejus quidditas , & per id convenit habere naturam , per quod convenit habere quidditatem.

I. II.

*Solvuntur Argumenta.*

17 **A** Rgitur primò contra primam conclusionem communi Thomistarum fundamento , quod est ratio ipsa , quam innuit D. Thomas , & sic formatur : Nulla scientia probat subjectum suum ; sed in Physica probatur corpus mobile esse : ergo corpus mobile non est subjectum Physicæ . Major notissima supponitur ; ait enim Philosophus in 1. Post. quod de subjecto oportet præcognoscere quia est , & quid est , Min. item patet , quia in 6. Physic. cap. 3. text. 32. probatur , quod omne mobile est corpus . Hanc rationem confirmat Cajetanus opusc. de subject. Physicæ : Nulla scientia potest probare primam passionem de subjecto suo ; sed Physica demonstrat mobilitatem de corpore : ergo . Patet maj. si enim prima passio probatur inesse subjecto , per aliquid probatur , quare per id inest , & sic non est prima passio . Patet item min. quia probare , quod omne

mobile est corpus , est probare , quod mobilitas inest corpori ; id autem probatur loco citato .

Confirmatur ulterius : In nulla facultate dubitatur de subjecto suo , neque an est , neque quid est ; sed in 1. Celi investigatur notitia corporis : ergo . Maj. ex dictis patet , quia de subjecto præcognoscitur quia est , & quid est ; min. autem constat legenti textum . Præterea objicit contra se B. Doctor : Mobilitas adæquatetur corpori , & cum eo convertur , itz quod & omne mobile est corpus , & omne corpus est mobile : ergo si subjectum Physicæ est corpus , superfluè additur mobile .

18 Resp. ad argumentum neg. min. cum sua probationem loco citato intendit Philosophus , quod mobile partibile est , & divisibile ; quare sic incipit capa 4. quod textui 32. respondet : Omne autem , quod mutatur , divisibile esse necesse est ; id probat ex quidditate motus ; & ratio talis est : Motus est de necessitate inter duos terminos à quo , & ad quem ; aut itaque quod movetur , est in termino à quo , & nondum ceperit motus ; aut est in termino ad quem , & jam finitus est motus : si ergo motus est , oportet , quod partim sit in utroque termino , & sic partes habet . Uides itaque , quod non probat mobilitatem inesse corpori , aut mobile esse corpus , sed unam quamdam corporis passionem in eo , quod est mo-

bile, nempē partibilitatem; pēt  
mobilitatem probat, seu per quid-  
ditatem motū.

Quo patet ad confirmationem Cajetani, neg. enim min. cūm  
sua probatione; non enim probat Physicus, quod mobilitas inest  
corpori, aut quod mobile est cor-  
pus, sed tantum, quod mobile est  
divisibile, quod utrumque suppo-  
nit, & mobilitatem inesse corpo-  
ri, & corpus esse mobile. Ad se-  
cundam confirmationem dicitur  
primò, quod Philosophus ipse 2.  
Post. docet, quod quæstiones sunt  
quatuor, nempē: *Si est: An est:*  
*Quid est: & Propter quid*, & ex  
his duæ sunt de subjecto, nempē:  
*Si est, & Quid est: utrumque ergo*  
de subjecto queritur; quare neg.  
maj. & ad probat. dicitur, quod,  
ut patuit in Logica disp. 5. q. 3.  
art. 1. *An est, & Quid est* alio mo-  
do sunt prænotiones, alio verò  
quæstiones, nempē supponit  
quid nominis, & quia est verum  
ens naturæ, cum quo stat, quod  
queratur quid rei. Dicitur secun-  
dò, quod in 1. Celi non investi-  
gatur quidditas corporis, sed va-  
riæ affectiones ejus, ut 1. cap.  
quod corpus est perfecta magni-  
tudo, nempē trinam habens di-  
mensionem. Secundò, quod cor-  
pus simplex naturâ suâ habet cir-  
culariter moveri. Tertiò, quod  
nec grave, nec leve est. Quartò,  
& reliquis variæ passiones pro-  
bantur de motu circulari: quare  
secundò neg. min.

Ad alteram confirmationem  
ex eo, quod contra se objicit B.  
D. respondet ipse, quod ly mobile  
additur non ut forma consiliens  
concretum, sed ut ratio determinans  
considerationem corporis;  
licet enim omne mobile sit cor-  
pus, & è converso, habet tamen  
considerari in eo, quod quid est, à  
Metaphysico; in eo, quod quan-  
tum, à Mathematico; & in eo,  
quod mobile à Physico; quare  
non superfluit, sed necessaria est  
additio; & sic neg. conseq.

19 Arguitur secundò, & est  
fundamentum Joannis de S.Tho-  
ma: Motus, qui est prima passio  
subjecti Physicæ, non definitur  
per ordinem ad corpus, sed per or-  
dinem ad ens; sed definiti habet  
per ordinem ad proprium, & per  
se subjectum: ergo. Maj. in qua  
sola esse potest difficultas, habe-  
tur expressè in 3. Phy ic. ubi de-  
finitur motus: *Actus entis in po-*  
*tentia prout in potentia*. Hoc ar-  
gumentum non benè cum doctri-  
na ipsius arguentis coheret; ipse  
enim supponit, quod motus non  
convenit enti, ut ens est, alioqui  
conveniret omni enti; & ideo por-  
nit, quod ex parte rei significata  
subjectum Physicæ non ens est,  
sed substantia materialis, sive cor-  
pus: non ergo motus est entis pro-  
pria, & per se passio.

20 Resp. itaque neg. maj. &  
ad probat. ejus dicitur, quod mo-  
tus definitur *Actus entis*, sumpto  
ly *entis* participialiter, non vero  
nomi-

**N**ominalitèr; nempè actus illius; quod est in potentia; quare verba Philosophi text. 6. hæc sunt: *Cùm autem eorum, quæ in unoquoque genere collocantur, aliud actus, aliud potentia sit, actus ejus, quod est potentia, ut tale est, motus nimirum est.* En in unoquoque genere illius, quod est potentia, actus dicitur motus, non ergo entis, prout sumitur nominaliter; & ratione patet de facili: Motus enim, qui est prima passio subjecti Physicæ, tale respicit per se subjectum, quod sit sensibile; Physica enim a sensibili non abstrahit; at ens non est per se sensibile, sed materiale, sive corpus.

21 Arguitur tertio ex aliquibus Philosophi locis, quibus indicat satis aperte, quod Physica est de ente mobili; sed clarius id habet 6. Metaph. textu 1. ubi ait: *Naturalis speculativa quedam profecta est; sed speculativa circa tale ens, quod possibile moveri.* Resp. quod, qui textum Philosophi legere velit, nullâ indiget expositione: Philosophus itaque 6. incipit per hoc, quod scientia qualibet principia investigat, & causas subjecti sui; ait deinde, quod alia à Metaphysica circa aliquod genus entis sunt, & sola Metaphysica circa ipsum ens; deinde de Physica specialiter considerans, sic ait: *Cùm autem Physica etiam circa quoddam genus entis scientia sit ( etenim circa tam substantiam est, in qua principium*

Tom. II.

*est motus statu, qui in ea est ( patet, quod neque activa, neque factiva est.* Ostendo deinde hoc, quod neque activa, neque factiva est, concludit, quod est speculativa; & addit, quod speculativa non circa ens, seu quid, sed circa tale determinatum ens, nempe, quod possibile moveri.

22 Arguitur quartò: Quia Metaphysica tractat non solùm de substantia, sed etiam de accidente, ejus subjectum non substantia est, sed ens communis ad substantiam, & accidens; sed Physica tractat non solùm de corpore, sed etiam de accidentibus ejus: ergo. Confirmatur: Non omnia, quæ tractantur in Physica, reduci possunt ad corpus, benè autem ad ens; sed subjectum in quacumque facultate est id, ad quod reduci habent omnia, quæ tractantur in illa: ergo. Maj. prob. In Physica tractatur de vacuo, de infinito, de Intelligentia motrice Cœlorum; sed hæc, & similia ad corpus reduci non possunt, benè autem ad ens: ergo. Patet min. quia vacuum, & infinitum corpori repugnant, Intelligentia autem Spiritus est; nequit autem ad corpus reduci, quod corpori repugnat.

23 Resp. ad argumentum disting. maj. Quia Metaphysica tractat de substantia, & accidente per se, & per rationem, quæ est in utroque, nempè ipsum quid, conced. maj. quia tractat præcisè, neg. maj. & disting. eodem sensu

C.

min.

min. Sed Physica tractat de corpore, & accidentibus ejus per se, & per rationem, quæ sit in utroque, neg. min. tractat de corpore per se, de accidentibus verò ejus per aliud, & ut sunt affectiones, & passiones ipsius corporis, conc. min. & neg. conseq. Ad confirmationem neg. maj. & ad prob. ejus neg. min. quo enim sensu illa attingit Physicus, pertinent ad corpus in eo, quod est mobile, nempe vacuum attingitur, ut in quo corpus moveri nequit; infinitum, ut passio uno modo conveniens motui, alio modo corpori repugnans, nempe categorematicum, sive in actu; similiter de Intelligentia agitur, quatenus movet corpus Cœleste: patet ergo, quod hæc, & similia ad corpus reducuntur, & ratione illius attinguntur in Physica. Adde, quod àquæ illa corpori repugnant, & enti, de quo posset agere Physica; tale enim deberet esse sensibile, seu cui convenientat non abstrahere à sensibili; jam autem Spiritus non minus corpori, quam sensibili enti repugnat; infinitum pariter àquæ repugnat omni enti creato; & vacuum patet, quod est carentia, & non ens.

24 Contra secundam conclusionem arguit primò Merlin. ex textu superiùs adducto ex 6. Metaph. quo ait Philosophus, quod Physica est Circa talēm substantiam, in qua principium est motus, & status, qui in ea est; quo

aperte indicat, quod ratió determinativa Physicæ est naturalitas, seu habere naturam, nempe principium motus, & quietis. Idem habet 11. Metaph. cap. 1. ubi ita habet: *Et omnino dubitare aliquis possit, qualis nam scientia sit de Mathematicorum materia dubitare. Neque enim Naturalis, eo quod circa ea, quæ in se principium motus, & quietis habent, omnis naturalis intentio est.*

25 Resp. quod in utroq loco de eo determinat Phil. de quo est Physica, ut accipitur contra id, de quo est Mathematica, aut Metaphysica; & quia Metaphysica de ente est in eo quod quid, Mathematica verò de quanto, ut determinetur speciale genus, circa quod est Physica, sufficit assignare naturale; quia enim Mathematicus à sensibili abstrahit, querere de materia Mathematici, patet, quod ad illum non pertinet, cuius consideratio determinatur ad naturale, siquidem abstrahens à sensibili non est naturale. Posset item dici, quod habere principium motus pro eodem accipit, ac mobile esse, seu connaturaliter motum habere; patet enim, quod prima passio subjecti Physicæ motus est, & ad hanc reducit quidquid de eo considerat.

26 Arguit secundò idem: Corpori naturali coaveniunt omnes conditiones requisitæ ad rationem subjecti; nam prima est, quod de ipso debet presupponi quia est;

est, & quid est; & utrumque supponit Physicus de naturali corpore; secunda conditio est, quod habeat passiones, & principia, quae de ipso probentur; & haec item convenit, quia per definitiōnem corporis naturalis probat Philosophus multas passiones; tertia demum, quod adaequetur ipsi scientiae; patet autem, quod quidquid considerat Physica, est naturale corpus; & similiter quidquid est naturale corpus, est de consideratione ejus.

27 Resp. primò, quod æquè corpori mobili, & corpori sensibili omnes illæ conditiones convenient, ut de se est manifestam; ratio autem est, quia valde communiter conditiones assignantur, neque ex eis habetur quidditas subjecti. Resp. secundò, quod controversia est cum Scotistis, non de subjecto, sed de prima passione, quae est ratio formalis determinans considerationem ejus; jam autem talis ea est, ex qua cæteræ probantur, & quae non ad aliam priorem reducitur: tunc autem ex naturalitate ne unam quidem Philosophus probat, imò naturalitas ad mobilitatem reducitur, & ex motu definitur natura: magis ergo mobile esse, seu motui subjici est prima passio, seu ratio determinans.

28 Arguit tertio Mastrius: Quando mobilitas assignatur passio determinans considerationem Physicæ, aut intelligitur mobili-

tas formalis, quæ est passio secuta ad corpus, aut mobilitas radicalis; sed neutro modo est ratio determinans: ergo. Prob. min. & primò de mobilitate formalis: Quia tunc scientia naturalis non consideraret quidditatem, & principia intrinseca ipsius substantiæ, sed tantum accidens, nempe istam passionem; hoc autem absurdum esse patet, quia de substantia naturali, & partibus ejus intrinsecis, nempe de materia, & forma determinatur in 1. Physic. Sequela autem ostenditur: Quia ab eo, quod est ratio formalis, limitatur consideratio facultatis, ut non possit id excedere; tunc autem esset ratio formalis aliquod accidens, nempe formalis mobilitas: ergo. Rursus: Si ita sumitur mobilitas, non erit prima passio; supponit enim mobilitatem radicalem, à qua fluit, & haec erit prima passio. Deinde quantum ad alteram partem probatur principalis minor: Quia Philosophus considerat quidditatem rei naturalis adæquate, & in eo quod principium est omnium passionum, & affectionum, quæ sibi convenient: non ergo solùm considerat, quatenus habet radicalem mobilitatem. Patet antec. considerat enim quantitatem, qualitatem, locum, tempus, & alia omnia accidentia.

29 Resp. quod non bene passio determinans considerationem Physicæ imaginatur proprietas substantiæ superaddita; dicitur

enim passio subjecti, quod de illo prædicatur. Non itaque aliqua est mobilitas formalis, & quæ sit accidentis Physicæ superadditum, sed mobilitas determinans considerationem Physicæ ipsa est substantialis, & radicalis aptitudo ad motum; agit nempē Physica, ut sape ait Philosophus, de materiali substantia, quatenū nata est moveri, & transmutationem subire, & hujus considerat principia, partes, & passiones sub hac determinatione, scilicet, quatenū est mobilis; quare si de accidentibus considerat, hoc tantū sensu illa accipit, quatenū motui conducunt, & ideo de quantitate non considerat rectam, aut curvum, triangulum, aut quadrangulum, & alia hujusmodi; quia, quamvis ista habeat substantia naturalis, sibi tamen non convenient in eo, quod est mobilis, neque ad motum aliiquid conferunt. Ex quo posset ratio deduci contra argumentum: In eo, quod est corpus naturale, aliquam habet figuram; sed figura non est de consideratione Physici: ergo non est subiectū ejus corpus in eo, quod naturale.

30 Arguitur quartò ratione, quam suprā innuimus: Ratio determinans considerationē Physicæ debet adæquare, & sub se comprehendere id omne, quod Physica considerat; sed considerat Physica non solum mobile, sed etiam quiescibile: ergo ratio ejus non mobilitas est, quæ alterum

tantū, sed naturalitas, quæ utrumque comprehendit. Ad hoc jam suprā patet in prima ratione hujus conclusionis: itaque disting. min. Debet adæquare totam id, quod Physica considerat, prout ea considerat, conc. maj. debet adæquare per se, & formaliter quidquid considerat, neg. maj. Multa enim non per se considerat, sed indirectè, & per aliud, & ita considerat quiescibile; non mobile enim, seu, quod idem est, quiescibile, aut omnino non considerat, aut tantū considerat in ordine ad mobile.

31 Tandem arguitur, quod item contra se habet B. D. Nihil est subiectum totius, & partis; sed corpus mobile est subiectum in aliqua parte Physicæ: ergo non est subiectum totius Physicæ. Patet maj. quia quod adæquat considerationem partis, non potest totam facultatem adæquare. Patet item min. quia de mobili ut sic consideratur in lib. Physic. qui, ut patet, pars sunt totius Physicæ. Ad hoc item ex dictis patet, tūm hic, tūm in Procem. Log. dist. maj. Nihil sub eadem cōsideratione est subiectū totius, & partis, cōc. maj. sub diversa, neg. maj. Itaq mobile ut sic, quatenū est totum, cuius partes sunt particularia mobilia, adæquat considerationem totius Physicæ; at verò mobile ut sic, ut excludit particularia mobilia, & est quodammodo pars, consideratur in lib. Phys. De quo proinde

TRACT,

12

TRACTATUS I.  
DE CORPORE  
MOBILI  
SECUNDUM SE.

DISPUTATIO I.

DE PRINCIPIIS INTRINSECIS CORPORIS  
NATURALIS.

**T**RACTATUS ISTE JUXTA DIVISIONEM in Proœmio statutam comprehendere debet, quæ pertinent ad Corpus mobile ut sic , & in communi ; ea nempè , de quibus Philosophus agit in octo lib. Physic. scilicet principia, causas, & affectiones, quæ sibi in eo, quod mobile est, conveniunt, de quibus in sequētibus Disputationibus determinabimus. Itaque de principiis intrinsecis hæc considerantur , primūm de principiis in communi. Secundò in particulari de materia. Tertiò de forma. Quartò de unione. Et tandem de toto ex materia, & forma constituto. Quare sic

QUÆST.

# QUÆSTIO PRIMA

## DE PRINCIPIIS IN COMMUNI.

ARTICULUS I.

*Quid sit Principium?*

**M**issis, quæ ad propositionem non referuntur, multis Principii acceptionibus, id in presenti idem significat, quod elementum, sive pars intrinseca. Primum componens; hoc sensu principium definit Philosophus in Physic. cap. 5. text. 42. per hæc verba: *Principia namque neque ex se se mutuò, neque ex aliis, & ex ipsis omnia esse oportet.* Primum, ait, Principia non esse ex aliis; tunc enim principiata erunt, & sic non principia: rursus, quod neque ex se se invicem, quo exceptuar, quæ communiter dicuntur elementa, quamvis ea quodammodo principia sint, nempè mixti, quia se invicem transmutant, & ex se invicem sunt; tunc autem queritur de principiis corporis ut sic, & in communis sive simplex id sit, sive mixtum: tandem dicitur, quod ex ipsis omnia esse oportet, alioqui non per se principia erunt corporis, sed per accidens, si nem-

pè contingat, aliquod corpus ex ipsis non esse.

2. Pro intelligentia hujus definitionis dubitatur primo: An eas sit de principiis *in fieri*, an *in facto esse*? Martin. apud Merin. hinc vult, solam definiti principia ipsius facti, non vero quoad fieri. Probat ex eo, quod Philosophus non ait, quod ex principiis omnia fiunt, sed quod ex eis omnia oportet esse, seu constare, quod ipsum factum indicat. Rursus: Privatio non est, ex quo omnia oportet esse, cum enim sit non ens, nullum ex ea esse oportet; at ea est principium ipsius fieri: non ergo principia quoad fieri illa definitione explicantur, sed ipsius facti.

Per oppositum Mastrius hic quodammodo concl. 2. vult, definiri tantum principia generationis, seu corporis *in fieri*, non autem geniti seu *in facto esse*. Probat primum ex Philosopho hinc text. 68, ubi epilogans se a signasse principia rerum naturalium, ne aliquis suspicaretur de principiis loqui rei genitæ, ait se explicasse *Principia rerum naturalium*, que circa generatio-

nem,

Si nemp̄ principia rei genitæ excludens, de quibus postea agit in 2. Deinde ratione: Quia, et si materia, & forma sunt principia facti, non proinde insertur, hic definiri ut talia, cum etiam sunt principia in fieri; nec etiam bene dicereatur, hic definiri in utroque sensu; tūn, quia in hoc 1. Physic. semper consideratur materia ut subjectum transmutationis, & forma ut terminus ad quem; per has autem habitudines exprimuntur eorum causalitates in fieri, in facto enim explicantur per esse partem potentiale, & actualem; tūn deinde, quia ut sunt principia rei genitæ, considerantur in 2. sub nomine causarum intrinsecarum.

3. Dicendum nihilominus, quod principia hic definitiuntur communiter ad fieri, & factum esse. Quid ex ipso Philosopho potest de facili ostendi: postquam enim cap. 5. in transmutatione ipsa principia ostendit, cap. 6. de numero principiorum considerare incipit, & relatis aliorum positionibus, concludit: Patet igitur, neque unum elementum; neque plura duabus, vel tribus esse. Horum autem utrum sit afferendum, magnam dubitationem nimirūm habet. Deinde hanc solvens dubitationem seq. cap. ponit, quid si genitum est Musicum, oportet considerare immusicum, ex quo fiebat, & hominem ipsum, qui transmutatur, & Musicus factus est, ac

deinde Musicam, quam acquirit; ex his enim duobus, quæ contraria sunt, musicum, & immusicum, immusicum duo includit, nemp̄ hominem, & non musicum: tūn autem ait, quod ex his duobus alterum permanet, alterum non permanet: Nam homo quidem permanet, cum sit musicus homo; non musicum autem, & immusicum, neque simplex, neque compositum permanet, hoc est, neque manet privatio, neque subjectum privatum: ex hoc concludit, quod uno modo duo sunt, nemp̄ quod manet; alio modo tria, nemp̄ contraria, quorum alterum duplex est, quod manet, & quod non manet.

Sic ergo ait text. 67. Quia propter ipsa principia tūn duo, tūn tria dicenda sunt, & tūn contraria; & paucis interjectis: Quia re principia neque plura contrariis quodammodo sunt, sed duo, ut ita dicam, numero; neque rursus penitus duo, quia ipsorum ratio est diversa, sed tria; & inferius: Has autem quonam pacto duo sunt, ac plura, paulò ante diximus. Patet igitur, quod principia, prout illa definitione explicantur, uno modo sunt tria, alio modo sunt duo; sed tria sunt principia generationis, sive fieri, nemp̄ terminus à quo, & ad quem, & subjectum; duo autem ipsius facti, nemp̄ perfectibile, & perfectio, sive subjectum, & terminus ad quem, eo quod non manet terminus à quo: ergo

ergo definitio communiter utriusque principia comprehendit. Rutilus: Aque his, & illis convenit definitio, tam enim fieri ex illis tribus constat, quae neque ex se invicem sunt, neque ex aliis, quam factum esse ex illis duobus.

4 Motiva autem utriusque partis in contrarium facile est solvere. Primo quidem ad ea, quae adducit Martin. dicitur, quod sensus Philosophi clarè patet; vult nempe, quod ex principiis omnia coalescent proportionaliter, nempe factum, quod est permanens, ex principiis manentibus, & in facto esse acceptis: fieri verò, quod est transitus, & via, ex principiis non manentibus, & in esse, sed in via, & transitu acceptis: quo patet ad rationem, privatio nempe, eo quod est non ens, ipsius facti, & in esse nequit esse pars, aut principium, bene autem transitus, sive fieri, tanquam id quod derelinquitur: preterquamquod artic. seq. ostendemus, quod privatio non est principium etiam ipsius fieri; docet eam Philosophus, ut ibi patet, quod musicum sit per se, & primo ex eo, quod aptum est musicum esse.

Deinde ad motiva Mastrii dicitur, quod sensus Philosophi jam patuit supra; si enim principia assignavit generationis tantum, sive ut accipitur contra genitum; neque oportuit distingue te, quod manet, & quod non ma-

net; neque dicere debuit; quod uno modo tria, alio autem duo sunt, generationis enim tria sunt præcisæ, terminus ad quem, & ad quem, & subjectum transiens de uno ad alterum. Deinde ad rationem, quod sicut, quia materia, & forma principia sunt ipsius fieri, non licet inferre, quod tantum determinat de principiis facti; ita è converso, quia principia sunt facti, non licet inferre, quod tantum determinat de principiis fieri. Ad primum in contrarium negatur assumptum, quod tantum considerentur materia, & forma in 1. Physic. ut sunt principia transmutationis, sive subjectum, & terminus ad quem; immo magis, & potissimum, ut sunt principia ipsius facti, cuius notitia intenditur; quare omnes, & ipse etiam Mastrius, post inquisitionem de materia, & forma, de toto agunt, quod ex utrâque resultat. Ad alterum, falsum omnino est, quod in 2. agatur de materia, & forma, ut sunt principia facti: alia enim est ratio principii, & causa, nempe materia v. g. causa est formæ, non verò totius, quippe formam, non verò totum recipit; è contra autem principium est totius, non verò formæ, quia totum, non autem formam constituit ut pars intrinseca: in 1. ergo de materia, & forma determinatur, ut principia sunt, non ad se invicem, sed totius; in 2. autem, ut eansae sunt, non totius, sed sui invicem.

5 Dubitatur secundò: An generationis, & compositi tantum substantialis, an accidentalis item principia hic definitantur? Amic. apud Mastr. cit. q. 2. vult, solius generationis substantialis principia hinc assignari. Probat primò, quia Philosophus materiam hinc tantum definir, quæ solius substantialis generationis est principium. Secundò, quia plura hinc dicit, quæ de sola substantiali generatione vera sunt: ergo de illa tantum loquitur. Tertio, quia materiam corporis naturalis explicat per analogiam ad subjectum, & materiam in artificialibus: ergo de generatione accidentalí tantum per accidens, & gratiâ exempli loquitur. Quartò, quia de accidentibus agit Physicus indirectè, & ratione corporis: ergo de accidentalí generatione pariter per accidens, in quantum conducit ad explicandam substantiam.

6 Hanc dubitationem Philosophus ipse satis aperte solvit, nam cap. 7. quo de numero principiorum dubitationem solvit, sic incipit: *Hoc igitur modo nos dicimus, primum de omni generatione simplicitate pertractantes; eis enim nature accommodatum primum communia disere; deinde ea, quæ circa unumquodque sunt propria, contemplari: nam quipiam è quopiam, ac aliud eis alio fieri dicimus, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem hos passus, & prosequitur exempli-*

Tom. II.

sicans de génératione accidentali, atque text. 62. ita concludit: *Cum autem fieri multis modis dicatur, & quedam non absoluè fieri, sed hoc aliquid fieri, quedam simplicitate fieri dicantur, quod quidem solis substantiis competit.* Et apertissimè de omni se intendere, & utriusque communiter generationis principia assignare ait, quia à communib[us] vult ad particularia descendere, ab iis nempè, quæ generationis, & geniti sunt, sive substantialiter, sive accidentaliter; ad ea, quæ sunt principia generationis, & geniti substantialiter, de quo utique intendit in hoc r. lib. Præterea: Si assignatio principii de substantiæ principiis tantum tenet, incongruè exemplificaret ad ejus explanationem in generatione accidentalí; sed ita exemplificat: ergo de utriusque principiis intelligitur data definitio, proportione servatā.

7 Ad ea autem, quæ in contrarium objiciuntur, facile est respondere: ad 1. quidem, quod, ut ipse Philosophus ait, à communib[us] ad propria descendere intendit; quare primum ponit definitionem principii ut sic, & in communi ad omnem transmutacionem, & transmutatum, sive genitum; deinde, quia de ipso genito, sive corpore substantiali hinc specialiter intendit, hujas principia definit: quod ergo materiam, & formam in hoc r. definit, quæ sunt

D

sunt substantię principia, non tollit, quin prius de principiis in communione definitioem dederit. Ad secundum pariter, quod postmodum specialiter agat de principiis substantiæ, non tollit, quin definitio prius data de principiis in communione sit accipienda. Ad 3. potius probat oppositum; data enim principiis definitionem in accidentalis transmutatione explicat, & postmodum ait, quod sicut se habet in accidentalis subjectum transiens de uno ad alterum terminum, ita in substantiali, materia: de utriusque ergo principiis definitionem intendit, exemplificat autem in accidentalis transmutatione, quia magis est nota. Ad quartum, quem indirecte de utraque forma agit Physicus, quia de utraque ratione corporis, sed quem per se de mobili ad formam substancialēm, & accidentalem.

Sed una relinquatur difficultas, quam non tangit Amic. Principia dicuntur, quæ non ex aliis constant; quæ enim ex aliis, non principia, sed principiata sunt; hoc autem non convenit principiis accidentalis transmutationis; patet enim, quod subjectum ex aliis constat, nempe ex materia, & forma. A hoc dicitur, quod, ut supra diximus, definitio de utraque principiis accipienda est, proportione servata, nempe in substantiali transmutatione factum simpliciter sit; quare principia ejus simpliciter, & omnino prim-

cipia sunt, & non ex aliis; in accidentalis vero, quod sit, tantum secundum quid sit, nempe hoc aliquid, puta album, act musicum; quare principia ejus tantum secundum quid principia sunt, nempe hujus; quare simpliciter poterunt esse principiata, & tantum debent non esse ex aliis hoc sensu, quo principia sunt, nempe respectu hujus transmutationis.

8. Dubitatur tertio, quo sensu debeat accipi ly ex, quod terponitur in definitione? Primus modus est quorundam Antiquorum, qui dicebant, in priori parte significare tantum habitudinem partis componentis, in posteriori vero tan habitudinem partis, quam termini a quo; quare juxta hunc modum sensus definitionis est, quod principia non sunt ex aliis, aut ex se tamen quam ex parte, cetera vero sunt ex ipsis, sive tanquam ex parte, sive tanquam ex termino a quo. Hujus ratio est, quia forma ex materia educitur, & ex privatione fit tanquam ex termino a quo; sed hoc non tollit, quin sit principium: quando ergo dicitur, quod principia non sunt ex aliis, non potest intelligi tanquam ex termino, sed tantum tanquam ex parte. Rutsus: Privatio est principium; at ex privatione alia non sunt tanquam ex parte componente, sed tantum tanquam ex termino: quando ergo dicitur, quod ex principiis sunt omnia,

non significatur præcisè habitudo partis componentis, sed partis, aut termini.

Sed iste modus communiter rejicitur: quoniam, ut habetur ex Philosopho in lib. Elench. termino æquivoco semel sumpto non licet uti æquivocè, hoc est, si in oratione accipitur terminus æquivocus, eo semel sumpto prouo significato, non licet accipere pro alio; quod si in quacumque oratione id vitium est, multò magis in definitione: si ergo semel in uno sensu accipitur ly ex, non licet iterùm in eadem definitione in alio sensu accipere. Præterea: Si sufficit ad rationem principii, quod ex ipsis sint alia tanquam ex termino, privatio erit principium ipsius facti; patet enim, quod factū ex privatione est tanquam ex termino; hoc autem ab omnibus reputatur absurdum. Nec motiva in contrarium quid urgent: primò quidem, quia principium hic sumitur, prout idem est, quod elementum, sive pars, pro quo de materiali est habitudo ad terminum. Secundo item, quia privatio non corporis, sed generationis, seu fieri principium est; licet autem non sit pars rei facta, est tamen ipsius fieri, ut in sequentibus ostendetur; quamquam nostra sententia non privationem, sed rationem seminalē loco ejus ponat pro tertio principio corporis in fieri.

10 Alter dicendi modus,

quem multi tenent ex Modernis, ponit quidem, quod eodem modo accipitur ly ex in priori parte, qua dicitur principia non esse ex se, aut ex aliis, ac in posteriori, qua dicitur omnia ex ipsis esse; sed utrobique non præcisè significare habitudinem partis, sed indifferenter partis, aut termini. Ratio est, primò, quia utroque modo potest aliquid principium esse, nempe ut pars, sive ut terminus: ergo utrumque significat indifferenter definitio. Secundò, quia si alterum tantum significat, aut privatio, aut forma excluditur; forma enim non est, ex quo tanquam ex termino; privatio autem non est, ex quo tanquam ex parte.

11 Hic modus etiam rejicitur: præterquamquod enim hunc excludit ratio facta contra præcedentem, quod privatio esset principium ipsius facti; item, quod principium in præsenti idem significat, quod elementum, sive pars; ulterius excluditur, quia negatio totum interimit, quod afficit: si ergo ly ex in priori parte significat indifferenter habitudinem partis, aut termini, sensum facit, quod principia non sunt ex aliis, neque tanquam ex parte, neque tanquam ex termino; patet autem, quod, licet forma non fiat, sed torum, ipsa tamen forma respicit ut terminum ex quo materiali; quare non poterit dici, quod non est ex alio tanquam ex

termino, & sic neque erit principium. Præterea, ipsius facti non solum duo sunt principia, quæ manent; præter hæc enim relinquitur terminus, & quæd non maneat, non sollic, quia sit, ex quo tanquam ex termino totum est; quare neque quod sit principium.

12. Ad motiva in contrarium dicitur; ad primam quidem, quod falsum assunit; tantum enim, eo quod pars est, habet rationem principii; si autem terminus a quo principium est ipsius motus, hinc fieri, eo est, quia ut pars ejus, & elementum se habet, nempè corpus in ipso fieri partum est sub termino a quo, quatenus nondum illum dereliquit; partim vero sub termino ad quem, quatenus in ipsa est acquisitione, seu via, qua illum incipit acquirere; quare corpus in fieri illa tria importat, terminum a quo, & ad quem, & subiectum. Quo pater ad secundam, forma quidem principium est, eo quod est pars, & habitudo ad terminum, de materiali se habet, non enim ipsa ex alia est tanquam ex principio; privatio autem, non eo quod terminus est, sed eo quod suo modo pars ipsius corporis prout in fieri, principium ponitur, cuius tamen loco nostra sententia ponit aptitudinem, sive rationem seminalis.

13. Tertius dicendi modus, quem tenet Hurtado, & ex eo Alfonthus, & tenere videtur Mairius q. 1. num. 4. vult, ly ex accipi-

debere in rotâ latitudine sua, prout non solum significat habitudinem partis, aut termini, sed etiam causam. Hac ratione probat Alfonthus: Illa definitione intendit Philosophus explicare principia corporis naturalis: ergo ea debet extendi ad id omne, quod principium est, aliqui erit insufficiens; jam autem non solum partes, & terminus a quo, sed efficiens item habet rationem principii: ergo. Prob. min. Ad rationem principii duo requiruntur, quod ex ipso habeat esse principiatum, & quod ipsum principium non sit ex alio in eo genere, quo principium est; jam autem patet, quod ex efficiente habet esse principiatum, ipsum autem efficiens: si prius est, non habet esse ex alio efficiente; si autem habet esse ex alio, erit quidem principium, sed non prius. Sed qua ratione ponit efficiens principium, cädem deberet ponere finem; pariter enim causa est, & ab eo habet suo modo esse ipsum principiatum. Confirmat, quia ly ex propriis convenienti efficienti: non ergo bene coadctaretur ad partes intrinsecas. Antec. ostendit, quia Joan. 8, dicitur: *Vos ex patre Diabolo estis;* ubi ly ex non potest significare habitudinem partis: non autem fas est dicere, quod in Sacro Textu minus proprie accipitur ly ex.

Probat item P. Hurtado prius, quia illa definitio non solum parti-

partibus, sed causis etiam convenit. Secundo, quia Philosophus ea definit principia, de quibus cap. I. dixerat se aucturum, & de quibus determinat tam in I. quam in 2. lib. sed determinat non solam de partibus in 1. lib. sed de causis etiam in 2. ergo his, & illis data definitio debet convenire. Sensus itaque ejus est, quod principia sunt, ex quibus res quoquomodo esse habet, quo habetur ratio principii, & que eo sensu, quo principia sunt, non ex aliis sint, quo habetur, quod sunt prima principia; quare si ex aliis sunt, eo sensu, quo sunt principia, non erunt prima, quamvis principia esse possint; quo patet, quod si forma est ex materia, aut ex privatione, non ex hoc tollitur, quia sit principium primum; principium quidem, quia ex ea totum habet esse, & primum, quia ea non est ex aliis ex sensu, quo principium est, nempe tanquam ex forma.

14 Sed hunc modum & longissimè ab intentione Philosophi procedere, & datam definitionem non posse salvare, patet de facili: primo quidem, quia Philosophus ea definit principia, que uno modo duo sunt, alio tria; de his enim exemplificat, & ait, quod plura his esse non possunt; at patet, quod in illa latitudine, qua comprehendit id omne, ex quo res habet esse, plura sunt, quatuor nempe causa, quibus addere

opporer terminum a quo, & ad quem, in modo partes etiam; ut enim parsitum, & sub suam, alia est ratio partis, & causa in materiali, & forma. Secundo item, quia causa secundæ propriæ, & simpliciter rationem cause habent, & proprie ex illis res habet esse, quare proprie, & simplicitatem illis debet convenire definitio; patet autem, quod, eo quod sunt secundæ, illis non convenit non esse ex aliis, eo etiam sensu, quo res est, ex ipsis.

15 Ad motiva in contrarium dicendum: ad primum quidem, quod non ea omnia, que principia sunt ut sic, & communissime, intendit definire Philosophus, sed que principia sunt intrinseca, & per modum elementi; de his enim in hoc 1. agit, de aliis autem in 2. jam autem ad principium hoc sensu non sufficit, quod ex eo res occunque esse habeat. Ad confirmationem dicitur primum, quod textus ab argenteo assatus, si in sensu accipiat, quem ipse intendit, Manichaitum indicat, quod nempe illi homines ex Diabolo essent tanquam ex efficiente: non ergo ly ex habitudinem efficiens, sed exemplaris tantum ibi significat. Dicitur secundò, quod ly ex de se habitudinem significat materialis cava, ut omnes topi ponunt; in oratione autem ex his, quibus adjungitur, determinatur scilicet ejus: in proposito itaque partis componentis habitudinem signis

significat, quia id tota exigit oratio, quod non tollit, quin alibi significet habitudinem efficientis; neque semper oportet verba textus in rigore scholastico accipere, quia saepe ad vulgi sensum se accommodat, ut multis posset offendere.

Ad probationem ex Hurtado jam patuit, quod illa definitio non potest omnibus causis adaptari; non enim aliis à materia, & forma convenit prior pars, nempe non esse ex aliis, aut ex se invicem, immo neque materia, & forma id cōvenit eo sensu, quo causa sunt, sunt enim invicem causæ. Ad sectiundam neg. maj. in 1. enim cap. de principiis loquitur Philosophus in ordine ad totam facultatem; ait nempe, quod ea, quæ scientia est, & demonstrare habet, principia accipit, & causas illius, de quo agit; at vero hic principia definit, de quibus agit in 1. lib. nempe intrinseca; ea autem, de quibus agit in 2. nempe causas, in principio 2. definit, etiam in communi, nempe quod causa est, ad cuius esse sequitur aliud.

16 Nobis itaque dicendum cum B.D. quem citant, & sequuntur Conimbricenses, & Rubio, quod ly. ex in definitione Principiū tantum significat habitudinem partis, ita quod sensus est, quod principia ex aliis tanquam ex partibus non principiantur, & ex ipsis omnia coniungare, & tanquam ex partibus integrari necesse est.

se est. Hæc quidem ex præmissis satis constat; oportet enim definitionem accipere eo sensu, quem exigit quidditas, & ratio definiti positum est autem, & id omnes supponunt, quod ratio principiū hic non accipitur eâ latissimâ significatione, qua id comprehendit, unde res habet initium; nec etiam minus latâ, qua id significat, quod qualemcumque causalitatem in esse rei habet; tunc, quia de causis agitur in 2. tunc, quiz oporteret plura statuere, quā duo pro facto, aut tria pro ipso fieri accipitur ergo principium, & est ratio, & quidditas definiti, illâ definitione, prout idem est, quod elementum, sive pars intrinseca principiati; jam autem habitudo termini a quo ad principium pertinet in priori acceptione, ut dicitur principium id, ex quo tanquam ex termino res est, per modum initii; & quod ex aliis hoc sensu est, non debeat absolute dici rei initium; ut autem rei elementa accipientur, sive in fieri, sive in facto, de materiali est habitudo termini, & tantum attenditur, quod sit pars constituenta, ita quod non sit ex aliis partibus constituta.

17 Nonnulla autem contra hoc objiciuntur: & primum, quod ipsum fieri aut non habet principia illo sensu, aut saltim terminus a quo non erit ejus principium, nempe ut pars: est enim fieri simplex via, & motus ipse ad for-

## Quæst. I.

formam, sive ad esse; at hæc par-  
tes omnino non habet; & pater,  
quod terminus à quo, imo etiam  
ad quem extra illum relinquitur,  
nec congrue pars illius dicetur: si  
ergo definitio sic accipitur, quod  
ly ex significet præcisæ habitudi-  
nem partis, ea non convenit prin-  
cipiis in fieri. Rursus: Non esse ex  
aliis tanquam ex partibus neque  
ipsis convenit principiis factis  
materia enim, & forma ex gene-  
re, & differentia tanquam ex par-  
tibus constant, cum sint in præ-  
dicamento substantiaz. Præterea:  
Ex ipsis omnia esse tanquam ex  
partibus non poterit verificari;  
tum, quia principia Sortis illius  
solius principia sunt, quare illis  
non convenit definitio, nempe,  
quod ex ipsis omnia; tum deinde,  
quia Cœlum non est ex illis; sive  
enim privatio, sive ratio semina-  
lis ponatur tertium principium  
in fieri, Cœlum ex tali non est,  
cum non sit generabile, aut cor-  
ruptibile.

18 Hæc quidem levia sunt, &  
quæ non specialiter contra nos-  
tram conclusionem procedunt: ad  
primum dicitur, quod non ipsis  
fieri, sed corporis, prout est in  
fieri, principia assignantur; licet  
autem fieri ipsum, ut est motus,  
& accipitur præcissive à mobili,  
simplex sit via, & nullas habeat  
partes corpus ipsum, ut in fieri  
est; illa tria importat, non qui-  
dem permanenter, & in facto esse,  
sed transunter, nempe prout est

## Art. I.

29

in fieri, partim est in termino à  
quo, partim in termino ad quem;  
quare ex utroque suo modo inte-  
gratur. Ad secundum dicitur pri-  
mo, quod materia, & forma nec  
directe, & per se sunt in prædica-  
mento, nec ex genere, & differen-  
tia constant, ut abundè patet ex  
dictis in Logica, & iterum quæst.  
seq. probabitur. Dicitur secundo,  
quod esse ex aliis tanquam ex  
partibus metaphysicè non est con-  
tra rationem principii physici,  
sed tantum esse ex aliis tanquam  
ex partibus physicis. Ad tertium  
neg. assumptum, & ad primam  
ejus probationem dicitur, quod  
definitio convenit definito pro-  
portionaliter, nempe si definitio  
in communi sumitur, debet item  
in communi sumi definitum: qua-  
re principiis Sortis illa definitio  
convenit, ut principia sunt, non  
ut principia sunt hujus. Ad alte-  
ram rationem dicitur, quod, quia  
Cœlum est ingenerabile, quan-  
tum ad fieri non est de considera-  
tione Phylici, non enim trans-  
mutatione, sed creatione fit; qua-  
re ei non debent convenire prin-  
cipia corporis in fieri, conve-  
niunt autem in facto esse. Dicitur  
deinde, quod, quatenus movetur,  
ei conveniunt illa principia, nem-  
pe est accipere Cœlum ipsum,  
quod est subjectum, locus, ad  
quem movetur, & terminus à quo,  
sive hic sit privatio loci acqui-  
rendi, sive aptitudo ad  
illum.

ARTIS

## ARTICULUS II.

*Quae sunt Principia corporis  
in fieri?*

§. I.

Referuntur Sententiae.

19 **Q**UIA prima passio physice considerationis motus est, prius de corpore sub motu, & fieri considerandum est, ut habitis principiis ejus *in fieri*, inde deducantur, quæ sunt *in facto esse*. Prima itaque sententia est, quam tenet Cardinalis de Aguirre, & latè probat Spinula disp. 1. sect. 3. quod nempe fieri corporis nulla habet principia; quare de principiis in fieri superfluum est querere; aitque Spinula, Philosophum tantum de principiis in facto esse loqui. Hec sententia communiter à ceteris despicitur; & in primis quod ait, Philosophum tantum de principiis facti loqui, falsum esse patet legenti textum; idem, quia aperte statuit, quod uno modo duo, alio autem sicut tria; tamen, quia privationem alterum principium ponit; at patet, quod ipsius facti neque privatio principium est, neque ullo modo tria sunt principia: ergo ea statuit Philosophus corporis *in fieri*. Deinde: Corpus ipsum, quod in facto esse permanenter est, in fieri

consideratur à Physico: siue ergo in facto esse sua habet principia, ita in fieri. In hoc itaque rota est equivocatio illius sententie, quod non corpus, ut est in fieri sed fieri ipsum accipit; quare ei hoc facile erit ejus argumenta solvere, neque ulterior probatio requiritur.

20 Arguitur itaque primum. Aut privatio principiat fieri corporis, quando est, aut quando non est; utrumque autem impli cat. Primum sic prob. Quando privatio est, non mutatur subiectum, sed est sub forma praecedente generationem; sed fieri est mutatio: ergo. Rursus: Quando privatio est, non est forma; sed principiare est simul cum aliis partibus componere: ergo. Præterea. Quoties partiales causæ concurrunt ad aliquem effectum, eo instanti, quo una non est, non intelligitur effectus; sed ad fieri ut partiales causæ concurrunt forma, & privatio: ergo in instanti quo altera non est, non est fieri sed quo est forma, non est privatio, quo item est privatio, non est forma: ergo. Altera autem pars quod nempe privatio non principiat, quando non est, & patet dubius precedentibus rationibus, scilicet, quod utraque par debet esse simili, quando principiat; & probatur ulterius, quia quod non est, quando non est neque principium est, neque principiat.

27 Arguitur secundò à priori: Non potest incipere mutatio, nisi incipiatur transitus de termino à quo, quia motio in recto non importat terminum à quo, sed transitum; sed in instanti, quo intelligitur privatio, non potest intelligi transitus de termino à quo: ergo privatio nequit intelligi principiare mutationem. Prob. min. Dām res est sub termino à quo, nou intelligitur initium motū, est enim motus derelictio termini à quo; sed in instanti, quo intelligitur privatio, res est sub termino à quo: ergo. Urgetur: Privatio solum principiat ut terminus à quo; sed terminus à quo, quando est, nullo modo principiat: ergo. Prob. min. Implicat, quod incipiatur motus, & subjectum non incipiatur moveri; sed dām est terminus à quo, subjectum non incipit moveri: ergo. Patet hæc min. quia moveri est derelinquere terminum à quo. Hoc amplius in motu locali explicat: Si enim Sortes à puncto A incipiatur moveri ad punctum D, quandiu intelligitur esse in punto A, non intelligitur motus incipisse, & tunc moveri incipit, quando incipit derelinquere punctum A; quare tunc est sub motu, quando neque est in A, neque est in D, sed in medio: sicut ergo motus iste non respicit ut partes A, & D, ita neque fieri terminum à quo, & ad quem

22 Hæc omnia in æquivoca-  
Tom. II.

tione fundantur; qua nempè permanenter, & pro aliquo instanti accipitur fieri, sive corpus prout in fieri: motus itaque, & corpus, dum est sub motu, in quadam est successione, & proinde non aliquo instanti, aut duratione permanente, sed parte temporis mensuratur. Ad primū itaque dicitur, quod privatio principiat motum, sive fieri, quando est, non quidem, quando est permanenter, & in facto esse, sed quando est transeunter, & in via ad non esse, sive ad esse formæ; in instanti autem accipitur privatio permanenter, & in facto esse. Quo patet ad rationes in contrarium: ad primam disting. maj. Quando privatio est permanenter, & in facto esse, non mutatur subjectum, conced. maj. quando privatio est in via, & successione, neg. maj. Si militè de secunda: Quando privatio est permanenter, non est forma, conc. maj. quando privatio est successivè, & transeunter, sub-disting. Non est forma permanenter, & in acquisito esse, conc. maj. transeunter, & in acquiri, neg. maj. Patiter ad tertiam dist. conseq. Quando altera non est permanenter, non est fieri, neg. conseq. quando non est transeunter, conced. Et eodem modo disting. subsumptum: Quando est privatio permanenter, non est forma, aut è contra, conc. quando est successivè, & in transitu, neg.

Itaque motus, & fieri via est,

quare partes ejus, sive corporis, prout est sub fieri, non debent simili accipi permanenter, & pro aliquo instanti, pro instanti enim non mutatio est, aut mutari, sed mutatum esse; quare pro instanti, aut est forma, & sic non est fieri, sed factum esse, quo non manet privatio; aut est privatio, & sic nullo modo est forma, nec motus ad formam: pro parte autem temporis, que mediat inter duo instantia, alterum formæ, alterum privationis, neque plenè est forma, neque plenè est privatio formæ, sed aliqualiter utrumque, nempe viasliter, ut ipsis fieri respondet; subjectum itaque pro illa parte temporis aliqualiter est sub privatione, quatenus nondum plenè acquisivit formam, partim est sub forma, quatenus in via est ad illam: quia ergo non permanenter, & simili est ipsum fieri, non simili debent forma, & privatio principiare.

23 Ad aliud argumentum, quod dicitur à priori, eodem modo respondetur, eadē enim equivocatione nicitur: ad min. ergo dicitur, quod in instanti, quo intelligitur privatio, non intelligitur transitus, quia pro instanti privatio est permanenter, sive privatum esse; intelligitur autem transitus pro parte temporis, que ad hoc instans sequitur: pariter ad prob. min. quod dum res est permanenter, & quoad esse sub termino à quo, non intelligitur incep-

pisse motus; quando autem in via, & successione intelligitur derelinquendi terminum à quo, qua non plenè illum dereliquit, partim est sub ipso, & tunc est in transitu, & fieri. Ad instantiam, qua argumentum urgetur, dicitur, quod, quando et terminus à quo permanenter, non motus est, sed quies, & sic utique non principiat terminus à quo; quando autem ita est terminus à quo, quod incipit non esse, & subjectum est in via, tunc non plenè est terminus à quo, est tamen aliquomodo, & sic principiat; & idem patet in motu locali; Sortes enim, quando medius est inter punctum A, & D, neque plenè est in A, neque plenè est in D sed partim in utroque, in A quidem, quatenus nondum pervenit ad D; in D verò, quatenus illud incepit acquirere, quare reduplicative, prout sic est in via, utrumque quodammodo respicit ut partem. Cetera argumenta, que contra materiam, & formam, prout sunt principia in fieri, adducuntur, in eadem nituntur equivocatione, quod nempe fieri accipiunt permanenter, & pro aliquo instanti; quare ea pretermitto, oportet enim dicta sibi iterare.

24 Secunda sententia docet, quod si fieri sumatur secundum se, principia corporis in fieri sunt materia, & forma, & agens. Ica docet P. Alfonlus disp. 1. lect. 2. & 3. Ita etiam tenet Eliseus hic art.

art. 4. §. 3. addit tamen privationem, quam non ponit P. Alfonius. Hæc sententia eo tantum nütur, quod suprà insinuatum est, quod nempe definitio principii de eo debet accipi, ex quo utcumque esse habet principiatum; quod efficienti proculdubio competit. Privationem autem rejicit P. Alfonius a ratione principii, quia ea requiritur tantum per accidens, & ex suppositione; si enim in eodem instanti, quo creaturam materia, introducatur forma, ut contigit in prima rerum creatione, & contingit in generatione vermis ex speciebus Eucharisticis, tunc non concurrit privatio, prouulno enim instanti materia intellegitur carere formâ, seu privationem habere.

25 Hæc sententia quantum ad primum jam suprà rejecta est; tunc, quia deberet etiam finalem causam ponere, ab ea enim dependet etiam res, quæ sit, & in suo genere habet esse; tunc, quia de elementis hic queritur, sive de principiis intrinsecis; quare non inter principia computatur quidquid utcumque concurrit ad factum, sive ex quo quomodolibet habet esse, sed ex quo habet esse tanquam ex parte: licet ergo agens requiratur de necessitate ad fieri corporis, non tamen ut principium. Quantum ad secundum, falsum omnino est, quod privatio per accidens tantum concurrat; fieri enim, sive tale, sive hoc ali-

quid, prout fieri in praesenti accipitur, nempe ut est mutatio, de necessitate metaphysica est transitus subjecti ad habendum esse, quod non habebat; talis autem transitus neque intelligi quidem potest sine privatione, & non esse illius, ad quod transit, de tali nempe non habere transit ad habere esse, quod mutatione acquirit.

26 Ratio autem in contrarium non convincit directe propositum, sed petit sibi quamdam difficultatem solvi: itaque impossibile est intelligere, sive creatione, sive generatione aliquid fieri, quin esse incipiat; quod autem esse incipit, non erat prius, alioquin non inciperet: de necessitate ergo non esse est terminus à quo in quocumque fieri. Deinde: Impossibile est intelligere aliquid fieri, quin intelligatur sub esse ponit, nempe aut sub esse nominali, & quod est à tali, vel tali forma substantiali, aut accidentalis; aut sub esse participiali, quod est existere: de necessitate ergo accipiamus oportet, & saltim intellectu distinguamus subjectum, quod sub tali esse ponitur; & en de necessitate tria in quolibet fieri, subjectum, quod sub esse ponitur, esse, sub quo ponitur, & est terminus ad quem, & non esse, quod prius habere intelligitur subjectum, & de quo transit ad esse, & quod proinde est terminus à quo. Insuper: Subjectum, quod intelligitor

sub esse ponit, aut pro aliquo priori ad hoc esse, sub quo ponit intelligitur, praetexitit, & aliud esse habuit; aut de omnino non esse transit ad esse: si hoc secundum, talis transitus non est mutatio; mutari enim est aliter se habere, quam prius, & quod prius omnino non erat, non potest intelligi aliter nunc se habere, quam prius: si autem primum, tale fieri est mutatio; quia, cum subjectum praetexitisse intelligatur, per hoc esse, quod accipit cum sit, aliter se habere intelligitor, seu aliud esse habere, quam prius. Tandem: Physica consideratio non abstrahit a sensibili, quare illud fieri, quod per se a sensibili abstrahit, non est de consideratione Physici; fieri autem, quod non est mutatio, sive cui non praetexitit subjectum, per se, & ex terminis a sensibili abstrahit, quia quod non est, non est sensibile; esse autem non nisi post tale fieri intelligitur, ut terminus ejus.

37. Ex his itaque habetur prima solutio difficultatis, quam intendit P. Alfonlus: In prima rerum productione non intelligitur subjectum, quod sub esse ponitur per tale fieri, praetexitisse, aut aliud esse habuisse ab eo, quod acquirit per tale fieri; sive enim intelligatur creari materia, & ex ea educi forma, ut nostra ponit sententia; sive intelligatur immediate creari essentiam ex materia, & forma, & ponit sub esse existen-

tia, neque materia praetexitit ad formam, neque essentia ad existentiam: in tali ergo fieri non intervenit privatio, sed non esse, quod praecedit, pura negatio est, & ipsius etiam subjecti non esse, sive carentia; tale autem fieri non est de consideratione Physici, & proinde hujus non sunt principia, quae a Physico assignantur principia corporis in fieri. In generatione vermis ex speciebus Eucharisticis, aut considerabimus alterationem, & transmutationem, qua accidentia disponuntur; aut generationem, & educationem formae, quae in instanti est terminativo alterationis: in alteratione quidem transitus est ad formam accidentalem, & in ea subjectum est quantitas praexistens, quae ratione miraculi in se est, sive sine subjecto, & modum habet substantiarum; in ea autem privatio praecedit formae per illam transmutationem acquirendam nempe accidentalis dispositionis; quare ibi tria aperte sunt principia ipsius fieri, nempe subjectum transiens, forma, ad quam transit, & privatio hujus, nempe carentia ejus in subjecto apto, ipsa enim quantitas & non habebat talem formam, & apta erat habendi illam.

In generatione, seu educatione formae vermis, quae in instanti est hujus alterationis terminativo, major est difficultas; non enim forma educitur ex subjecto pra-

existente, tale nempè, cùm sit quantitas, non præcontinet substantialem formam vermis; quare ea educatur oportet ex materia in eodem instanti creata, & tunc ad tale fieri non concurrit privatio; in instanti enim, quo est materia, forma educitur, quare in eo non est carentia formæ in subjecto apto; duratione vero præcedente erat quidem carentia formæ, non tamen in subjecto apto, quia non erat materia: est ergo generatio sine privatione, & sic privatio non est de necessitate generationis, & consequenter neque principium, sed conditio per accidens concurrens, nempè ex suppositione, quod subjectum sub alia forma præexistat. Ad hoc autem prænunt sufficeret, quod præmissum est, nempè aut illa materia præintelligitur existere pro aliquo priori ad esse, quod habet sub forma vermis, aut non: si primum, sub tali esse carentiam habet formæ vermis, & proinde privationem, cùm ea sit de se subjectum capax: si autem secundum, illud fieri de se, & formaliter, prout accipitur contra præcedentem alterationem, non est mutatio, & proinde neque de consideratione Physici; tunc enim non intelligitur aliter se habere, quam prius, subjectum enim, nempè ipsa materia omnino prius non existit; quare est fieri physicum, & de quo principia ad præsens assignantur, alteratio, non autem generatio,

28 Nihilominus dici potest absolute, quod non solum alteratio, sed ipsa etiam generatio vermis ex speciebus Eucharisticis est physica transmutatio, & in ea proinde est reperire principia, quæ assignat Physicus. Itaque aliter in prima rerum creatione, aliter in generatione ista intelligimus terminari actionem Dei ad materiam, quamvis utrobique forma non creetur immediate, sed ex materia educatur: in prima rerum productione se habet Deus ut naturæ Auctor, quare juxta exigentiam rerum operatur; & quia materia eonaturaliter exigit non se ipsa immediate, sed in toto existentiam recipere, intelligitur actio illa ad materiam ita terminari, quod vi illios non primam existentiam habeat, sed primò, & immediate formam, quæ ex illa educitur, & mediâ formâ existentiam: ibi ergo ita habet in eodem instanti formam, & existentiam, quod non existentia ad formam, sed forma ad existentiam intelligitur esse prior; & quia materia non præexistit formæ etiam pro signo, & prioritate causalitatis, aut naturæ, ibi non est subjectum aliter se habens, quam prius, & consequenter nec physica transmutatio.

At vero in generatione vermis ex speciebus Eucharisticis actio Dei, qua materiam creat, ex qua forma educatur, non est Authoris naturalis, sed supernatura-

lis, & miraculosa; quare non terminatur ad materiam secundum exigentiam ejus, immo contra ejus exigentiam, quia ita exigit concursus cum naturali agente, nempe sibi creari pro illo instanti substantiale subjectum, ex quo formam connaturaliter educat; deinde forma in prima produzione educitur quidem ex materia, sed actione Dei se solo operantis, hic autem educitur actione naturalis agentis; & quia hoc exigit subjectum praexistens in ista generatione, non autem in illa, materia immediate recipit existentiam, & ideo ista generatio est, illa autem creatio: quamvis ergo pro eodem instanti, quo educitur forma, nempe terminativo alternationis, creetur materia, illa prioritas, quam ea habet ad formam, existentiae est. Nunc itaque materia sub quantitate existens, & qualitatibus sibi connaturalibus subjectum sensibile est per se, & ex terminis, quamvis per accidentis ratione miraculi, quo illa quantitas sine substantia existebat, non praecedat sensibilitatem: illa ergo generatio per se, & ex terminis est transitus subjecti sensibilis, & physica transmutatio, qua pro illo priori, quo materia praexistit formae, tum carentiam, tum aptitudinem habet ad illam.

29 Ex his item habetur, non stare duo, quae hic §. 4. docet Eliseus, alterum, quod generatio, ut mutatio est, non requirit sub-

jectum; quia ejus extrema sunt esse, & non esse, inter quae nullum requiritur subjectum medians: alterum est, quod creatio est mutatione, cuius rationem a paritate educationis assignat: Sicut nempe per educationem transit forma de non esse in subjecto ad esse in subjecto, ita per creationem res transit de non esse ad esse; at esse, & non esse in subjecto sunt extrema, quae constituant mutationem eductivam: ergo esse, & non esse absolute, sive extra causas sufficientem constituere mutationem creativam. Hec duo, sicut alterum ex altero sequitur, nempe ex æquivocatione, qua patet extrema esse mutationis esse, & non esse, ita alterum ex altero rejicitur ex jam dictis. Itaque mutari est formaliter, & metaphysice aliter se habere, quam prius, & ubi non est intelligere, quod subjectum prius se habebat ita, nunc autem ita, non est intelligere alicujus mutationem: sine subjecto ergo transente de termino in terminum, sive aliter se habente impossibile est intelligere mutationem, sed tantum erit simplex rei incepitio; & quia in creatione non est accipere subjectum, quod aliter se habeat, essentia enim erat prius in pura potentia objectiva, & sic in aeterno nihil, impossibile est intelligere, quod creatio sit alicujus mutatione, & proinde quod sit mutatio.

Utraque ejus ratio æquivalens,

eratione nititur : primò quidem, quod extrema mutationis sunt esse, & non esse ; sunt enim per se primò esse in potentia, & esse in actu, nempē mutatione, quod erat potentia tale, sit actu tale; sunt autem per se secundò esse, & non esse, non autem absolute accipiendo non esse, sed non esse secundum *quid*, nempē tale, quod mutatione acquiritur, & inter esse tale, & non esse tale relinquitur esse aliud, quod est subjectum tale esse acquirens : secundò item, quia eductio non est mutatio formæ, sed subjecti, ex quo forma educitur : non ergo, quia forma transit de non esse in subjecto ad esse in subjecto, eductio est mutatio, sed quia subjectum transit de non habere ad habere formam, sive de esse in potentia ad talem formam ad illam habere in actu, ideo subjectum ipsum mutatur, & eductio est mutatio subjecti.

30 Tertia itaque sententia docet, quod principia corporis in fieri sunt materia, & forma, & privatio. Hæc est sententia Philosophi, quam proinde communiter ceteri tenent, Nostris exceptis; quare superfluum est Authores referre. Quarta sententia est P. Augustini, quam proinde Nostrí omnes tenent; docet principia corporis in fieri esse materiam, & formam, & rationes seminales. Hanc latè explicat B. D. & præferendam docet sententia Philosophi, in 2. dist. 18. q. 1.

art. 2. Pro explicatione ergo hujus nostræ sententia explicemus oportet, quid est ratio seminalis; quare sit

### §. II.

#### *Notanda pro Conclusione Nostra.*

31 DE rationibus seminalibus agunt Theologici cum Magistro in 2. cit. dist. 18. ubi B. D. cit. q. 2. per totam, ex quo multa habet N. Manso hic, neque opus est in iis probandis tempus insumere, siquidem à nemine negantur; quare tantum quid per rationes seminales intellegit S. Parens, opus est explicare. Itaque rationes seminales non esse virtutes ipsas rerum activas, & passivas, probat B. D. ex eo, quod, postquam Deus res creavit, cunctas benedixit, ut se multiplicarent: aut ergo nihil contulit hæc benedictio, aut imperfetas Deus creavit; quod utrumque est inconveniens. Quia itaque Dei perfecta sunt opera, ex creatione habuerunt virtutes activas, & passivas, ha quippe ad perfectionem entitativali rci pertinent, & quia Dei benedictio otiosa non est, contulit rationes seminales, quæ proinde aliquid sunt ultra virtutes activas, & passivas. Deinde post finem mundi generationes, & transmutationes cessabant; non autem rebus defi-

cient virtutes activæ, & passivæ: quia ergo deficient rationes semi-nales ipsis virtutibus superadditæ.

32 Quid ergo sit hoc super-additum, ut explicet B.D. notandum jubet, quod, quantumcumque quis sit sciens, nou poterit percipere, quomodo exercetur actio præcisæ accipiendo virtutes activas, & passivas; quantumcumque enim agens approximetur passo, & quantumcumque hoc sit passivum, & potens transmutari, & illud sit activum, & potens transmutare, quia accidens non migrat de subjecto in subjectum, nihil recipit passum ab agente, quare relinquitur, ut prius erat; sicut quantumcumque quis sit dives, & approximetur pauperi, ille potest ditare, hic potest ditari; si tamen nihil transit de divite in pauperem, non datur: quantumcumque ergo ignis sit activus, & approximetur stupor, si hæc nihil recipit ab igne, intransmutata relinquitur; quare, ut exerceatur actio, & intelligamus transmutationem, oportet ponere quamdā habilitatem, seu habitudinem dominii hujus in illud, & subjectionis illius ad hoc, vi cuius activum præsente, & approximato passivo agit, & passivum patitor.

33 Est ergo ratio seminalis habilitas illa, seu habitudo determinata hujus ad hoc, & ideo non quolibet in quolibet agit, aut à quolibet patitur, sed agit in determinatum sibi passum, & à de-

terminato sibi agentē patitur, secundum habitudinem à Deo cuique inditam; ista autem habitudo non est aliquid rei, sive virtuti ejus superadditum, sed determinatio quædam ipsius virtutis, quæ modus est relativi, sive relatio secundum dici; talem determinacionem consecutæ sunt res ex Dei benedictione, & secundum illam fiunt transmutationes; quare in eo, quod transmutatur, ponit sententia P. Augustini principia ejus, prout est in fieri, materiam, sive subjectum transiens ad formam, quæ transmutatione acquiritur, formam ipsam, & illam habilitatem, seu rationem seminalis, quæ est in subjecto ratio, quare transmutatur. Notandum autem, quod illa habilitas, quæ est ratio seminalis, non solum in subjecto respectu agentis, sed in agente etiam consideratur respectu subjecti; & dubitari potest: An etiam in materia sit, qua formæ subjiciatur, & ab ea perficiatur, & in forma, qua sibi subjiciat, & determinet materiam: dubitari ergo potest primò: An principium ponatur ratio seminalis, quæ est in subjecto, an quæ est in agente, an utraque? Secundò: An etiam in materia, & forma? Tertiò: An dato, quod sic, pariter ratio seminalis materia, & forma dici debeat principium?

Ad primam dubitationem dicitur, quod sicut agens requiritur quidem, & est de necessitate trans-

Transmutationis, nō tamē ut principium, ita ratio seminalis, quæ est in agente: est ergo tertiu principiu loco privationis ratio seminalis, quæ est in ipso subiecto passibili, seu transmutabili; hæc enim est terminus à quo mutationis, ut mox patebit. Ad secundā dicitur, quòd materia, & forma nō exercent causalitates suas per actionem, si-  
ve influentiam unius in alterum, sed causalitas formæ est intima præsentia, & communicatio ejus ad materiam; quare pro ea non oportet ponere rationes seminales, quia per actionem agentis, & dispositiones ab eo inductas sufficientè determinatur materia ad formam, & forma intimâ præsen-  
tiâ suâ perficit materiam. Ad tertiam, dato, quòd tales ponerentur rationes semifinales, ex non conducunt ad fieri, sed ad factum esse, quo nempè ex perfectibili, & perficiente unum quid constituantur; tunc autem illa habilitas non esset extremum distinctum à perfectibili, & perfectione, sicut est in fieri; quare neque principium.

34 Philosophus itaque hic text. 43. ita habet: *Sumendum est igitur primò, non quodvis eorum, que sunt, in quodvis agere; neque quodvis pati à quovis aptum esse, sed album quidem fit è non albo, atque ex hoc non quovis, sed è nigro, vel aliquo mediorum; quod sic explicat Commentator: Et ideo cùm induxit exemplum de contrariis, scilicet albo, & nigro, indu-*

Tom. II.

*xit aliud exemplum de privatione, & habitu; & dixit: Et musicus ex non musicō, id est, & musicus non generatur etiam ex omni, de quo dicitur non musicus, sed ex illo, quod est non musicus, & est innatum recipere Musicam, quod est homo ignorans Musicam, quia nullam habet dignitatem in ea, sed habet potentiam addiscendi illam. Tria ergo debemus considerare in subiecto transmutationis cuiuslibet: primum, quòd habet tale esse; secundum, quòd habet parentiam illius, quod transmutatione acquirit; & tertium, quòd aptum est tale esse habere, quod transmutatione inducitur: vult ergo Philosophus, quòd non sit quodlibet ex quolibet, hoc est, subiectum, quod transmutatur, tale determinatum esse debet habere, cui nempè adjunctum est non esse, seu parentia illios, quod transmutatione inducitur, ut album sit ex non albo, non tamen qualcumque; neque sufficit quævis parentia, sed ulteriùs oportet ap- tum esse fieri album.*

35 Notat B. D. super hunc textum, quòd ex his tribus, quòd illud, quod sit album, alium colorem haberet, est omnino per accidens; quòd autem non haberet albedinem, est per se, sed non primò; quòd tandem aptum esset albedinem recipere, est per se pri- mò requisitum: terminus ergo à quo transmutationis, puta, qua sit nigrum ex albo, est album, est non

F.

nig.

nigrum, & est aptum fieri nigrum; sed album est omnino per accidens; non nigrum per se quidem, sed non primò; aptum verò fieri nigrum est terminus à quo per se primò. Ratio prima est, quia est omnino per accidens id, sine quo eodem modo fieret transmutatio, fieret autem, sive album sit, sive rubrum, id, quod transit ad nigrum, si tamen est aptum fieri nigrum: ratio secunda est, quia per se requiritur id, sine quo non fieret transmutatio, non autem fieret, nisi subjectum careat formā acquirendā, non enim potest acquirere, quam habet: ratio tertia est, quia requiritur, & est de per se, quod subjectum sit aptum formam recipere, ita quod ratio, quare sic transeat, & transmutetur, non est, quod caret formā illā, sed quod aptum est illam habere; est autem per se primò, quod est ratio formalis: non ergo carere formā, sed aptum esse habendi illam.

Habes itaque primum, quod transmutatio idem est, quod conversio, quatenus nempe subjectum de esse, quod habebat, transit ad aliud, conversio est; quatenus autem hoc esse acquirit, quod prius non habebat, mutatio est, sive generatio. Sed habes secundum, quod mutatio est quidem transitus de non esse ad esse, non autem formaliter, & per se primò, sic enim est transitus de esse in potentia tali ad esse in actu tale; ter-

minus enim à quo per se primò est aptum esse, non verò carere formā; definitur autem transitus de non esse ad esse, quia definitur, ut contradistinguitur à conversione, pro quo sufficit accipere in termino à quo carentiam. Vides itaque, quod ex duobus, quae importat privatio, nempe carentiam, & aptitudinem, in ipsa etiam sententia Philosophi, pro recto, & per se primò ipsa aptitudo est terminus à quo mutationis; jam autem ita se habent privatio, & ratio seminalis, quod privatio dicit in recto carentiam, in obliquo autem aptitudinem, est nempe carentia subjecti apti; è contra verò ratio seminalis dicit in recto aptitudinem, in obliquo autem carentiam, est nempe habilitas ad acquirendam formam, quam non habet: congruentius ergo, juxta ipsa etiam Philosophi principia, ponitur ratio seminalis principium corporis in fieri, quam privatio.

## Resolvitur Articulus.

36 **D**icendum itaque, quod principia corporis in fieri sunt materia, & forma, & ratio seminalis. Probatur ex dictis. Principia corporis in fieri sunt elementa, quae de necessitate, & per se primò importat ipsa transmutatio, seu corpus, prout est sub-

transmutatione ; sed talia sunt materia, & forma, & ratio seminalis: ergo. Prob. min. Talia elementa sunt subjectum , quod mutatur, & transit de termino in terminum , terminus à quo , & ad quem transit ; sed subjectum est materia, terminus ad quem est forma , & terminus à quo est per se primò ratio seminalis : ergo. Major ex dictis patet, loquimur enim de fieri, quod est de consideratione Physici ; tale autem est naturalis, & sensibilis transmutatio, que non intelligitur sine subjecto physice transeunte de uno ad alterum terminum ; si quid autem præter hoc requiritur , non ad elementa pertinet, sed ad causas, & principia extrinseca. Minor ergo prob. & quidem de subjecto, & termino ad quem probatione non indiget; quare de termino à quo probatur ex dictis : Terminus à quo transmutationis est , quod ita de necessitate requiritur ad transmutationem tanquam id, à quo subjectum transit , quod est ratio formalis sic transeundi ; sed magis ratio seminalis , quam privatio, ita se habet: ergo. Prob. min Dicitur per se primò, quod reduplicative , & secundùm quod tale; sed subjectum transit, & transmutatur non præcisè , & formaliter secundùm quod habens privatatem , sed secundùm quod habens rationes seminales: ergo licet privatio per se requiratur , non tamen ipsa , sed ratio seminalis per

se primò , & ut terminus à quo. Hæc min. quantum ad primum ex ipso etiam patuit textu Philosophi, nempe licet quidquid sit, fiat de necessitate tale ex non tali , non tamen ex quolibet non tali, sed ex eo, quod est aptum tale fieri ; quare non ipsa carentia, quam importat pro recto privatio, sed aptitudo est sibi ratio formalis, quare transmutetur. Quantum ad alterum, quod hæc aptitudo sit ratio seminalis , satis etiam ex præmissis patet : in tantum enim ex apto fieri tale fit tale , in quantum illa aptitudo ultra virtutem passivam subjecti dicit determinatam habitudinem, qua illi subjicitur, & ex applicatione ejus habet transmutari ; at talis determinata habitudo est ratio seminalis : ergo. Pater maj. non enim sufficit sola virtus passiva ad transmutationem; tūm, quia virtutem passivam ex creatione habuit , indigit autem ulterius benedictione Dei; tūm deinde, quia post mundi finem eamdem habebit virtutem passivam , non tamen erit transmutable : illa ergo aptitudo, secundùm quam formaliter , & per se primò transmutable est , non ipsam significat capacitatem potentiae passivæ , sed ulterius habilitatem rationis seminalis, & sic est principium transmutationis per modum termini à quo. Alia mitto, quæ habet B. D. & Nostri communiter adducunt, quoniam hac ratione sufficienter

ostenditur conclusio, amplius autem patebit solutione eorum, quae adduci possunt in contrarium.

37 Arguitur primò: Aut ratio seminalis distinguitur à materia, aut non: si distinguitur, non est principium; si non distinguitur, non est principium distinctum: ergo, quidquid dicatur, non sunt tria principia corporis in fieri, nisi ultra materiam, & formam ponatur privatio. Prima pars dilemmatis sic patet: Ratio seminalis, si accipitur distincta à materia, est purus ordo; sed purus ordo nequit esse principium corporis naturalis in fieri: ergo. Patet min. quia nequit esse pars, sive elementum entis absoluti. Secunda pars sic etiam patet: Quod non est, non est principium: ergo quod non est distinctum, non est distinctum principium.

38 Hoc argumentum non adducit specialem difficultatem contra nostram sententiam; idem enim sit de privatione, sive ut dicit carentiam, sive ut dicit aptitudinem subjecti. Ad illud respondeat Philosophus text. 66. quo sic ait: *Atqui subjectum ipsum numero quidem est unum, ratione autem duo; quibus intendit, quod tertium principium non oportet entitate differre, sed sufficit, quod differat ratione, & quidditate; hoc nempè sufficit, ut subjectum de eo, quod est sic se habere, physice, transeat ad se habere sic, quamvis sic se habere, de quo transit,*

non differat entitativè à subjecto ipso. Ad formam itaque dicitur, quod ratio seminalis differt à materia quidditate, non autem entitate: & idem Authores contraria sententiaz dicere debent de privatione; quare patet ad formam.

39 Arguitur secundò ab inconvenienti: Sequitur enim primò, quod principia erunt quatuor, nempè præter materiam, & formam ratio seminalis ex parte utriusque. Secundo sequitur, quod principia includunt aliquid extrinsecum; at nos ipsi diximus, principia esse elementa, sive partes intrinsecas: ergo. Patet maj. quia ratio seminalis etiam in agente datur. Tertiò sequitur, quod mutatio non erit transitus de non esse ad esse; sed hoc est inconveniens: ergo. Patet maj. quia terminus à quo non erit privatio, sive non esse. Patet item min. quia tunc erit motatio transitus de esse ad esse; quare non diligetur à conversione. Quattò, principia non erunt contraria; at id, ut per se notum, supponit Philosophus, & patet, quod motus est de contrario in contrarium: ergo. Quintò, eadem erunt principia corporis in fieri, & in facto esse; quia ratio seminalis in facto esse manet. Tandem, terminus à quo transmutatione abjicitur; sed ratio seminalis non abjicitur, sed manet in facto: ergo.

40 Ad primum inconvenientis respondet N. Manso, quod ratio-

nes seminales ex parte materiæ, & formæ unum principium faciunt, sicut unio, licet cum utroque extremo identificetur, una tamen est. Hæc solutio nobis non probatur, quia, ut suprà diximus, in materia, & forma, ut una perficiat, & altera perficiatur, aut nulla requiritur ratio seminalis, aut ea non ad fieri, & transmutationem, sed ad factum esse confert. Nobis ergo dicendum, quod ratio seminalis, quæ ponitur principium corporis in fieri, ea est, quæ constituit terminum à quo mutationis, hæc enim tantum de formali, & ut pars concurrit ad mutationem; talis autem ea est, qua materia, sive subjectum passibile agenti subjicitur, ut transmutetur. Ad secundum jam dictum est suprà, quod qua ratione excluditur agens à ratione principii, eadem excluditur ratio seminalis ex parte agentis: non ergo quælibet ratio seminalis, sed ea tantum, quæ constituit terminum à quo, principium mutationis est. Ad tertium jam item soprà dictum est: Mutatio est transitus de non esse ad esse, & est itē transitus de esse in potentia tali ad esse in actu tale, & utroque à conversione differt, est enim conversione transitus de esse in actu hoc ad esse in actu hoc; quare utroque modo sufficienter explicatur mutatio; est autem per se primò terminus à quo ejus esse in potentia tale; quare magis per hoc debet definiri,

quam per non esse; quia tamen communis sententia ponit terminum à quo privationem, ideo communius ita definitur.

Ad quartum dicitur, quod idem inconveniens sequitur ex sententia Philosophi; nos enim privatio, & forma contraria sunt sicut ergo communis sententia cogitat respondere, quod ad modum non requiritur stricta contrarietas inter utrumque terminum, sed sufficit quævis oppositio, ita nos dicimus; talis autem datur inter esse in potentia tale, & esse in actu tale. Ad quintum N. Manso respondet, primò concedendo sequelam, quod eadem sunt principia corporis in facto esse, ac in fieri; quod, licet non sit de mente Philosophi, est tamen sententia P. Augustini. Respondet secundò, quod ratio seminalis manet quidem in facto, non tamen ut principium: primò, quia, licet maneat, non dat esse principiat; secundo, quia, ut sit principium, debet connotare carentiam formæ, quam non connotat in facto. Prior quidem solutio nobis non probatur; non enim terminus à quo est principium, sive elementum facti, cum abscipiatur in termino motū; est autem de necessitate elementum, sive pars ipsius mutationis. Secunda item, quia post transmutationem non illa ratio seminalis manet, qua subjectum huic agenti ad hanc transmutationem subjiciebatur, sed

alia; erat autem principium corporis in fieri illa, qua ad hanc transmutationem subjiciebatur; haec nempè erat terminus à quo mutationis: non ergo manet in facto ratio seminalis, quæ erat principium in fieri.

Nobis ergo dicendum, quod sicut in communi sententia in facto esse manet privatio, non quidem hujus formæ, sed alterius, ita in nostra sententia manet quidem ratio seminalis, non tamen quæ erat principium hujus transmutationis, sed alia, habitudo nempè, sive habilitas, ut subjiciatur ad aliam transmutationem. Quo patet ad ultimum; abjicitur nempè ratio seminalis, quæ erat terminus à quo transmutationis illo eodem sensu, quo abjicitur privatio; sicut enim privatio manet non hujus, sed alterius formæ, quare abjicitur privatio hujus, quæ erat terminus à quo hujus transmutationis, ita abjicitur ratio seminalis, quæ erat terminus à quo hujus transmutationis, & ea, quæ manet, ad aliam confert transmutationem; & sicut privatio alterius formæ, quæ manet in hoc facto, non est principium ejus, sed erit alterius in fieri, ita ratio seminalis, quæ manet.

41 Arguant tertio Conimbricenses in cap. 8. q. 1. art. 6. in solv. ad 3. Aut habilitas materia signicat ipsam ejus potentiam; aut non repugnantiam ad recipiendas formas, quæ quodammodo.

dò à materia fluit: si primum, non est principium, siquidem potentia materia est essentia ejus: si secundum, talis non repugnantia, sive aptitudo in privatione includitur, & est veluti conditio quædam privationis; tunc autem non ab aptitudine materia, sed à privatione per se dependet transmutation, ut ex definitione ejus patet: ipsa ergo privatio, non aptitudo illa poni debet principium. Unde colliges (subjungunt ipsis) non recte Argentiunam in 2. dist. 18. q. 1. art. 2. asseruisse, principia rerum naturalium rectius ponit materiam, & formam, & rationes seminales, id est, habilitates singulis rebus naturalibus à Deo inditas, quam materiam, & formam, & privationem.

42 Resp. quod illa habilitas non ipsam materia essentiam, seu quidditativam potentiam significat; neque item formalem aptitudinem, quam connotat privatio, sed determinationem, & subjectionem, quam rebus tribuit Divina benedictio; patet enim, quod utramque aptitudinem, seu melius unam aptitudinem, seu potentiam utroque modo acceptam, nempè radicaliter, & pro essentia materia, aut formaliter, & pro habitudine abjicientis actum, quam connotat privatio; hanc, inquam, utroque modo acceptam habuit materia ex creatione; ut autem transmutationi subjicere tur, & rerum multiplicationi, ac-

ces-

## ARTICULUS III.

*Quæ sint Principia corporis in facto esse?*

cessit insuper Dei benedictio : significat ergo illa habilitas, secundum quam materia subjicitur transmutationi, & quæ est terminus à quo ejus, determinationem quamdā subjicibilitatis ad agens, quam dicimus rationem seminalē.

Ad rationem ergo in contrarium dicitur, quod jam patuit, illam habilitatem non esse essentiam materiæ, quamvis non sit aliquid re ipsa superadditum; patuit item, quod non est aptitudo, quam dicit pro obliquo privatio, sed quedam determinatio ejus; dato autem, ipsam esse aptitudinem, ad rationem ejus dicitur, quod ex ipso etiam Philosopho jam suprà patuit, quod magis per se generatio dependet ab aptitudine, quam à carentia; ait enim ipse Philosophus, ut suprà vidi-  
mus, quod sit tale ex non tali, non quocumque, sed quod aptum est; quare ipsa aptitudo ultimò determinat, & magis est terminus à quo: ad definitionem autem mutationis jam suprà diximus, in ea accipi non id præcisè, quod est de formalí quidditate mutationis, sed quod sufficit eam a conversione distinguere. Unde colliges primò, non bene ipsos tenere mentem Philosophi; & secundò, quod bene N. Argentin. loco cit. ponit, quod congruentius ponitur tertium principium corporis in fieri ratio semi-  
nalís, quam pti-  
ratio.

43 **D**E hoc nulla est controversia ad præsens; quare breviter sententiam Philosophi expendemus. Vereres Philosophi circa corporis principia non videntur distinxisse fieri, & factum esse; quare absolutè dicunt principia corporis, quæ sunt ipsius facti; corum sententia ad tres classes reduci possunt, ut eas refert Philosophus. Prima est eorum, qui unum tantum ponebant rerum principium, ut Parmen. & Melis. ponebant ens; de quibus ait Philosophus, quod non naturaliter loquebantur, eo quod negarent motum; idem tenuisse feruntur Xenoph. & Anaxim. alii ad vulgata elementa recurrentes ponebant, vel terram, ut Hesiod.; vel aquam, ut Thales; vel aërem, ut Diogenes; vel ignem, ut Heraclitus. Secunda est eorum, qui plura ponebant, quam duo, ut Empedocl. & Hypocr. ponebant quatuor elementa: alii atomos, & inane, de quibus quidam atomos ponebant homogeneos, ut Democritus, & Epicurus; alii heterogeneos, ut Anaxagoras. Non desunt, qui contendant, Philolophum non satis sincere rationem mentem referre, quare singulos conantur excusare, & in bonum sen-

sensum reducere; inutile est tamen in re nullius ponderis tempus tenere.

Tertia itaq; sententia duo tantum principia ponit ipsius facti, materiam, & formam, seu perfectibile, & perfectivum. Ita Philosophus, & idem tenuisse fertur Plato, atque utriusque discipuli, quamvis postea in multis disconvenirent; nam Plato quasdam ponebat formas separatas universales, quas dicebat idēas, à quibus derivarentur tūm formæ singulorum pro generatione; tūm similitudines rerum in intellectu nostro pro actu cognoscendi: hinc quantum ad generationem omnino despexit privationem; ex quo ait B. D. quod non potuit assequi naturam materię; deinde quantum ad cognitionem nostram posuit, nullius nos cognitionem addiscendo acquirere, sed nostrum scire esse tantum reminisci. Ponit autem Philosophus contra utrumque, quod nullae sunt tales idēa, sed quantum ad generationem forma educitur ex potentia materię; quantum ad cognitionem nostram species per sensus acquirimus. Differt item utriusque sententia quantum ad quidditatem utriusque principii: ponit enim Philosophus, materiam, & formam duas esse partes physicè distinctas; Plato autem, ut mentem ejus referunt RR. materiam posuit rotam rei substantiam, formam autem quamdā tantum materię dis-

positionem, & configurationem. De his autem postea.

44. Dicendum itaque, quod principia corporis *in facto esse* sunt materia, & forma. Prob. Ea sunt elementa corporis *in facto esse*, quæ sunt partes illius pertinenter, & prout in re existit, constitutivæ; sed tales sunt de necessitate materia, & forma, neque plus, aut minus, quam hæc duo corpus naturale permanenter, & in facto esse importat: ergo. Probatur min. De necessitate importat perfectibile, & perfectivum, & hæc tantum de substantiali constitutione ejus sunt; sed perfectibile est materia, perfectivum autem forma: ergo. Patet min. quia quidquid sit de quidditate utriusque, hoc nomine *materię* intelligitur perfectibile, sive potentiale subjectum, & hoc nomine *formę* formativum, sive perfectivum. Maj. autem quantum ad primum probatur in i. Cœli, quod substantia physice simplex nequit corpus esse, notio enim corporis in ipsa consistit substantiali, & radicali aptitudine, & exigentia dimensionum; simplex autem substantia non est nata habere qualitatem dimensionis: oportet ergo compositam esse ex perfectibili, cuius est tales dimensiones fundare, & perfectivo determinante. Quantum ad secundum patet de facili; præcisè enim, intellectis perfectibili, & perfectivo, intelligitur nominalis, & substantialis

quid-

quidditās; & quidquid aliud intelligatur, extra quidditatem est, & sic extra rationem principii.

45 Prob. secundò ratione, quam intendit Philosophus, quæ quamvis sit à posteriori, magis est philosophica: Corpus naturale in facto esse est terminus totalis naturalis generationis, sive id, quod relinquitur sub mutato esse, quod est formalis terminus ipsius fieri; sed hujus principia sunt materia, & forma, sive perfectibile subiectum, & perfectio, quam per motum acquirit: ergo. Patet maj. quia de tali querit Physicus, nempè de mobili, secundūm quod tale est. Prob. min. Motus, sive fieri de necessitate includit tria tantam, subiectum, quod moveatur, terminus à quo, & ad quem movetur; sed ex his tribus alterum abjicitur in termino motū, sive mutato esse, nempè terminus à quo: ergo duo tantum relinquentur in facto, sive mutato, subiectum, & terminus ad quem. Maj. patet ex articulo præcedente, & min. item, quia hoc est moveri, unum relinquere, & alium acquirere terminum.

46 Duo contra hoc communiter objiciuntur: alterum est, quod in composito præter materiam, & formam est de necessitate accipere utriusque unionem, est enim compositio distinctorum unio, neque materia, & forma totum constituant; nisi accipientur unitæ: ergo unio erit tertium

principiū ipsius facti. Alterum est, quod totum in facto esse est subsistens: ergo subsistentiam importat, quæ erit alterum principium.

47 Ad hæc unusquisque juxta propria principia respondet: nobis ad primum dicendum, quod materia, & forma, eo quod sunt actus, & potentia, se ipsis uniuntur, neque requiritur ibi colax, aut clavus, aut ligamentum aliquod; aliter enim partes totius naturalis, & artificialis se habent, nempè in toto artificiali partes non sunt actus, & potentia, nec una se habet ad alteram ut perfectibile ad per se perfectionem; quare, ut uniantur, & faciant totum, requiritur aliquid tertium, ut tabula in scanno clavo uniuntur, & lateres in domo calce; at vero in toto naturali, sive substantiali, sive accidentalí partes sunt actus, & potentia, sive perfectio, & perfectibile, quæ se ipsis uniuntur; quare non requiritur ibi tertium uniens, quod sit ulterior pars.

Ad alterum Arriaga concepit conseq. aitque, subsistentiam esse corporis principium in facto esse, quod si ab Antiquis non ponitur, eo est, quia subsistentiam non bene cognoverunt. Sed quamvis quidditatem subsistentiæ non bene cognoverint, aliquid, quo corpus in re subsistat, debuerunt ponere, si id ad rationem principii pertinet; quod enim corpus in facto esse subsistit, sive in re existit, cuique notum est. Alii di-

cunt, subsistentiam non esse corporis principium, eo quod est purus terminus essentie. Sed hoc, absolute loquendo, non est verum; non enim se habet subsistenta ad essentiam rei subsistentis, sicut punctum terminativum ad lineam, aut terminus ad relationem, quorum utrumque nihil apponit, aut addit, & ideo pure, & tantum est terminus, sed subsistenta imminutat suo modo, & constituit essentiam aliter se habentem, ac sine illa, neque subsistensem, sive in se, & per se existentem.

Dicendum itaque, quod substantia extra entitatem est nominalem, & substantialem ipsius corporis, quare ad elementa ejus non pertinet: esse itaque duobus modis accipitur, altero nominatim, & prout significatur per definitionem; altero participiali-  
ter, & prout significat existere, sive esse in re: quare ruruntur principia ipsius entitatis priori modo accepta; substantia autem ad eam non pertinet, prout sic con-  
cipitur, sed prout accipitur  
participiali-  
ter.



## QUEST.

# QUÆSTIO SECUNDÀ DE MATERIA.

## ARTICULUS I.

*Quid sit in re physica Materia?*

**H**ÆC difficultas à RR. Peripateticis aut prætermittitur omnino, aut leviori calamo, & è superficie tantum attingitur, de ea quippe nulla erat controversia; postquam autem moderni Platonizantes cœperunt antiquam ex Philosopho viam abscire, cogimus eam latius expendere, quo eorum contra Aristotelis sententiam fundamenta solvantur. Invitus sane hanc assumo provinciam, neque enim rem pro dignitate tractare nostrum patitur institutū, oportet quippe latissime dilstrahi; cùm autem celebres jam illæ philosophadi viæ habeantur, & jacent passim eārum Authores, quòd Peripatetici improbatas omnino sententias suas de materia, & forma, & constitutione corporis naturalis solā nixi tenent authoritate Philosophi, oportet brevitè licet, & eorum solvere argumenta, & sententiam Philosophi aliqualiter probare: notes autem velim, quòd nullus artifex principia sua

probat directè, & per se; si enim primum Physicæ subjectum corpus est, cùm hujus elementa ipso sint priora, ea probare non ipsius est, sed Metaphysici; quare Philosophus ipse contra negantes motum, arguendum ait metaphysice: non ergo physicis rationibus per viam motū, & ab experientia principia probanda sunt, si velimus directè, & a priori probare, sed metaphysice, sive ex universalibus principiis.

Neque eā sum fronte, qui putem, ea me invictissimā demonstratione ostensurum; novi profectò rationes, quæ ab homine fiunt, quantumcumque sibi evidentes appareant, ab homine posse solvi: tantum itaque intendo, tūm ostendere, quòd sententia Philosophi non omnino improbata tenetur, sed suis nititur satis probabilibus fundamentis, quæ tamen adduxisse RR. Peripatetici otiosum putabant, quia hucusque à nemine videbant in dubium revocari; tūm, quòd quas Moderni passim jactant invictissimas demonstrationes, facili negotio solvuntur: offendes, qui passim circumfertur, P. Saguens librum, cui titulus præfigitur:

*Atomisatus demonstratus*, & pa-  
sim toto opere invictissima de-  
monstratione probari dicitur,  
quod intenditur, quasi de Aristo-  
telica Philosophia eo opere ac-  
tum sit, quod clarius lamina ope-  
ri praesixa exprimit, ubi lemma  
illud: *Cecidit vetus, altera surgit*,  
quasi erectum de victoria tro-  
phæum canit, quod nempe ad lu-  
cem surgentis Aurora Maynamis-  
ticæ Philosophie, tenebra, & nu-  
bila Peripateticæ confusione dis-  
sipata prorsus evanescunt; sic ipu-  
sibi abblaudiuntur, sic sibi per se  
licet de vicis in ultare contrariis;  
stat tamen, habitque, si per ejus  
argumenta licet, Peripatetica  
Philosophia, ut inferius solvendo  
ipsa patebit.

Fateri quidem non grava-  
bor, verum esse, quod loco con-  
vicii nobis objiciunt, quod nem-  
pe nimis metaphysice physicalia  
pertractamus: id quidem ira est,  
non tamen vitio ipsius Peripate-  
ticæ Philosophie verti debet,  
quod confuto, & data operâ sit,  
quasi aliter fieri nequeat: itaque  
in nostris Scholis non Physica  
pertractatur præcise, & tantum,  
ut Philosophimus, sive ut natu-  
ra rimeatur arcana, sed ut Sacra  
Theologiz viam sternamus, cui  
fini methodus illa magis accom-  
modatur ea pertractandi, que sunt  
de physica consideratione, meta-  
physice, & per rationes quiddita-  
tivas; si tamen quis vellet eam ad  
discere præcise, ut natura scri-

tetur phænomena, non minus,  
imò magis, quidquid ipsi in con-  
trarium jacent hæc poterit, quam  
illa: ratio quidem cuique est ma-  
nifesta: Illa namque philosophan-  
di via eo putatur natura phæno-  
mena aptissime explicare, quia ex  
varia partium textura, non autem  
ex qualitatibus, & transmutatio-  
ne uniuersuque quarit ratione,  
jam autē Peripatetica sententia &  
illam eamdem habet partium tex-  
turam, & insuper qualitates, &  
transmutationes; magis ergo,  
quam illa, hæc poterit quodcumque  
phænomenon explicare.

Hujus discursus consequen-  
tia manifesta est; si enim easdem  
admittit partes, atque earum tex-  
turam, omnes poterit adhibere  
explicandi rationes, quæ ex par-  
tium textura sumptur; & insuper,  
si quando partium textura  
non sufficit, qualitates habet ac-  
tivas, & passivas; quare totum  
habet, quod illa; & hoc amplius.  
Minor autem, quæ ipsis fortasse  
paradoxa videbitur, apertissime  
in primis ipso Philosophi textu  
ostenditur: habet enim ipse inter  
alia opus quoddam, quod *Pro-  
blemata inscripta*, in quo sapissime  
naturales questiones ex par-  
tium mechanismo solvuntur, &  
ideo à quibuldam inscribitur:  
*Questiones mechanicæ*; deinde, per  
quantitatem uniuersuque sub-  
stantiam extendi secundum exi-  
gentiam formæ suæ ponit senten-  
tia Peripatetica, quare illas eas-  
dem

dem partes in uno quoque admittit, quas Moderni ponunt, & solum est controversia, quod iat substantialia elementa, & quidditatem materia illas partes dicunt, Peripatetici autem accidentalem substantiaz divisionem ex quantitate: quandoquidem ergo illas partes in substantia corporis naturalis admittit, si quando ad alicujus explicationem opus est, ad illas poterit recurrere Peripateticus; si enim de facto non recurrat, eo est, quia, ut jam diximus, ad finem, quem intendit, per rationes quidditativas discutere magis confert. Ad intentum itaque communiores Modernorum opiniones, quantum ex earum Authoribus capimus, referemus; deinde quæ in illis nobis difficultate ingerunt; postea Philos. sententiam probabimus; & tandem, quæ contra illam licuit eorum argumenta videre, solvere conabimur.

## §. I.

*Neophilosophantium sententiae referuntur.*

48 **T**riplex potissimum velsatur sententia eorum, qui contra Philosophum de quidditate materie philosophantur; convenient onines in eo, quod materia est tota substantia, & entitas terti corporalis, & forma solum addit modum dispositionis in partibus materie, veluti texuram, aut configura-

tionem earum, ad modum quo literæ sunt tota vocis entitas, quo ipsi exemplo utuntur, & hæc eadem literæ aliter, & aliter convinatae aliam, & aliam reddunt vocem, puta, *Roma*, *Amor*, *Maro*, *Mora*, eisdem constant literis, & ex alia, & alia earum dispositio ne diversam reddunt vocem, ita eadem partes materie aliter, & aliter convinatae aliud, & aliud reddunt corpus naturale. Conveniunt secundò in eo, quod quantitas à substantia materie non differt; quare ponunt conceptum materie in corporeitate, seu extensione, unde materiam dicunt partes quantitativas, seu, ut nos loquimur, integrantes, primas, seu in quas ultimò relolvitur corporis divisio: quod item his particulis, seu primis moleculis creati competit, inquit nihil aliud creati potuisse, demonstratum putat. Saguens communi illa ratione, quod nihil creatur nisi simplex, cum compositum non ex nihilo, sed ex componentibus sit, quam infra examinabimus: ex his ergo primo creatis, & præexistentibus Deus cuncta formavit, secundum quod per varias texturas, & coniunctiones multipliciter partes illas ordinavit.

49 Diversificantur itaque secundum harum partium primam, & quasi radicalem diversitatem, quæ triplex est; aut enim partes illæ divisibiles concipiuntur; aut atomæ, & indivisibiles; & hoc se-

cundum duobus modis esse potest; aut enim heterogeneæ sunt, & diverse rationis; aut homogeneæ. Prima itaque sententia est Cartesii, qui ponit primam quiditatem corporis in extensione consistere, seu dimensione trina; quare afferit vacuum repugnare, sive dispersum, sive coacervatum; quod enim vacuum imaginatur, de necessitate habebit trinam dimensionem, & consequenter erit corpus; ponit deinde, partes materiae non esse atomas, seu indivisibiles; qualibet enim corpus est, & trinam habet dimensionem, & proinde divisibilitatem, non quidem in infinitum, ut de continuo mathematicè accepto ponit sententia Philosophi, sed indefinite, quod nempè terminius in eorum divisione assignari non potest, quamvis illum habeant: tandem ponit, partes esse homogeneas, nempè non naturā, sed extensione tantum, & figurā differre, & quidem hoc valde consequenter; si enim tota quidditas materiae in extensione consistit, sola extensione poterit una materia ab alia differre; triplicem autem materiam ponit, nempè rotundam, striadam, & subtilem, sive ætheream.

Cartesianum systema sic ex resolutione explicat Legrand: Si corpus quolibet dividatur, qualibet pars suam habet figuram, cui detrahendo prominentiam potest alterius figura fieri, usque

dùm perveniat ad perfectè orbicularem, cui nihil potest detrahis: oportet ergo in quolibet corpore orbicularem materiam ponere, quam proinde dicit ipse primum elementum. Deinde, partes orbiculares inter se unitæ cava-  
tes de necessitate relinquunt, quibus replendis necessaria est materia striada, quæ eo est secundum elementum. Tandem subtilis materia requiritur ut primum motū vehiculum, tūm, quod subtilitate sua motui aptior est, & illum ceteris partibus communicat; tūm, quod cuncta pervadit, & pro corporum resolutione, & continua rerum vicissitudine necessaria est. Hoc idem paulò alter habet Bayle Phys. Gen. disp. 2. sect. 2. art. 2. & 3. & latius disp. 4. art. 5. ponit in primis Cartesii vortices, quod nempè ex natura rei pars qualibet, quæ moveretur, habet in gyrum circa centrum moveri, quod, ut cetera, ex sensibili experientia deducit; videmus enim, quod si aqua in vase aliquo moveatur in gyrum, tūm tota in modum vorticis circa centrum agitur, tūm paleæ, si quæ sunt, & unaquæque circulariter, & omnes versus centrum rotantur.

His ergo positis, sic imaginatur Mandifabricam, quod eodem modo explicat Duhamel Phys. Gen. tract. 1. cap. 3. Communem materiam primò Deus creavit, qua in gyrum agitata, ex attri-

attritu partium ad se invicem proxime resecantur, quibus distractis, relinquuntur partes sphæricæ, hæc orbiculates, quæ faciunt materiam rotundam; resecati anguli materiam faciunt striadam, sive secundi elementi, & levius pulvisculum ex attritu relictum materia est ætherea, sive tertii elementi, quæ ab aliquibus primum elementum dicitur, forte ordine dignitatis, quippe ejus partes, quæ minores sunt, facilius, & celerius moventur; quare est primum motus subjectum, & motum ceteris impetratur. Itaque secundum quod varie, & multiformiter partes istæ convinantur, aliud, & aliud resultat ens, & alias, atque alias affectiones habet, & accidentia; neque aliam autem entitatem habet, & substantiam, quam partes istas sic, vel sic dispositas, neque alia est corporum generatio, aut corruptio, nisi quod partes istæ aut separantur, & texturam amittunt, quam habebant, & sic totum corrumperunt; aut in unum coalescent, & novam acquirunt convinationem, & sic novum ens generatur.

Secunda sententia huic ex diametro opposita, est P. Maigne, quam sic explicat vitatus Sanguens: Docet in primis, elementa, sive partes, ex quibus primum constat quodlibet corpus, atomas esse, seu indivisibles, contra perpetuam, sed a indefinitam divisibili-

tatem, quam ponit Cartesius: deinde dari vacuum dispersum, alioqui impossibilis esset motus, si omnia plena essent: insuper has partes non esse homogeneas, sive ejusdem rationis, ut ponit Cartesius, sed alias esse aquæas, alias igneas, terreas, aut aëreas: docet tandem, has partes, licet indivisibles, habere extensionem, & figuram, ut alia sint rotundæ, aliae striatae, quadratae, triangulares &c. in quo quidem licet prius Maigne sententia fuerit P. Sanguens, postea re melius considerata, coactus est mutare sententiam; quare ponit extensas quidem, sed nullam prorsus habere figuram: sic in Atomismo Dial. 3. num. 39. Ratio, quæ ipsum coegerit, ut ibi habetur, hac est: Ad figuram de necessitate requiritur linea, & ad linéam ad minus duo puncta ordinata; quod autem duo puncta habet, neque minimum est, neque indivisible, dividetur enim in ipsa puncta, quorum quodlibet minus toto erit: atomam ergo oportet nullam habere figuram.

Sed in primis: Jam ex hoc suspecta redditur illa philosophandi via; quod in primo ejus Expositore, & Illustratore oportuit tantisper immutari. Deinde, si illa ratio convincit, atomum non habere figuram, convincit patiter non habere extensionem: sicut enim figura non intelligitur sine linea, neque linea sine partibus, aut punctis ordinatis, ita ex-

tensio intelligi nequit sine partibus, aut punctis, quorum unum extra aliud sit; est quippè extensio, ut ipsa vox præfert, extensio, sive protensio; & sicut erraret Mathematicus, si in puncto quereret figuram, ita erraret, si quereret extensionem. Nos quidem in partibus quantitatis, seu divisione continui minimum agnoscimus naturale, seu partem physicè indivisibilem, & in eadem linea, nempè physicè atomam, sed ei mathematicè quidem, & abstracthendo à sensibili, sicut extensionem, ita & figuram concedimus; impossibile enim est, unum sine altero in re esse, nisi velimus, conceptum universalem separatum existere; nam figura nihil est nisi extensio talis; physicè verò, sicut nullas illi partes concedimus, ita extensionem negamus, & figuram.

51 Tertia sententia quodammodo media, est Gasendi, quem sequuntur Tosca, Duhamel, & alii apud istos: docet cum Cartesio, partes materiae homogeneas esse, & tantum figurā inter se differre; cum Maignano tamen docet; atomas esse, seu quòd materia non est indefinite divisibilis, sed est devenire ad partes ulterius non divisibiles. Est & alia sententia, quam Chimici tenent, quæ ex corporum resolutione, quæ per artem sit, tria ponit, qua tali resolutione relinquuntur, nempè sal, sulphur, & mercurium. Sed

hanc prætermittendam puerō, & ipsi etiam Moderni despiciunt, quia non elementa assignat, seu primas partes, sed elementata corpora; quare tandem ad unam ex tribus revocari debet, quod sic patet: Aut sal, idem de quovis alio ex illis tribus, corpus est ex partibus compositum; aut simplex elementum: si primum, habetur propositum, & illæ partes ad unum ex tribus præcedentibus modis reduci debent: si autem dicatur secundum, tunc fit dilemma supra factum: Aut divisibilis est, aut indivisibilis: si primum, revocatur ad sententiam Cartesii: si secundum, ad unum ex duobus modis ponendi atōmos: aut ergo non assignat principia, aut non facit specialemodum à tribus præcedentibus diversum, quamvis in aliqua speciali conclusione differat.

*Nonnulla, quæ difficultatem faciunt in hac philosophandi via.*

52 **Q**UAMQUAM non est animus directè impugnare has sententias, sed tantum earum fundamenta solvere, & Peripateticam sententiam explicare, nonnulla tamen, quæ difficultatem ingerunt, volumus adducere: & primum quidem non possum non mirari, quod

quod quandoquidem Philo-  
plus Antiquorum sententias de  
principiis, quas illi suscitant, ex  
instituto rejicit, nulli in mentem  
venerit ejus solvere argumenta,  
imò sèpissime jactant, nulla ra-  
tione nos duçum ejus sequi: pri-  
mò itaque duas ejus rationes con-  
traponentes multiplicitatem prin-  
cipiorum subjicio; & prima sic  
formatur: Non aliter potest natu-  
ra alicujus cognosci, nisi quate-  
nus ea cognoscuntur, ex quibus  
constat, sive quæ sunt ejus partes,  
& elementa; & tantum de natu-  
ra hujus unusquisque cognoscit,  
quantum cognoscit de his, qui-  
bus ea constituitur, & elementar-  
tur; jam autem, queratur à Car-  
tesiano, & Maignanita de quo-  
vis, vel minimo ente, puta de gra-  
no sinapis, quot, & quæ sunt ejus  
sive atomi, sive partes? Nihil cer-  
te aliud respondere potest, nisi  
quod partes habet rotundas, stria-  
das, & subtileas, & ad summum,  
quod abundat, & plus habet de  
materia hujus, aut illius elemen-  
ti, quotas autem hujus, aut illius,  
aut quam determinate texturam  
habent, omnino non potest de-  
terminare: telenquitur ergo, quod  
illa philosophandi via in quolibet  
eius modo nullius entis poter-  
it determinare naturam cognos-  
cere, sed tantum in confuso, quod  
aliquam habet, siquidem tantum  
potest cognoscere, quod habet  
partes, aut atomos, non autem quo-  
tas, quales, aut qua dispositione.

Tom. II.

53 Hanc rationem, qua ex-  
pressè habetur in ipso Philoso-  
pho hic text. 33. & sane contem-  
nenda non est, nullas, quem vi-  
derim, attingit; mihi illam ali-  
quando cuidam proponenti Car-  
tesiano dicebatur primè, eam de  
plano instari in partibus conti-  
nui: Eas enim nullus potest deter-  
minate cognoscere, cum a nobis  
ponantur infinitæ; & tamen de-  
terminate cognoscimus cujuslibet  
continui quantitatem, sive  
extensionem: pariter ergo poterit  
cognosci cujuslibet entis natura.  
Sed hæc instantia de facili rejici-  
tur: Partes enim continui duobus  
modis accipiuntur, nempe aut  
aliquota, quæ toties replicatae to-  
tum exhaustiæ, ut linea tot ha-  
bet palmos, sive ulnas, aut pro-  
portionales, secundum quas non  
quam terminatur divisio, ut quod-  
libet corpus duas habet medietas  
, & quilibet medietas, cum  
corpus sit, duas item habet, & sic  
deinceps: hoc posteriori modo  
infinite sunt partes, aut saltim in-  
definitæ, non enim opus est de  
hoc ad præsens contendere; non  
autem ex his determinate cog-  
noscimus continui quantitatem,  
sed ex aliquotis, quæ finitæ sunt,  
& determinatae, & nisi tales habe-  
ret, quæ adhibitæ mensurâ pos-  
sumus determinare, omnino non  
possumus extensionem determinata-  
cognoscere; jam autem nulla  
ex tribus assignatis sententiis  
potest partes determinare, quas

H

ponit

ponit corporum elementa: ergo,

54 Dicebatur secundò, quòd non magis, imò minùs est nota materia, quam ponit Philosophus, ac atomi, sive partes, quas ponunt illæ sententia: aut ergo ex nostris principiis non habetur sufficiens notitia corporis naturalis, aut ex illis poterit haberi. Antecedens non aliò ostenditur, nisi quia nullus aut experimento, aut solida ratione de illa materia quid aliud potest ostendere nisi conceptum abstractum potentia litatis, & primi subjecti; hoc autem tūm commune est ad materialē partē in quocumque composito, sive accidentalē, sive item artificiali; tūm non explicat, quid sit in re physica materia, sed tantūm conceptum intellectūs nostri indefinitum, & multis applicabili; patet enim, quòd in circulo cupreō cuprum est subje ctum primum, & potentialitatem habet ad formam circuli, & pariter in ligneo lignum; utriusque tamen diversa est entitas: ille ergo conceptus potentialitatis, & primi subjecti nullam determinatē explicat.

55 Nihilo melior hæc solutio est præcedente: in primis enim ea non solvit argumentum, sed petit sibi quamdam difficultatem solvi. Deinde, falsum est, quod assumit, quòd nempè æquè est confusus, & indeterminatus conceptus materiæ, quem assignat Philosophus; pro cujus intelli-

gentia notemus oportet, quòd elementa entis naturalis, de quibus quærimus, oportet non esse ens naturale; quærimus enim de principiis cuiuslibet entis naturalis, sive quibus omne omnino constat ens naturale: si ergo aliquid assignamus, quod sit ens naturale, tale profectò non principium erit, sed ex principiis, quibus omne constat ens naturale. Deinde, sensu tantūm percipitur, quòd ens naturale est natum subtiliter, quia hoc tantūm natum est sensum immutare: non ergo poterit sensu percipi, quod est elementum, neque ulla sensibilis experientia ad ipsa perveniet naturæ elemenra; quare tantūm conceptu metaphysico, sive abstrahente à sensibili poterit accipi quid ditas, quam in re habet, non enim ipsum est, aut existit elementum, sed res elementata: in hoc ergo multum ipsi falluntur, quòd elementa quærunt per sensibiles experientias.

Itaque ad propositorum, verum utique est, quòd de materia nihil habemus aliud nisi conceptum puræ potentialitatis, & primi subjecti, neque enim aliud ipsa habet in sua sive quidditate, sive entitate, aut essentia; si enim aliquam habet determinatam entitatem, aut essentiam, natura est aliqua, & jam non naturæ fundamentum, sive fundamentale elementum: itaque si conceptum potentialitatis, aut subjecti perfecti bilis

bilis accipimus ut sic , & communiter, cuilibet convenit parti materiali substancialis , accidentalis, aut etiam artificialis totius; si autem aecipiamus conceptum potentialitatis puræ , & subjecti perfectibilis simplicitè primi , sive omnino perfectibilis , ita materiam significat, quæ est substantia corporeæ elementum ; quare hujus quidditas est nullam habere, sed esse passivam capacitatem cuiuslibet ; ut enim ait S. P. Augustinus infra adducendus : *Carere omni specie, est sibi pro specie:* in circulo ergo cupreo , aut ligneo materia illa tantum secundum quid materia est , nempé ad formam artificialem , simplicitè autem corpus aliquod; quare differt ex diversa , quam habet , naturâ ligni , & cupri , non autem in capacitatem suscipiendo formam. Vides itaque, quòd sententia Peripatetica principia determinat, partem nempé omnino potentiam , & quæ nullam habet determinatè naturam , aut essentiam, sed capacitatem ad quamlibet , & partem perficiemt, seu cuius est hanc determinatè constituere, cuitales determinatè proprietates convenientia: potest ergo cuiuslibet naturam determinatè cognoscere.

56 Altera ratio Philosophi, quæ à præcedente parum dissert, habetur text. 36. hæc est: Totum non aliam habet magnitudinem, quam partes ; quare si partium

magnitudo definiri non potest, totum non habebit definitam magnitudinem ; & è converso, si totum definitam magnitudinem habet , oportet partes ejus definitas esse, & determinatam magnitudinem habere , quippe totum nihil est præter partes ; jam autem nulla ex illis viis definitas partes assignat: non ergo ea, quæ assignat, principia sunt , sive substancialia elementa. Hæc ratio amplius in modo philosophandi illorum Doctorum urget , siquidem ipsi materiam ab extensione omnino non distinguunt.

57 Ulteriùs : Difficultas, quam suprà innuimus n. 55. non leviter etiam urget: Non enim elementum est naturæ , sive entis naturalis principium, quod absolute , & simplicitè ens naturale est; quod primò patet inductione, cuiuslibet enim artis elementa omnino non possunt artificiationem habere respectu artificis , cuius sunt elementa ; si enim artificiata sunt , non ab isto , sed ab alio priori artifice sunt; si autem ab isto fierent , non respectu illius sunt elementa simplicitè, sive prima, erunt quippe elementata , & principiata. Deinde patet ratione metaphysica: Elementum enim ex natura rei prius est elementato: id ergo , quod est entis naturalis elementum, prius est ente naturali , & sic nequit esse ens naturale. Nunc autem: Quod connaturaliter producitur , & in na-

tura de se, & ratione sui ponitur, est ens naturæ, sive de se natum in natura subsistere, quare erit de se simpliciter ens naturale, & consequenter non naturæ, sive entis naturalis elementum; sed partes illæ in quocumque ex tribus modis de se, & connaturaliter sunt natæ fieri, & in natura poni sub proprio esse: ergo. Patet hæc minor: Quod enim à Deo fit, ut Author est Naturæ, connaturaliter fit, & juxta propriam naturæ suæ exigentiam; at ponit quælibet ex tribus illis sententiis partes, quas dicit elementa, à Deo creatas de se, & ante omne ens naturale, imò nihil potuisse aliud creari demonstratum potant: ergo.

58 Deinde specialiter in unoquoq modo difficultates sunt non parvæ: Cartesius namque, ut ejus explicant systema Bayle, & Duhamel, ponit materiam à Deo creatam in partes ferè quadratas divisam, ex quarum attritu, & inter se collisione triplex elementum postea confurgit; ex quo deinceps varie convinato universitas rerum fieret: in quo sistema, praterquamquod liberè supponit illam materiæ creationem, divisionem, & motum; quòd item ante ætheream materiam, hæc nempe, sicut & striada, atque rotunda ex partium illarum attritu confurgit, repugnante omnino vacuo, via motū intelligi potest; nec enim hic intelligitor, quin partes motæ aliquam a se invicem ha-

beant intercapardinem, neque ista esse potest sine vacuo, aut materia subtili; his, inquam, prætermisis, manifestam involvit contradictionem systema illud: ponit enim creari materiam, neque aliquid aliud creari potuisse, cum compositum non ex nihilo, sed ex componentibus sit, quæ est invictissima P. Sanguens demonstratio; jam autem triplex materia ex attritu, & collisione harum partium resultat: sequitur ergo duplex consequentia aperte contradictoria: prima, quòd erat materia ante materiam: secunda, quòd materia non materia est, sed totum ex materia, & forma.

Prima consequentia sic patet: Materia est triplex illud elementum juxta Cartesium, & præter rotundam, striadam, & subtilem, nullam ipse materiam agnoscit; sed ante rotundam, striadam, & subtilem erat materia, illa nempe, quæ creata est, & ex cuius attritu trigenea illa postea resultat: erat ergo materia ante materiam. Quòd si dicas, illud primò creatam non materiam esse, sed aliquid, ex quo postmodum materia fieret. Non minus hoc paradoxum est, & repugnans, nempe quòd esset ante materiam aliquid materiale, ex quo materia ipsa fieret; neque enim aut spirituale esse potuit, aut aliquid est medium inter corporale, & spirituale. Secunda consequentia non minus clara est: Si enim ex attritu illa-

rum partium prominentia rese-  
cantur, sive anguli, qui sunt ma-  
teria striata; & his resecatis, par-  
tes relinquunt orbiculares, quæ  
sunt materia rotunda; & tandem  
resecatione pulvis relinquitur ma-  
teria subtilis: erat ergo triplex  
hæc materia in parte qualibet ma-  
teria à Deo creatæ, non enim ali-  
tèr potuisse resecatione relinquī;  
tunc autem triplex illa materia in  
qualibet parte à Deo creata ali-  
quam habebat texturam, configura-  
tionem, seu dispositionem; sed  
nullam ipse aliam agnoscit for-  
mam: erat ergo pars qualibet ma-  
teria totum ex triplici materia, &  
propria forma constans, & sic ma-  
teria non materia est, sed totum  
ex materia, & forma.

59 Alia consurgit difficultas  
ex divisibilitate, quam ipse po-  
nit, licet non infinitam, indefini-  
tam tamen, & quæ non potest ter-  
minari: itaque de elementis quæ-  
rimus, sive partibus primis: acci-  
piamus ergo partem unam mate-  
riae sive striadæ, sive rotundæ, sive  
etiam subtilis, hæc proculdubio  
divisibilis est, alioqui redit ad po-  
sitionem aliorum, nempe atomos,  
non partes ponit; tunc autem par-  
tes, in quas hæc accepta dividii-  
tur, non poteront esse solius ma-  
teria rotunda; istæ enim fibi uni-  
ta cavitates relinquunt, quas,  
cum vacuum etiam disseminatum  
repugnat, repleri oportet dupli-  
cia materia: qualibet ergo pars  
materia rotunda, & est non com-

posita, eo quod materia, & ele-  
mentum, & est composita ex tri-  
plici materia, eo quod divisibi-  
lis.

60 In aliis duabus sententiis,  
quæ ponunt atomos, est in pri-  
mis locus P. Augustini, ante quem  
verba subjicio P. Saguens dial. 3.  
num. 44. sic habet: *Attamen om-  
nino placet occasio, quam offers  
ostendendi, S. Augustinum magis  
cum locutionibus, & opinionibus  
nostris, quam cum vestris ubilibet  
circa rem, de qua sermo est, con-  
cordare. En., S. Patrem, ait, pro-  
se ubilibet loqui; accipe tamen,  
quam de atomis sententiam ha-  
bet S. Paren's epist. 56. ad Dio-  
corum, à quo de nonnullis quæ-  
stionibus interrogabatur, de sen-  
tentia agens Epicuri, ita mente  
ejus proponit: Epicurus verò ne-  
que aliquid in principiis rerum po-  
nit prater atomos, id est, corpuscula  
quædam tam minuta, ut etiam  
dividi nequeant, neque sentiri aut  
visu, aut tactu possint; quorum  
corpusculorum concursu fortuito,  
& mundos innumerabiles, & ani-  
mantia, & ipsas etiam animas fie-  
ri dicit. Deinde, postquam latè  
rejicit hoc secundum, nempe,  
quod concursu fortuito entia con-  
stituant, sic in ipsas atomos inve-  
hitur: *Nam neque ipsas atomos es-  
se, allo modo concedendum est,*  
quod omissa subtilitate, quæ de di-  
visione corporum à doctis tradi-  
tur, vide, quam facile secundum  
ipsorum opinionem possit ostendiz;*

& procedit id probans ex ipsa Epicuri doctrina.

En itaque S. Parens aperté falsum putat, & nullo modo concedendum, quòd corpus aliquod possit atomum esse, sive indivisibile, quod sufficienter putat manifestum ex ipsa quidditate corporis; hæc enim est subtilitas, quam omittit, quòd nempè aut corpus sine extensione, aut extensio sine partibus, in quas sit divisibilis, intelligi omnino non potest; est enim extensio, ut suprà dicebatur, extratensio, sive protensio, quæ non intelligitur sine partibus, quarum una sit extra aliam. Non itaque est ad propositum, quod à quodam illius sententia Doctore responderetur, quòd nempè S. Parens atomos negat eo sensu, quo ponebat Epicurus, scilicet improductas, & casu fortuito coëntes; non autem proinde putandus est atomos rejicere eo sensu, quo à Modernis ponuntur, nempè à Deo productas, & ordine Divinæ Providentiae ad entium constitutionem unitas. Non, inquam, hoc est ad propositum; tūm, quia, ut in ipso patet textu, ex utroque capite illas rejicit, primò, quia fortuitò moveri ponebat Epicurus, deinde, quia atomos ponebat; tūm etiam, quia ratio, qua illas rejici debere supponit, nempè ex divisione corporum, contra atomos procedit, non quæ improducta, aut fortuitò motæ, sed eo præcisæ, quòd

atomī sunt: patet ergo, quòd ē mente P. Augustini, quem ipsi pro se adducunt, atomi omnino non sunt; quare corporis principia ad atomos revocari non debent.

61 Deinde: Potissima ratio, imò, ut loquitur P. Saguens, invictissima demonstratio, qua convictum putant, nihil nisi atomos potuisse creari, hic est: Compositio, & creatio actiones sunt distinctæ; creatio nempè ex nihile rem ponit in esse, compositio vero ex unitis partibus totum facit at quidquid præter atomos accipiatur, partes habet, & compositi est: tale ergo de necessitate non creatione, sed compositione fit & consequenter nihil potuit creari nisi atomum, & simplex. Haec ratio infrà examinabitur; interim ex ea sic difficultatem formo: Accipiamus creationem, qua priori ad compositionem atomi ponuntur in esse: vi hujus actionis atomi sic in esse ponuntur, quòd à se invicem non distant nisi per vacuum disseminatum; coacervatum enim vacuum repugnare ipsi ponunt; at compositum quodlibet nihil est per ipsos nisi atomorum congeries, quæ à se invicem distant per vacuum disseminatum; tale enim ipsi ponunt in re qualibet, quo pori sunt: duplex ergo hinc consequentia sequitur: prima, quòd erat compositum a compositionem; secunda, quæ creatio atomorum non atomo-

rum creatio est, sed alicujus magni compositi, ex cujus divisione, & multiplici postea atomorum conivatione minora alia composita hant. Utraque consequentia patet de facili: primò quidem, quia loquimur de creatione proprii, & ante compositionem, seu formaliter, & præcisè, ut creatio est; & vi illius compositum est, quippe hoc nihil apud ipsos importat nisi atomorum congeriem sola vacui disseminati intercapedine: ergo. Quo secunda consequentia patet; illa enim congeries atomorum solam patitur vacui disseminati segregacionem; quare unum quoddam compositum est, & sic non atomos, sed compositum Deus creavit, quando creavit atomos.

62 Ad hanc rationem dici potest, quod non quælibet complexio atomorum facit compositum, sed ea tantum, quæ artificiose fit & secundum idem in mente authoris; ex hoc enim solum possunt resultare speciales affectiones, & passiones entis naturalis; quod in frequenti ipsorum exemplo patet literarum alphabeti; vox enim quælibet nihil est nisi literarum congeries; non tamen proinde quælibet congeries vocem reddit, patet enim, quod litera in alphabeto nullam reddunt vocem: sicut ergo vox est ea tantum congeries literarum, quæ artificiose fit secundum idem congregantis, & ex intentione profe-

rendi mentis conceptum, ita ea tantum atomorum congeries aliquod compositum reddit, cui idem respondet in mente Dei, & quæ ex instituto, & veluti artificiose fit; quare Deus veluti in alphabeto literas dicendus est atomos creasse, ex quibus postea ordine digestis universitatem rerum formavit.

63 Speciosa quidem hæc solutionis appareat, quæ tamen si penitus consideretur, omnino non subsistit: & in primis ea relinquit, quod illa demonstratio, qua ostenditur nihil nisi atomos potuisse creari, ruit penitus; quod sic patet: Illa congeries atomorum, quæ ex vi creationis in esse ponitur, licet non compositum, saltim congeries est, & complexum; sed non minus congeries est ex integrantibus ipsam, quam compositum ex componentibus: sicut ergo creari potuit, & creatione immediate posse in esse congeries, si ve complexum ex omnibus atomis, non obstante, quod ex ipsis tanquam partibus constat, ita potuit creari compositum, non obstante, quod est ex componentibus; quare nisi dicatur, quod unam tantum atomum Deus creavit, non simplex aliquid creatione prodit: ratio autem est, quia sicut complexio, ita neque compositione actionem significat, sed termini facti dispositionem quamdam.

Deinde: Quod solution illa omnis:

omniō non subsistit , sic patet: Illa congeries atomorum compositum est , cui responderet idēa in mente artificis ; sed creationi ipsi idēa responderet ipsius creati ; nefas enim esset, Deum dicere casu , & sine præconcepta operis idēa agere: ergo. Quòd si iterūm dicitur , compositum id esse , cui specialis idēa alicujus determinatis proprias , & determinatas affectiones habentis respondet; creationi autem solum respondet generalis idēa ipsius chaos , panispernia, seu omnis seminis. Libere id omnino , & sine ulla ratione dicitur : sicut enim compositum est speciale , & speciales habet affectiones congeries illa , cui specialis idēa respondet , ita compositum erit generale , & generales affectiones habebit illa , cui generalis idēa respondet , compositum tamen , quod ad propositum sufficit.

Deinde exemplum , quod multum videtur solutionem explicare , potius oppositum , quām propositum probare , sic patet: Elementa vocis non sunt immediate literæ , sed syllabæ , & quia in alphabeto literæ sic aggregantur , quòd non faciunt syllabas , ideo vocem non reddunt , quia neque ibi sunt elementa vocis; est autem prorsus impossibile intelligere syllabarum congeriem , quin vocem reddant , eo quòd syllabæ immediate sunt elementa vocis; at atomi immediate sunt elemen-

ta compositi naturalis : ergo impossibile est intelligere congeriem atomorum , quo aliquid intelligatur compositum. Præterea Aliud est vocem ut sic considerare , aliud verò determinatam hujus , aut illius idiomaticis ; ad hoc secundum non quælibet syllabarum congeries sufficit , sed specialis , & determinata requiritur at verò ad illud primum quævis sufficit : ergo pariter ad speciale & determinatum compositum determinata , & specialis requiritur atomorum congeries ; quælibet autem aliquod de necessitate redet.

64 Ulterius : Quod specialiter ponit sententia Maignani , atomos esse heterogeneas , & priam habere naturam , ut alia ignea , alia terrea , specialem fac difficultatem: primò quidem , qui si tota quidditas materia in corporeitate consistit , sive extensio ne , ut cum ceteris ipse ponit , una materia ab alia sola poterit extensione distingui : non ergo erunt diversa naturæ , sed figuræ , sive extensionis tantum. Secundo , congressus atomorum diversum reddit compositum , secundum quod variè disponuntur atomi , & diversam habent configurationem; sed ad configurationem tantum est de per se figura: solum ergo hæc erit accipienda in materia , & consequenter superfluit diversitas naturæ. Tertiò , quidditas materia est potentialitas , qui

capax est cujuslibet naturam induere, est enim totius naturæ fundatum: in ipsa ergo materia non potest accipi determinata aliqua natura, aut specialis ratio. Multa alia prætermitto; ex his enim potest sufficienter patere, quod multis subjacet difficultatibus quilibet ex illis modis.

## §. III.

*Expenditur sententia Philosophi de quidditate materiae.*

65 **M**ateriam definit Philosophus hic text.  
 82. *Primum subjectum, ex quo aliquid sit cum insit, & non secundum accidens.* Quia verba sic exponit Commentator: *Primum subjectam, ex quo generatur res, & est in potentia, non subjectum, ex quo generatur res, & est in actu; & generatum ex eo est existens per se, non per accidens:* hoc enim subjectum, & primum convenienter in hoc, quod generatum invenitur ex eis per se, & differunt in hoc, quod primum est in potentia, & secundum in actu. Sensu itaque aliqualiter supra dedimus num.  
 55. pro ejus tamen clariori intelligentia nota, quod materiam non possumus directe, & per se ipsam cognoscere; ratio autem est, quia nostra cognitio a rebus causatur; quare unumquodque sicut est, ita est natum a nobis

Tom. II.

cognosci, nempe quod de se est natum esse, propriam habet speciem, & in se, & in proprio conceptu cognosci potest; quod autem de se non est natum esse, sed in altero, cuius est pars, & ratione illius, neque propriam haber speciem, aut ratione sui potest intellectum immutare, neque directe in se ipso, seu proprio conceptu potest attingi, sed tantum in specie, & conceptu alterius; jam autem quidditas materiae est totius naturæ, seu cujuslibet naturalis entis fundamentum, & pars subjectiva: non ergo illius conceptum debemus formare ad modum alicujus entis, nempe directe, & in se ipsa illam accipiendo, sed in ipso ente naturali, cuius est pars; & in hoc primo aequivocantur DD. Moderni, quod nempe materiam accipiunt proprio conceptu, & ad modum cuiusdam entis; & ideo non puram, & primam potentialitatem, & consequenter neque materiam accipiunt.

Hinc ait S. Parens, quod materia non in specie, sed in speciei privatione cognoscitur; item quod nesciendo scitur, quia nempe ejus quidditas est potentialitas, & capacitas essendi quodlibet; quare oportet nullam habere determinationem, seu determinatam quidditatem; unde Philosophus ipse 7. Metaph. cap. 3. eam definit per multiplicem negationem, quod nempe: *Neque*

I

quid

quid est, neque quantum, neque aliud quidpiam eorum, quibus ens demonstratur, sed capacitas ad omnia; quare magis nobis innotescit per id, quod non est, quam per id, quod est. Quia ergo non in se, & proprio conceptu cognosci habet, sed ratione entis, cuius pars est, ait B. D. quod transmutatione facit nos scire naturam materiae, quatenus in transmutatione accipiamus oportet inter id, quod corruptitur, & id, quod generatur, commune subjectum; non enim quod generatur, totaliter, & omnino esse accipit, quasi de nihilo fiat, alioqui non genitum, sed creatum esset; quare aliquid esse debet in genito, quod prius erat in corrupto, & hoc est est commune subjectum, & pars potentialis utriusque.

Imaginabimur itaque transmutationem duobus modis: Aut enim quod fit, simpliciter esse incipit; aut tantum secundum quid, & hoc aliquid, puta, incipit esse album, aut calidum: in transmutatione hoc secundo modo, illud idem ens, quod prius erat frigidum, incipit esse calidum, puta, eadem entitas ligni; quare commune subjectum frigidi, & calidi non est pura, & omnimoda potentialitas, sed in actu habet hoc tale esse, nempe ligni, quod sub utroque extremo transmutationis idem manet; at vero in transmutatione priori modo accepta non manet aliquid ens idem, sed si

lignum corrumpitur, tota substantia, & entitas ligni esse desinit; quare id, quod manet in novo genito, & est utriusque extremi commune subjectum, oportet non esse ens aliquod determinata quidditatis; alioqui non totum lignum, sive tota ejus quidditas deficeret, & consequenter non corrupteretur, seu fieret aliud, sed alteraretur tantum, seu fieret alterum; quare esse debet id, quod manet, pura, & prima potentialitas; non quidem hoc est conceptus metaphysicus, ut illi Autores imaginantur, sed nec proinde physica aliqua entitas, ut ipsi volunt, sed medium inter utrumque, quod si vellent concipere, haberent conceptum materiae, nempe physica pars entitatis, cuius tamen quidditas, si illam accipit intellectus, nihil est nisi capacitas, & potentialitas ad quodlibet esse.

66 Hoc itaque est, quod intendit Philosophus, quod nempe conceptus subjecti, ex quo aliquid fit, potentialitatem dicit ad illud esse, quod acquirit, dum fit; conceptus autem subjecti primi potentialitatem dicit primam, seu puram, & ad esse simpliciter; quare subjectum illud, quod potentialitatem dicit, non tamen puram, & primam, de se est hoc aliquid, & habet hoc tale esse in actu; quare transmutatione non acquirit esse simpliciter, sed determinationem supra esse, quod de

Te habebat; illud verò, quod potentialitatem dicit puram, & primam, de se non habet esse in actu hoc aliquid, alioqui non prima potentia esset, & primum subiectum; quare transmutatione, sive eo quod transmutatione acquirit, incipit simpliciter, & primò esse hoc aliquid: hoc ergo est materia, subiectum, non utecumquè, sed primum, ex quo aliquid sit simpliciter, & non secundum accidens, nempè non sit tale, vel tali, sed sit simpliciter.

Quod itaque iste sit proprius materia conceptus, quoniam ipsi multum jactant, quod S. P. Augustinus pro sua magis, quam nostra loquitur sententia, eo nempe, quod testatur S. Thomas, & de se etiam facetur S. P. quod sepe platonizavit, volumus ex ipso aliquantò latius ostendere. Itaque 12. Confes. cap. 5. ait, quod animus humanus debet materiam conari, aut ignorando nosse, aut noscendo ignorare; non enim poterit eam attingere quisquis aliquid querat, quod directe possit cognoscere; & toto illo libro sepe habet, quod valde est difficile concipere ipsam materiam, & quod post diutinam reflexionem super mutationes rerum suspicari tandem potuit commune subiectum omnino informe, quod tamen nosse cupiebat, non suspicari: & cap. 3. ejusdem libri Deo confitetur se ab ipso edoctum, quod priusquam ista materia for-

maretur, hoc est, de se, & ex proprio conceptu, non erat aliquid, non color, non figura, non corpus, non spiritus, non tamen omnino nihil; sed erat quedam informitas sine ulla specie; quæ ferè ipsa sunt verba Philosophi.

67 Hunc locum S. Parentis, & alium ex cap. ejusdem lib. quo eadem sententia continetur, profite adducit P. Saguens dial. 3. n. 44. & ait, hæc duo loca instar omnium esse, & re vera ita est, quia eadem est omnium sententia, & sensus. Itaque, ut sensum S. Patris deducat, præmittit materiam duobus modis considerari ab Atomistis: primo, absolute, & secundum se, quatenus nempè est quoddam ens creatum, & determinatum ad esse materia, quippe habet ex vi creationis omnes perfectiones essentiales, & accidentales ad plenum esse materia pertinentes: altero modo consideratur relativè ad ea, quæ possunt ex ipsa materia fieri, corpora nempe, ex quibus iste mundus componitur. Tunc ait, quod hoc secundo sensu loquitur S. P. quod nempè materia non est aliquid eorum, quæ potest componere, sed respectivè ad illa est informitas sine ulla specie, pura potentialitas, & alia omnia habet, quæ nos de materia dicimus; cum quo stat, quod ipsa secundum se, & absolute sit ens aliquod habens suam plenam essentiā, & quidquid ad conceptum materiae pertinet.

68 Sed in primis in hoc ipsi decipiuntur, quod illo utroque modo materiam accipiunt, cum tamen ea non nisi secundo modo possit accipi; elementum enim ex natura rei prius est elementato: si ergo materia est elementum totius naturæ corporalis, & pars cuiuslibet corporis, non ea potest accipi ut ens de se, & corpus aliquod. Deinde: Si ea secundum se potest accipi, ut in se hoc tale ens est, neque tantum indirecte, & ignorantando cognoscitur, neque Aquilinam Augustiai P. perspicacitatem lateret, adeo ut post multam reflexionem suspicari tantum posset, quod nosse cupiebat; illa enim entitas, quam ipsi atomis concedunt, cuique innotescit de facili, nisi Augustini ingenium latuisse dicatur, quod nobis est adeo pervium; quod tamen nihil latuit in tota serie naturalium facultatum, omnes enim, nullo tradente, se facetur affectum: non ergo quidditas materiæ talis est, quæ possit in se, & secundum se accipi; sed quod ita accipitur, materialum est, & ens aliquod.

Illa ergo expositio error est, quo se deceptum aliquando Deo confitetur S. Parenis lib. 12. cap. 6. postquam enim, ait, quod audiens nomen materiæ, non poterat illam concipere, quia non poterat cogitare quid plenè informe, subiungit: Verum autem illud, quod cogitabam, non privatione omnis formæ, sed compara-

tione formosiorum erat informe, & suadebat vera ratio, ut omnis formæ qualescumque reliquias omnino detraharem, si vellem prorsus informe cogitare, & non poteram. En tibi ipse fatetur Augustinus P. quod ille idem modus cogitandi causa erat, quare non poterat materiam concipere, quia nempe comparativè ad aliud concipiebat informem, & potentiam, non autem in se ipsa prorsus, & omnino informem; at ita debere concipi suadebat sibi veratio: non ergo quidditas materiæ talis est, quæ in se possit concipi ut ens aliquod, sed concipi debet in ente quolibet pars physica, ita tamen informis, & potentialis, ut de se, & sibi relicta non aliquid sit, sed pura capacitas. Multa quidem ex lib. Confes. aduci possent, passim enim, & multiplicitate sensum Philosophi habet; ne autem hoc uno loco adstringi videamur, unum adducemus, aut alterum.

69 Itaque lib. 20. contra Faustum cap. 14. sic eum reprehendit, quod hyle, seu materiam nesciret: *Hyle namque Greci, cum de natura discrunt, materiam quamdam rerum definitum, nullo prorsu modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem; que quidem in corporum mutabilitate utcumque cognoscitur, nam per se ipsam neque sentiri, neque intelligi potest.* En non rem aliquam per se creatam, quæ in se ipsa

posse

possit concipi, tales autem sunt  
sive atomi, sive partes, materiam  
dicit, sed quæ solùm immutabili-  
tate ipsa corporum utcumque co-  
gnoscitur, quæque per se ipsam  
non habet speciem, qua possit  
cognosci. Rursus, paucis inter-  
jectis, ait, quod si ipsi materiam  
ponerent, non quæ formaret cæ-  
tera, sed quæ formaretur, minus  
errarent, errarent tamen, quia  
non omnino informem, sed hoc  
aliquid ponenter; ait itaque: *Hoc  
si diceretis, non multum quidem  
erraretis in eo, quod est hyle, nisi  
quod ipsa quoque clementa, quam  
vis in alias formas formanda, ta-  
men quia jam clementa essent, &  
speciebus propriis distinguenterentur,  
hyle non essent, quia est illa pror-  
sus informis; verum tamen tolera-  
bilis esset imperitia vestra, quia  
eam, quæ formaretur, non eam,  
qua formaret, hyle diceretis.*

Mihi quidem id omnino Modernorum sententia ponit, quod S. Patens in Fausto dicit errorem magis tolerabilem, errorem tamen; ponunt enim formabilem quidem materiam, cuius tamen partes in se, & ratione sui propriis veluti speciebus distin-  
guuntur; hic autem est error, quem S. Patens tolerabilem di-  
cit; quod ipsa materia propriam in se speciem habeat, qua possit distingui, debet nempe, ut vera suadet ratio, pura, & omnimoda informitas concipi.

70 Rursus, de Gen. ad lit.

lib. i. cap. 14. postquam dixit, Deum de informi materia cuncta creasse, subiungit: *Non quia in formis materia formatis rebus tempore prior sit, cum sit utrumque simul concreatum, & unde factum est, & quod factum est. Si-  
cut enim vox materia est verbo-  
rum, verba vero formatam vocem  
indicant, non autem qui loquitur,  
prius emitit informem vocem,  
quam posse postea colligere, atque  
in verba formare; ita Creator om-  
nium Deus, non priorem tempore  
fecit informem materiam, & eam  
postea per ordinem quarumcumque  
naturarum quasi secunda conside-  
ratione formavit: En appositissi-  
mo exemplo, quo alibi sèpe uti-  
tur, mentem suam explicat: pro-  
culdubio enim vox, sive sonus  
materia est, ex qua verba forman-  
tur, quæ tamen omnino non po-  
test se sola fieri, aut pro aliquo  
priori sine forma verbū emitti, ut  
postea in verbum formetur, sed  
eādem actione, qua emittitur,  
formatā emittitur: ita ergo Deus,  
non materiam creavit, neque ip-  
sa se sola sine omni forma creari  
potuit, ut postea formaretur, sed  
totum creavit, sive materiam for-  
matam.*

71 Nimium oporteret pro-  
trahi, si vellemus omnia adduce-  
re, quibus S. Patens hanc indicat  
sententiam, satis ex his potest ha-  
beri mens ejus: ratio autem mul-  
tipliciter in præcedētibus insinua-  
ta est, quod nempe quidditas ma-  
teria

teria nostra est aliquid, sed entis cuiuslibet pars potentialis, & subjectiva concipi debet, & consequenter non aliquid de se creabile, & natum subsistere; tale enim esse debet ens aliquid naturale, & sic materiam habere partem sui, sed physica pars, quae tamen puram potentialitatem dicat. Latius quidem hoc oportuit expendere, quia, ut nos docet S. Patens, quidditas materiae, eo quod pura est, & omnimoda informitas, difficile admodum percipitur, quare eo fortasse non possumus optatam assequi claritatem.

## S.

## IV.

## Solvuntur Argumenta.

72 **A** Rguit primò Bayle: Ea materia notio, quam tradic Philosophus, non explicat quid est materia; non enim dubitatur: An ea sit subjectum primum, sed supposito, quod est subjectum, queritur: Quid ea sit ante subjectiōnem in entitate sua; hoc autem non explicat illa definitio. Hoc idem paulò aliter opponit Tosca: Quæratur, inquit, quid est domus? Resp. Philosophus, quod materia, & forma; quod si ulterius queras: Quid est materia, quid forma? Resp. quod materia est subjectum, ex quo inexistente domus fit, & forma est actus, quo in ratione domus constituitur; at

patet nihilo his doctiores essent querentes, neque aliquid habere eorum, de quibus quererebant; hoc enim dubitatur: Quid rei physica est illa materia, ex qua inexistentiē fit domus: sicut ergo illis interrogationibus non fieri satis, donec respondeatur, quod subjectum illud sunt ligna, lateres, & cémentum; forma vero artificiosa eorum dispositio; ira pariter querenti principia entis naturalis non fit satis dicendo, quod ea sunt subjectum, ex quo inexistente fit, & actus, quo in ratione talis constituitur; his enim nihil dicitur, donec assignetur quid est illud subjectum, & quid ille actus; quod benē præstant Atomistæ dicendo, quod illud subjectum sunt atomi, & ille actus est artificiosa, & idealis dispositio.

73 Resp. ad argumentum neg. assumptum. Ad rationem ejus dicitur, quod non absolute ponit Philosophus subjectum, ex quo inexistente, sed subjectum primum: sicut ergo accipiendo compositum ut sic, & communiter ad naturale, & artificiale, substantialē, & accidentale, materia est subjectum, ex quo inexistente constat, neque aliis potest in illa generalitate conceptus assignari; ita accipiendo compositum determinatē naturale, quod est simpliciter, & absolute primum, materia ejus est potentia, sive subjectum simpliciter, & absolute primum; & per hoc intelligenti ter-

minos

minos sufficienter indicatur quiditas materiae: nempè ex naturae potentia prior est actu, & subjectum illo, cui subjicitur; quare prima potentia, seu subjectum simpliciter primum talem dicit quidditatem, quæ omnem omnino actum, & determinationem antecedat, & de se tantum habeat capacitatem ad quamlibet determinationem, & subinde puram, & omnimodam informitatem; si enim aliquam de se determinationem habet, non est primum subjectum; jam autem quòd sic deberet concipi suadet vera ratio, dovit nos suprà P. Augustinus: qui ergo materiam concipit, de se aliquam determinatam quidditatem habere, non tenet conceptum ejus.

Ad id, quod addit Tosca, dicitur primò, quòd si queratur, quæ est materia artificiati ut sic, tantum poterit responderi, quòd id, quod artifici subjicitur, seu per communem conceptum subjecti ex quo; nunc autem queritur de materia entis naturalis ut sic, & in communi. Dicitur secundò, quòd in hoc Moderni philosophantes communiter decipiuntur, quòd Metaphysicam omnino despicientes, neque distinguunt inter naturale, & artificiale, neque per viam rationis, & metaphysicè, sed physicè, & per viam sensùs principia querunt; at constat in primis, quòd quandoquidem physica consideratio ab

ente naturali incipit, principia, sive elementa hujus, quæ procul-dubio priora sunt, directè, & per se non sunt physicæ considerationis; quare directè, & in propria quidditate metaphysicè tantum, & abstrahendo a sensibili attingi possunt; constat deinde, quòd corpus naturale, cujus nūnc elementa queruntur, est primum, cujus proinde subjectum debet esse prima potentia; artificiale vero est secundum, cujus subjectum potentia quidem est comparativè ad hanc formam, in se vero ens aliquod in actu determinatam habens quidditatem: de hoc ergo non sufficit dicere, quòd est subjectum, quia ante rationem subjecti determinatam quidditatem habet; quare ulterius debet determinari, quòd est in se hoc tale ens; de illo vero, cùm sit prima potentia, quæ proinde nihil habet ante rationem subjecti, & potentie, tantum hoc potest, & debet queri; quare fallitur, neque poterit omnino conceptum ejus tenere, qui in eo in se, & ante rationem subjecti aliquod esse determinatum querat.

73 Arguit secundò citatus Tosca: Principia naturæ debemus investigare, & in obscuro latentia introspicere ex principiis, & structura artis, quoniam ars naturam plurimum imitatur; sed ars suum opus conficit subjectam sibi materiam disponendo, & aptando, ut in ea artis figuram indu-

inducat; videmus enim, artificem domum v. g. conficere ordinando lapides, & ligna ad debitam domus formam: ergo sicut in ipsis materia est tota illa substantia partium, ex quibus artefactum consurgit, forma vero est artificiosa dispositio; ita in ente naturali discurrere debemus, quod agens plantam v. g. conficit ex praesente materia, qua in semine terra mandato inexsistit, quantum illam movet, quo motu eam in varia filamenta distinguit, ex quibus subtilissime complicatis ductus extruit, & meatus, quibus alimenta sugit, & propriæ substanciæ applicando crescit in arborem: materia ergo erit tota illa substantia, qua sic moveretur.

74 Resp. primò, quod ex hoc eodem principio contrarium deducitur: Ars, & natura agentia sunt toto genere diversa, nempe ars æmulatur quidem, nunquam tamen assequitur naturæ operationem: motus ergo habent omnino diversos; at ars ad situm movet, & partes situatiter disponit quantum ad figuram tantum: amplius ergo habet natura, nempe ad substantiam ipsam, & quidditatem attingere: quandoquidem ergo materia, quam ipsi assignant, tantum patitur localem motum, & dispositionem quantum ad figuram; non hæc est naturæ, sive entis naturalis materia. Resp. secundò neg. conseq. quia enim latentia naturæ principia debemus

introspicere, & quia ars naturam imitatur, non autem assequitur, possumus quidem ex opere artis aliquali similitudine duci ad opus naturæ, non autem univocè, & eodem modo materiam utriusque accipere: sicut ergo materiam artis dicimus, quod artis forma suscipit, & potentia est ad illam ita dicimus materiam naturæ quod naturalem formam suscipit, quia tamen forma artis dat tantum secundum quid, materiali, qua illius forma subjicitur, et potentia tantum secundum quid, & respectu hujus formæ; quare in se, & absolute est aliquid ens determinatæ quidditatis; quia vero forma naturæ dat esse simpliciter, & primam omnino determinationem, ejus materia est simpliciter & omnino potentia, nullam proinde determinationem, sive esse habens in sua quidditate.

75 Arguit tertio idem: Corporum divisibilitas non potest infinitum procedere: ergo deve niendum est ad partes ulteriù non divisibiles, seu, quod idem est, ad atomos; jam autem ex ipsa Philosophi definitione principiū est, in quod ultimò terminatur resolutio; ait enim, quod si cor rumpatur, in hoc abibit ultimum: ergo principia corporis sunt atomi. Patet hac conseq. quia divisione fit resolutio corporis; ea autem ultimò terminatur ad atomos. Primum antec. quo tota nati vi videtur rationis vis, multis ipse

probat, quæ tamen prætermitto, quia in sensu, quem intendit, illud admittimus, nempè de divisione physica; si autem de divisione accipiatur abstrahente à sensibili, aut metaphysica, aut mathematica, neque rationes ejus hoc sensu procedunt, neque pars physicè atoma sic est indivisibilis, etiam quantitatived, suam enim habet extensionem, & corporeitatem, à qua ipsi non possunt præscindere conceptum materia; extensio autem, & corporeitas cum indivisibilitate pugnant.

76 Resp. itaque conc. antec. in sensu, quem intendit, nempè de divisibilitate physica, quo sensu item conc. prima conseq. Ad subsumptum autem dicitur, quod utique elementum, seu primum cuiuslibet principium id est, in quod ultimò resolvitur, sed erit elementum substantiale, & quidditativum id, in quod terminatur resolutio quidditativa, & substantialis, non autem in quod terminatur accidentalis, & quantitativa; tunc autem in quolibet corpore magnitudo accidentalis est, & extra quidditatem; quod vel ex eo patet, quod manente quidditate eadem, variatur magnitudo, ut frequenter videmus in vivente quolibet; & è contra, eadem manente magnitudine, contingit transmutationem fieri, & novam substantialiam generari: si ergo magnitudo est extra quidditatem, divisio secundum magnitudinem

Tom. II.

accidentalis erit; quare ex tali non possunt accipi quidditativa, & substantialia elementa; talis autem est, de qua procedit argumentum, nempè qua corpus resolvitur in partes physicè atomas, seu ulteriùs non divisibiles physicè. Præterea, ut jam patuit, elementa entis naturalis priora sunt toto ente naturali, & consideratione physica; at quod ex illa divisione relinquitur, ens naturale est de se natum subsistere, & corpus aliquod per se mobile, & sic directè, & per se de consideratione physica: non ergo quod relinquitur ex tali divisione, elementum est substantiale, sed aliam oportet divisionem considerare, qua hoc etiam, quippe aliquod est corpus naturale, sit divisibile; & quod ex hac relinquitur, elementum est quidditativum, & substantiale; talis autem est in partem physicè potentialem, & determinabilem, ac in partem physicè determinantem, & constituentem hoc tale ens, quod exigit talem habere magnitudinem, & alias affectiones, quas habet atomus; non enim in extensione, seu magnitudine, sed in exigentia ejus quidditas corporis consistit.

77 Arguit quartò idem: Aliquid debet admitti in rebus corporeis, quod per se, & ratione sui sit terminus creationis; sed solum atomi possunt per se, & formaliter esse terminus creationis: ergo

K

De

De majori non est dubium; fidelis enim certum est, quod creatione incepit Universum. Prob. ergo minor: Id est per se, & formaliter terminus creationis, quod per se, & formaliter habet ex nihilo fieri; sed tantum id habet atomus: ergo. Prob. minor: Prater atomos extera omnia ex partibus sunt composita; sed compositum non ex nihilo, sed ex componentibus est: ergo. Aliter: Aliquid in rebus creatis admitti debet, quod non nisi per creationem fieri possit; sed ita est tantum atomus: ergo. Patet minor, quia compositum quolibet aliter, quam creatione, fieri potest.

78 Resp. primò instando, & instantiam habes suprà num. 61. Aut enim singulà creatione singula atomus creatur, quod valde est irrationalib; aut congeries atomorum ex ipsis est atomis, non minùs quam compositum ex componentibus. Secundò aliter: Quod per se, & formaliter est terminus creationis, est per se, & formaliter ens naturale simpliciter, & sine addito; sed quod est simpliciter, & sine addito ens naturale, non est primum entis naturalis elementum: ergo quod per se, & formaliter est terminus creationis, non erit hoc ipso principium, de quo querimus. Patet major, quod enim terminus est creationis, est natum subsistere, & conaturaliter esse in natura, sit enim à Deo, ut Auctor est naturalis, &

I. sic juxta propriam exigentiam. Patet item min, elementum enim ex natura rei prius est elementato, quare elementum entis naturalis eo prius est: non ergo poterit esse ens naturale, quod entis naturalis est elementum.

Direkte tantum intendit illud argumentum, dari in natura atomos, seu partes ulterius non divisibles; quod si sermo sit de partibus physicis, seu de partibus quantitatibus physicè acceptis, libenter concedimus; admittimus enim minimum naturale, & ipse admittit Philosophus in lib. de Gener. partes secundum formam, quae ulterius non sunt physicè divisibles, quare sunt physicè atomi: quod ergo intendit argumentum, ad propositum nihil referit, et si enim tales dentur partes, ea non sunt elementa substantialia, sive totius naturalis, sed partes integrantes, sive corporis secundum totalitatem quantitativam. Quia tamen argumentum, quamvis ipsis videatur demonstratio fallax est, & equivocatione nititur. Ad primam arguendi formam neg. min. Ad prob. ejus distingu. minor: Compositum est ex componentibus, hoc est, ex illis praexistentibus sit, neg. min. hoc est, ex illis constat, conc. min. sed neg. hoc sensu conseq. Tollit itaque ex nihilo esse hoc, quod est fieri ex aliquo praexistenti, qui tunc hoc, quod sit, esse habet de aliquo priori esse, illo nempe,

quod

quod p̄ræxistebat; sicut autem totum complexum ex multis atomis intelligitur creatione incipere, quia non atomi prius creantur, ut ex eis postea complexum fiat, sed ipsum una creatione fit complexum; ita pariter creari intelligitur compositum, quia partes, ex quibus constat, non prius sunt, ut postea uniantur, sed unita sunt, ut exemplo vocis nos docuit supra S. Parens num. 70.

Ad alteram formam: Si major procedit absolute, ea vera est, forma enim spiritualis, quæ aliquid est in rebus creatis, non nisi creatione fieri potest; sed tunc nihil ad propositum, neg. enim min. si autem maj. de corporalibus loquatur, ut loqui videtur arguens, tunc primò neg. maj. non enim creatione fit per se, & connaturaliter, nisi quod est natum subsistere; at verò natum subsistere in rebus corporalibus tantum est ens naturale, quod per se, & ex terminis generabile est, cùm constare debeat ex elementis entis naturalis, licet per accidens ex speciali conditione propriæ formæ possit esse ingenerabile, & tantum creatione fieri. Secundò disting. maj. Aliquid deber admitti, quod non nisi creatione fiat, directe, aut indirecte, conc. maj. præcisè directe, & per se, neg. maj. & tunc neg. pariter min. materia enim non nisi creatione potuit incipere, non autem directe, & per se fieri, alioqui esset

per se, & absolute èns natura. Tertiò conc. absolute major quia ita est in rebus corporalibus corpus perpetuum, nempè Coelesti quod ex speciali ratione sua formæ ingenerabile est, & incorruptibile, quare tantum potuit creatione incipere; tunc autem neg. min. & ad rationem ejus jam patuit suprà, quod compositum est ex componentibus, non tamen proinde de necessitate ex p̄ræexistentibus.

79 Arguit quintò idem: Ea est corporum materia, cui convenient illa omnia, quæ in definitione ejus ponit Philosophus; sed illa omnia apprimè convenient atomis: ergo. Prob. min. discurrendo per singula: Primo enim dicitur, quod est primum subjectum, ex quo inexistente omnia sunt; patet autem, omnia corpora ex atomis constare, & in atomos ultimò resolvi: atomi ergo sunt subjectum primum, ex quo inexistente cuncta sunt corpora. Dicitur deinde, quod non est quid, quale, aut quantum; atomi autem non sunt quid, nempè physicum, & sensibile, eo enim quod minima corpuscula omnem effungiunt sensum; & hoc item sensu non sunt quantum, aut quale, nempè physicè, & sensibiliè. Dicitur insuper, quod materia est ingenerabilis, & incorruptibilis; atomi autem uniri quidem possunt, aut separari, quo totum naturale generatur, aut corruptitur,

tur; in se autem omnino sunt in-  
generabiles.

80 Hoc argumentum, quod  
ad hominem procedit ex conce-  
sis a nobis de materia, multi fa-  
ciant ipsi, & frequenter adhibent,  
quod tamen bene consideranti pa-  
tet, ipsis favere non posse; non  
enim illa possunt atomis compe-  
tere nisi secundum quid. Resp.  
Itaque neg. min. & ad prob. ejus  
dicitur primo, quod atomus debet  
esse quid eo sensu, quo materia  
non potest esse quid, nempe mate-  
ria non est quid naturæ, hoc est,  
aliquid ens de se natum subsistere,  
& quia cuiuslibet talis elemen-  
tum est; at atomus est de se ens  
aliquid creabile, & natum subsis-  
tere: ergo. Dicitur secundo, quod  
atomus per se est quid physicum  
& sensibile, licet per accidens sen-  
sum effugiat; est quidem per se,  
& ex terminis sensibile, quia per  
se, & ex terminis est corpus natu-  
rale, sive ens natum subsistere in  
natura corporali; tale autem de se  
est natum habere affectiones, qui-  
bus potest sensus immutari; quod  
autem de facto non immutet, est,  
quia illas habet ita debiles, & in  
tali gradu, quod earum immuta-  
tionem sensus non percipit; quod  
patet esse per accidens ad ratio-  
nem sensibilis: quo patet, quod  
est physicæ quantum, & qua-  
le; inio ipsi nesciunt mate-  
riam à quantitate, sive extensi-  
one præscindere; quare est protius  
imperceptibile, quod atomum

dicant physicam corporis mate-  
riam, & velint simul non esse  
quantam.

Quod insuper dicitur, ato-  
mos esse primum subjectum, fal-  
sum item est: primò quidem, qui  
atomī non sunt subjectum, aut  
primum nisi in totalitate quanti-  
tativa; sicut autem totalitas qua-  
ntitativa non est absolute prima,  
quia magnum esse, aut parvum  
substantiale quidditatē sup-  
ponit, quæ magna dicitur; ita pri-  
mū subjectum secundūm hanc  
totalitatem non est absolute pri-  
mū, sed primum in hac linea  
absolute autem secundum. Secun-  
dō, quia si atomus est ens de  
natum subsistere in natura corpo-  
rali, elementatum est; & ex i-  
constat, quæ principia sunt tocum  
naturæ, & cuiuslibet corporis na-  
turalis: non ergo erit subjectum  
primum, sed secundum, alias  
enim habebit partem subjecti-  
vam. Quod ulterius additar di-  
ingenerabilitate, non id est solius  
materiæ proprium, corpus enim  
Cœlestis ingenerabile est; qua-  
data ingenerabilitate atomi, no-  
inde sequitur, quod sit materiæ  
præterquam quod atomus non pe-  
se est incorruptibilis, hoc est, per  
naturam suam, sed per accidens,  
quia nempe ratione extensioni  
minimæ à nullo potest tangi, &  
sic nec alterari. Hæc sunt, quæ ha-  
bet Toscæ, & sere eadem habe-  
bitur Duhamel.

81 Arguitur sexto ex P. Sa-  
guens,

guens, qui dial. 2. num. 37. quo contra notionem materiae Peripatetica incipit arguere, sic suum alloquitur Pazzium: Attende igitur ad parvula h.e.c., quæ sum a te petiturus, ut bodie, vel nunquam tuo te capiam in sermone; petit deinde primò: An materia sit ens creatum? Et ipso male annuente, roget ulterius: An sit actus purus? Et eo negante, sic arguit: Illa vestra materia, eo quod creata, non est actus purus, quia hoc solius Dei privilegium est; at eo quod non actus purus, composita est ex ulteriori potentia: ergo cum de hac, eo quod ens creatum, idem valeat argumentum, sequitur processus in infinitum: ergo duplii titulo repugnat materia, altero, quia non obtinet conceptum materiae, seu potentia primò componentis; altero, quia ex ea sequitur processus in infinitum; & concludit: Vides, mi Pazzi, vim illationis me.e indeclinabilem? Sed qua ratione ipse declinet, posset Pazzius declinare, imò longè alia ratione ipsum, ac nōs, illa consequentia urget, ut mox patebit. Hoc confirmat, quia si materia, eo quod potentia prima, dicitur potentia pura, pariter forma, eo quod actus primus, dicitur actus purus; quod si hoc implicat, & illud. Tandem personam Judicis agens D. Phinaltes, elato miratur supercilio, Peripateticos de materia disputare tanquam de re nullius extensionis, nulliusque

perfectionis, ac veluti de quodam nihilo; cūm aliunde conflict, illam materiam totum orbem implere, & in suo genere perfectam esse, alioqui non esset inter Dei opera computanda.

82 Sed si mihi licet tūm Atomistam confingere, qui ad interrogata responderet ad nutum: tum Judicem, qui pro meo libito de factis rationib[us] ferret sententiā, facili negotio Atomismus corrueret, quantumcumque ab ipso demonstretur; sed quod magis mirere, hoc ipse reprehendit in Illustrissimo Palanco, contra quem agit. His omissis, illam consequentiam indeclinabilem declinare ipse tenet: Atomus enim ens est a Deo creatum, & proinde non actus purus: ergo priori aliqua potentia constat, de qua idem reddit argumentum: sequitur ergo tūm processus in infinitum, tum, quod atomus non est prima potentia, cum tamen ab ipso ponatur, & esse debeat primum subiectum. Video quidem, quid ipse potest respondere, sed idem, ut dixi, posset respondere Pazzius, quo vis illius consequentia non esset indeclinabilis.

Direc[t]e ad primam interrogationem responderetur negative, quod nemp[er] materia non est ens creatum, sed entis creati prima, & pura potentia physica, seu pars subjectiva; imò jam supra ostendimus, non esse materiam, & corporis primum elementum, quod

est de se connaturaliter creabile, eo quod tale est corpus naturale de se natum subsistere, cuius proinde elementa quadruntur. Vides itaque non solum non esse indeclinabilem vim illius consequentiam, sed nullam omnino nobis esse, quippe falso ntitur fundamento, quod materia sit ens creatum. Ad confirmationem neg. conseq. eo enim quod ex natura rei potentia prior est actu, ante primam potentiam nihil est; quare prima potentia pura est potentia; at vero post primum actum nihil prohibet alium esse; quare quod respectu prime potentiae actus est, & subinde primus, poterit respectu ulterioris actus potentia esse, & sic non est actus purus: praterquamquod si sensus consequentia sit, quod forma est actus purus, hoc est, non componatur physicè ex potentia, & actu; hoc sensu verum est consequens, licet non sequatur ex illo antecedenti, neque hoc sensu esse purum actum solius Dei privilegium est.

Ad admirationem D. Phinaletes dicimus, quod non materia, sed ens materialium orbem replet; nullibi enim materia se sola existit, nec existere potest connaturaliter, cum non sit ens naturale, sed entis pars; quare in se quidem, & de se nullam omnino extensionem habet, sed illius tantum capacitatem, illam tamen habet in toto, cuius est pars, & sic tantum orbem replet: dicimus deinde,

quod materia de se, & ex proprio conceptu nec nata est, nec computatur inter Dei opera, sed tantum totum, cuius ipsa est pars opus est Dei, & in ipso ea creature non ergo ipsa de se aliquod ens naturæ, cui proinde competit aliquam esse participationem Divinæ esse, & aliquam habere perfectionem, sed illius, quod est, & perfectionem Dei partat, est pars subjectiva, & pura potentialis.

83 Arguit septimò idem di log. 3. num. 6. Omnia, & singula corpora ex omnibus, atque singulis suis partibus constant, quidem partes non minus à se vicem distinguuntur, quam corpus à corpore: ergo omnes, & singulariæ partes componentes corpora sunt, & sic corpus nihil prater atomos. Hoc subillatum patet, quia corpus nihil est prater omnes, & singulas partes illi componentes. Ratio autem consequentia evidens est; siquidem aliqua pars corporis atomus non est, sed divisibile quid, tunc non partem singulam, sed partes accipit, in quas illa est divisibilis ergo intellectu accipias partes singularias, nihil nisi atomos habebis.

84 Resp. primò neg. conseq. Ad rationem ejus dicitur, qui supponit, quod probandum est, & in hoc tota ntitur aequivalatio, quod nesciunt ipsis diligenter corpus de genere quantitatibus corpore de genere substantiæ;

ideo conceptum materiae in exten-  
sione ponunt, aut saltim ab exten-  
sione non distinguunt, atque ex  
divisione quantitatativa, & secun-  
dum extensionem volunt ad pri-  
ma, & substantialia elementa per-  
venire. Itaque extensio, seu mag-  
nitudo cuilibet corpori acciden-  
talis est, & extra quidditatem;  
quare substantialis corporeitas  
non in extensione, sed in capaci-  
tate illam habendi consistit; & sic  
ex divisione secundum exten-  
sionem non ad substantialia elemen-  
ta pervenitur, quippe illa divisio,  
quamvis ipsam dividat substanciam,  
accidentalis est, & ex quanti-  
tate, & sub parte divisionis pars  
substantiae accipitur accidentalis,  
integralis, & secundum totalita-  
tem quantitativam, quæ proinde  
essentialiter totum est natum sub-  
sistere, & sic substantia completa  
ex materia, & forma: dato ergo,  
quod secundum talem divisionem  
sit ultimò devenire ad partes ato-  
mas, & quod ex his singula cor-  
pora constent, non sequitur tales  
esse substantialia elementa, de  
quibus querimus, sive corporis  
partes, ut est in genere substantia,  
sed ut est quantum. Resp. secun-  
dò, quod, et si physice sit devenire  
ad partes atomas, sive ad mini-  
mum naturale, absolute tamen ex  
quidditate sua metaphysica, quan-  
tum est divisibile in semper divi-  
sibilia, quia semper in quanta.  
Negatur itaque antec. quod cor-  
pus habeat, aut sit in eo accipere

partes singulas; quidquid enim  
accipiatur respective quidem ad  
totum, pars est, in se tamen quan-  
tum quid, & sic divisibile; quare  
impossibile est devenire ad par-  
tem singulam, quia impossibile  
est devenire ad aliquam, quæ non  
sit quanta.

b/85 Deinde num. 12. & se-  
quentibus proponit argumentum  
suprà factum, quo probatur nihil  
potuisse creari nisi atomos, de  
quo satis suprà addit tamen num.  
25. potuisse Deum ab initio par-  
tes materiæ creare, aut separatas,  
aut unitas; sed casu, quo produ-  
xisset separatas, extirisset singu-  
la seorsim, & sicut pars a parte,  
ita existentia ab existentia distin-  
gueretur. Quo circa primo notes  
velim, quod jam pér ipsum po-  
tuit creari compositum, partes  
enim unitæ compositum faciunt;  
neque hoc aliquid est præter par-  
tes ipsas unitas; & ubi nunc de-  
monstratio illa, qua invictissime  
convincitor, nihil nisi atomos po-  
tuisse creari? Secundò loquitur de  
prima rerum creatione, qua Deus  
ut Author naturæ processit, &  
consequenter secundum rei factæ  
connaturalē exigentiam; at quod  
connaturaliter exigit in se, & se-  
orsim a quovis alio subsistere,  
completa est substantia, nec aliud  
nomine completa substantia sig-  
nificamus: si ergo singulas partes  
materiæ potuit Deus seorsim crea-  
re connaturaliter, singula sunt in  
se ens naturale completum; do-  
cuit

cuit autem nos supra S. Patens, quod materiam debemus concipere non solum respectivè ad totum, quod potest constituere, sed etiam in se, & absolutè prorsus, & omnino informem.

86 Arguit octavò num. 29. quo probet, nihil nisi atomos videri, aut tangi: Quando videtur, aut tangitur paries, non profunditas illius, sed sola superficies tangitur, aut videtur; sed superficies indivisibile quid est, nec potest in alias superficies dividī, alioqui non superficies, sed corpus esset: ergo nihil præter indivisibile, subindeque atomum tangitur, aut videtur. Hoc argumentum potius oppositum, quam propositum arguentis deducit; elementa enim nullo sensu percipiuntur, cum esse debeant omni corpore physico, seu feasibili, cuius elementa sunt, omnino priora: si ergo atomi tanguntur, & videntur, non atomi, sed aliquid aliud substantiale elementum est. Adde, quod atomos nullo sensu percipi ipse ponit; nunc autem nihil nisi atomos sentiri deducit. Quod si dicat, atomos secundum se, seu separatas sentiri non posse, bene autem unitas. Hoc ipsum de nostra intelligat materia, quod ea secundum se neque quanta est, neque ullo sensu perceptibilis, id autem in toto habet.

Directè itaque disting. conseq. Ergo nihil directè, & per se tangitur, aut videtur præter ato-

mos, mittitur consequentia; indirectè, & ratione alterius, negatur conseq. quare præter atomos, quod directè, & per se dicuntur sentir id relinquitur, quod indirectè sensu percipitur, nempe substantia cuius nunc queruntur principia itaque substantia directè, & per se ipsam nullum immutat sensu sed per accidentia sua; quare quo sensu percipitur, non est substantia, neque inde deduci possunt substantiae principia. Quod si dicat, sequi hinc, non aliter sensu animam nostram, atque alia quamlibet corporalem substantiam. Dicitur primò, quod sensu non discernit inter utramque substantiam, sed intellectus. Dicitur secundò, quod intellectus videt aliter utramque substantiam: sensum comparari, licet natura sensus percipiat, nempe corporis substantia sensum immutat immediate, & per affectiones, seu accidentia, quæ tamen propria sunt ipsius, & sibi immediate coniuncta; anima autem, eo quod sensitualis est, per accidentia suæ propria non potest sensum immitare, sed tantum per accidentia corporis, quod ipsa perficit.

87 Arguit nonò dial. 4. quod quamvis de substantiali forma formonem instituat, nonnullas item superstites de materia difficultates tangit; itaque arguit 4. quod fides humana non sufficit pervenire ad credendum, talia natura dati composita naturali

qualia nōs ponimus, quod missa forma, de qua nondū agitur, quamque dicit incredibilissimum ens, sic pergit ostendere de materia: Ea foret inutilis ad compositionem naturalis entis, nisi in suo genere foret perfectissimum, & completissimum ens: nam composite deesset proculdubio perfectionis, & materialitatis id, quod materia deesset, si ea foret in suo genere incompleta; quod ex eo probat, quia id non posset materia à forma accipere; primo, quia omnino fictitium est, quod asseritur de duobus entibus se mutuo pericientibus, nihil enim potest de uno in alterum transire; secundo, quia nihil de genere materiae potest à forma præstari: patet ergo, quod materia de se perfectissimè, & completissimè habet quidquid est de genere materiae, & quod tām est ipsa in suo genere perfecta, quām perfectum est quidquid ex ipsa postmodum factum est, nam vidit Deus cuncta, que fecerat, & erant valde bona; quod non minus de quovis alio ente, quām de materia intelligitur: repugnat ergo materia illa prorsus, & omnino potentialis, & imperfecta, quam nos ponimus.

88. Resp. primò, quod neque ipsam, neque aliud aliquem adiungimus, ut credat, sed ut intelligat; est utique id intelligens valde difficile, & de se testatur S. Patens, quod post multam reflexio-

Tom. II.

nem vix potuit suspicari, quod nosse cupiebat; quamvis autem id plenè percipere sit difficile, suadet tamē vera ratio, ut ipse etiam nos docuit S. Patens, quod puram debemus, & omnimodam concipere informitatē, si volumus materiam concipere. Resp. itaque secundò, quod materiam esse in suo genere completissimum, & perfectissimum ens, egregia est implicatio; ly enim in suo genere talis est determinatio, quā omnem omnino completionem, & perfectionem excludit: ratio itaque materiae non perfectio, sed perfectibilitas est, ipsa quippe est subjectum, & potentia omnino prima; quare plenè, & perfectè habere rationem materiae, sed quidquid est de ratione ejus, est plenè, & perfectè habere perfectibilitatem, & potentialitatem; & ideo non debemus materiam concipere tanquam ens aliquod à Deo creatum, aut creabile, de quo proinde intelligatur, quod ait textus: *Vidit Deus &c.* sed cuiuslibet entis à Deo creati partem potentialē: quia ergo compositione naturalis, quam nos ponimus, ita accipit, hæc ratione conformior est; & quia, quam ipsi ponunt, non ita accipit, imaginis quidem sensui, minus autem ratione illa congruit.

89. Arguit decimo num. 6. & 7. Poteſt Deus minime omnium corporum partes ab invicem dissociare, & ex eis postea aliter uni-

L

tis

tis alium mundum formare , & tunc materia hujus novi mundi nihil esset aliud , quam partes illæ minimæ , quæ unirentur , & in varia entia formarentur ; sed eadem , quæ tunc foret materia illius , nunc est hujus mundi : ergo ea tantum est multitudo atomorum , ex quibus corpora constant . Confirmatur ex eo , quod habet num. 9. Partes corporum , quæ nunc existunt , possunt à Deo separari , & ad primum chaos reduci , & tunc essent quid informe , cum nullam haberent formam , & formabile in omnia entia , quin ex hoc tollatur , quod atomus qualibet esset in se ens completum , cum qualibet per se existeret ; sed tunc de illis diceretur , quod essent subiectum primum , & in pura potentia relatæ ad omnia entia , quæ ex illis possent fieri , & non essent neque quid , neque quale , neque aliquid illorum : illa ergo notio materiae non debet pure metaphysicè , ut à nobis accipitur , sed physicè accipi , & explicari , quid illi conceptui in re responderet .

90 Hoc utrumque ipsum supponit systema , quod probare intendit . Ad primum itaque primò negatur suppositum maj. quod nempe absolute loquendo , tales sint in corpore partes minimæ , quia corpus divisione quantitativa , & penes magnitudinem in quanta , & semper divisibilia dividitur . Resp. secundò , quod divisione physica , & ad minima natu-

ralia potest utique Deus omnia corpora in minimas partes dividere ; tunc autem negatur altera pars , quod ex eis aliter unitis alii fierent entia ; siquidem minima pars aquæ aqua est , & idem de quovis alio ente ; at aqua terra conjuncta non ens naturale facit sed aggregatum ex duplice : quia ergo partes illæ physicè minimæ entia sunt de se nata subsistente , neque elementa esse possunt , sed prima principia , neque ex eis variè commixtis novum ens fieri , sed entium aggregatio ; quare licet eadem sit materia hujus , & foret illius mundi , nec ille alter solâ fieret talium partium coniunctione , neque ejus materia efficeret atomi .

Ad confirmationem primam patuit supra ex doctrina ipsius , quod atomi separatae , & ad chaos reductæ unam haberent formam ejusdem rationis , ac est quilibet ex his , quas nunc habent , nempe nunc forma nihil est aliud , quam unio atomorum , qua à se distantiam , & vacuum disseminatum tunc autem eamdem haberent quippe vacuum coacervatum ipsum non admittunt . Secundò parte illæ , sive atomi ad chaos reductæ entia sunt , quorum unumquodque in se subsistit , & est hoc aliquid in actu ; quare tantum habent potentialitatem , & informitatem respective ad ens , quod potest esse illis fieri ; at vidimus supra ex P. Augustino , quod suadet vera re

tio non solum respectively, sed in se debere materiam accipi prorsus informem: non ergo materia sunt partes illæ, sive atomi: patet ergo, quod res physica per illam notionem, & conceptum metaphysicum, quem adhibemus, explicatur, non tamen qualem ipsi imaginantur, quæ sit de se ens aliquod natum subsistere, sed quæ sit tantum realis, & physica pars cujuslibet entis, cuius tota quiditas potentialitas sit cujuslibet formationis, & quæ proinde nullam de se habeat.

## ARTICULUS II.

*An materia habeat actum metaphysicum?*

91 PRO pleniori intelligentia quidditatis materiae a RR. dubitatur: An ea aliquam habeat actualitatem metaphysicam, aut entitativam. De priori quidem hoc, de posteriori seq. art. quæremus; & præsens difficultas minus controvertitur, quare ab ea breviter expediemur. Prima itaque sententia affirmat. Hanc tenet Suarez disp. 13. Metaphysic. sect. 5. quem sequuntur Pañaf. Alfonſ. & alii; tenent item nonnulli ex Thomistis, ut Mas. Froyl. Palanc. & alii apud illos. Secunda sententia negat. Hanc cum B. D. tenent omnes Nostri apud Uillan. estque communior inter Thomistas.

92 Dicendum ergo, quod materia de se non habet actum metaphysicum. Hæc aperte colligitur tum ex P. Augustino locis supra datis, quibus notionem ejus in pura, & omnimoda informitate, & potentialitate ponit, & ait, quod nesciendo scitur, nempe removendo omnem determinationem, & quidditativam perfectionem; tum dejnde colligitur ex B. D. in 2. dist. 12. p. 2. quae de quidditate materiæ latè agit, & quodlib. 2. q. 13. præsertim 3. via. Probatur itaque priuò, quia actus metaphysicus differentia est metaphysice determinativa conceptus generici; sed talem non habet de se materia: ergo. Major, in qua forte contrariæ sententiae Doctores equivocantur, valde notanda est; non enim dicitur actualitas metaphysica conceptus utcumque determinans communem alium conceptum, sed determinans metaphysicæ, & ex parte objecti; si enim tantum penes conceptus explicitos, & non præcisione ex parte objecti accipitur conceptus communis, & particularis, tunc horum compositio non metaphysica, sed logica est, & actualitas, quam significat conceptus determinans, non est differentia, sive actus metaphysicus. hoc ex dictis in Logica satis patet, & eo ait Philosophus, quod ens non habet differentias, quia non metaphysicæ, & præcisione ex parte objecti, sed logice tan-

tum, & penes conceptum explicitum patitur determinationem: differentia ergo, quæ est actualitas metaphysicæ, dicit gradum perfectionis metaphysice, & ex parte objecti generi superadditum.

Prob. itaque min. Ubi non est accipere compositionem ex subjecto, & forma, non est accipere gradus metaphysicæ, & ex parte objecti; sed in materia non possumus talem compositionem accipere: ergo. Min. nota est, & maj. late probata est in Logica; eo enim excludit B. D. præcissiones objectivas, & latitudinem gradualem in essentia Angeli, quia simplex essentia, quæ non est forma receptibilis in subjecto, non habet, unde secundum gradus accipiatur; tantum nempè conceptibus nostris multiplex gradus responder, quatenus forma ita subjectum suum perficit, quod alium, & alium perfectionis gradum communicat; quare ubi non intelligitur formam perficere subjectum, possumus conceptus multiplicare, ita tamen quod cuilibet non gradus aliquis, sed tota quidditas respondet aliter, & aliter accepta penes expressionem conceptus nostri.

Hinc patet disputatio materie ad formam; forma enim ex ordine ad subjectum, & quatenus habet sub tali, & tali gradu ipsum perficere, talem patitur latitudinem, quod possumus in ea metaphysicæ, & ex parte objecti gra-

dus accipere, imò differentia metaphysica uniuscujusque solam significat formam, seu ultimam ejus actualitatem; quare in forma accipimus actum metaphysicum; a verò materia puram dicit perfectibilitatem, nec in ipsa perfectibilitate possumus latitudinem accipere, ut quod quatenus formific, & sic perficit, materiam intelligentiam sic, & sic perfectibilem non enim alio, & alio conceperet, sed ipsa communi ratione primi perfectibilitatis intelligitur materia secundum omnes suos gradus formam recipere; quare quilibet conceptus, quem de materia summanus, ex parte objecti significat totam ejus quidditatem.

92 Prob. secundò ratione quam innuit B. D. citato quod 2. Si materia habet actum metaphysicum, directè pertinet ad prædicandum; sed hoc est falsum ergo. Patet min. quia prædicatum est corpus, aut saltus substantia, quæ in quid de corpora, & incorporea prædicatur, nempè substantia completa; materia autem sub tali tantum indirectè continetur, hoc est, non species ejus, sed ut pars subjectiva. Maj. ostenditur: Quia si materia habet actum metaphysicum, non ipsa est actualitas, ut est forma; quare oportet, quod sit subjectum, sive quidditas ex genere & differentia constituta, & sic directè, & ut species continetur sub genere supremo. Et confirmata

ter: Quia actualitas metaphysica constituit quid, & est aliquid eorum, quibus ens determinatur; sed materia de se non est quid, neque aliquid eorum, quibus ens determinatur: ergo. Secundò, materia, ut ait S. Parens, sic est propriè nihil, quod est, quo inferius nihil est; sed si haberet actualitatem metaphysicam, aliquid esset ipsa inferius, nempe potentialitas, cuius iste actus esset differentia: ergo.

93 Ad argumentum respondeat Illustris. Palanco, quod non oportet materiam poni directè sub genere supremo prædicamenti substantiaz, sed species est sub alio genere contenta: ait itaque, quod substantia ut sic divisione analoga dividitur in completam, & incompletam, & utraque tanquam genus in species suas dividitur; tunc autem substantia completa est genus supremum in prædicamento, & sub hoc non continetur materia; at verò substantia incompleta aliud est genus, quod dividitur in actualem, & potentialē, & sub hoc continetur materia.

94 Hanc doctrinam multa sequuntur inconvenientia: in primis duplex ponit prædicamentum substantiaz, quod satis est in Scholis novum. Deinde: Genera suprema sunt impermixta, ita quod unum ad alterum non reducitur; sed substantia incompleta redutivè est in prædicamento substantiæ.

tia completa, est nempe aliquid ejus: ergo substantia incompleta non poterit esse genus, deberet enim esse genus supremum. Ulterius: Magis à substantia corporeâ distat substantia spiritualis, quam materia; sed substantia spiritualis non sic distat, quod sub alio genere supremo ponatur, ipsa enim utramque ponit sub eodem genere substantiaz: ergo minus materia sub alio genere poterit collocari. Præterea: Potentialitas nihil addit, etiam pro explicito ad rationem substantiaz incompletaz; sed differentia non solum pro explicito, sed metaphysic etiam, & ex parte objecti generi superadditur: ergo neque ratio substantiaz incompletaz genus est, neque ratio potentialis est differentia. Major sic patet: Ratio substantiaz incompletaz etiam pro explicito importat determinabilitatem, & immediata ejus determinatio est ratio actualis; sed determinabilitas potentialitas est: ergo. Tandem: Potentialitas formaliter ut talis non est actualitas; sed differentia metaphysica actualitas est: ergo. Adde, quod differentia perfectiva est, & sic perfectior, eo quod determinat; potentialitas autem, & omnimoda perfectibilitas, quæ est quidditas materia, nullo potest esse perfectior, aut perfectiva, alioqui non esset omnimoda perfectibilitas.

95 Arguit primò Illustrissimus Palanco: Materia componi-

tur ex genere, & differentia: ergo habet actum metaphysicum. Probatur antec. Materia est substantia incompleta potentialis; sed ratio substantiae incompleta genus est, ratio potentialis est differentia: ergo. Prob. min. Quia per rationem substantiae incompletae convenit cum forma, à qua differt per rationem potentialis. Confirmatur primò: Quia materia Cœlestis à sublunari differt; at utraque in ratione materiae convenit: ergo genus habent, quo convenient; & differentiam, quo differant. Secundò: Materia cum forma convenit in ratione partis, & principii; sed differt in ratione talis: ergo. Tertiò: Materia definitur *subjectum primum*; sed per rationem subjecti convenit cum subjecto formæ accidentalis, & artificialis, à quibus differt per rationem primi: ergo.

96 Hoc argumentum cum suis confirmationibus in multis instatur apertissimè: In primis accidentis cum substantia convenit in eo, quod est ens, à quo differt in eo, quod tale; nec tamen proinde ex genere, & differentia componitur. Deinde, substantia incompleta cum completa convenit in eo, quod substantia, à qua differt per rationem incompletæ; & tamen juxta ipsum neque ratio substantiae genus est ad completam, & incompletam, alioqui esset genus supremum in predicamento, sed est ratio analogæ, neque ratio

incompleta est differentia. Præterea: Ultima, & atoma differentia non componitur ex genere, ulteriori differentia, alioqui non ultima esset, nec atoma; sed ea in eo, quod differentia, cum quaque alia convenit; differt autem in eo quod ultima: ergo. Multa alia ius generis cuique sunt manifesta quare patet, quod argumentum nihil probat,

Directè neg. anteced. & a prob. ejus dicitur, quod convenit, & differt quantum ad conceptum explicitum, metaphysicè tamen, & ex parte objecti tota quidditate sua differt, quia tota quidditate sua est pars potentialis. Ad primam confirmationem neg. maj. de qua q. I. de Cœlo & Mundo. Ad secundam, sicut argumentum principale dicitur quod tantum logicè, & secundum conceptum explicitum convenit materia in ratione partis, & principii, metaphysicè autem, & ex parte objecti tota quidditate sua est pars potentialis; quare tota quidditate sua differt à forma. A tertiam, ratio subjecti simpliciter de primo dicitur, de aliis autem tantum secundum *quid*, sicut & *fieri*; quare ea non est genus sed ratio analogæ, & consequenter cætera, quæ in definitione materiae ponuntur, non differenti sunt, sed major expressio, si conceptus explicitus,

97 Arguit secundò Saare: Materia secundum se aliquo

perfectionem, & bonitatem dicit: ergo habet actum metaphysicum, hunc nempè gradum perfectionis, quem possumus in illa concipere. Prob. antec. Compositum ex materia, & forma perfectius quid est, quām sola forma: ergo illud amplius ex materia habet. Ratio antec. esse potest, quia sola forma non est nata subsistere, benè autem compositum. Resp. neg. antec. quia, ut habet B. D. in 1. dist. 36. q. 2. art. 4. materia non respondet in Deo propria idēa; si autem aliquem haberet gradum perfectionis, & bonitatis, de se esset aliqua participatio perfectionis Divinæ, & consequenter sibi responderet in Deo propria imitabilitas, seu quod idem est, idēa. Ad prob. antec. neg. conseq. totum enim entitas est alia à partibus scorsim, & secundūm se; & hac entitas majorem perfectionem habet, quām sola forma, & nata est subsistere, non ex eo quod formæ accrescit ex materia, sed ex eo quod effectus formæ materia communicatur, & constituit tertium quid.

98 Arguit tertio idem: Materia secundūm se appetibilis est: ergo habet aliquem gradum perfectionis, & ex tali actualitatem metaphysicam. Patet antec. quia conveniens est huic formæ, & composito. Patet item conseq. quia appetibile bonum est. Resp. primo neg. antec. & ad rationem ejus dicitur, quod non ipsa mate-

ria, sed communicatio effectus sui est bonum, quod forma appetit. Resp. secundò neg. conseq. &c ad rationem ejus dicitur, quod appetibile est bonum utrolibet modo, nempè, aut bonum in se, aut bonum appetenti; quod verò tanquam appetenti bonum est, non oportet aliquam in se physicam, aut metaphysicam habere perfectionem, & bonitatem; tunc autem tantum hoc secundo modo appetibilis est materia.

99 Arguit quartò Eliseus: Entitas, quæ de se est aliquid in rerum natura, habet propriam es- sentiam, & quidditatem, & consequenter actum metaphysicum, talis quippé nihil est aliud, quām ratio constitutiva quidditatis; sed materia de se est aliquid in rerum natura: ergo. Resp. quod materia de se non est quid, ut habet Philosophus suprà adductus; sed actus metaphysicus est juxta ipsum ratio constitutiva quidditatis: ergo talem non habet. Directè neg. min. materia enim de se tantum est entis pars subjectiva, quæ de se non est aliquid, sed illius, quod est aliquid, pars quædam; tantum autem tenet maj. de eo, quod est directe, & per se aliquid.

100 Arguitur quintò: Materia differt formaliter positivè à forma; sed actus est, qui distinguit: ergo actum habet materiam, non physicum, sive formalem, ut de se patet, neque entitativum, ut dicemus sequenti art. ergo me-  
taphy-

raphysicū. Resp. disting. maj. Dīscert, prout differre idem est, quod distingui, conc. maj. prout aliter accipitur, neg. maj. Itaque dicuntur distingui ea, quorum unum non est aliud, differre autem quācumque in aliquo conveniunt, & aliqua ratione determinante differunt; tūc autem hoc secundo sensu actus est, qui distinguit, materia verò non hoc, sed priori modo, nempè tota quidditate sua à forma distinguitur. Alitèr disting. min. Actus est, qui distinguit ea, quæ convenient eo sensu, quo convenient, conc. min. absolutè, neg. min. tūc autem concessa subsumpta, neg. conseq. quia enim tantum logicè, & quantum ad conceptum explicitum convenient materia, & forma; actus, qui distinguit, neque physicus est, sive formalis, neque entitativus, sed non proinde metaphysicus, sed purè logicus. Itaque quæ tota entitate sua diffixunt, non oportet actu distingui, sed si alterum illorum pura potentia est, ipsa ratione puræ potentiae ab altero distinguitur; & ita fateantur oportet Doctores contrarii de differentia materiæ; si enim ea est ratio potentialis, non aliquo actu, sed ipsa potentialitate distinguatur oportet à differentia formæ.

101 Arguitur sextò: Forma habet actuū metaphysicū: ergo & materia. Pareat antec. quia differentia uniuscujusque ex forma

sumitur. Prob. conseq. Quia forma, & materia duæ sunt partes ex æquo, & immediate constitutæ corpus naturale: si ergo forma differentiam habet, ea erit alicius generis contractiva; hoc autem genus materiam proculdubium forma comprehendit, neque enim aliud est, cum quo ponit forma tali genere convenire: habebit ergo materia pariter differentiam illius generis contractivam. Resp. disting. antec. Forma secundò intentionaliter, sive communis formæ ut sic, non antec. forma priù intentionatè, sive quælibet particularis forma, conc. antec. tūc autem rationem consequentia dicitur quod in qualibet forma est appetere differentiam metaphysicam quatenus in ea accipitur gradus communis, & particularis; quod genus non est aliquid sibi commune cum materia, sed gradus communis, quo convenit cum alia forma. Itaque conceptus communis formæ ut sic, sive partis actualis metaphysicæ simple est quæ, ac conceptus materia non enim alio gradu quidditat

læ habet, quod sit pars, & quod sit pars actualis.

## ARTICULUS III.

*An Materia habeat actum entitativum?*

§. I.

*Probatur Conclusio negativa.*

102 **N**ON parum de sensu

difficultatis controvertitur, neque enim uno modo explicatur actus entitativus, de quo late Mastrius. Missis explicandi modis, actus entitativus est, quo constituitur essentia in talibus gradus, cui de se respondeat existentia, sive esse extra causas; quia enim res in potentia objectiva est actu non ens, actus illi potentiae respondens facit in actu ens, & dicitur actus entitativus, sive actus de genere entis: sensus ergo difficultatis est: An materia talem habeat entitatem, cui existentia respondeat? Nulli dubium, quin materia extra causas sit, existit enim in quolibet corpore, quare non est in pura potentia objectiva; non tamen proinde controversia relinquitur de solo nomine, ut putat ipse Mastrius; relinquitur enim de re difficultas: An sic esse extra causas materia competit de se, ita quod talis sit ejus entitas, quæ possit de se fieri, extra causas ponit, & propriam immediate suscipere existentiam; an potius talis sit ejus entitas, quæ

Tom. II.

de se, & sibi relicta neque fieri, neque esse possit connaturaliter, sed tantum in toto, cuius est pars? Vides itaque, non duas esse diversas difficultates: An materia habeat actum entitativum, & : An habeat propriam existentiam; est enim prorsus imperceptibile actum habere entitativum, seu quod idem est, actualem essentiam in genere entis, quin sibi propria existentia respondeat, seu sit propria existentiæ terminabilis, aut ē converso, quod propria sit existentiæ terminabilis, quin essentiam habeat ita terminabilem, & consequenter actualem in genere entis: actus ergo entitativus non ipsa est existentia; rosa enim non exultens actum entitativum habet, completam nempe, & plenè actualem entitatem, sed est in essentia ipsa, sive entitate nominali talis gradus, cui de se respondeat in re esse.

Hinc primò habes, quod eadem est difficultas de materia, ac de forma; et si enim forma actus sit formalis, sive de genere physico informandi, & perficiendi; quare & actualitatem metaphysicam includit, ipsa enim totius differentia metaphysica ex forma sumitur, nihilominus de se, & ex proprio conceptu non ens est simpliciter, sed entis pars æquè, ac materia, quare de se non est quid in re ponibile. Habet deinde, falli quoddam de Nostris, qui pro sententia affirmativa adducunt

M

N.

N. Gerard. ipse quidem in quodl. q. 10. qua de prima corporeitatis radice querit, in 1. conclusione ponit, quod materia de se habet aliquem gradum entis, quem non expectat a forma, ex quo ipsis decipiuntur; aliud autem est materiam de se aliquem gradum entis habere; aliud vero, quod iste gradus actus sit; itaque materia de se non est nihil, quare aliquo modo ens est, & aliquid, & consequenter aliquem gradum habet in genere entis; & hoc tantum intendit N. Gerardus, ut patet considerati rationes ejus, sed non continet, quod de se non est nihil, est eos in actu, seu actum habet de genere entis; immo ex hoc ait Philosophus, & sape repetit B. D. quod Antiqui nescierunt concepire materiam, quia nescierunt accipere medium inter nihil, & ens in actu: tale ergo medium est materia, nempe neque in actu ens, sive actus de genere entis, neque nihil, sed entis pars, seu potentia ens; & quia hoc aliquo modo ens est, ea aliquem gradum habet in genere entis; & hoc tantum intendit N. Gerardus.

103. Prima itaque sententia affirmat, materiam habere actum entitativum. Ita Scotus in 2. dist. 12. quem sequuntur Discipuli; tenet item Suarez disp. 13. Metaph. sect. 5. & passim Doctores Societatis; ex Nostris Atim. & Lusitan. apud N. Manso. Secunda sententia negat. Hanc tenent uni-

versim Thomistæ, & Nostri conmunitè apud Villan. hic: ex Dl. Societatis citat. Ovied. Qu Compt. & alii. ad 104. Dicendum, quod maria non habet actum entitativum. Prob. primò ex Philosopho ca. 8. hiujus 1. lib. quo ait, veteris Philosophos circa principiatum, & naturalem generationem beruisse, eo quod, quia ex nihil fit, ponebant, cuncta ex fieti, quod est de se, & in actu quid; & quia, quod est de se quid, non sit simpliciter, sed tantum sit hoc, nempe non acquisiti, quippe id habebat, sed esse, coacti sunt negare generationem. Deinde duplici via ha- rejicit errorem: primò quide quod sit genitum ex eo, quod aliquid per accidens; quo se Musicus edificat, non in eo, qui Musicus, sed in eo, quod edificator; secundò, quia subiectum, quo sit, nec est nihil, nec aliq. in actu, sed est in potentia; quia ait texti 77. *Is igitur unus est mundus solutionis; alius autem est potentiam, atque actum;* cui sensum latè expendit Commentator, & idem habet 12. Metaph. texti in 103. Ex hoc itaque loco rati deducitur valde efficax, que formatur: Si materia habet actum entitativum, nihil generatur; si hoc est inconveniens, quod Philosophus in Antiquis reprehedit: ergo. *De min. nullus dubi-*

fat. Prob. itaque sequela majoris: Quod non accipit esse simpliciter, seu primum, non generatur, seu fit simpliciter, sed tantum alteratur, seu fit tale; sed si materia habet actum entitativum, quod generatione fit, non accipit esse simpliciter, seu primum: ergo. Patet maj. quod enim simpliciter fit, simpliciter esse accipit; quod vero supra esse, quod habebat, aliud esse accipit, alterum fit, & non esse, sed tale esse accipit. Patet item min. si enim materia actum entitativum habet, subjectum generationis proprium esse habet, & sic generatione non accipit esse simpliciter, & primo, sed esse tale.

106 Ad hanc rationem, quæ commune est nostra Conclusionis fundamentum, communiter respondent Doctores contraria sententia, quod non obstante, quod materia habet actum entitativum, & sibi respondet proprium esse, quod generatur, fit simpliciter ad differentiam illius, quod alteratur, quia quod alteratur, habebat ante alterationem esse simpliciter, & completum, quo erat natum in se subsistere; quare tantum accipit supra hoc esse determinacionem accidentalem, & esse secundum quid; at vero quod generatur, amittit esse, quod habebat, & acquirit per formam substantialem novum esse quidditatum, & primum; quare fit simpliciter, nempe alia entitas.

107 Sed contra: Hac solatio non salvat intentum Philosophi, quod nempè subjectum generationis neque omnino nihil, seu non ens est, neque ens in actu, sed medium inter utrumque: si enim materia de se habet actum entitativum, cui respondet proprium esse, de se est ens in actu, & non esse accipit, sed esse tale, sive esse aliud ab eo, quod habebat. Contra secundò: Subjectū alterationis ad illud esse, quod alteratione acquirit, erat in pura potentia, & de illo nihil omnino habebat; quia tamen esse habebat, quo de se erat aliquid in actu existens, non simpliciter, & primo esse, sed secundum quid, & tale esse accipit: ergo pariter, et si materia ad illud esse, quod generatione acquisit, sit in pura potentia, & de eo nihil habeat; si tamen de se est ens in actu, & proprium esse habet, non esse simpliciter, sed esse tale acquirit.

108 q Resp. iterum: Subjectum alterationis non utrumque esse habet, sed esse simpliciter, seu esse completum, quod de se est natum subsistere; at materia de se esse habet tantum secundum quid incompletum, & partiale, quo nempe non est nata se sola subsistere: licet ergo illud subjectum esse accipiat tantum secundum quid, quia simpliciter habebat; materia vero, quæ simpliciter non habet, esse accipit simpliciter. Sed contra: Si materia de se esse habet, il-

Iud. ipsi materiae adaequatum est, & completum; quare eadem se, & inde accepta adaequata est ens in aqua, & tantum incompletum quid, & inadaequatum respectu illius, quod est terminus transmutationis; sed in priinis vidimus supra ex P. Augustino, quod non solum respectivel ad totum, i.e. cuius est pars, sed absolute id se ipsa non est aliquid in actu, sed pura, & omnimoda informitas; deinde respectivel ad id, quod est terminus transmutationis, etiam subjectum alterationis non est quid incompletum, & pura potentia: ergo. Contra secutio. Si materia de se talen habet actum entitatis sua, quod sibi proprium esse responderet, de se, & connaturaliter ens est natum subsistere, non obstante, quod respectu totius incompletum quid sit, & pars substantialis: si ergo ens de se natum subsistere nequit esse generationis subjectum, neque generatione accipit esse simpliciter, aut tale esse non habet materia, aut non salvatur generatio.

Hac sequela primò ostenditur ex eo, quod ipsi supponunt, & fundamentum assumunt pro conclusione sua: Quod de se, & connaturaliter talen habet entitatem, quod terminat productionem, & immediate se ipso esse accipit, seu ponit extra causas, ita esse habet, quod est natum subsistere, sive in se existere; sed non obstante, quod materia relate ad

totum sit incompletum quid, pars eius, si tamen de se, & aucti-  
totum talen habet entitatem, & du-  
proprium esse extra causas con-  
naturaliter respondeat, de se te-  
minat productionem, & imme-  
diata se ipsa accipit esse: ergo  
Maj. patet, quia sunt synonymi  
de se produci, extra causas ei-  
& in se existere. Minorem ipsi-  
sumunt, & eo probant, quod ma-  
teria de se habet actum entita-  
tum, quia de se, & immediata  
Deo creata est. Secundò, ex d-  
crita ipsorum hoc ipsum olo-  
ditur: ponunt enim, formam co-  
poreitatis corpus constitu-  
quod est pars physica, & substa-  
tialis hominis, & esse incom-  
pletum, & partiale habere, tale,  
cum anima totum simpliciter co-  
stituit; at quia proprium esse  
responderet, potest connatural-  
sine illa forma, cum qua con-  
tuit totum, in re esse, & de se tra-  
ita relinquitur in morte homini  
ergo pariter, etiā materia tam  
incompleta, & ut pars totius  
habeat, si tamen proprium hab-  
quod sibi de te responderet, pot-  
se sola in re esse connaturaliter,  
ens est natum subsistere.

109 Adhuc respondent: Quid  
est natum fieri adaequata, & com-  
pleta productione, ita in actu  
se, seu actum habere entitativum  
quod est se solo natum subsistere  
materia autem de se quidem  
bet fieri, & ponit extra causas, qd  
re sibi proprium esse extra cau-

Respondeat; & agniti habet entitativum; non autem potest fieri productione completa, & adæquata, sed incompleta tantum, nempe ut pars totius, quod productione completa sit; quare actum habet incompletum; & ita sibi respondeat proprium esse extra causas, quod non est nata connaturaliter se sola subsistere. Sed contra: Materia ipsi potest ita à Deo creatam, ut te sola actionem creationis terminasset, ut ex ea jam in re posita alia posteriori actione forma educeretur: ergo illa producione, quam de facto terminavit, adæquata est, & completa. Deinde, hoc intendit argumentum, quod si materia actum entitativum habet, et si respectu totius pars sit, & ens incomplerum, in se tamen proprium sibi esse respondet adæquatum, & completum, quo nempe adæquate esse extra causas, & propria productio sibi adæquate fieri; quare poterit non solum incompletum, quando sit in toto, cuius est pars, sed etiam completem fieri, & sibi in se sola proprium esse communicari; sicut ipsi de corpore organico philosophantur, quod nempe in generatione hominis sit producione incompleta, & ut pars geniti; quia tamen actum habet de se entitativum, cui proprium esse responderet, adæquata, & completa producione potest in re ponii, & se solo extra causas manere.

110 Sed adhuc nihilominus

respondent, quod aliter actus entitativus materiae respondens incompletus est, aliter vero, quem habet corpus organicum; nempe corpus organismum totum est ex materia, & forma; quare actum habet in se quidem completum, & tantum secundum quid, & respectivè incompletum; quare sibi respondeat fieri, seu esse extra causas utroque modo, aut incompletè in toto, cuius est pars, aut complete se solo; at vero materia tantum, & præcisè partem dicit, quare actum habet, & esse sibi responderet non solum respectivè, sed in se etiam, & absolutè incompletum. Sed contra: Aut nullum omnino habet materia actum entitativum, eo quod pure, & tantum pars est, & hoc intendimus; aut si quem habet, ille in se adæquatus est non minus, ac actus, quem dicit corpus organicum. ergo. Prob. assumptam Ad hoc, ut sibi in se, & secluso ordine ad alterum respondeat actus entitativus, & proprium esse extra causas, aut in quolibet requiritur compositio ex materia, & forma, aut non? Si primum dicatur, habetur propositum: si autem dicatur secundum, illud esse extra causas sibi adæquatum est, & entitatem, cui convenit, plene complet, & ultimò terminat. illa ergo entitas in se accepta, & secluso respectu ad aliud, cuius est pars, plene completa est, & ultimum habet terminum, incompletum enim

enim id dicitur, cui aliquid deest; illi autem entitati tantum deest respective ad totum, nempe altera pars, cum qua totum constituit, in se vero accepta nihil deest, siquidem proprium esse extra causas, quod est ultimum complementum, de se habet.

Præterea: Sicut in forma corporeitatis, quam ipsi ponunt, se habet respectus ad formam totius, ita in materia respectus partis ad formam substantialem, cum qua corpus naturale constituit; sed in forma corporeitatis secluso respectu, quo pars est, relinquitur essentia in se completa, & ultimo termino, nempe proprio esse terminabilis, eo quod ipsa actus est in genere entis, cui de se tale esse, & complementum respondet: ergo pariter, si essentia materiae talis est, quæ in se, & de se actum habeat in genere entis, ita sibi de se respondet proprium esse extra causas; quod, etiæ accepta sub habitudine partis non nisi in toto, & incompletè esse sibi respondeat, ipsa tamen præcissive ab illo respectu veluti completum quid completo, & ad quantum sibi esse terminabile accipi debet: si ergo tale non est fundamentum naturæ, quod est generationis subjectum, materia talem actum habere dicenda non est.

III. Prob. secundo ex P. Augustino loco superius adducto n. 70. quo directe S. Parens assertit non prius a Deo creatam mate-

riam, quæ postea formaretur, formæ concretam; quare non ad propositum, quod aliqui respondent, intendere nempe S. quod materia non præcessit tempore, seu duratione aliqua forma quod non tollit, quin ipsa crevit, ex qua in eodem instanti forma sit educita. Hoc, inquam, non est ad propositum; tunc, quia solum ait, quod non prius crevit materia, quæ postea formatur, sed addit, quod fuit utrumque simul concreatum; tunc deinde ex eo, quod assumit in exemplum, verba nempe de voce, sono formari, non tamen pro quo priori sonum emittimus, pro posteriori formetur in vocem sed formatum emittimus: pars ergo non materia creata est, quæ deinde etiam in eodem instanti formaretur, sed totum creatum est, seu materia formata, ita quod forma ex ipsa educita sit, non tamen præexistente, seu pro aliquo priori etiam naturæ existente; quia enim naturæ prioritas non est rationis, & existentia, pro illo instanti utrumque actum habet materia, formam, & existentiam; tamen, quod forma prior est, prius, atque immediatus materialis communicatur, quam existentia; quod exemplo patet S. Bernardis, verba nempe de voce, sono formamus, ita quod vox sonus pro priori formâ verbi quam existentiam habeat, utramque actum in eodem instanti

Ex hoc itaque ratio deducitur, qua fundamentum evertitur contraria conclusionis: Si Materia habet actum entitativum, sibi responder proprium esse extra causas, ita quod pro priori extra causas esse debuit, quam formaretur; sed non ita extra causas posita est: ergo. Minor expresse habetur in verbis S. Parentis, nempe non materiam Deus creavit formandam pro posteriori, sed formatam. Maj. ostenditur: Si de se, & ex propria entitate actum habet, cui responder esse extra causas, connaturaliter exigit extra causas ponit, ut formetur, non enim potentia objectiva, sed subjectiva est ad formam; sed in prima productione facta est juxta connaturalem exigentiam: si ergo non ita facta est, talem exigentiam non habet, & sic nec actum entitativum. Majorem ipsi assumunt contrarii, & eo actum entitativum in materia propugnant, quia ea debuit extra causas ponit, ut formaretur, eo quod potentia est subjectiva. Min. eo patet, quia in prima productione a Deo facta est, ut Auctor Natura est, oportante.

112 Una hinc difficultas ori-  
turi: Diximus nempe supra, quod in generatione vermis ex specie-  
bus Eucharisticis materiam Deus  
creat, ex qua forma educatur; sed  
ex hinc ratione, si materia se sola  
creator, & esse extra causas im-  
mediate recipit, habet actum en-

titativum: ergo. Ad hoc utroque modo dici potest: altero quidem, quod materia creatur in instanti terminativo alterationis, quo forma educitur, ita quod non pro priori existentiam, sed pro priori formam habet, sicut in prima producione contigisse dictum est numero præcedente; & juxta hanc viam vermis non dicetur simpli-  
citer genitus, nempe forma non educitor de præexistente subjecto, sed tantum dicetur genitus quo-  
dammodo, nempe ratione altera-  
tionis præcedentis: altero modo dici potest, quod materia creatur in instanti terminativo alteratio-  
nis, ita quod pro priori naturæ existentiam habet, & sic vermis simpliciter genitus dicetur, & for-  
ma ex præexistente subjecto edu-  
citor, tunc quidem recipit mate-  
ria immediate existentiam, non  
autem operatur Deus ut Author  
naturalis, sed miraculose; pro  
quo non requiritur, quod mate-  
ria exigit, sed sufficit, quod non  
repugnet existentiam habere; jam  
autem actus entitativus talis est  
gradus, cui debetur, & qui con-  
naturaliter exigit de se, & imme-  
diatè extra causas esse.

113 Probat. tertio ex B. D.  
qui hanc sententiam multis in lo-  
cis aperte habet, ut in 1. Physic.  
lect. 9. & lect. 18. in 2. dist. 1. p.  
1. q. 2. art. 1. §. Primum incon-  
veniens, & art. 4. & sape alibi;  
specialiter autem duo adducemus  
loca, quibus ex instituto eam

probat: itaque in 1. dist. 36. q. 2. art. 4. querit: Quorum sit idēa in Deo? §. Viso quomodo explicat, qualiter materia habet in Deo idēam; & sic ait: *Habet enim materia prima idēam, quam imitatur; nam cūm sit natura aliqua, nihil sit tale nisi per imitationem Divine Essentiae, vel Naturae, oportet talem materiam habere idēam, quam imitatur: est tamen talis idēa distincta cognitione solum, quia Deus cognoscit per idēam, quam habet apud se, naturam materię esse aliam à natura forme; non tamen propriè est distincta actu, eo quod nulla actualitas ei competit, prater quam habet à forma; neque etiam est distincta opere, ut quid possit per se fieri sine forma; neque est distincta existentia, quia non potest per se existere sine forma.* Et in solut. ad 1. contra dub. later. sic ait: *Ad primum dicendum, quid, quia intellectus noster est potentia pura in genere intelligibilium, nihil cognoscit, quod per se actualitatem non possit ipsum movere; O quia materia prima est potentia pura, nullo modo cognoscitur ab intellectu nostro nisi per analogiam ad formam; intellectus autem Divinus, qui non cognoscit, eo quid reductatur de potentia in actum, ipsam essentiam materię cognoscere poterit per idēam, quam habet apud se, secundum quam eam in esse produxit; non tamen hujusmodi idēa est distincta factio, vel*

*actualitate, vel existentia, sed cogitatione; eo quid materia per se tantum idēam, licet distincte cognoscatur, tamen non tamen per eam potest in se produci absque productione forme, summa neque per se existere absque existentia ejus.*

Ex quibus talis formatur ratio: Si materia prima de se habet naturam actum entitativum, & sibi con responderet in Deo idēa actual est, tamen distincta ab idēa forma, & perfecta compositi, & directe, & per se ipsam posset intellectum nostrum directe immutare, & à nobis directe cognoscis; sed nec talem habet idēam, est causa nec ita à nobis cognosci potest, ergo. Patet mag. quod enim actum entitativum de se habet, in se, & concorsim à quovis alio actuali tatem importat, & gradum aliquam propriæ perfectionis entitativæ, cui propria responderet in Deo imitabilis. quantum, & secundum quem esse potest, objectum intellectus nostri, & ipsum materialum immutare. Min. itaque, quod expressè habetur in textu B. I ratione sic ostenditur, quantum dolum ad primum quidem: *Quia in eis tunc secundum unumquodque idēam in Deo habet propriam, in quantum fieri amittitur, & in re esse; hoc enim in materiali idea significatur, ipsa Divinitus Essentia secundum quod à participibili existere, imitabilis est, specie participabilis; sed materia solu- lo. S. potest fieri, & in re esse ut pars ex parte genitatis, & in ipso ente; non ergo propriam idēam habet, sed in iusta tenentis, cujas est pars, representatione dicitur.*

secundum ipsos, quod oportet recipiens esse denudatum à natura recepti, Ex hoc materia nihil est in actu, loquendo de actu rerum, quas recipit. En solutionem omnibus nostris rationibus communem, quod nempè materia pura potentia est in ordine ad actum informativum, quare omni tali actualitate caret, & est in genere physico omnimoda informitas, cum quo stat, quod in genere entis actum habeat, quo esse extra causas, & fieri subjectivam potentiam sibi competit.

Sed postquam latè illam solutionem proponit, ita subjungit B.D. Sed ista opinio iendit in errorem priorum philosophantium, materiam de se esse aliquid in actu, nam si materia de se esset aliquid in actu, cum materia sit quedam substantia, tunc esset quedam substantia in actu, per consequens esset corpus. Itaque contra præcedentem solutionem sic instauratur ratio B. D. Si materia de se esset aliquid in actu, extra causas, seu quod idem est, actum haberet entitativum, quo sibi de se competet esse extra causas, de se esset corpus; sed tunc neque esset prima perfectibilitas, aut substantium receptivum, neque conceptum materiæ haberet: ergo. Patet min. quia corpus non est primum principium, & elementare fundamentum totius naturæ corporalis, sed est aliquid ens determinatae quidditatis, &

& à Deo cognoscitur ut distincta ab alia comparte. Quantum tum ad secundum, sepe habet Philosophus, quod tantum possumus materiam cognoscere ex analogia ad formam: & ratione id patet, si enim ipsa est prima perfectibilitas, & fundamentum naturæ, tantum possumus illam cognoscere ex perfectione, cuius est capax: si ergo aliquam in se perfectionem, seu gradum actualem habet, quo possit à nobis directe in se ipsa, seu seclusa habitudine ad perfectionem, cuius est capax, cognosci, neque erit prima perfectibilitas & fundamentum naturæ, neq; se proinde conceptum materiæ habebit; patet enim, quod gradū perfectionis propria præcedit perfectibilitas.

Rursus in 2. dist. 12. q. 3. que est de quidditate materiæ, art. 1. de hoc ipso querit: An materia prima ex se dicat aliquem actu? Resp. negativè; & ratio, qua directe probat, ex illo delimitur principio, quod habetur 3. de Anim. text. 14. quod nempè omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti; sed materia totius est actualitatis receptiva: ergo nullam habet; sicut a pupilla, quia ejuslibet coloris speciem recipit, est omnino abscondit. Subjungit autem: Ex his ergo forte moti quidam moderni temporis dicerunt in scriptis suis, materialam, ut recipit formas, de se dicere aliquid in actu. Verum est

sic elementatum, & principiatum. Prob. itaque maj. Illud eas in actu, quod intellectui respondet concipienti materiam, siquidem est in actu, actualis substantia est; sed ea est capax habendi quantitatem, in quo conceptus corporis consistit de genere substantiaz: aut ergo corpus de se est, aut non est de se in actu.

Confirmatur: Si materia est pura potentia ad formas, receptiva est totius omnino perfectio-nis, & actualitatis de genere entis; sed ita est, si vere est materia: ergo ex conceptu suo nullum ha-bet actualitatis gradum de gene-re entis. Probat. maj. Forma est actus primus, & tota ratio quid-dicatis entitatis constitutiva; sed ante actum primum, qui est tota ratio nullus omnino potest intel-ligi: ergo si materia hujus est re-ceptiva, totius actualitatis recep-tiva est. Prob. maj. Quia unum-quodque habet a forma sua, quod sit ens, & tale ens; quare forma secundum unitiplicem sui gra-dum constituit ens simpliciter, na-tum subsistere, sive in se esse, & deinde corpora tales, vel tales vir-tutes habens, & aff. actiones: ipsam ergo rationem entis nati in re es-se, & subsistere forma constituit, & sic materia, quæ ipius est for-mæ receptiva, omni caret actu-alitate, quam forma tribuit, & conseqüenter actu etiam de gene-re entis. Neque dicas: Actu caret completo, quia hunc forma tri-

buit, cum quo sit, quod habe incompletum: Contra est: Forma non solum ens completum, & corpus etiam, & tale corpus compleatum constituit, putat lignum aut lapidem: si ergo, quia tota constituit ens completum, poterit materia de se habere actum, incompletum, pariter, q. constituit corpus completum, terit de se materia habere actu-tatem corporis, aut lapidis completam: sicut ergo materia habere incomplete, gradum corporis, aut lapidis, qui comp-constituantur a forma, est esse pura potentia, & tantum habe capacitate in ad illos grados incompleta habere gradum en-qui complete a forma tribuit est esse in pura potentia ad illa.

115 Probatur tandem Co-clusio ratione directâ: Actus entitatis talis est gradus entitatis cui respondet, & per se debet esse extra causas; sed materialis gradus repugnat: ergo. Pri-miu. Gradus entitatis, quem habet materia, incompletus est, potentialis; sed repugnat esse extra causas incompletum, & potentialia: ergo. Probatur min. Compleatum de se, & ex termino compleibile est; sed repugnat extra causas compleibile: ergo. Prob. min. Compleibile est pa-tens suscipere id, quod ibi det- sed repugnat esse extra causas pa-tens suscipere ulterius esse ex-causas: ergo. Patet min. impli-

enim posse extra causas fieri, quod habet esse extra causas. Explicatur: Si materia talem habet entitatis gradum, cui de se responderet esse extra causas, aut tale esse extra causas complectum est, & tunc gradus entitatis, quem habet materia, completus est, cui uenire complectum esse extra causas responderet; aut est incompletum, & libinde compleibile; tunc autem: Non completur esse extra causas materia per esse extra causas formam, aut compositi; tale enim nullo modo facit materiam amplius esse extra causas: debet ergo compleri per ulterius esse extra causas ipsius materiae: quandoquidem ergo utrumque repugnat, & quod habens esse extra causas ulterius fiat extra causas, & quod materia respondeat completum esse extra causas, absolute ipsi repugnat talis gradus actualitatis, cui debeatur esse extra causas.

Confirmatur primo: Esse extra causas, quod non faciat esse extra causas, manifeste implicat; sed si materia talem habet entitatis gradum, cui debetur esse extra causas, tale esse extra causas non facit ipsam esse extra causas: ergo. Prob. min. Si materia habet talem gradum entitatis, sibi de se debetur, & connaturaliter responderet esse extra causas; sed sibi repugnat se sola, & connaturaliter extra causas esse: ergo tale esse extra causas, quod sibi responderet,

non poterit ipsam facere extra causas esse, & sic erit esse extra causas, quod non facit esse extra causas, quod manifestissime implicat. Hoc min. aperte patet; si enim materia potest se sola connaturaliter subsistere, sive in se esse, non fundamentum naturæ, & pars entis naturalis, sed ens naturale est, & sic non materia.

Confirmatur secundò ratione, quam ex Complutensisibus desumit N. Manso: Existentia, sive esse extra causas, materia de se respondens, est existentia potentialis; sed existentia potentialis in terminis involvit contradictionem: ergo nulla materia responderet, & sic ea non habet actum entitativum, seu gradum entitatis, cui existentia respondeat. Patet maj. quia esse extra causas tale esse debet, quale est id, quod extra causas ponitur, & maximè in sententia DD. cum quibus agimus, quæ non distinguit existentiam ab esse. Minor itaque multis ostenditur: Existentia potentialis est actus non actus; actus potentialis, actus ultimus non ultimus, seu terminus non terminus, eo enim quod existentia, actus est, ultimum complementum, & terminus essentia; eo autem quod potentialis, non actus, sed potentia est, & consequenter neque terminat, neque est ultimum. Deinde, quod conceptus genericus perfectior sit differentia sua, apertere impiebat; sed existentia potentialis

tialis hoc importat: ergo. Patet major differentia enid actus est determinans, & perficiens, seu quod idem est, perfectionem aliquam addens generi. Patet item minor, nam existentia potentialis ex conceptu generico existentia actus est, ex conceptu vero differentiali potentialitatem importat.

**16** *Solventur Argumenta.*

**A**rguit primo Mas-  
sol trius, cuius unicum  
fundamentum ad hanc formam  
reducitur: Per actum entitati-  
vum nihil aliud intelligitur nisi  
id, per quod res est extra causas,  
& excludit potentiam objectivi-  
am; sed materia extra causas est,  
non potentia objectiva, sed  
subjectiva est, & pars acti compo-  
nens totum: ergo talum actum  
habet. De majori non debet dubi-  
cari; de hoc enim controvetsi in-  
stituitur. Min. clarius est, quam  
que probatione indigeat; aliter  
enim nunc se habet materia; ac  
ab aeterno ante mundi condicio-  
nem, tunc erat in potentia objectiva:  
nunc ergo potentia subjectiva  
est in te existens.

**17** Hoc argumentum, quo  
fere omnes institutori, in modo rem con-  
secuisse se putant, quare multi di-  
cunt, de solo nomine controver-  
siam esse; aperte dicitur aquivo-  
catione; aliud nempe est in re es-

se, aliud verò id sibi de se con-  
petere. Resp. itaque neg. maj. & ex-  
ea jacet; non enim ipsum esse  
extra causas, sed talis gradus em-  
tatis, cui esse extra causas debet  
tur, & ex se conveniat, intelligi-  
tur per actum entitativum: quod  
ergo tales in gradum entitatis po-  
de se debetur extra causas ei  
materia non habet, dicimus ne  
habete actum entitativum.  
minorem itaque dicimus, quo  
materia est utique in re exsite  
& consequenter non in poten-  
tia objectiva; sic tamen esse non  
competit de se, & ex meritibus  
entitatis, sed ratione forma  
qua perficitur, ut constituant  
actum, cui de se competit fieri,  
in re esse? qd. qd. qd.

**18** Arguitur secundò, &  
replica contra præcedentem  
lucionem: Materia de se, &  
meritis sua entitatis est realisca-  
sa forma, subindeque regi-  
prior illa, licet enim etiam for-  
mam non habeat, & realiter prior ma-  
teria, absoluē tamen ex natura  
informe præcedit formatum, extr  
ait S. Patens; & in prima ter-  
tione materialis quidem ince-  
piti, omnino nihilo, forma vero de-  
celleformis materia facta est, ut eti-  
mabitur S. Patens. Tunc ergo anti-  
illo posidi, quo materia præcedit, qua-  
utide ipsa facta forma, aut est in aut  
potentiam objectivam, aut ex acci-  
si primis, & lastu nihil; que  
forma non educta ex materia, ergo  
de nihilo citius in autem dicator  
sed

cendum, siquidem materia de se, & ex meritis sua enticatis causa est forma, & eam præcedit, ex te extra causas est; & gradum enticatis habet, cui ita esse respondeat.

119 Argumentum aperte instatur, primo quidem de ipsa forma; ea enim realis causa est, & realiter prior materia, quare in illa prioritate, qua ut causa materiam præcedit, non est in potentia objectiva, si enim est actu nihil, nequit esse realis causa: est ergo extra potentiam objectivam, & sic existentia formæ præcedit existentiam materiae, quod implicat; si ea enim est ex materia, esset ex materia nondum existente. Secundò: In exemplo S. P. verba de voce, seu sono formamus, & formam verbi de sono esse, non autem è contra, ipse ait S. P. sonus ergo realis causa est, & realiter præcedit formam verbi; non autem potest realis causa esse in potentia objectiva: in illa ergo prioritate ad formam verbi erit extra causas, & sic existet sonus, ut de eo formetur verbum; quod negat S. Patens, & patet falso.

120 Directe, tota argumentationis vis in equivocatione nicitur, quia prioritas materiae ad formam, aut è converso, aliquod instantis accipitur, pro quo sibi conveniat esse, aut non esse extra causas illa ergo prioritas non durationis est, sed signi, quæ proinde ab utroque

præscindit; neutrū enim ubi competit reduplicative, & formaliter pro illo priori, sed realiter pro instanti indivisibili complectente utrumque signum materiae, & forma habet esse extra causas, nempe in indivisibili totum sit, & extra causas ponitur materia, sub forma, & forma de materia, & in materia; quia tamen natura materiae prior est, pro aliquo priori ipsam accipimus, non tamen in illo priori formaliter, & reduplicative existere intelligimus, ita quod prius existentiam, quam formam recipiat, sed prius formam, neque proinde ut formam recipit, est in potentia objectiva, quia illa reduplicatio signum facit, cui neutrū convenit. Ad formam itaque jam patet, quod ad interrogationem subinductam dicendum, quod pro illo priori reduplicative, & formaliter neutrū habet, quia esse extra causas, aut in potentia objectiva non pro signo, sed pro instanti habet.

121 Arguitur tertio: Materia est ingenerabilis, & incorruptibilis; sed si non habet actuū entitativum, cui proprium esse respondet, ea erit generabilis, & corruptibilis; ergo Prob. minor: Non aliter res corrupitur, quam amittendo esse, quod extra causas habet, seu quo extra causas est; neque aliter generatur, quam acquiriendo esse extra causas; sed si materia non respondet de se proprium

prium esse, ea amittit, & acquirit esse extra causas: ergo. Pater major, non enim generatione fit essentia, sed fit exilens, seu acquirit exilientiam. Pater item min. tunc enim materia non aliud esse habet, quam compoiti; hoc autem corruptione amittitur, & generatione acquiritur de novo.

122 Ad hoc argumentum responderet N. Manso, quod materia deficit esse secundum, quod habet in composito, manet tamen esse primum, quod creatione accepit; quare ea non corruptitur, aut generatur. Hac solutio relinquit in primis, quod argumentum intendit; nempe quod proprium esse habet materia, illud scilicet, quod creatione accepit, & corruptione non amittit; imo amplius concedit, quam contraria sententia: hac enim unum tantum esse tribuit materiam, quod creatione accepit, quodque, ait, invariatum sibi manere in quolibet composito; solutio autem duplex concedit esse, alterum, quod creatione accepit: alterum, quod corruptione amittit, & generatione acquirit in composito. Deinde. Si esse, quo exigit, aut acquirit, aut amittit, directe, & per se definit, & incipit esse; & hoc argumentum intendit.

N. B. D. in 2. dist. 1. p. 1. q. 2. art. 2. hoc tangit argumentum, & ait, quod agens naturale nec facit, aut generat materiam, nec illam corruptit, sed tantum

facit illam esse in hoc composite in quantum facit hoc compositum esse. Ad formam itaque omissum. Ad prob. ejus neg. maior ad rationem ejus dicitur, quo generatione directe, & per se ipsa essentia, seu entitas, cui ex extra causas competit, non obstante, quod essentiae sunt invariabiles; hoc enim nihil significat aliud, nisi quod praedicta quidem tamen non incipiunt rei convenire, sed immutabiliter convniuntur. Pro intell. etia itaque notanda est doctrina, quam sapientia habet B. D. & late explicat tum 2. dist. 3. p. 1. q. 1. art. 2. q. Secunda via, tum in disp. de Ess. Essentia q. 9. & seq. quod nempe non possumus actionem intelligere, nisi intelligamus in termino compositionem ex potentia, & actu; non enim, ut ait Doctor agens potest facere, aut quod potentia sit potentia, aut quod actus sit actus, id enim de se habent quare tantum facit, quod potentia conjugatur actui. Quod dicatur, actionem facere, quod potentia, sive actus sit in re extra causas; in hoc ipso, ait Doctor, conjugit potentiam actui: non enim intelligitur essentiam incipere in re extra causas esse, nisi intelligatur esse accipere, quod prius non habebat, & transire de esse in potentia ad esse in actu, quod est potentiam actui conjungi.

Ex hac doctrina dedit D.

In utroque loco, quod necesse est in creatura ponere realem compositionem ex essentia, & esse; alioquin non possumus salvare creationem, nec intelligere, quod creatura transit de non esse ad esse: ex ea ergo habemus, quid est formaliter, & per se generatio. Duplex itaque actus intelligitur in genito, nempe & quod materia acquirit formam, & quod tota essentia acquirit esse, sive existentiam; si enim tantum accipiatur simplex essentia esse acquirere, non generatio, sed creatio est, quia tunc non poterit accipi aliquid subjectum prius extitisse, quare de omnino nihilo esse incipit: generatio ergo per se & formaliter est transitus subjecti ad formam, quam non habebat, & corruptio est amissio illius, quam habebat; ex consequenti autem quatenus influentiam naturalis agentis comitatur concursus D. i., habet rem ponere sub esse: hinc dicitur in 1. propositione de Causis, quod esse est per creationem, tater vero per informationem; & saepe habet Philosophus tum in 1. tum in 3. Physic. ut ipsum adducit B. D. quod non sit forma, neque materia, sed totum ex materia, & forma; quod alibi latius expendemus. Ad præsens itaque patet, quod sicut esse, aut fieri non materialiter competit, sed totius ita neque esse amittit, neque acquirit: rufus, si ipsa esse amittit, aut acquirit, non generatur, aut

corrumperit, sed annihilatur, aut creator; generari enim non intelligitur nisi totum ex præexistente subjecto, & forma, ad quam transit.

123 Arguit quintò Merlin. Quæ habent diversas productiones, debent habere diversas existentias; produci enim est extra causas ponit, & hoc est existere sed materia, & compositum diversas habent productiones: ergo materia actum habet entitativum, vi cuius sibi respondet esse aliud ab esse compotiti. Prob. minor: Materia fuit producta, vel si mavis, comproducta per creationem in prima mundi conditione; sed compositum nunc existens, putat ignis, hinc fuit generatione productus ab alio igne: ergo. Confirmatur: Si materia proprium esse non habet, nihil generatur, sed quidquid sit, creatur; sed hoc est absurdum: ergo. Prob. sequela: Quia tunc totum esse corrupti definit, & totum incipit, nempe tam materia, quam forma, ergo nihil est in genito, quod prius fuerit in corrupto, & sic creatur. Confirmatur secundo: Aut materia, quæ est in genito, eadem est numero, quæ fuit in corrupto; aut alia? Si hoc secundum dicatur, hoc genitum creatur, & non de præcedente subjecto, sed de omnino nihilo est, non enim de illa materia, quæ præcessit: si autem dicatur primum: ergo retinuit materia esse, quod prius habuit; aliter enim

non

non potest intelligi eadem numero manere; at verò si esse retinet, id non compositi, sed proprium materia est.

124 Hoc argumentum, sicut & sequentia, eamdem intendit difficultatem primam, imo in eadem fundatur falsa suppositione, quod materia competit de se fieri, aut quod ea creatione producita sit. Ad formam itaque negatur min. imo suppositum ejus, quod materia productionem habeat, de hoc enim tota est controversia, & hoc erat directè probandum. Ad rationem minoris dicitur, quod fuit utique creatione comproducta materia; esse autem comproductam est non ipsam, sed totum fuisse productum; ex hoc autem sequitur, quod alia productione illud primum, & hoc secundum compositum factum est, & quod diversa erit utriusque existentia. Ad primam confirmationem neg. assumptum; non enim esse competit subiecto, sed toti ex subiecto, & forma; quare, ut intelligatur, hoc novum genitum de praecedente subiecto fieri, non oportet intelligere, quod esse ipsum subiecti, sed quod praecedens subiectum formam amittit, qua compositum constituebat, & consequenter esse, quod illius erat compositi, & aliam acquirit formam, qua aliud compositum constituit, & cui novum aliud esse respondet. Quo patet ad secundam confirmationem, manet nem-

pè eadem numero materia; nō autem pro hoc requiritur, aut intelligi potest, quod idem esse, scilicet quod eadem entitas, illius enim non est esse, sed totius.

125 Arguit quintò Arriag multis aliorum rationibus rejectis: Conformius est naturis nostris, quod materia, quæ est prius subjectum, ex quo formæ educuntur, propriam habeat existentiam, quam quod eam habet forma, & à forma communicetur materia; forma enim subjectatur in materia, & ab ea dependet quare si ponenda esset una tantum existentia in composito, ea posset esset materia, quam formæ. Deinde, post alia superiùs soluta, addit, quod materia suas habet passiones, quarum est causa efficiens antequam formæ uniatur: ergo proprium habet esse; ut enim patentur Thomistæ, nihil potest esse causa efficiens, quin intelligatur existens.

126 Mirum sanè, quod post aliorum rejectas rationes, hanc ipsum potuerint quietare. Ad argumentum itaque dicitur, quod neutrum est naturis rerum conforme, neque enim forma sit, neque materia; est autem existentia illius, quod sit. Dicitur secundo quod illa prioritas materia à formam non est durationis, prout qua proinde sibi competit existere: quia ergo pro eodem individuali totum incipit ex materia, & formâ, nequit esse congruum

quod

quod ex materia, quæ subjectum est perfectibile, participet forma, imo magis est congruum, quod forma, cuius est perficere, esse tribuat materię. Ad confirmationem, causalitas naturę ad passiones suas non est efficiens, neque aliqua intelligitur influentia, sed mera resultantia; non enim natura passionibus suis præexistit: eti Ergo efficiens requirat existentiam, non sequitur, quod materia forma præexistat, ut ad ipsam passiones suę sequantur; sed sicut in eodem instanti intelligitur sibi esse ponit totum ex materia, & forma, in quo tamen natura materia prior est, & realis causa, ita in eodē instanti natura intelligitur cū suis passionibus incipere, que tamen ex ipsa fluant naturā.

127 Arguitur sexto ex his, quæ rejicit Arriaga: Non posset ex materia, & forma fieri unum compositum, nisi utraque habet suum actum entitativum: ergo tales habet materia. Probat. antec. Si materia, & forma per unam totius existentiam sunt in actu, non distinguuntur, ut sunt in actu; sed si non habent proprium actum entitativum, sunt in actu per unam totius existentiam: ergo siquidem faciunt compositum, ut sunt distincta, non possunt compositum constituere, si non habent proprium de se actu, quo sint in actu distincta. Major ostenditur: Quæ in aliqua ratione sunt unum, in illa non di-

stinguuntur, ut quia Pater, & Filius unam habent Deitatem, in ratione Dei non distinguuntur; et si duo alba haberent unam albedinem, in ratione albi non distinguerentur: si ergo materia, & forma, prout sunt in actu, dicunt unum compositi actum, sive existentiam, prout sunt in actu, non distinguuntur; faciunt autem compositum, ut sunt in actu, non enim possunt in potentia objectiva compositum constituere.

128 Resp. neg. antec. & ad prob. ejus disting. maj. Non distinguuntur, ut sunt in actu, ly ut reduplicante rationem formalem, transcat major, reduplicante conditionem, neg. maj. ad cujas rationem dicitur, quod quæ in aliqua ratione sunt unum, non distinguuntur in illa ratione; hoc autem non collit, quin utriusque entitas etiam reduplicative, ut sub illa una forma, aut ratione est, distincta maneat, ut in ipso exemplo argumenti duplex superficies unani habens albedinem distincta relinquitur, & etiam reduplicative ut habens albedinem duplex est superficies, nempe ly ut habens reduplicat conditionem concomitantem, non vero rationem formalem, qua distinguuntur. Itaque materia, & forma compositum constituunt, ut sunt in actu, ita tamen, quod ratio formalis non est ipsum esse in actu, sed entitas utriusque: debent ergo distinguiri hac entitate, non

illo actu, & esse duplex pars unius existentis, pro quo non requiriatur duplex actus entitativus, aut duplex partialis existentia.

129. Arguit septimò Lalem. In tantum ens nobilitatem, & perfectionem habet, in quantum actus est, vel in actu; sed materia nobilior est quocunque accidente: ergo magis actum habet; at accidens quidem actus est: ergo magis materia. Patet maj. siquidem nobilitas, & perfectio ex actu sumitur. Patet item minor, quia substantia nobilior est quocunque accidente; materia autem substantia est. Resp. disting. min. Nobilior est simpliciter, neg. min. secundum quid, subdividit. In linea participiali, cui correspondet actus entitativus, neg. min. in linea nominali, conced. min. Itaque quantum ad esse extra causas, seu habere actualitatem, cui respondeat esse extra causas, aequi se habent materia, & accidens; neutrum enim eus est de se natum fieri, & in re esse; quare neutrum actum habet entitativum, aut est alterum altero nobilior: quantum ad quidditatem nominalem, neutrum est ens simpliciter; quare neque nobilitatem habet, aut perfectionem, neque est altero nobilior simpliciter; secundum quid autem mutuo se excedunt, nempe accidens materiam, eo quod est forma, & ratio perficiendi, materia autem potentia, & perfectibilitas; materia vero accide-

dens excedit, eo quod magis aliquid substantiae, nempe materia substantivae, & ut pars intrinseca, accidens vero adiectivae, extra ejus quidditatem; quod autem hoc sensu sit substantia, nihil refert, ut habeat actum entitativum, inquit ex hoc non habet, quantum pars est, cui de se non competit fieri, aut esse in actu.

130. Tandem arguitur: materia non habet actum entitativum, & proprium esse, pro aliquo instanti est in re sine existentia; sed hoc implicat: ergo. Prob maj. In instanti, quo tempore corruptitur, non est forma genitrix, sed neque est forma corruptio: ergo pro illo instanti aut habet materia proprium esse, aut est in fine omni esse. Resp. neg. maj. ad prob. neg. suppositum materialis totum corruptatur instanti. Itaque instantis generationis intrinsecè mensuratur genitus & pro eo existit materia in composite genito; corruptum veritatem extrinsecè illo instanti mensuratur, nempe nunc primus non est, immediate antea era quare parte temporis, qua immediate praeedit ad hoc instantis, illi continua est, erat corruptum & in eo materia. Hæc solutio latius infra expendetur, dum de inceptione, & desitione rerum.

## ARTICULUS IV.

*An materia possit divinitus existere sine omni forma?*

## §. I.

*Quibusdam præmissis, probatur Conclusio affirmativa.*

131 **P**ostquam præcedenti articulo ostendimus materię entitatem talēm esse, cui de se non competit extra causas esse, consequenter in hoc queritur pro pleniori intelligentia quidditatis ejus: An talis sit, cui repugnet se sola existere, vel sicut de posse absoluto ita potius in reponi? Non desunt, qui pativerint, non solum de posse absoluto, sed connaturaliter etiam posse materiam sine omni forma existere, ad modum, quo de illa discurrent Atomistæ. Sed hæc imaginatio in Schola Peripatetica prorsus est erronea; est enim materia pars cujuslibet corporis naturalis, quæ proinde dicitur totius natura fundamentum; quare nequit imaginari ens naturale de se natum subsistere, & se solo in natura esse: omnes ergo supponunt, juxta connaturalem rerum ordinem non posse materiam se sola existere, sed tantum in aliquo toto, cuius sit pars; & illi

etiam, qui actum entitativum, & proprium esse illi concedant, non nisi partiale, & incompletum concedunt, quo non potest naturaliter se sola existere; quare tantum dubitatur de posse absoluto.

132 Prima sententia negat. Hanc tenent communiter Thomistæ, uno excepto, vel altero; eamdem tenent Bachoniste apud Dionysium, & Eliseum hic: ex Nostris Argentinas in 2. dist. 12. q. 1. art. 2. Gavardi hic q. 2. art. 3. & problematicè Villan. disp. 4. dub. 8. pro cādem N. Doctorem citant Suarez, Rubio, & Comimbricens. immēritō tamen, quia de mente ejus non satis constat quantum ad controveriam de posse absoluto, ut ipse fatetur Uillanova. Secunda sententia affirmat. Hanc tenet Scotus, quem sequuntur Discipuli; ex aliis Suarez, Hurtado, Arriaga, Rubio, & communiter DD. Societatis; ex Thomistis pro hac citantur Soto, & Bañez; ex Nostris Greg. Uera-cruc. Bonher. & latè Manso,

133 Quamquam de posse absoluto nullibi difficultatem determinat B. D. ergo tenet in partem negativam adducor ipsa duæus ejus auctoritate: nam quo 1. 4. q. 1. querit: An duo accidentia solo numero distincta possint esse in cādem parte subjecti? Et 3. Satisfacto, ita habet: Cūm de potentia Dei queritur; semper dicendum est, quod Deus plus possit, quam nos possimus offendere; nisi

enim manifesta appareat contra-dictio, sustinere debemus, quod Deus possit; quare ipse ad illam questionem responderet affirmati-ve; quia, etsi accidens individuat à subjecto, quare videatur contradic-tio, quod subjectum sit idem, & accidens maneat numero duplex, sápē tamen nobis apparet contradic-tio, quod re ipsa talis non est: quare poterit illa solvi ex eo, quod, licet accidens à subjecto individuetur, ex ordi-natione tamen, & exigentia duplicitis subjecti poterit duplex ejus indi-viduatio salvare, quamvis in eādem parte subjecti utrumque accidens conservetur.

Debemus itaque imaginari, quod latitudo potentiae Divinae infinitè excedit tenuitatem intel-lectus nostri; quare non ex quo nos intelligere non possumus modum, quo id fieret, continuò de-bemus asserere, quod Deus id non possit facere; oportet enim manifestissimam in re contradic-tionem importari, vi cuius ea sic impossibilis fieri, & non subjicia-tur potentia Dei. Tunc autem ex tenuitate intellectus nostri sapissime nobis contingit, quod ratio, qua nobis evidentissima apparet demonstratio, vel aliis, vel nobis ipsis, re melius inspecta, solvitur de facili: poterit ergo contingere, & continget sapissime, quod nobis apparet alicubi manifestissima contradic-tio, eo quod ne- sciamus rationem solvere, quæ il-

lam inducit, & tamen alterius est pot-solvatur de facili: v. g. quod al-docet bum maneat tale sublata albedine, pra-fane, cuique videbitur contradic-tionem importare, album enim ipso fa-ipsam significat albedinem, quamodo-re eā sublatā auferitur tota ratio latitudine, quare dicebatur album; nihil propo-minū sine ulla contradictione i materi-posse à Deo fieri, ostenditur de in-facili in via B. D. album enim tam non aliter albedine constitutibile, q-tale, nisi quatenus albedo intelli-gitur superficiem immutare, additione se habentem constituere: 134 enim superficies in ipsa sua ematerialitate non aliter se habet, quam dicitur prius, manet, ut erat, & sic noter Nob-alba: si ergo Deus, sublatā albedine, superficiem conservet cum nova, illa determinatione, quam sub alba Ma-bedine habebat, manet album existente albedine; & ita ab aliis poterere, fi-runt de facili solvi, quæ nobis aperte fo-parent manifestæ contradictionum p-nes.

Hæc dixerim, quo patet unum falli nos sæpe, & in controversia, g. anide posse ab oluto debere, ut plu-completum pro potentia Dei tenere, & conari apparentes solvere conos omnia contradictiones. Rationem nos do-sistent cuit S. Paren Epist. 3. quæ est ad deum Uolusianum, in qua explicans illi enti quomodo Deus factus est homo, es habet & alia hujusmodi, de quibus fu-illit, & rat interrogatus, ait: Hæc, si ratiōnes; q-ueritur, non erit mirabile; si portet exemplum poscitur, non erit su-lunc au-gulare; in talibus tota ratio fāllecto cor-

*est potentia facientis.* Quibus nos docet, quod in his, quæ Deus supra statutum rerum ordinem pro suo posse facit, non debemus in ipso facto querere rationem, quo modò fiat, sed attendere tantum latitudinem potentia facientis: in illo proposito ergo, non debemus in materia querere proportionem, cur in se existentiam suscipiat; si enim talem habet, non erit mirabile, quod ita fiat existens, sed et latet, quæ objiciuntur contradiictiones, utcumque solvere.

134 Dicendum itaque, quod in materia potest sine omni forma divinitus existere. Plausibilis innoter Nostros evasit via, qua hanc beprobat Conclusionem N. Villanova, postquam illam latè exor alat Manso, quod nempe in ipsa existentia debemus gradus accidere, sicut accipimus in forma; & aperte forma qualibet subjectum suum perficit secundum conceptum communem, & minus compleudem usque ad specificum, ut fisi. g. anima constituit substantiam lucucompletam, deinde corpus, vi rebus, sensitivum, & rationale, & hos omnes gradus ipsa tribuit; ita substantia correspondet enti ut ade, deinde enti completo, deinde illi enti completo; hos enim omnes habet conceptus id, quod colligit, & secundum omnes fit existens; quare omnes istos gradus importet in existentia respondere. Tunc autem: Quoties forma sub Hecto convenit secundum aliquem

communem conceptum, si ei repugnat secundum alios magis particulares, non poterit quidem connaturaliter communicari, quia sic debet secundum omnem sui conceptum perficere; poterit tamen divinitus communicari, & perficere secundum illum tantum communem conceptum, quo subiecto convenit; sed materia repugnat quidem existentia secundum speciale conceptum, quo est terminus entis completi; non verò repugnat, sed potius convenit secundum communissimum conceptum, quo est terminus entis ut sic, talem enim conceptum habet materia, quo excludit nihil: ergo ipsa non poterit quidem naturaliter, poterit tamen divinitus se sola existere. Major de facili patet; eo enim communiter dicitur, quod intellectio divinitus posita in lapide non redderet intelligentem, redderet tamen qualificatum, quia ipsi repugnat secundum conceptum talis qualitatis; convenit verò secundum communem conceptum qualitatis ut sic, & clarius: Subsistētia Divina humana naturae repugnat secundum conceptum speciale talis subsistētia Divinæ, & infinitæ; quia tamen secundum communem conceptum subsistētia ut sic illi convenit, divinitus communicatur Humanitati Christi Domini, & illam reddit subsistentem:

Plausibilis, inquam, hac via est, & satis apparent, mihi tamen non .

non probatur; deficit enim ex utroque capite: primo quidem, quod in materia detur conceptus entis, cui ut sic, & in communi existentia respondeat, cum his, que praecedenti att. ipsi docent, omnino non coheret; actus enim entitativus nihil est aliud nisi talis gradus entitatis, cui responderet existere, sive esse extra causas: aut ergo existere non respondet gradu, sive conceptui entis ut sic, prout praescindit a completo, & incompleto, quod nos propugnamus; aut si respondere dicatur, materia, cui negari non potest talis conceptus entis, dicenda est habere actum entitativum, talem neimē entis gradum, cui responderet existere; neque enim qui actum entitativum illi concedunt, existere completum illi tribuunt. Secundo, tales gradus in existentia omnino non possumus intelligere; non enim in ipsa essentia formae gradus intelligit Schola B. Doctoris, sed in effectu, quem subiecto tribuit; sed prorsus est inintelligibile subiecto tribui existere ut sic praescindens a completo, & incompleto: ergo talis gradus omnino non datur in existentia. Patet hec minor; quidquid enim intelligitur existentiam suscipere, completissime existere intelligitur, neque potest omnino intelligi, quod partim, & incompletē extra causas ponatur, quod extra causas poni intelligitur; poterit quidem ipsa entitas, q̄z

extra causas ponitur, completum aut incompleta intelligi, non se attem, quod incomplete extra causas ponatur: si ergo, quidquid nemo existere intelligitur, sive completum sit, sive incompletum, non dent nisi completem extra causas posse intelligitur, non possumus in ipsam existentia accipere existere ut nō praescindens a completo, & iā eo, a completo.

135 Nobis ergo sufficiens illa Conclusio probatur ex utrīusque præmisimus: Quod nullū involvit in se contradictionem, potest divinitus fieri; sed multitudinem sine omni forma existenter naturam involvit contradictionem. Nam si go. Hæc min. sufficienter proponetur solvendo contradictiones, supplerit nihilominus ulterius ostendit. Non enim sequitur, aut eam disrepugnat, & non esse, aut esse, & non esse dicens in actu, sive ens simpliciter, non esset quidem simpliciter ens, si forma meritis sue entitatis sic esse non regeret; quia tamen id de se quæcumque exigit, est de se non ens simpliciter, & sibi de se competit non subiectum in actu; sed quia partiale habet entitatem, qua excludit nihil, nō sibi repugnat in actu esse, & habere quare modum entis simpliciter; quæcumque quod sibi de se non conveniret, & sibi convenienter minime subiectum.

136 Poterit ulterius proficere, se a paritate ex his, qua Fidei determinamus: Non minus, immo maius, q̄ accidenti repugnat sine subiectu,

existere, quām materia sine  
formā; sed illud Deum de pos-  
se absoluto facere, Fide tene-  
camus: ergo & hoc facere posse, te-  
lendum est. Prob. maj. Sive enim  
nō accipiamus dependentiam acci-  
dētis à subjecto, ut existat; si  
poterit proportionem ejus ad existen-  
tiā, quam suscipit, æquè ad mi-  
nus dependet accidens à subje-  
to, ac materia à forma, & minūs  
proculdubio existere in se acci-  
denī proportionatur, quām ma-  
teria. Primum sic patet: Ad sub-  
jectum enim comparatur acci-  
dētis tanquam ad causam mate-  
riā; ad formam verò compa-  
ratur materia tanquam ad cau-  
sam formalem; sed ad minūs æquè  
potest Deus utramque causam  
supplere, imò minūs potest mate-  
riā perfici, et enim omnino Deo  
repugnat, non autem perficere,  
in disputatione sequenti proba-  
bimus: ergo. Præterea: Materia à  
forma dependet in ordine ad esse  
in re tanquam com parte, cum  
ex quo ex æquo constituit totum, cui  
competit in re esse; at accidens à  
subjecto dependet tanquam ab eo,  
hac competit esse, cuius ipsum ac-  
cidens non pars est, sed perfectio  
huius: ergo magis hoc, quām  
materiā.

Neque refert, quod accidens  
à subjecto dependere dicatur tan-  
quam à substantante, & dante es-  
sibile, seu in esse conservante, quām  
dependentia ad efficiens reduci-  
tur, quare potest à Deo suppleri.

Hoc, inquam, non refert; non  
enim aliter illam dependentiam  
tanquam à substantante habet, nisi  
quatenus perficit, & ipsi inharet  
tanquam subjecto. Præterea: Si  
potest in accidente accipi depen-  
dentia à substātia tanquam à sub-  
stantante seorsim à dependentia  
tanquam à perfectibili; poterit  
pariter in materia accipi depen-  
dentia à forma tanquam à com-  
parte seorsim à dependentia tan-  
quam à perfectivo: sicut ergo  
Deus in accidente supplet de-  
pendentiam à subjecto substāntante,  
ut faciat miraculosè acci-  
dens in se esse; ita poterit supple-  
re dependentiam à com parte, cum  
qua materia constituit ens natu-  
rale, ut faciat, ipsam ad modum  
entis naturalis in se esse.

Quantum ad alteram par-  
tem, facilius ostenditur assump-  
tum: In se enim esse extra causas  
ita proprium substantiæ est, quod  
ex hoc ejus quidditas notifica-  
tur, quod nempè sibi convenit ita  
esse; sed minūs à substantia distat,  
cui ita esse competit, materia,  
quām accidens: ergo magis ita  
esse accidenti repugnat, quām  
materiæ. Patet minor: Materia  
enim pars est entitatiæ illius sub-  
stantiæ, accidens verò affectio  
quædam extra totam entitatem: si  
ergo non obstante, quod ipsum  
in se esse immediate comparatum  
entitati utriusque, minūs acci-  
denti, quām materiæ competit;  
communicatur nihilominus divi-  
nitus

nitùs accidenti ; poterit multò magis materię communicari. Nec item refert ad hanc partem dicere , quòd accidens actus est ; hoc enim non tollit improportionem entitatis sua ad esse in se ; & si enim actus est , est tamen accidens ; è converso autem materia , & si potentia est , est tamen entitativé substantia , sive substantiæ pars. Rursus : Multa sunt accidentia , quæ , et si habeant rationem actus , omnino non possunt sine potentia existere , cujus sunt actus , ut figura sine quantitate , & universaliter modus sine subiecto.

## S.

## II.

## Solvuntur Argumenta.

**137** **A**rguitur primò ex B. D. locis , quibus communiter pro contraria sententia adducitur , nempè in Hexa. p. 1. cap. 1. 2. & 7. & p. 2. cap. 12. & in 2. Sentent. distinct. 12. quæst. 1. in his omnibus idem intendit ; quate uno explicato , patet ad reliqua : itaq in Hexam. cap. 1. sic concludit: Revertamur ergo ad propositum , O dicamus , quid pura potentia , O materia omniò informis neque est ens , ne quis nihil , sed est medium inter utrumque ; O quia impossibile est tale quid esse actu ; quia tunc esset aliquid actu , quod non esset ens , ideo materia sic omniò informis

non potest cadere sub factione. Expressè non solùm conclusiones habet negativam , sed rationes ejus , nempe assert , impossibile esse , informem materiam in actu ponit , aut sub factione cadere quia tunc esset in actu , quod non est ens , sed medium inter ens , & nihil ; quare esset , & non esset ens , nempè esset ens , quia in actu , non esset autem , quia de se medius est , & potentia ad ens.

Ex hujus explicatione poterit sensus aliorum patere : itaque tam in Hexam. quam in illa distinctione agitur de opere creationis , de materia informi , ex qua Deum Mundum condidit ; in adducto loco intendit Doctor , quòd informis materia non præcessit de ratione aliqua , quasi ipsa crea fuit , ut postea formaretur : ideo sensu impossibile assert , non habet sam cadere sub factione , nempè quatenus à Deo producta est Auctore Naturæ ; sic enim si informis produceretur , connaturaliter esset in actu : & quia quod connaturaliter est in actu , est ens naturale , tunc sequeretur contradiccio , quam inducit D. quòd materia esset ens in actu , nempè non simpliciter natum subsistere ; non esset , nempè ad tale ens pura potentia , & medium inter nihil , & tale ens : solùm ergo intendit , quòd implicat , materiam existere connaturaliter sine omni forma , aut sic à Deo suisse productam in prima rerum creatione

& hoc sensu explicat loca P. Augustini, quæ videbantur contrarium innuere; hoc autem non tollit, quin absolute potuerit à Deo non naturaliter, & juxta ejus exigentiam, sed supernaturaliter operante, aut informis creati, aut destruktâ formâ, sola conservari, & tunc esset quidem in actu, non autem ens simpliciter, sed medium inter ens, & nihil, & potentia ad tale ens; quia non quod est in actu, sed quod connaturaliter, & juxta propriam exigentiam est in actu, est ens simpliciter.

138 Arguit secundò N. Villanova ex eodem B. D. in 1. dist. 36. q. 2. a. 4. ubi querens: Quorum sit idéam in Deo? statuit, quod materia habuit idéam distinctam à forma cognitione, quia cognoscit Deus in idéa, quam apud se habet, quidditatem materiæ distinctam esse à quidditate formæ; non tamen habet idéam distinctam acta, quia nullam actualitatem habet præter illam, quam participat à forma; neque distinctam opere, aut factione, ut quod possit per se fieri sine forma; neque distinctam existentiâ, quia non potest sine forma existere. Nunc autem: Si materia posset divinitus sine forma existere, sic accepta, esset aliquid possibile; sed nihil est possibile, cuius Deus idéam non habeat: si ergo materia non respondet idéa ab idéa formæ distincta secundum existentiam, ea nec divinitus est pos-

sibilis sic existere. Et posset confirmari: Quia si materia posset divinitus sine forma existere, ei sic existenti responderet in Deo aliqua imitabilitas; sed nulla potest respondere; cum ejus quidditas sit pura potentia: ergo. Patet maj. non enim, ut ibi docet Doctor, sic habet materia idéam, sicut mala, & privationes, nempe à qua discordet, sed quam imitetur; neque aliquid potest concipi in re existens, quod non sit participatio Divini Eſſe.

139 Resp. quod mens Doctoris satis patet legenti textum; in ipso enim corpore articuli de accidentibus explicans, quomodo habent idéam, postquam de propriis passionibus, quæ non sunt seorsim à natura, docet, quod non habent idéam factio[n]e, aut existentiâ distinctam ab idéa subjecti, de communib[us], & quæ alteratione præexistenti subjecto inducuntur, ita subjungit: *Accidentia autem individui, o potissimum separabilia habent ideam distinctam, non solùm cognitione, quia distinctè cognosci possunt, nec solùm actu, quia formam aliquam addunt supra formam subjecti, sed etiam factio[n]e, quia non simili cum subjecto sunt; ut quia nostratim, cum est Sortes, est Musi-  
cus, tali accidenti respondet idea distincta ab idea Sortis etiam factio[n]e: non tamen talia habent ideam distinctam existentiâ, quia non per se sunt secundum modum*

*ordinis, quem videmus.* En accidentibus non respondet idēa secundum existentiam distincta ab idēa subjecti, quia non possunt sine subjecto esse secundum modum ordinis, quem videmus; patet autem, quod divinitus possunt sine subjecto esse: non ergo idēa respondet ei, quod potest divinitus fieri, sed ei, quod potest connaturaliter.

Rationem autem paucis interjectis subjungit, quod nempe distinctio idēarum non habet esse in Deo, sed in ipsis ideatis; ideata autem distinguuntur factione, aut existentiā, ex quo sibi de se respondet fieri, aut existere. Ad formam ergo disting. maj. Esset aliquid possibile juxta modum rerum, quem videmus, neg. maj. Supernaturaliter, conc. maj. sed hoc sensu neg. minor; responderet enim idēa factione, aut existentiā distincta ei, quod est possibile esse, aut fieri juxta rerum ordinem, quem videmus. Ad confirmationem, quam sibi contra se objicit B. Doctor, respondet ipse in solutione ad secundum primi dubii argumentum per hæc verba: *Ad secundum dicendum, quod materia prima in aliquo imitatur actum purum, in quantum aliquam actualitatem participare potest, licet inter cetera entia magis prope nihil.* Sensus est, quod materia non immediatè Divinam perfectionem imitatur, imitatur tamen mediata; quia nemp̄ ipsa potest

formam suscipere, & cum ea tum constituere, cui idēa respondeat, & quod immediate Divina perfectionem imitatur, median hoc toto, cuius ea est pars, Divinam perfectionem participare sibi respondet idēa, & imitabilitas non directè, & immediatè, sed indirectè, nemp̄ in idē & imitabilitate totius; & hoc sufficit, ut possit divinitus se existere, licet non sufficiat, posse naturaliter.

140 Arguit tertio idem eodem B. D. in Defens. ad art. 4. & 27. quibus talem hab rationem: Impossibile est, & contradictionem implicat, quod unius potentiae detur alterius in Deo, ut quod actus videndi detur sententiae auditivæ, tunc enim videtur non esset visus, sed auditus; existentia est actus compositi, materia: ergo impossibile est, quod ea detur nudæ materiæ, consequenter nec divinitus potest fieri. Prob. min. Actus propriæ materiæ est forma; sed existentia non est forma: ergo. Patet primò, quia existentia est ad ipsius formæ; forma autem, maxime substantialis, ut est existentia, non est actus alterius formæ. Secundò, quia existentia est participatio Divinæ existentiaz; sed Deo nulla datur forma: ergo existentia non est forma. Tertio, quia in probabilissima Theologorum sententia Deus supponit propriam existentiam in Humanitate;

tate Christi Domini; sed nullam potest supplerre formam: ergo existentia non est forma. Confirmatur: Existentia est actus entis, ut ens est, forma vero est actus potentiae purae: ergo impossibile est, existentiam sine forma communicari. Pater conseq. quia per formam constituitur ens, cuius actus est existentia.

141 Resp. primò, quod in Defens. non tradit Doctor propriam sententiam, sed mentem explicat S. Thomæ, quod ex ipsis patet ejus verbis; sic enim in corpore cuiuslibet articuli incipit: *Responso ad hanc secundum Thomam: non ergo ex his, quæ habet in Defensorio, congrue deducitur argumentum contra ea, quæ ex propria ejus sententia propagantur.* Resp. secundò, quod in utroque loco de hoc eodem agitur; & directè intendit Doctor, quod secundum mentem S. Thomæ esse, etiam divinitus, nequit opere materiæ communicari; quia tamen Doctor Noster non ex propria mente illam rationem adduxit, & mentem S. Thomæ expedit, *nam nostrum non est, præcisissimè existens, debemus rationem accipere.* Quæ tamen sic accepta nobis, deficit multipliciter: sed cum instatur aperte: Existentia aut actus est formæ, aut compositi? Si formæ, non poterit composito; si autem compositi, non poterit forma communicari. Tercaria: In se esse actus est sub-

stantiæ, sive compositi, sive formæ sit: non ergo poterit accidenti tribui; & tamen ita tribuitur in Eucharistia.

Secundò directè, maj. tenet in via D. Thomæ ponente potentias simpliciter specificari ab objectis medio actu; nobis autem talis specificatio non est quidditativa, quasi potentiam constitutat, sed nobis à posteriori ejus quidditatem notificat: quia ergo quidditas potentiae absoluta est, eti actus unius alteri divinitus attribuatur, non proinde potentia fit alia, aut variatur ejus quidditas. Insuper: Licet ea detur de potentia activa, aliter tamen discordendum est de potentia passiva: ratio est, quia potentia activa exercetur influendo virtute sua in actum; ad hoc autem, ut in actum alterius potentiarum influeret, requiritur virtus alia, & consequenter quod potentia fiat alia, aut quod influeret sine virtute influendi, quod utrumque implicat: potentia autem passiva exercetur recipiendo perfectionem, quam non habet; pro hoc autem sufficit non repugnantia, & maximè de posse absoluto, quo non per naturalem, sed per obedientiam potentiam exercetur. Præterea, distingu. maj. Impossibile est, & contradictionem implicat, quod actus unius potentiarum alteri detur connaturaliter, & ut proprius actus, conc. maj. Supernaturaliter, & ut actus extraneus, neg. maj. sic

enim accidenti communicatur in se esse, quod procul dubio non est proprius ejus actus; quod autem ita communicaretur, quod fieret sibi de se conveniens, aperte implicat.

Tertio, missa maj. disting. min. Existentia est actus compositi, non materia, actus connaturalis, & de se conveniens, conc. min. actus essentialis compositi, ita quod materia repugnet, neg. min. Itaque existentia respicit ut connaturale subjectum, cui de se convenit, totum, cuius est per se fieri, & in se esse; ea autem divinitus communicatur accidenti; quare ejus potentia quidditative, & essentialiter non est compositum, sed ens quodlibet: et si ergo ea communicetur divinitus nudæ materia, non proinde actus unius potentiae alteri tribuitur, sicut non alteri tribuitur, ex quo communicetur accidenti; quare data maj. non sequitur intentum. Deinde ad probat. min. dicitur primo, quod existentia actus est illius, quod extra causas ponitur, est enim ipsum esse extra causas; sed non forma, sed totum per se extra causas ponitur: ergo actus est per se, & connaturaliter non formæ, sed compositi.

Deinde ad primam minoris ratione dicitor, quod una forma non aliam perficit in eadem linea, potest autem diversâ; at existentia de linea est participiali, forma vero de linea nominali; da-

to ergo, quod existentia sit ad formæ, poterit forma esse, non de linea nominali, & quid tativa. Ad secundam: Forma participatio est Divinae perfectionis; at in Deo nulla datur forma ergo forma non erit forma, quod est manifestissima implicata. Præterea: In Deo non est forma informativa; quare tantum sequitur, quod existentia non sit forma talis. Insuper: Neque hoc quitur; non enim in Deo operatur esse formaliter perfectione quam creatura participat, & modo, quo est in creatura, nulla sic est: et si ergo in Deo sit forma ipsa existentia, poterit forma esse in creatura participare. Ad tertiam, nos quidem gamus min. ut patebit disputatione sequenti, dum agamus causa formalis; hoc tamen minus aliter posset dici, quod Deus supplet formam informativam de linea nominali; quare lumen sequitur, quod existentia sit forma de tali linea, poterit tamen esse de linea participiali: to ergo, quod tantum sit ad materiam metaphysicè, & de per absoluto id, quod est forma, terit ipsi communicari existentiam. Ad confirmationem: Existens est actus entis, connaturaliter quidem entis completi, quare sic quiescit sine forma communicari metaphysicè autem, & de possibili soluto entis ut sic; quare sic poterit communicari nudæ materiae.

142 Arguit quartò idem ex B. D. 2. de Anim. text. 8. ubi hanc rationem habet: In ordine operandi, quia operatio est actus suppositi, seu totius compositi, impossibile est, quod materia nude communicetur, operari; sed pariter in linea essendi esse est actus totius: ergo. Patet conseq. propter eamdem rationem antecedentis. Resp. primò, quod B. Doctor ibi text. 7. querit: An fiat unum ex corpore, & anima? Pro cuius explicatione sic habet: Sicut à virtute egreditur operatio, sic ab essentia egreditur esse; & ideo sicut ex activo, & passivo fit unum secundum operationem, quia agentis, & patientis unus estactus, ut Philosop. ait 3. Physicæ materia, & forma fit unum secundum esse, quia earum est unum, & idem esse. Patet itaque, cum quod longè alia est ejus ratio; cum quod de connaturali rerum ordine procedit; patet enim, quod metaphysicè, & de posse absoluto soli formæ potest operatio communicari, inquit de facto forma accidentalis sine subjecto extens suas habet operations in Eucharistia.

143 Resp. directè neg. maj. non enim, quia operatio est actus suppositi, sed quia essentialiter requirit virtutem activam, quam de se non habet materia, ea nequit materia communicari. Secundò, neg. suppositum, quod operatio sit actus suppositi, et si enim ope-

rari supposito conveniat, non tam substantia, qua suppositum constituitur, est ratio operandi, sed conditio tantum requisita, quatenus prius est esse in re, quam operari. Itaque operari est actus virtutis activæ, quæ connaturaliter totius est subsistentis; quia tamen forma separata virtutem activam haberet, non verò materia divinitus potest communicari formæ, quod operetur, quatenus ea potest separata conservari, non verò materię: esse autem est actus entis; & quia ratio entis tam in materia, quam in forma secundum se reperitur, poterit divinitus non solum formæ sine materia, sed materia item sine formæ communicari ipsum esse.

144 Arguitur quintò ex fundamentis Joannis de S. Thomas. Illa existentia divinitus communicata materię, aut corporea est, aut spiritualis; sed utrumque implicat: ergo. Prob. mia. & quidem spiritualis esse nequit: materia enim maximè spiritualitati repugnat; quod autem neque corporea esse possit, sic probatur: Talis existentia, si corporea est, est in actu corporea, & non in potentia tantum; sed esse corporeum in actu haberur à forma, & materia tantum habet esse corporeum in potentia: ergo. Resp. primò instando de existentia, quam habet accidens Eucharisticum: Magis enim ipsi, quam materię repugnat aut spiritualitas, aut corpo-

corporeitas in actu de genere substantia, qualem habet, siquam habet existentia; non enim ipsa dimensiones patitur, aut corporeitatem quantitativam. Resp. secundò neg. maj. quia corporeum, & spirituale dividunt ens nominale, sive essentiam ipsam, cui existere competit; quare existentia neque corporea est, neque spiritualis, sed entis, quod corporeum, aut spirituale est terminus. Resp. tertio neg. min. & ad prob. ejus dicitur, quod esse corporeum in actu habetur à forma, & ideo subjectum, quod connaturaliter exigit existentia illa, formam requirit; non autem implicat, quod existentia, que de se est actus corporis constituti per formam, communicetur divinitus ei, quod ita corpus non est, sicut de facto communicatur accidenti.

145 Arguitur sextò ex eodem, qui supponit quidem, quod existentia, ut specificata à forma, & ab ea proveniens, nequit sine forma communicari, sicut esse album sine albedine; deinde quod absolute repugnat materia existentiam communicari, sic probat explicando implicationem, quam intendit Div. Thomas: Existentia ex conceptu suo essentiali est actus distinctus ab essentia creata; quare nequit essentiam constituere in aliquo gradu essendi nominali, & de linea essentia, sed constitutam supponit, & facit extra causas esse: ergo ex natura sua non est ac-

tus primus constitutus quidditatem, sed secundus adveniens quidditati constituta: cum ergo materia de se nullum actum quidditatis dicat, si ei communicaret divinitus existentia, ea esset, & non esset in actu naturali; esset quidem, quia id supponit existentia; non esset autem, quia illam de se non habet: sicut ergo quod est capax operationis, seu actus secundi operandi, habere debet actum primum, seu potentiam operandi, ita nequit intelligi, quod aliquid habeat actum secundum essendi, nempe existere, quia presupponatur habere actum primum, quem tamen omnino non habet materia sine forma,

146 Resp. & primò ad id, quod supponit, jam patuit supra, tūm quod existentia non forma, sed totius est, cui soli competit per se, & connaturaliter extra causas ponit; tūm quod de posse absoluto potest manere esse album sine albedine, si nempe Deus in subjecto perfectum esse conservet, seu passivam determinacionem, quam sub albedine habet. Deinde, ad rationem, mirum sane, qua confidentia ut principium assumit id, de quo gravissima est controversia, quod nempe existentia ab essentia distinguitur in creatis; quia tamen id, ad quod assumitur, negatur à nomine, quod scilicet existentia non constituit essentiam in aliquo gradu nominali; hoc missò, negatur conseq. quam

quam inde deducit, quod essentiam de beat supponere plenè constitutam, sive in aliquo gradu actualitatis; connaturaliter quidem idexigit; at de posse absoluto, si ex ratione sua metaphysica tantum habet extra causas pone-re entitatem, qualiscumque illa fuerit; quare negatur altera consequentia, quod materia esset, & non esset in actu nominali; quia enim nec illum habet de se, nec illum tribuit existentia, omnino non esset in actu nominali, sed tantum participiali.

Ad ultimam consequentiam dicitur, quod operatio est quidditativa actus secundi de sua linea; quare essentialiter supponit primum, nempè non intelligitur operari sine posse operari; posse autem operari ipsum significat virtutem activam, seu actum primum; at verò existentia neque de eadem est linea, neque quidditativa actus secundus, sed ultimus, hoc est, non dicitur per ordinem ad præcedentem, quem supponat, sed per ordinem ad posteriorem, quem non admittit: pariter ergo non intelligitur existere sine posse existere, sed non pariter posse existere actum primum significat de linea entitatis, sed metaphysicè, & absolutè entitatem qualemcumque; & quia entitas accipitur sine actu de linea nominali, nempè in ipsa materia, est accipere posse existere sine actu primo essendi, non autem posse

operari sine virtute activa, & actu primo de linea operandi; & con sequenter, quamvis non possit fieri de posse absoluto aliquid operari sine virtute activa, potest tamen materia existere sine actu de linea nominali.

147 Arguit septimò Ortiz, qui in primis implicationem præcedentis argumenti adducit, & ad illam posse responderi, ait, quod materia in sententia Thomistarum suum habet actum existentia; nempè illi ipsi concedunt actum metaphysicum; quare licet existentia supponit essentialiter actum existentia, ea poterit sine ultra implicatione nudæ materiæ communicari. Huic evasioni occurrentum ait ex eo, quod actualitas existentia, quam existentia supponit, est actualitas existentia totalis, quam non habet materia. Sed certè sui oblitus ita reponit; accidens enim proculdubio non habet actualitatem existentia totalis, & tamen illi divinitus communicatur existentia in se, & sine sub jecto.

Deinde implicationem Sancti Thomæ aliter explicat: Si materia existeret sine forma, esset, & non esset in actu existentia; sed hoc est contradic̄tio: ergo etiam divinitus nequit fieri. Prob. maj. & quidem esse in actu supponitur, si existeret, non esse autem sic ostenditur: Existentia est actus, quo res extra omnes causas ponitur; sed altera ex causis forma est: er-

go ante formam non intelligitur extra omnes causas esse, & sic nec in actu existentia. Confirmatur: Quoties aliqua duo essentialiaem ordinem habent prioris, & posterioris, implicat posterius reperiri sine priori; sicut quia actus vitalis essentialiter est secundus, & haber ordinem posterioris ad potentiam vitalem, implicat, & etiam divinitus fieri nequit, quod ponatur actus vitalis sine potentia vitali; sed existentia essentialiter posterior est formam: ergo. Ratio hujus modi est, cum quod existentia est effectus formae; cum, quod est actus essentiaz, quae per formam constitutur.

148 Resp. neg. maj. & ad prob. disting. maj. Existentia est actus, quo res ponitur extra omnes causas, quibus res in esse ponitur, conc. maj. extra omnes absolute, neg. maj. Patet autem instantia in ipsa forma sive substantiali, sive accidentalis: non minus enim altera ex causis est forma, quam materia; & tamen sine omnibus causa materiali potest divinitus sola forma existere: ergo poterit pariter sola materia; & sicut sola forma extra omnes causas est, quoniam ibi interveniat materialis, ita sola materia extra omnes causas dicitur non interveniente formalis. Ratio autem est, quia existentia est actus, quo ponitur res extra causas, a quibus res in esse dependet; quare non omnes de necessitate supponit, sed eas

tantum, quae ad esse rei concernunt; jam autem sicut si sola forma in esse ponatur, non concordat ibi materia, quare illa existentia non est positio rei extra causam materialem, ita si sola materia, non concurrit ibi forma; quare erit positio extra omnes causas, quin ponat extra causam malem.

Ad confirmationem negationis. Ad utramque ejus rationem jam patuit supra; ad primam quidem, quod existentia non est actus formae: primò quidem, quod effectus formae soli materia communicatur, quae est subjectum forma perfectibile; secundò, quoniam nulla causa sibi ipsi causa est, aea est sibi potest effectum suum consummunicare, communicatur autem existentia ipsi formae; tertio, quem una forma, & effectus ejus de linea et nominali, existentia autem de linea; linea; quartò, quia esse extra causas per se, & connaturaliter sibi competit composito. Ad secundam rationem, per se, & connaturaliter existentia est actus essentiae completae, sive constituta per formam, quia haec tantum per se, & connaturaliter nata est in re, metaphysice tamen actus essentiae, sive essentiaz ut sic; patet enim, quod formae communicauntur accidentaliter, que non nisi completa, & partialis essentia; primò nec talis est nisi secundum quid, & cum altera restrictione non enim est pars, sed affectio-

entia simplicitè: subjectum ergo per se existentiæ, seu quod ipsum am exigit, essentia est totalis constituta per formam; subjectum vero per accidens, & cui ipsa non repugnat, sive cui convenit secundum totam latitudinem quidditas suæ, ens est quodlibet. Quia itaque operatio ad potentiam, si te actum primum de linea operandi in eadem linea comparatur, illi habet essentiale ordinem; existentia vero ad actum essentia non in eadem linea nominali, & essentiæ comparatur; quare non essentiale, sed connaturalem tantum ordinem habet.

<sup>146</sup> Arguit octavò Illustrissimus Palanco: Infquamque linea est dare actum primum, & constum ultimum, ultimus talis est aut consolūm negativè per exclusiōnem ulterioris, sed positivè etiam per præsuppositionem prioris; sed de linea essendi datur actus pri-

<sup>147</sup> a caus, qui est forma; & ultimus, qui est existentia: ergo existentia secundum actus ultimus non solūm ne-

gativè per exclusionem ulterioris, sed positivè etiam per ordinem priorem, quem præsupponit: ergo essentialiter actus est ultimus, essentialiter formam præponit.

<sup>150</sup> Difficultas hujus argumenti, quod replica est contra solutionem supra datam ad 6. tota consistit in æquivocatione minoris. Missa itaque maj. dist. min. linea essendi eadem, neg. min.

Tom. II.

diversa, conc. min. & neg. conseq. Itaque linea essendi duplex est, nominalis, seu quidditativa, nempe essendi hoc aliquid, & participialis, nempe essendi extra causas: in linea nominali actus primus est forma, sed ad hanc linéam omnino non pertinet existentia; in linea participiali existentia est actus ultimus; sed in hac linea actus primus non est forma, sed essentia, sive entitas, connaturaliter quidem entitas simplicitè, absolutè autem entitas quælibet: quia ergo actus secundus essentialiter supponit primum de eadem linea, existentia essentialiter supponit essentiam, sive entitatem, siquidem connaturaliter communicetur, entitatem simplicitè, quæ per formam constituitur; si autem communicetur de posse absoluto, & præter naturalem rerum ordinem, entitatem quamlibet.

<sup>151</sup> Arguunt nonò Complutenses: Linea essentiæ distinguunt realiter à linea existentiæ, & insuper essentialiter habet, quod sic prior, & præsupponatur ad illam: ergo actus, qui ad lineam essentiæ pertinet, essentialiter, & indispensabiliter prior est, & præsupponitur ad actum, qui pertinet ad lineam existentiæ; sed forma actus est de linea essentiæ: ergo essentialiter præsupponi debet ad existentiam. Confirmatur: Ideo implicat, Essentiam Divinam per modum speciei intelligibilis uni-

ri intellectui sine lumine gloria, quia Essentia Divina sub tali ratione est perfectissimus actus, intellectus vero sine lumine est pura potentia in genere intelligibili; sed pariter materia in ordine essendi est pura potentia, existentia vero perfectissima actualitas: ergo. Posset ulterius confirmari ex communi principio: *Sicut simpliciter ad simpliciter, ita secundum quid ad secundum quid:* ergo sicut linea se habet ad lineam, ita actus unius linea ad actum alterius; sed implicat etiam de posse absoluto, quod sit in re linea participialis, quin presupponat nominalem: ergo & quod sit actus de linea participiali, qui est existentia, quin presupponat actum de linea nominali, qui est forma.

152 Resp. neg. conseq. etiā enim essentialiter, & quidditative existentia presupponat essentiam, non tamen essentiam actoalem, sive completam; quare non illum ordinem, & essentiale dependentiam, quam habet ad essentiam, habet ad actum, quo essentia complectur; essentiam quidem, sive entitatem metaphysicę presupponit, completam vero non nisi juxta connaturalem rerum ordinem. Ad confirmationem, primò neg. suppositum maj. posse enim Essentiam Divinam per modum speciei uniri intellectui sine lumine superaddito defendit nostra sententia. Secundo,

neg. maj. non enim, quia perfectissimus actus est, in ipsa etiam Thomistarum sententia repugnat intellectui sine lumine uniri, si quia actus est alterius ordinis, nempe ordinis supernaturalis, quare requirit dispositionem illius ordinis, & hæc est ratio Sancti Thomæ; at vero existentia actus est ejusdem ordinis, licet alterius linea: et si ergo non connaturaliter, sicut in divinitus potest pura potentia communicari. Adeo, quod adhuc sub lite est, & frequentius negatur, quod existentia sit actus perfectissimus, sive perfectior formā; de quo in Metaphysica.

Ad aliam confirmationem primò neg. conseq. seu potius suppositum ejus, quod comparatio actus ad actum sit secundum quid ad secundum quid. Secundum datā priori conseq. dilig. subsumpta: Impossibile est, quod in re linea participialis, quin presupponat nominalem simplicitatem neg. min. sicut secundum quid conc. min. Itaque, quando linea ad lineam comparatur simpliciter, ut quod hæc linea illam simpliciter supponit, sive totaliter, genitū sic linea ad lineam, ita actus se habet ad actum; si enim hæc linea totaliter, & completat illam supponit, pariter quidquid accipiatur hujus, debet supponere quidquid alterius accipiatur, et vero in proposito, supponit quidem linea participialis nominalem.

alem, non verò totaliter, & complete; quare poterit accipi in re linea participialis, quin totam præsupponat nominalem, sed poterit de posse absoluto præsupponere sicut actum sine potentia, nempe formam sine materia, ita potentiam sine actu, nempe materiam sine forma.

153 Arguunt decimò jidem Complutenies: Implicat aliquid esse sub determinato genere, quin sit in aliqua specie; sed hoc sequitur, si materia existeret sine forma: ergo. Maj. nota supponitur. Prob. min. Materia sine forma existens esset sub determinato genere substantiaz corporeaz; sed ad nullam speciem corporis pertineret, quia gradus specificus habetur à forma: ergo. Argumentum aperte instatur: Nam intellectio divinitùs posita in lapide cōsidereret quale; non autem hujus, aut illius speciei. Deinde: Naturaliter, & juxta institutum rerum ordinem, embryo priùs vivit vitâ plantæ; in illo tamen priori nulius est speciei. Insuper: Non solidum gradus specificus habetur à forma, sed genericus item, & ideo genus, & differentia tantum virginaliter distinguuntur, quia cādem forma constituuntur, neque aliter possit genus de specie prædictati in quid; immo ipsi Thomistæ passim jactant, & totis viribus contra Scotistas propugnant, quod gradus corporeitatis efficitur a forma: & què ergo tunc

materia nullius esset speciei, ac nullius generis, utrumque enim à forma accipit, quam tunc non haberet. Directe itaque neg. min. Ad probat. ejus neg. maj. esset enim corpus incompletum, quod nullius esset generis, aut speciei. Ex his poterit ad reliqua patere, si quæ sint.

## ARTICULUS V.

*Utrum potentia materia sit essentia materiae?*

§. I.

*Referuntur Sententiae.*

154 **P**rima sententia est S. Thomæ hic text. 79. ut refert Toletus; quam item frequenter tenent DD. Suarez disp. 13. sect. 8. Hurtado disp. 2. sect. 4. Rubio q. 6. Conimbric. q. 3. art. 1. & aliis communiter, qui eam fere supponunt; assertit, quod potentia materia ipsa est ejus essentia; & addit Spin. disp. 2. sect. 3. concl. 2. quod etiam de posse absoluto repugnat materiam formas recipere per potentiam à se distinctam. Nilominus secunda sententia docet, potentiam remotam ipsam esse essentiam materiae, quia, ut ait Commentator, materia substantiatur per posse; at verò potentia proxima distinguitur ab ipsa materia veluti proprietas ejus, non

Q<sup>2</sup> qui-

quidem entitativè, sed formaliter. Hanc tenet Toletus, qui pro ea refert Commentatorem hic motam comparatur ut determinabile. text: 69 Jand. & Themist. Hanc nativum ad determinabile. item de mente Resoluti late propugnant, & alios pro ea referunt Dionysius, & Eliseus, qui dist. 1. q. 3. art. 7. sic eam explicat: In materia debemus considerare potentiam indifferentiam ad omnes formas, quamlibet enim potest recipere; & haec est potentia remota, atque ipsa materiae essentia: ulterius autem in ea debemus accipere potentiam determinatam, qua hanc, vel illam determinare potest recipere, & haec est potentia propinquas; haec quidem neque à potentia remota, neque à propinqua ad aliam formam realiter distinguitur; distinguitur tamen formaliter ex natura rei; haec quippe potentia propinqua significat gradum substantialem ipsius materiae, quo ad hanc formam determinatur; quare multiplex est in materia juxta diversitatem formarum; insuper cum ipsa potentia remota facit compositionem virtualem; an antem haec potentia propinqua aliquem rectum dicat in ipsa materia; Affirmat alter, alter vero negat. Sed me judice, minùs consequenter: compositio enim non intelligitur nisi ex potentia, & actu; quare si potentia propinqua compositionem facit cum remota, actus est respectu illius. Præterea: Determinatum ad determinabile se

Hanc item sententiam distinctione utriusque potentiecep Dionysius, & Eliseus, qui dist. 1. tenet Mastrius disp. 2. q. 5. p. 50 aliam aliter explicat: in primitu enim in exordio innuit, aliam in materia potentiam formam perceptivam, aliam verò compōnit, a constitutivam; sed quia tantum de potentia materiae ad formam ut sermo est, hac missa distinctione est art. 3' statuit, quod potentia in materia radicalis, & indifferente una est ad omnes formas; at vero est potentia proxima, & particula: est in materia multiplex juxta multiplicitatem specificam formarum; & addit, hanc esse quae muniter receptam. Insuper aliena docet, ex natura rei distinguenda materia receptivam potentiam materialiter, non autem determinatam: An haec distinctio receperit, & substantiativæ sit solus pertinet radicalis, aut solius propinquæ, aut utriusque. Convenio; quidem Doctores isti in distinctione potentiae radicalis, & parte operi xix. differunt tamen in eo, quod sup sententia Reloluti perit, potentiæ propinquam gradum etiam substantialem ipsius materiae operi re ad ipsam ejus essentiam representare pertinere; alii autem concordant, quod potentia proxima est veluti passio materiae, datur neque sibi convenit, ex qualibet

amant, vel illam formam disponi-  
ad ut,  
tem 155 Sed In primis multiplex  
et Mistrum distinctio de poten-  
tia materia nobis est prorsus im-  
perceptibilis: primò quidem, quia  
potest formaliter materia constituit com-  
positum, quām recipiendo for-  
matam: non ergo alia potest intel-  
ligi potentia, quae totum consti-  
tuunt, ab ea, qua formam recipit.  
tantum tertia: Materia, sive ut causa,  
fons ut principium omnino passi-  
tio est; quare quæcumque potentia  
in ita concipiatur, passiva est,  
erent exercetur recipiendo; at non  
at vobis intelligi compositum reci-  
pere: et si ergo alia sit formaliter  
consideratio principii, qua totum  
instituit, à consideratione cau-  
ce, qua formam recipit, non ta-  
rit alia, & alia potentia. Quod  
quidem potentiam substantiativam  
materia accipit, cum concepi-  
atur omnino non coheret:  
cohereret enim ultra recipere,  
ut perfici addit continere in esse,  
quodquammodo dare esse ipsi re-  
venit; quod patet in toto reci-  
piente accidentia, & ea substen-  
& tate quare recipiens, ut substen-  
to, superioritatem quamdam di-  
poterit, quod substantatur, &  
in co substantiationem potest Deus  
iz. opere; at hoc conceptui mate-  
ria repugnat ea enim est pura. &  
tamenmoda perfectibilitas, & for-  
roxim recipit tantum ut ab ea per-  
cipiat, neque potest intelligi  
quod superioritatem habere ad ip-

sam formam, aut esse tribuere, si-  
ve recipere, ut in esse contineat;  
non ergo conceptui materiae co-  
hæret substantiare.

156 Deinde: Quod uterque  
modus radicalem potentiam, &  
quidditativam ipsius materiae con-  
cipit solius indifferentia, disipli-  
cat etiam: potentia enim indiffe-  
rentia puram dicit non repug-  
nantiam, qualem concipiimus in  
essentia possibili ad esse; at vero  
quiditas materiae non est tan-  
tum, & præcisæ indifferentia, &  
non repugnantia, quæ tantum ne-  
gativè potentia est, sed dicit po-  
sitivam potentiam, sive poten-  
tiam exigentia, & determinatio-  
nis, ad quam sequitur appetitus,  
& inclinatio: duobus ergo modis  
debemus indifferentiam accipere,  
uno modo veluti subjectivam, &  
ex parte ipsius, quod indiffer-  
entiæ habet, qualen concipiimus  
in potentia activa cujuslibet na-  
turæ ad diversos actus, secundum  
quod potest fundare, & exigit di-  
versas virtutes; alia est indiffe-  
rentia pure objectiva, & quæ quo-  
dammodo tota est ex parte termi-  
ni: indifferentiæ quidem priori  
modo indiget determinante, et si  
ei, quod est ita indifferens, apli-  
cetur determinante hoc, aut illud  
parabile, non poterit in opera-  
tionem determinatam prodire,  
nisi prius determinetur per spe-  
cialiem hanc virtutem, quæ eo est  
potentia proxima; non autem hoc  
modo indifferentiam habet ma-

teria ad omnes formas, sed alio posteriori; si enim per influentiam agentis hæc determinatæ forma sibi inducatur, ea per nudam essentiam suam est omnino perfectibilis, & omnino potens recipere: non ergo indiget potentia proximâ ipsam determinante.

Dispositiones itaque non ipsa exigit materia, ut determinetur, aut fiat potens recipere amplius, quam de se erat, sed exigit agens, quod influentia sua limitata materiam aptet, & determinet; patet enim, quod Deus omni seclusa dispositione in ipsa nudam materię entitatem quamlibet potest formam inducere, & quamlibet ipsa materia immedia-  
te per entitatem suam potest recipere; alioqui non per se ipsam, sed per accidens superadditum esset perfectibile subjectum: imò in prima rerum creatione sic omnes recipit, nempè non prius per dispositiones ad unamquamque formam determinata est, sed prius, & inmediate actum substantiale, & primum recipit, ex quo consequuntur accidentia, quæ sunt determinataæ affectiones hujus formæ, & totius constituti per ipsam. Relinquitur itaque in primis, quod in naturali generatione disportiones præcedunt, quibus materia determinatur, non quia ipsas materia de se exigit, sed quia eas exigit agens. Relinquitur deinde, quod nulla ex his materiaæ accrescit potentia, quæ

dici possit potentia proxima; immo quidem, quia, ut jam patet recipere per accidens, si potentiam proximam recipere quam haberet ex dispositionib. secundò, quia sine determinante ex dispositionibus proveniente omnes formas connaturali habuit in prima rerum creatione recipere patet autem, quod nullam potest recipere sine connaturaliter recipere sine tentia proxima recipiendi: ergo talis est potentia proximitatis à remota, materiae veniens, secundum quod positiones determinantur, ut nit prior modus hujus sententiae

157. Alter modus, quem net sententia Refolati, etiam non probatur: primò dem, quia gradus in nuda ente materia omnino non possunt recipere; in forma enim accipiuntur gradus, secundum quod magis, & minus perficit, & alioque aliud esse tribuit; quoare sui conceptu intelligitur tributus corporis, alio vivens; neque est eo, quo corpus, potest intellectu constituere vivens; at in conceptu materiae puram accipimus, & perfectibilitatem, ita quod non sui conceptu gradum corporis, alio gradum viventis recipit, primus, & communissimus conceptus potentia receptiva, & perfectibilis est cujuslibet perfectivis receptivus: si ergo cujuslibet tam hujus, quam illius, & conquerenter non alio hanc, alio illud.

recipit. Explicatur: Radicalis potentia materiae eo dicitur indifferenter ad omnes formas, quia secundum illam potentiam omnes potest materia recipere: ergo non alio sui gradu hanc recipit. Prob. consèq. Si alio sui gradu hanc recipit, non cā poterat priori gradu recipere, si enim hā. poterat priori gradu recipere, superflue omnino additur ulterior gradus, quo hanc recipiat; sed si hanc non potest priori gradu recipere, ille non est potentia ad omnes: si ergo communis, & primus materiae conceptus est potentia ad omnes formas, non possumus in ea gradus multiplicare, qui sint potentia propinqua, sive quibus hanc, & illam possit recipere.

Dices: Potest quidem omnes recipere illo priori gradu, qui est potentia remota, & consequenter potest etiam hanc; sed alio potest tantum remote, & radicaliter, quare ulteriori sui gradu accipitur plene potens, & ideo hic est explicita potentia propinqua. Sed contra: A iquem. conceptum in materia accipere, qui non sit plene, & omnino perfectibilis, est contener conceptum ejus, ipsa potest pura, & omnimoda perfectibilitas; sed ille conceptus, scilicet plene, & omnino non posset formas recipere, non acciperet tamen, & omnino perfectibilem: ergo. Præterea: Si amplius, & lenius est receptiva ex speciali gradu potentiae propinquæ, quoniam

ex communi potentia remota, amplius est perfectibilis secundum speciale gradum determinatum, quā secundum communem determinabilem; sed hoc implicat: ergo. Patet maj. quia tantum habet de perfectibili, quantum de receptiva. Patet item min. implicat enim magis esse perfectibilem, quō magis est perfecta; gradus autem specialis communem determinat, & suo modo perficit. Rursus: Quod potentiam ad omnes formas coarctat ad istam, limitat, & consequenter reddit minus potentem; sed ille ulterior gradus ita coarctat, & determinat: non ergo eo fit materia pleniū, & amplius potens.

158 Secundò nobis illa sententia non probatur: cā enim posita, superfluit motus, quo naturale agens disponit, & sibi aptat materiam; si enim ea per gradum entitatis suę ad hanc formam proxime determinatur, posita agentis applicatione, statim forma educitur, quæ in illa latet potentia propinqua. Neque dicas, motum requiri, quo præcedens forma expellatur, & accidentia ejus, quibus materia ad hanc formam indisponitur, quamvis ad illam per gradum entitatis suę sit in potentia propinqua. Non, inquam, id dicas: implicat enim motus naturalis, qui directe, & per se intendat destructionem, & non esse; si autē per gradum entitatis suę determinatur materia ad

hanc formam, motus naturalis directe, & per se non intendit ipsam determinare, & aptare, sed tantum removere, seu excludere contrariam formam, & ejus dispositiones. Præterea: Determinatio ad hanc formam puram dicit habitudinem; tunc autem & determinata habitudo ad determinatam, & speciale rationem supponit rationem fundandi; quare ipsa potentia propinqua aliquid præ-supponit speciale, & determinans; & insuper pura habitudo non potest ea habere, quæ ipsi tribuunt potentiae propinquæ, nempe reddere materiam plenè potentem, continere formam, & esse id, ex quo immediatè ipsa educitur.

150 Tertiò, specialiter ex ipso fundamento, quod unicum vià rationis habet Eliseus, clariùs rejicitur illa potentia propinqua: Inter potentiam activam, & passivam est proportionis; sed in potentia activa, cuius materia est potentia passiva, non est accipere potentiam propinquam ullo modo distinctam à remota: ergo neque in potentia passiva materiæ. Majorem ipse assumit, & ex ea eodem discursu suam deducit conclusionem, quem adeo putat evidenter, ut nullâ egeat probatione, & eo sufficienter stabilitam paret conclusionem. Min. itaque ostenditur: Potentia activa, cui respondet, & proportionatur potentia passiva materiæ, non est, ut ipse assumit, potentia agetis,

sed formæ sed in potentia ad formæ ad perficiendum non piuntur illi gradus potentia pinquæ, & remotæ: ergo. N patet, receptivum enim ad quod recipit, perfectibile adfectivum, informabile ad imans respondet, & propotitur. Minorem ipse admittit nullus hucusque de format, quin sua indivisibili quantitate sit proxime, & omnintens perficere.

Poterit dici, disputat esse in eo, quod id, quod est determinatum, non indigentia proximè determinante diget autem quod de se est ferens; jam autem materia indifferens est, non autem f. Sed contra: Primò jam unicum ejus fundamentum proportione activi ad passivum tenet; siquidem non sub illa proportio. Secundò, nra ratio, cur materia indifferatur, forma autem determinatur, sicut enim materia de se quaebet potest formam recipere, forma quamlibet potest materiali portionem informare. Tertiè differentia conditionem extinguitur, non verò proportionem proximam, nisi illa in potentia ex defectu virtutis obliqua sed si forma ex quiditate suabum potest plenam potentiam inserviendi tam proximam, quamvis tibi tam, pariter materia plena debet recipiendi; ad summum leu-

conditione aliqua poterit indigere, qua determinetur ejus indifferentia, non autem potentia proxima, quæ sibi sit virtus, & ratio recipiendi. Confirmatur: Sicut potentia remota indifferentis concepta ad formas diversæ speciei, ita propinquæ ad plures numero diversas; sed hæc indifferentia potentia propinquæ non determinatur gradu aliquo, qui sit ulterior virtus, & ratio recipiendi, sed conditione tantum, quæ non auger virtutem receptivam, neque est ulterior potentia: ergo patiter illa.

160 Tandem: Si illa potentia propinquæ gradus est substantialis materiæ, ad ejus quidditatem pertinet, & cum aliunde ultimus sit gradus complens, & determinans potentiam remotam, erit differentia quidditativa; hoc autem multa consequuntur inconvenientia: primò quidem, quidditas materiæ adquatè consistit in eo, quod sit subjectum formarum receptivum, & sibi omnino accedit comparatio ad hanc formam, vel illam: secundo, differentia quidditativa atoma est in proprioquoque; illa autem potentia in propinquæ multiplex est: tertio, si quilibet gradus communis secundum quod multiplici gradu deconservatur, & completur, & multiplicator ipse gradus communis, & multis constituit species; sed secundum multiplicitatem speciem formarum multiplicantur

illæ potentia propinquæ: ergo multiplicantur etiam remotæ, & ad formas diversæ speciei diversas specificè oportet materias ponere; ex quo ulterius sequitur, quod materia, quæ unius speciei formam recipit, non poterit ullo modo alterius speciei formam recipere. Minorem ipsi concedunt, & major inductione patet: v. g. gradus viventis communis est, & determinabilis per vegetativum, & sensitivum; & secundum quod sibi additur hic, & ille gradus, constituit duplex vivens, & ita reperitur in quolibet gradu communis, qui per specialem determinatur: si ergo potentia propinquæ materiæ ad remotam comparatur, ut gradus specialis ad gradum communem, ex duplice gradu potentia propinquæ superaddito, & determinante duplex constituit materia essentialiter differens, sicut vegetativum à sensitivo, & tunc essentia, & potentia utriusque ita diversæ sunt, quod una non poterit id, quod altera; si enim diversi sunt gradus potentia propinquæ, formæ, quæ continentur in uno, non continentur in alio; quod satis esse absurdum, experientia patet; ex quilibet enim materia portione educitur forma diversæ speciei ab illa, quam habebat, immo non alia educitor; non enim ad formam ejusdem speciei est transmutatione.

I.

II.

*Expenditur sententia Beati  
Doctoris.*

161 **D**E potentia materiæ determinat B. Doctor in de sex Principiis fol. 47. col. 1. in 1. Physic. lect. 18. & in 2. dist. 12. q. 3. art. 2. supponit quidem, quod materia per se ipsam intransitivè ad quamlibet virtutem sibi ullo modo superadditam est plenè, & omnino potens recipere formas; ubi enim accipimus principium non se ipso intransitivè tale, sed quod virtute proxima sibi superaddita compleatur, illud tale non poterit esse primum sui generis, habet enim reduci ad id, quod se ipso intransitivè tale est: si ergo materia in suo genere prima est, neque potest in aliud reduci passivum principium, se ipsa intransitivè est omnimoda, & completa virtus recipiendi; cum hoc tamen absolute, & sine distinctione non concedit, quod potentia materiæ sit essentia ejus; & adducit duas rationes Commentatoris, altera, quod potentia ad formam cedit adveniente forma, quatenus nempe quod erat potentia tale, non manet in potentia, sed fit in actu tale adveniente forma; sed manet materia ipsa: ergo illa potentia non erat essentia materiæ. Altera ratio est, quod potentia relatio-

nem significat ad id, ad quod potentia est; sed essentia materiæ non est relatio: ergo.

162 Pro intelligentia itaque ex Philosopho observat, quod potentia qualibet duobus modis accipitur; altero, prout abjectum; altero, prout non abjectum qui currit, utique potest currere, & potentiam habet curdi, etiam dum currit; similiter qui sedet, aut stat, currere potest aliunde non habet impedimentum; sed alio modo potest, currit, alio qui stat, nempe currit, potest potentiam non aiciente, seu quæ cum actu conjigitur; qui verò stat, potest potentiam abjiciente: uno ergo modis potentia significat habitudinem quamdam ad actum habendam & ista dicitur potentia abjiciens, hæc adveniente actu cedit; quod cessat ille respectus, & quod potentiam tale, jam non potest sed actu tale est; altero modo potentia significat virtutem abstinentiam, in qua fundabatur ille respectus, & hæc est potentia abjiciens, quæ cum actu conjigitur, & sub eo manet; quia ei deficiente illa habitudine, manet sub actu virtus, in qua fundatur; hæc potentia non abjicitur, sed cum eo conjungitur, de hac dicitur, quod actus destruit potentiam, sed eam perficit.

163 Igitur si accipiatur potentia abjiciens, seu quæ impo-

eat habitudinem ad formam habendam, tunc potentia materiae non est essentia materiae, & hujusmodi potentia adveniente forma cedit: hæc nempè habitudo est, seu relatio quædam, essentia autem materiae pura, & absoluta substantia; si autem accipiatur potentia non abjiciens, nempè virtus, & essentia, in qua habitudo illa fundatur, sic potentia materia ipsa est essentia materiae; ipsa enim sicut essentiâ suâ immediate formam recipit, & eâ perficitur, ita essentiâ suâ eam potest recipere, eo quippe recipit, quo poterat recipere, & perfici. Illa autem habitudo, quam dicit, ut ei potentia abjiciens, non est relatio aliqua secundum esse, & de predicamento; nulla enim talis immediatè fundatur in substantia, sed est modus quidam relativus, qui ipsam materiae quidditatem consequitur, & qui adveniente forma deficit; quare est relatio secundum dici, ut latè explicat Doctor loc. cit. I. Physic. dub. 3. Hæc quidem quantum ad utramque partem satis ex dictis patet, & amplius poterit explicari solvendo ea, quæ objiciuntur in contrarium; quare superfluum est amplius in ejus explicatione immorari.

164 Arguit itaque primò Eli-sæus ratione superiùs insinuata: Inter potentiam activam, & passivam est proportio; sed in potentia activa non sufficit una poten-

tia multipliciter disposita ad universa generabilia, sed requiritur multiplex virtus, & potentia proxima: ergo pariter in potentia passiva materiae. Ad hoc argumentum jam suprà patuit instantia in forma, quæ est potentia activè perfectiva correspondens potentiaz receptivæ, & perfectibili materiae. Ulterius autem in ipso etiam arguentis sensu clarissime instatur: Inter potentiam activam, & passivam est proportio; sed in potentia passiva una est potentia radicalis ad universa generabilia: ergo una erit potentia activa. Rursus: Sed in potentia activa multiplex est potentia radicalis, & remota: ergo multiplex erit in potentia passiva; quod utrumque est inconveniens.

165 Directe disting. maj. Inter potentiam activam, & passivam ejusdem generis, & quæ sibi respondent, est proportio, conc. maj. diversi generis, neg. maj. Itaque activum, & passivum ejusdem generis sunt perfectivum, & perfectibile, nempè materia, & forma; in his autē potius opositū deducit illa proportio, in activa enim non datur potentia propinqua distincta à remota: potentiaz activaz generantis non respondet ut potentia passiva materia, sed totum transmutabile, quod motui subjicitur, & hoc multiplex est, & diversam habet proximam transmutabilitatem; non enim quodlibet agit in quodlibet, &

unumquodque aliter, atque aliter mobile est, secundum diversam conditionem formæ suæ.

166 Arguit deinde: Ex non nullis Philosophi locis, & primò ipsum adducit 11. Metaph. text. 11. quo ait: *Quodlibet non sit ex quolibet, sed unumquodque sit ex determinato subjecto*; idem habere, ait, 12. Metaph. cap. 2. & 4. & habet item in 1. Physic. text. 43. ut suprà adduximus. Ex hoc autem clare deducitur, quòd diversa est potentia propinquæ à remota; materia enim, & ejus potentia remota unum est commune subjectum, ex quo omnia sunt: si ergo unumquodque determinatum sibi subjectum habet, ex quo fiat, hoc ipsam significat potentiam propinquam. Resp. neg. conseq. non enim de eo, quod forma, sed de eo, quod transmutationi subjicitur, loquitur Philosophus, quod ex ipsis ejus verbis patet; nam citato loco 1. Physic. sic ait: *Dicamus igitur, quòd omnium entium non quodlibet agit, aut patitur à quolibet, nec generatur à quolibet, nisi aliquis accipiat hoc per accidens; album enim non fit album ex Musico, nisi accidat nigro, aut albo, ut sit Musicus, sed album ex non albo;* & non ex omni non albo, sed ex nigro, aut medio. Sensus itaque est, quòd non quodlibet sit ex quolibet, sed transmutationi ad unamquamque formam subjicitur, quod ita est non tale, quòd sit potentia tale;

hoc autem non materiæ, sed tius passibilis subjecti, quod transmutationi subjicitur, distinctionem significat.

Adducit deinde ex 4. lib. Cœlo text. 5. hæc verba: *Ad aliam formam aliam materiam neutrariam esse;* & text. 38. Quæ materias, quæ hec sunt, tota necessè est, quatuor, *inquam,* vero quatuor, ut una quidè sit nūm communis; & 8. Met. text. ait: *Etsi eadem sit materia principium his, quæ sunt, etiamen quædam cuiuscumque pria;* quibus necessitas poterit propinquæ aperte videtur insidiari. Sed neque primum, neque secundum Philosophi locum in reperio; hujus quidem tertii sus idem est, quem suprà datus, quòd nempe propria est sequitur: *que materia secunda, & quæ dispositiones signillatur, & determinatur ad hanc formam, & ius agentis transmutationem;* sus autem primi loci idem est detur, ac secundi, quem non sed 37. text. exponit Aberro quare ex hujus sensu poterit illum patere.

Itaque titulus illius capituli habet: *Quod elementa sunt quatuor, quodque non omnia una sit materia, quæ sit causa versorum in ipsis motuum.* Neque quo sensu diversa dicitur unicuiusque materia, nempe non ad similitudinem recipit, & quæ ad motum comparatur, licet

licet secunda, & quæ ex diversa forma diversas habet affectiones: deinde sic caput incipit: *Igitur quod talēm materiam habet, leve est, semperque sursum fertur; id verò, quod contrarium habet, grave est, semperque deorsum fertur.* Enicem aliud elementum talēm habet materiam, quatenus leve est, aliud verò, quatenus grave; & quia inter has duas extremas dispositiones est accipere duas medias, alteram, quæ ad grave, alteram, quæ ad leve accedit; in processu capit is deducit, quod quadruplex est materia, & quadruplex elementum: patet ergo, quod diversitatem non in entitate materiæ, quatenus formam recipit, sed in dispositionibus ponit, quas ex diversis formis consequitur.

167 Ulterius adducit ex Philosopho eodem 4. de Cœlo cap. 5. hæc verba: *In genito, & corrupcio manet eadem materia numero, non verò specie; differentia autem specifica hujus ab illa materia non potest esse nisi ex potentia propinquæ. Sed in primis: In ipso genito, & ejus materia multiplicitem ipse ponit potentiam propinquam, quare erit specificè multiplex. Deinde: In toto illo capite verba illa non habentur, neque in libro de Cœlo de transmutatione ad formam agitur, sed ad situm tantum; quare ibi materia non accipitur, ut formam recipit, sed ut ex diversis dispositio-*

nibus aliter se habet secundum gravitatem, & levitatem, atque aliter comparatur ad motum, de quo ibi agitur: verba itaque, si cubi ea habentur, non alium possunt sensum habere, nisi quod materia secundum suam entitatem eadem est in genito, & corrupto, diversa tamen secundum esse, & affectiones, quas ex utriusque forma consequitur.

168 Quod tandem diversæ sint inter se potentiae propinquæ, tali ratione probat: Potentiaz specificantur, & distinguuntur per actus suos; sed forma lapidis, & ligni sunt actus adæquati speciei diversi: ergo illis respondet in materia diversa potentia propinqua. Sed contra: Ipsa potentia remota ab actu suo specificatur, sed actus ejus est potentia propinqua, hac enim determinatur, & ultimò completur: ergo aut una potentia propinqua uni respondet potentiaz remotaz, aut multiplex erit potentia remota secundum multiplicitatem potentiaz propinquæ. Patet minor; non enim immediatè ad formas comparatur potentia remota, sed mediæ propinquæ; quare hæc erit ejus actus per se, & immediate. Directè, missa maj. de qua in lib. de Anim. disputatur, & ibi illam negabimus, neg. min. differunt enim forma lapidis, & ligni tantum materialiter in ordine ad potentiam materiæ, eo quod materia per se quamlibet respicit in

eo, quod forma est, & actus primus: quæ ergo in perficiendo, & informando materiam differunt, differunt formaliter respectu ipsius; & quia aliter perficit substantialis, & accidentalis, istæ differunt formaliter in ratione actus; quæ autem uno modo perficiunt, et si diversum tribuant perfectum esse, in ratione actus non differunt formaliter, & ita se habent omnes formæ substanciales; quælibet enim plene complet in formatum materiæ, & constituit totum natum subsistere.

169 Matrius primam conclusionem sua sententiaz, quod nempe proxima, & particularis potentia materiæ multiplex sit, licet remota, & indifferentia sit una ad omnes formas, ferè ad authoritatem Scoti reducit; qua in z. dist. 1. q. 1. ad 4. docet, tot esse appetitus in materia, quot sunt in ea formæ, quas appetit; hoc enim intelligendum, ait, non de aptitudinali appetitu, qui unus est, sed de actuali: subdit autem, non solum juxta multiplicitatem specificam formarum, sed etiam juxta numericam multiplicari potentiam hanc; imò si eadem forma possit multoties introduci in eadem materia, tot erunt in ea potentiaz proximæ, quot erunt formæ receptiones. Hujus autem rationem esse, ait, quod hæc potentia proxima materiæ competit, quatenus per accidentia disponitur; & quia pro singulis re-

ceptionibus oportet disponi, pro singulis diversam habet potentiam proximam.

170 Sed in primis, distinctione illa aptitudinalis, & actualis appetitus in materia locum non habet: in appetitu quidem elicito qui est actus potentiaz appetentis distinguitur aptitudo appetendi quæ est potentia ipsa, & potest dici appetitus aptitudinalis, actus ipse appetendi, qui est appetitus actualis; at vero appetitus materia, sicut quilibet intentus, nihil est aliud, quam inclinatio ad perfectionem, qua non potest accipi aptitudinalis, nisi velimus appetitum dicere aptitudinem ipsam rei naturam ad quam illa inclinatio sequitur. Quod ipso patet ejus exemplum, quia enim in gravi appetitus locum deorsum nihil est aliud quam propensio, seu inclinatio naturaliter secuta ad formam gravitatis, non accipimus aptitudinem, ut inclinetur, seu inclinacionem aptitudinalē, sed immediatam ad ipsam formam sequitur actualis inclinatio, & ad inclinationem motus tendendi deorsum; neque enim congruè motum ipsum dicemus actuali appetitum.

Deinde: Locus Scoti, dicit illâ duplicitis appetitus distinctione, non cogit accipi de ipso actuali magis, quam de aptitudinali, nisi id supponatur, ad quod probandum locus ille assumitur. Præterea: Accipiendo de actua-

oppositum potius, quam propositum deducit; aptitudinalis enim, & permanens appetitus est, qui potentiam arguit proximam, & immediatam illius, quod appetitur: si ergo aptitudinalis appetitus unus est ad omnes formas, unam arguit potentiam proximam, cuius erit multiplex exercitium, multiplex receptio, & actualis appetitio. Insuper: Ex accidentalí dispositione non potest materia accrescere substancialis potentia; sed potentia proxima, qua immediate formam recipit, substancialis est: si ergo illa multiplex, quam ipse ponit, materia conuenit, quatenus disponitur, non ea est substancialis potentia materia, de qua querimus. Ad formam itaque dicitur, quod ad receptionem comparatur potentia abjiciens, qua habitudinem dicit secundum dici, seu modum quemdam relatiui, & haec utique multiplex est, & diversa ad diversas receptiones; quaerimus autem de potentia non abjiciente, qua formas recipit immediate, & proxime, & quae sub ipsis formis manet; & haec neque ex dispositionibus conuenit, sed substancialis est, & quidditativa; neque multiplex, sed eadem diversas formas immediate recipit, & sub diversis manet.

171 Alteram conclusionem, quod nempe potentia substancialis a receptiva distinguitur formaliter, probat una ratione, quam

multiplicitè confirmat: Actus substantandi ab actu recipiendi differt: ergo & potentia. Consequentia nota est, & antec. sic patet: tūm, quia reperitur unus actus sine altero, ut materia recipit quidem, sed non substantiat animam rationalem; tūm, quia Deus supplet actum substantandi, ut patet in speciebus Eucharisticis, quas Deus miraculosè substantiat; at non potest actum recipiendi supplere, quippè imperfectionem involvit: ergo. Mitto confirmationes, eodem enim vitio laborant, ac ratio; supponunt nempe, quod materia habet actum substantandi.

172 Resp. primò neg. conseq. frequentissimè enim vides, quod una potentia multos habet actus, sive ejusdem, sive diversæ lineæ, ut idem intellectus apprehendit, & discurrit, eadem essentia habet operationem, & existentiam, & maxime in sententia ejus, qua substantia est immediate per se ipsam operativa: non ergo ex diversitate actuum arguitur diversitas potentiarum. Melius ea probaretur ex eo, quod ad actum substantandi potentia est quodammodo activa, substantiare enim non recipere est, sed dare alteri esse; ad actum vero recipiendi potentia est purè passiva; ex hac autem ratione manifestè deducitur, materia non convenire neque potentiam, neque actum substantandi. Resp. itaque

secundò , datâ consequentiâ , distinguendo consequens : Ergo & potentia distinguntur , ubi uterque reperitur actus , concedo ; ubi alter tantum reperitur , nego . Sicut itaque ex quo diversitas actus arguat diversitatem potentiarum , non licet inferre , quod in Deo distinguitur potentia substantativa à receptiva , quia Deus substantiat , non verò recipit , quare neque habet potentiam recipendi ; ita è converso , materia recipit , non verò substantiat , quare neque habet potentiam substantiandi . Hic solet quæri de distinctione materiæ cœlestis à sublunari ; sed hanc difficultatem tractandam remittimus tanquam in proprio loco in libris de Cœlo , quare vide tractatu sequenti .

## ARTICULUS VI.

*An ; & quomodo materia appetat formas?*

I. I.

*Quibusdam præmissis , probatur nostra sententia.*

**A** PPetitus propriè lo-  
gnoificat , quæ tendit in bonum ,  
seu conveniens , quæ in homine  
est voluntas ; in parte autem sen-  
sativa , quia non habet proprium  
nomen , retinuit sibi nomen com-  
mune , & dicitur appetitus ; ex hac

ergo potentia , & actu ejus trans-  
fertur hoc nomen ad significan-  
dam inclinationem , & propensi-  
onem quamdam in rebus , etiam  
insensibilibus , ad id , quod si  
convenit ; quare consuevit appre-  
titus de utroque communiter di-  
ci . Sic itaque appetitus dividit  
in elicium , & innatum : elicium  
est actus potentia appetentis ; q  
subdividitur in naturalem , &  
ætivum : primus est actus , q  
potentia tendit in bonum omni-  
nō tale , ad hoc enim , quia nulla  
habet indifferentiam , naturali ne-  
cessitate fertur ; electivus est a-  
ctus , quo tendit in bonum sub in-  
differentia propositum , circa quo  
proinde cadit electio : uterque  
subdividitur ulterius in compli-  
centiam , quæ respicit bonum in-  
pliciter ; desiderium , quod est in  
bono adipiscendo ; fruitionem  
quæ est de bono possesto ; de  
autem ad præsens determinata  
non spectat , de illis agitur in  
de Anima .

Appetitus innatus eo innatus  
dicitur , quia non est actus a  
quis à potentia elicitus , sed con-  
genita , & ad naturam rei secun-  
dum propensionem ad id , quod sibi con-  
venit ; ex hac enim propensione  
veluti desiderare accipitur id , &  
quod inclinationem habet . De  
hac itaque queritur : An , & quo  
modò materia conveniat ad for-  
mas ? De quo tria possunt dubitu-  
ri : Primum : An materia ex se ta-  
lem inclinationem habeat ? Se-

tundum: An & què ad omnes formas, ita quòd non magis perfectiorem appetat, quám minùs perfectam? Tertium: An etiam ad formas amissas? Nulla ferè est de his omnibus controversia; et si enim aliqui, quos suppresso nomine citat Rubio, dicant, quòd magis appetit perfectiores; & aliqua item sit controversia circa appetitum ad formas amissas, dissidium tamen in utroque ferè ad voces reducitur, & modum loquendi; omnes enim in eo convenient, quòd materia, quatenus est perfectibile subjectum, naturalem habet inclinationem ad formam, qua perficitur; idque ex parte habet Philosophus hic tex. 81. oppositum autem solus tenet Avicenna, quem nullus sequitur ex Modernis.

174 Nihilominus apud Nos-tros difficultatem inducit non nullam textus B. D. nam in 2. dist. 12. q. 3. art. 2. dub. 2. later. statuit, quòd: *Quia quale unum-quodque est, talia appetit, oportet, quod omne appetens habeat ali- quam similitudinem cum eo, quod appetit;* quare in proceſſu illius articuli lāpē habet, quòd appetens debet habere aliquid ejus, quod appetit, & deducit ex P. Augustino, qui 16. de Trin. cap. 1. ait: *Nisi breviter impressam cu-jusque haberemus doctrinæ in ani-mo notionem, nullo ad eam discen-dam studio flagraremus;* & ex Philoſopho multis in locis. Ex ho-

rgo N. Uillanova, cuius senten-tiam sequitur Manso, docet, quòd si materia consideretur secundum ſe, & ſeclusâ formâ, nullam appetit, ita quòd ſi à Deo ponere-tur in re fine omni forma, nullum haberet appetitum; quia, ut ap-petat, debet habere aliquid illius, quod appetit, secundum ſe autem nihil habet formæ: ſi tamen conſideretur ſub forma, appetit alias, quia tunc aliquid habet cuiuslibet, quatenus forma, quam ha-bet, in conceptu formæ cum reli-quis convenit; non quòd forma, quam habet, ſit formalis ratio appetendi; eo enim materia ap-petit, quia perfectibilis est, quod de ſe habet, ſed forma est ratio *sine qua non*, ſeu conditio requi-sita, quia sine forma non potest aliam recipere, cùm secundum ſe intangibilis sit, & inalterabilis; & conſequenter docet, quòd nullo modo appetit formam, quam ſemel amisit, quia hanc non potest naturaliter conſequi.

175 Hæc ſententia ex doctri-na illa B. Doctoris non ſequitur, neque aliquod fundamentum in-textu ejus pro illa reperio: in pri-mis enim ipſe Doctor lāpē adducit Avicennam in illo lib. ſuffi-cien, quare ſi vellet ſententiam ejus tenere de eo, quòd materia ſecundum ſe non appetit, ipsum pro ſe adduceret. Infuper, ſupponit multoties, etiam in illa q. 2. Sent. quòd ſententia est Philoſophi, materiali de te formas ap-

petere; sicubi autem à sententia Philosophi recedit, rationem adducit, quare cum ipso non teneat. Præterea, ibi ex Philosopho ait, quod materia formam appetit, sicut turpe pulchrum; at turpitudinem, & informitatem non ex forma habet materia, adhuc tanquam conditione, sed ex se, & secundum se: ergo. Insuper, cit. text. 81. quo appetitum materia docet Philosophus, ita habet: Existente enim quodam Divino optimo, & appetibili, aliquid quidem contrarium esse ipsi dicimus, aliud autem natum aptum esse appetere, & desiderare ipsum secundum naturam ipsius. Hunc textum ita exponit Doctor lect. 18. Dicit ergo, quod existente quodam Divino optimo, & appetibili, id est, existente forma, aliud quidem dicimus esse contrarium ipsi, ut privationem; aliud autem ut materiam secundum naturam ipsius dicimus esse aptum natum desiderare, & appetere ipsum, id est, formam. En tam Philosophus, quam B. Doctor ponunt, quod materia secundum naturam suam habet appetere.

Neque refert, quod uterque ait, quod apta est appetere, quasi intendat, quod secundum se, quia perfectibilis est, nata est appetere; non autem appetit, nisi quantum semiè informata sit proximè, & in actu transmutabilis. Non, inquam, id refert: præterquamquod enim illam expositio-

nem textus ipse non patitur; si prosequitur B. Doctor: Notandum autem, quod forma dicta Divina, optima, & appetibili, forma enim tripliciter potest appeti; primò, ut consideratur secundum se; secundò, ut comparatur ad materiam; tertio, ut comparatur ad motum: secundum secunda potest dici quid Divinum quia, cum secundum se sit quid actus, in quantum busmodi quedam participatio. Ese Divinum quia ipse Deus est actus purus, & non admiscetur aliquid de potentia: ut comparatur ad materiam, habet rationem appetibilis, quia perfectio, & endelechia ejus, comparatur ad operationem naturae, & ad motum ejus, quia terminat, & finit ipsam, habet rationem optimi, quia finis in unoque optimum dici potest. Enim malissime, & accipiendo forma secundum se contra ipsam, ut terminat motum, ait, appetibili esse: sicut ergo forma secunda se est perfectio, & ex hoc comparata ad materiam est appetibile, ita materia secundum se est perfectibile subjectum, & ex his comparata ad formam, ipsam petit; si enim forma, ut terminus appetitum, non indiget ad motum comparari, quo inducitur sed tantum considerari, ut perfectio est materix; ita materia appetat, hoc tantum requiri quod sit subjectum perfectibile.

376. Non itaque ad mentem

Doctoris subfineri potest, quod materia secundum se, & seclusa forma, non appetit; neque item via rationis: primò quidem, quia falsum est, quod assumit illa sententia, quod materia secundum se non sit transmutabilis, aut possit formam consequi; si enim nulla quantitas in re existens subjicitur connaturaliter motui, & transmutationi in speciebus Eucharisticis, multò magis posset materia, si sine formam poneretur existens: requirit ergo formam, ut connaturaliter existat, non autem, ut possit formam recipere, eam enim immediate per entitatem suam recipit; neque conditio est habere unam formam, ut aliam recipiat, aut possit recipere, quare neque ut appetat. Præterea: Quod est de necessitate agentis, non diversificat conditionem materiæ; at quod materia sit tangibilis, ut motui subjiciatur, est de necessitate hujus agentis, quod non potest aliter movere: ad summum ergo id est conditio, ut appetat formam reduplicativè ut inducendam ab isto agente; quod non tollit, quin de se appetat formam secundum se. Insuper: Materiæ secundum se potentiam habet ad formam, neque ut possit recipere, formam indiget ut conditione, sed ad sumnum, ut possit recipere ab isto agente: ipsa ergo secundum se & privationem habet, quæ nihil est aliud, quam carentia in subiecto capaci, &

forma sibi est possibilis consequi, licet non ab isto agente; sed, ut ipsi fatentur Nostri, & ad privationem sequitur appetitus, & materia formam appetit, quatenus sibi est possibilis consequi: ergo appetit secundum se, licet forte formam indigeat ut conditione, ut appetat consequendam ab isto agente.

Ulterius: In prima rerum creatione formam suscepit connaturaliter, & à Deo operante, ut Author est Naturæ; at formam connaturaliter recipit, prout juxta connaturalem exigentiam, & inclinationem: quandoquidem ergo ad primam formam nulla alia præcessit, quæ posset esse conditio, secundum se, & independenter à tali conditione ipsa materia formam appetit. Tandem: Appetitus passio est principii perfectibilis; sed seclusa omni forma etiam ut conditione, materia est ex quidditate sua principium perfectibile: ergo ad ipsam quidditatem suam sequitur appetitus. Patet maj. quatenus enim capax intelligitur perfectionis, quam non habet, ad eam intelligitur inclinari: sicut ergo formam non exigit, etiam ut conditionem, ut sit perfectibile subiectum, ita neque ut appetat:

177 Pro intelligentia itaque illius loci, quo hæc sententia nititur, notandum, quod B. Doctor ibidem distinguit desiderium formæ, & transmutationis ad for-

mam, verba mittimus in textu videnda, quia res est de se valde clara: aliad ergo est considerare inclinationem ad formam ut sic, & quatenus est perfectio, & actus materiae; aliud vero considerare inclinationem ad formam transmutatione acquirendam: licet itaque ad formam transmutatione acquirendam, sive ad transmutationem ipsam non comparetur materia ut subjectum capax, nisi quatenus existit in aliquo composito, quod tantum per se, & conaturaliter est subjectum mobile; at vero ad formam secundum se, & absolutam ipsa materia de se comparatur ut subjectum capax; quare inclinatio ad formam priori modo acceptam forte fundatur in materia prehabente aliam formam tanquam conditionem; forte, inquam, quia id non est de necessitate metaphysica; inclinatio autem ad formam secundum se in una entitate materiae fundatur, & ad quidditatem perfectibilitatem ejus consequitur.

Tunc itaque ad locum B. Doctoris uno modo dicetur, quod loquitur de appetitu ad transmutationem; ratio autem, que ex ipso ejus textu colligitur, est: Quia motus est inter contrarios terminos; & quia unum contrariorum aliquid alterius habet, nec poterit moveri, nec motum appetere, nisi quatenus est sub extremo contrario illius, ad quod move-

ter: sic ergo appetitus debet habere aliquid illius, quod appetit, nempe formam contrariam; cuius forma quo stat, quod secundum se, litteraliter praecepsive a tali forma quamlibet id sibi appetat appetitu perfectionis, dicitur terminato ad formam, ut perditas perfectio est. Alio modo, quem etiam capaciter innuit, dicitur, quod appetit, solute verum est, quod appetit, posse debet habere aliquid illius, quod ex defectu appetit; tunc autem hoc aliquis recipiet non est alia forma, sed potest formam seu capacitas illius, quod appetit hujusmodi: primò, quia secundum habendam capacitatem est inchoative, & potentia id, quod appetit, est sit formae actu; quare habet hoc sensu quid illius, quod appetit: secundò, quia transitus ad id, quod appetit, est de alia forma tanquam de termino a quo omnino percidens; de privatione autem inclusio: se secundò, & de aptitudine paret, se primò: requirit ergo aliquid informius, ad quod transit, ut transveniens appetat, quatenus hoc aliquid iustificare; cluditur in privatione, & est ipsius capacitas; patet autem, quod in perfecta materia de se est capacitas ad formam: secundum se ergo habet de factu aliquid formæ eo sensu, qui sibi appetit, ut appetat.

~~178~~ Dicendum itaque post, madò, quod materia secundum velut appetit formas, equaliter omnium, sive habitas, sive habendas. Huius per Conclusio quantum ad omnia materias suas partes patet ex iam perfectis. Quantum ad primam quoniam in r-

dem, quia materia in tantum inclinatur ad formam, in quantum forma est perfectio sibi connata, literè debita, & quā nou habet; sed id sibi convenit de se, & ex quiditate sua: ergo. Patet min. quod ita enim materia est naturalis capacitas suscipiendi formam; & quod, si nuda consideretur, non possit formam recipere, non est ex defectu capacitatibus in ipsa ad recipiendum, aut in forma ad informandum, sed ex conditione hujus agentis, quod non potest nudam materiam transmutare; quod autem hoc agens non possit formam inducere, non tollit, quia materia perfectionem appetit sibi de se naturaliter convenientem.

Quantum ad secundam partem etiam patet de facili Conclusionis: primò, quia formam appetit, in quantum est actus ejus informitatem replens, & constitutus ens simpliciter natum subfistere; sed in hoc omnes convergent, & à quæ perfecta, & minus perfecta constituit ens simpliciter ergo. Secundò, quia videmus appetit minus perfectam, ut habens animam, quæ perfectissima pess, machinatur corruptionem, & inclinatur ad habendam cadavericam, quæ proculdubio est minus perfecta: ergo, quia sibi est de materiali major, aut minor perfectio, & tantum ipsam respicit in ratione actus primi, in qua

aque omnes convergent. Tertia autem pars de facili patet ex hoc ipso: Quod enim forma jam sit à materia expulsa, tantum facit, quod non continetur in potentia naturalis agentis, ut possit ab ipso induci, non autem tollit, quin sit actus primus, per se illius perfectivus.

**179** Dicendum secundò, quod materia secundum se nullam formam appetit appetitu transmutationis. Hanc tantum probant rationes, quibus Nostri utuntur Manso, & Villanova: in tantum enim appetitu transmutationis appetit, in quantum inclinatur ad transmutationem ipsam; sed secundum se non inclinatur ad transmutationem: ergo. Minor ostenditur: Quia in tantum ad transmutationem inclinatur, in quantum est subjectum naturaliter transmutabile; sed nuda entitas materia non est subjectum naturaliter transmutabile: ergo. Patet hæc min. quia tale est ens naturale, cui soli competit per se esse subjectum motū.

## §. II.

### Solvuntur Argumenta:

**180** Arguit primò Noster Manso ex autoritate P. Augustini, qui lib. de Gen. imperf. cap. 4. docet, materiam esse omnium formarum receptaculum, & in ea formas es-

se, sicut corpora in loco; quod item docet de Gen. ad lit. lib. 4. cap. 18. quo docet, corpora ad locum comparari pondere tanquam appetitu: ex his deducit N. Manso, quod sicut in corpore appetitus sequitur formam gravitatis; ita in materia non intelligitur sine forma. Quod confirmat, tum ex Divo Thoma 1. p. q. 87. art. 4. in corpore, tum ex B. Doctore 3. de Anim. text. 2. dub. 1. cuius verba adducit eadem ferè, ac habet S. Thomas, hæc nempé: *Dicendum, quod, sicut appetitus naturalis sequitur formam naturalem, sic appetitus anime sequitur formam apprehensam;* sed in materia secundum se nulla est forma naturalis: ergo.

181. Resp. quod si appetitus materiae sequitur formam eo sensu, quo appetitus corporis ad locum sequitur formam gravitatis, tunc non sequitur formam tanquam conditionem, sed tanquam rationem formalem appetendi; patet enim, quod forma gravitatis est corpori ratio formalis appetendi locum deorsum; at non intendit ipse, quod forma sit ratio formalis appetendi aliam, neque ullus id potest intendere; tunc enim non materia, sed forma, aut compositum appeteret; & tunc non perfectionem, sed id, quo destruitur, appeteret: alia enim forma neque hujus formæ, neque compositi, sed solius materiae perfectione est, & inductione alterius

formæ hæc expellitur, & hoc est dūm n possum destruitur. Directe ad huī conseq. sicut enim ad formam gravitatis, hoc est, ad natum gravis sequitur appetitus ad cum deorsum, ita quod talis appetitus passio est ipsius gravitatis, cui convenit in tali loco ita appetitus ad formam sequitur ad quidditatem, & naturam teria, cui convenit formam pere. Ad locum B. Doctoris suprà patuit mens ejus: locus q dem, qui adducitur, apud ipm non reperitur, forte Typotum curia mendum est in numeris cubi autem reperiantur, semper est, quod sicut naturalis appetitus sequitur formam naturalis hoc est, quidditatem, & natu illius, cui convenit, quatenus congenita, & innata propria ita appetitus elicitus sequitur prehensionem ipsius quidditatem seu formam apprehensam; qui si de appetitu accipiatur, qui quitur formam, quæ est actus materia appetit formam, sed forma appetit actum, qui sibi venit; nempè sicut iste sequitur formam in re, ita elicitus sequitur formam apprehensam: appetitus ergo illius est, cui conperficio, quæ appetitur, & secundum quod illi convenit, illius perfectio est, ita habet actionem; at forma nude materiae perfectio est, & illius est actus se

ad nudam entitatem suam: ergo  
ad nudam ejus entitatem sequitur  
appetitus formæ.

182 Arguit secundò idem:  
Materia solum appetit formas,  
quas agens naturale potest educere; sed nullam potest ex nuda  
materie entitate: ergo nullam ap-  
petit secundum se. Patet major,  
quia naturalis inclinatio funda-  
tor in potentia naturali; at vero  
agens Divinum non in potentia  
naturali, sed in obedientiali ope-  
ratur. Præterea: Ad naturaliter  
impossibile non datur naturalis  
inclinatio; sed forma tantum est  
naturaliter possibilis, quatenus  
potest ab agente naturali induci:  
ergo. Minorem, ait, latè probat  
Egidius in 2. dist. 12. q. 1. art.  
1. 3. Tertia via. Deinde probat  
ipse: primò, quia agens naturale  
non potest in materiam agere, ni-  
sciem tangat; sed non potest tan-  
gere secundum nudam entitatem  
sum: ergo. Patet min. quia ma-  
teria non potest tangi nisi per  
quantitatem; quantitatem autem  
non habet, nisi præhabeat formam  
substantialem. Secundò: Agens  
naturale non potest formam in-  
troducere nisi per motum trans-  
mutationis; sed non potest trans-  
mutare materiam secundum se:  
ergo. Prob. minor: Motus trans-  
mutationis est de necessitate in-  
ter contrarios terminos; sed ma-  
teria, seclusa formâ, non habet  
contrarietatem, tantum enim al-  
ii contrariatur ratione formæ,

quam habet: ergo. 183 Hoc argumentum defi-  
cit in primis, quia id accipit,  
quod est per accidens; deinde om-  
nibus fere propositionibus suis  
ruinosum est. Primo itaque aliud  
est formam connaturaliter esse ac-  
tum materiae, materiam informa-  
re, & ab ipsa recipi; aliud vero  
ab isto agente determinate indu-  
ci, & per viam motus: illud pri-  
mum est per se ad appetitum, hoc  
secundum est per accidens; appe-  
titus enim in naturali capacitate  
subjectiva, & entitativa ipsius  
materiae fundatur; neque terminus  
dici poterit impossibilis huic  
subjecto, ex quo agens non pos-  
sit illum inducere, si tamen &  
subjectum habet naturalem po-  
tentiam ad terminum, & terminus  
item naturaliter potest sub-  
jecto convenire; accidit enim si-  
bi, quod agens possit, aut non  
possit, & ad summum concursus,  
& potentia agentis requiritur, ut  
habeat de facto, non autem ut  
possit habere; appetitus autem ad  
ipsam posse sequitur. Deinde:  
Agens naturale Deus etiam est,  
quando operatur juxta connatu-  
ralem rerum exigentiam; Deus  
autem sic connaturaliter operans  
neque tangit, neque formam præ-  
supponit, ut aliam inducat: po-  
test ergo forma naturaliter indu-  
ci in nudam materia entitatem,  
& ita inducta est in prima rerum  
creatione, licet per accidens, ut  
ab isto agente, aut per viam mo-  
tus

tus induci non possit; in modo etiam induci potest, si nempè materia sine omni forma substantiali ponetur; divinitus existens: formam ergo requirit, ut connaturaliter existat, nullo modo autem ut appetat, aut possit recipere.

Direcete itaque primò neg. maj. Ad primam probat. disting. maj. Fundatur in potentia naturali agentis, neg. maj. ipsius materiae, conc. maj. at indubitate est, quod materia secundum nudam entitatem suam habet naturalem potentiam; & ipse Manso propugnat, quod etiam proximam potentiam ex ipsa sua entitate habet: ergo. Ad secundam prob. disting. maj. Ad terminum impossibilem per se, & ab intrinseco, sive ex defectu potentiae non datur appetitus, conc. maj. ad terminum impossibilem per accidens, & ex defectu agentis, neg. maj. quod enim agens non possit inducere, non tollit, quin passibile subjectum naturaliter exigit perfectionem sibi convenientem, & quam quantum est ex se, potest habere. Resp. 2. dist. maj. Materia solùm appetit appetitu transmutationis formas, quas naturale agens potest inducere, conc. maj. appetitu perfectionis, neg. maj. Talis enim ad formam terminatur secundum se, & ut est perfectione, & actus materiae præcissivè à modo, quo inducenda est. Ad primam prob. eodem modo dist. maj. Appetitus enim perfectionis

in nuda fundatu perfecibilite materiae. Ad secundam patet disting. maj. Non datur natural inclinatio, quæ est ad consequentem naturalem, conc. maj. quæ est ad perfectionem ipsam secundum se, & præcissivè à modo consecutionis, neg. maj. ut enim perfectionem appetat, sufficit, quod sit perfectio; quod autem sit naturaliter consequibilis, tantum requiritur, ut appetat naturalem consecutionem.

Deinde, missa maj. prima neg. min. Ad locum B. D. q. dicitur illam probare, dicimus quod in illa quest. 1. non agit de materia, sed tantum quæst. & neque citat. art. 1. neque ratione 3. habetur g. qui impiat: Tertia via; quare non locum reperire, quem incendit fortè ex Uillanova desumptis, hic dub. 11. num. 326. ita addicit. Ad prob. ergo min. quasi se adducit, resp. & ad primam neg. maj. Deus enim ut Auctor Naturæ agens naturale est; in autem tangit, ut agat: absolu ergo transmutabilis est nuda materia naturaliter, sive ab agente naturali, licet non ab isto, nem creato: ut autem naturaliter transmutabilis, sufficit, quod aliquid possit secundum naturalem suam indigentiam transmutari. Secundo, datâ majori, nomen. Ad ejus prob. dicitur, quod non formam substantialiem requirit, ut sit tangibilis, sed quantitat

ut autem quantitatem habeat, non requirit absolute formam, sed tantum ut illam habeat connaturaliter. Ad secundam probat. neg. min. & ad rationem ejus dicitur, quod contrarietas, quæ requiritur ad motum, est per se primò oppositio, quæ datur inter esse in potentia, & esse in actu; per se secundò, quæ datur inter privationem, & formam; quæ autem datur inter formam, & formam, omnino per accidens; patuit enim supra, & habet expresse B. Doctor, quod terminus à quo motus est per se primò esse in potentia; per se secundò privatio; esse autem tale, quod corruptio ne excluditur, omnino per accidens: si ergo forma, quam habet, est omnino per accidens ad motum, neque ut conditio sine qua non requiritur, ut sit transmutabilis. Secundò, datâ etiam majori, disting. min. principalis: Nullam potest agens naturale introducere formam in materia secundum se, per se, & ex defectu potentatis in materia, neg. min. per accidens, & ex conditione ipsius agentis, conc. min. & neg. conseq. si enim materia non deficit potentia, in hac fundatur appetitus.

184 Arguit tertio idem: Juxta B. Doctorem supra adducum omne appetens debet habere aliquid ejus, quod appetit; sed materia nuda nullam habet formam: ergo. Min. de se patet, & majo-

rem latè ipse probat; quia tamen nobis pro illa sufficit authoritas B.D. probationes mittimus. Hoc argumentum habet etiam N. Villanova, cui hanc confirmationem addit: Appetitus est motus quidam in rem desideratam; sed motus in quadam similitudine fundatur: ut ergo aliquid intelligatur inclinari, & appetere, debet intelligi habere similitudinem aliquam cum eo, ad quod inclinatur; at nuda materia nullam habet cum forma: ergo.

185 Ad illam propositionem, qua tota nititur difficultas, jam patuit supra num. 177. & ex ipso, quo frequentissime utitur N. Manso, potest exemplo confirmari: Grave appetit locum deorsum; ut autem appetat, non intelligitur habere aliquid ipsius esse deorsum, immo plenam privationem, quatenus enim deorsum esse intelligitur, non id appetit, sed quiescit ejus inclinatio: similiter locus, ut appetere intelligatur corpus, quo repletur, debet vacuus intelligi, & omni corpore carens, quo enim aliquid habere intelligitur, quietatur ejus inclinatio: habere ergo aliquid ejus, quod appetit, est habere aptitudinem, & capacitatem, nempe esse in potentia tale, quale esse desiderat in actu. Directè itaque neg. min. nuda enim materia, quatenus habet potentiam ad formam, est inchoativé, & in potentia id, quod forma tribuit.

Ad confirmationem N. Villanova, non nisi ex quadam analogia, & latissima similitudine appetitus dici potest motus: deinde motus magis in dissimilitudine, quam in similitudine fundatur; mobile enim recipit terminum motus, & omne recipiens debet esse denudatum à natura receptis; motus insuper est inter contrarios terminos, & per se est transitus de non tali ad tale: solum ergo in similitudine fundatur, quantum dicitur similitudo proportionis, quæ est inter esse in potentia, & esse in actu.

185 Arguit quartò ex B. D. in 2. dist. 12. q. 3. art. 3. in soliloquio ad r. ubi ita habet: *Ad primum ergo dicendum, quod materia, etiam quæ de se est pura potentia, non quocumque modo sumpta, est subiecta privationi, solum est talis, cum est subiecta forma contraria, cui de necessitate est annexa privatio alterius formæ contrarie.* Ex hoc quidem loco manifestissime deduci videtur Conclusio, quam intendunt nostrí: Materia nempè in tantum appetit, in quantum habet privationem; sed juxta B. Doctorem tantum habet privationem, ut est subiecta formæ contraria: ergo.

186 Resp. quod, quamvis locus B. Doctoris sit satis apparen̄s, ex eo tamen, quod ibi intendit, manifeste colligitur sensus ejus: quarebatur itaque in illo articulo: An in Cœlo sit mate-

ria? Primum argumentum in contrarium est, quod materia, quæ est pura potentia, non separata à privatione; sed in Cœlo non privatio: ergo neque talis materia. Ratio, quare supponitur minor, ut ex ipsa colligitur solitudo, & toto processu articulata est, quia materia ratione privationis machinatur corruptione: si ergo in Cœlo haberet privationem, Cœlum esset corruptibile. Patet itaque, quod de privatione loquitur, ut est corruptionis principium, & hanc utique non habet materia, nisi ut est conjuncta formæ habenti contrarium, & consequenter neque appetitum, ad talem privationem sequentem. Sequenti articulo docet existit, quod eadem est materia Cœli secundum essentiam suam cum materia sublunari: eadem ergo essentiale habet circitatem ad omnes formas; & privatio nihil sit nisi carente subjecto capaci, illa materia culdubio habet privationem, ne parentiam aliarum formarum quarum capax est secundum essentiam suam.

Oportet itaque de ipsa privatione distinguere, sicut dicitur Doctor de capacitatem, & petitum: possumus ergo considerare capacitatem materiarum ad mammam secundum se; & ad formam ut transmutatione acquirendam ad capacitatem utroque modo quiritur privatio, & ad privationem

nem appetitus; sed privatio, quæ machinatur corruptionem, illa tantum est, quæ in capacitatem fundatur ad transmutationem. Doctor itaque ibi loquitur de privatione, quæ machinatur corruptionem, & hæc tantum materiæ convenit, quæ est conjuncta formæ habenti contrarium, quippe hæc tantum constituit subiectum naturaliter transmutabile; quare appetitus, qui hanc sequitur, nempè appetitus transmutationis, tantum materiæ convenit, ut est conjuncta tali formæ; at verò siquidem materiæ convenit essentialiter capacitas ad formas, essentialiter secundum se importat privationem, nempè carentiam cum capacitatem, & ad hanc privationem sequitur appetitus perfectionis secundum se: non ergo de isto, sed de priori probat argumentum; quare patet ad formam.

**187** Arguitur quintò ex fundamentis Avicennæ: Si materia haberet appetitum ad formas, omnes appeterent; sed non omnes appetit: ergo. Maj. patet, tūm, quia omnes æquè sunt actus ejus, quare eamdem habent appetibilitatem; tūm, quia, si aliquam appeteret, dum est sub alia, esset violenta, neque posset conservari, quia violentum non permanet; videmus autem, quod naturaliter sub qualibet conservatur. Patet item min. tum, quia appetitus ad omnes esset frustraneus,

cum nunquam possit omnes habere: tum item, quia si omnes appetit, existens sub ista appetit aliam; at aliam non potest habere nisi expulsione hujus, & destructione compositi, in quo est: ergo appeteret hanc destructionem; & amissionem illius esse, quod habet, quod est impossibile. Confirmatur: Appetitus fundatur in privatione, nemo enim appetit, quod jam habet; at materia nunquam habet formæ privationem: ergo. Prob. min. Materia ne ad initians quidem sine formâ est: ergo tantum habet privationem hujus, aut illius, non autem formæ ut sic, & in communi; sed non appetit formam in eo, quod talis est, sed in eo, quod forma est: ergo nunquam habet privationem eo sensu, quo debet appetere.

**188** Resp. quod materia per se quidem, & de se omnes formas appetit, non collectivè, & simul habendas, sed distributivè; per accidens autem, & ex dispositiōnibus, quibus ad hanc formant determinatur, hanc determinat appetit: ad formam ergo sub hac distinctione accipitur maj. quare patet ad utramque rationem; ad primam quidem, quia omnes convenient in ratione actus, omnes æquè appetit de se; ad secundam autem secundum quod per accidens ad aliquam determinatur, violenta est sub alia, neque prout disposita ad unam permanenter, & in tacto esse conservatur sub

alia, sed transcuntur, & in via ad illam, ad quam per dispositiones determinetur; seclusa autem dispositione ad aliam, per accidentia illius, quam habet, ad istam determinatur, quare sub ea connaturaliter manet; & quia, quod est per accidens, & ab extrinseco, non tollit, quod sibi per se, & ab intrinseco convenit, cum determinatione ad hanc relinquitur sibi appetitus ad quamlibet aliam, vi cuius est ad quamlibet transmutabilis.

Sic ergo accepta maj. neg. min. Ad primam ejus prob. jam patuit, quod appetitus, qui est ad omnes formas, non ad omnes est collectivè, & simul habendas, quare non est frustraneus. Ad secundam, quod directè, & per se appetat destructionem compositi, in quo est, est manifestè inconveniens; malum enim, & non esse non habet rationem appetibilis; non autem est inconveniens, quod id appetat indirectè, & per accidens; hoc enim nihil est aliud, quam appetere perfectionem, ad quam illud non esse sequitur; tunc autem materia habens unam formam hoc tantum sensu appetit illius non esse, quatenus nempè id sequitur ex acquisitione alterius, quam tantum directè; & per se appetit. Ad confirmationem neg. min. Ad prob. ejus dicitur, quod si sermo est de appetitu, qui per se convenit materia, iste non sufficiatur in materia ut habento ali-

quam formam, sed in iuda entate ejus, quæ cujuslibet præstationem importat; si autem sem sit de appetitu, qui illi conatur per accidens, iste non est ad eis formas, sed ad hanc, vel lam, prout per dispositiones terminatur; tunc autem, quodammodo habeat, non tollit, quod habeat privationem alterius.

**#189.** Arguitur sextò compli-  
aliam partem Conclusionis: Ma-  
teria in tantum appetit formam  
in quantum ex sunt perfectio,  
actus ejus; sed una forma pe-  
fectior est altera in ratione acti  
ergo magis appetit perfectiore.  
Patet min. quæ enim perfectio  
est, magis perfectit, sive perfecti  
esse tribuit. Confirmatur: Li-  
appetitus innatus non regulata  
cognitione ipsius appetentis, su-  
ponit tamen cognitionem auth-  
oris, qui talem appetitum indidit;  
sed quia appetitus elicitus cog-  
nitione regulatur, appetens ma-  
ppetit, quod cognoscit per-  
tius, & magis appetibile; ergo  
mox maiorē indidit appetitum  
ad actum, quem cognoscit per-  
fectiorem.

**#190.** Resp. quod experientia  
constat, materiam in his sublimi-  
bus nullam formam quantum  
cumque perfectam præ alia app-  
tore; sub qualibet enim exito  
machinatur corruptionem, &  
aliam transmutatur; & vidimus,  
quod existens sub anima  
quæ omnium est perfectissima.

appetit cadavericā, & ad illā transmutatur. Ad formā ergo neg. min. Ad rationem ejus disting. assumptum: Perfectior est materialitè, conc. per se in ratione appetibilis, neg. assumptum. Itaque forma haber rationem appetibilis per se, in quantum est actus primus complens potentialitatem materiæ, & constituens totum natum subsistere; in hoc autem tantum excedit substantialis accidentalem, à quæ tamen omnes substantiales convenient. Ad confirmationem, concessis præmissis, neg. suppositum consequentis, quod author cognoscat, unam formam magis alterā esse appetibilem, loquendo de substantialibus, de his enim procedit conclusio, & argumentum. Itaque, quia author cognoscit, accidentalem esse minus appetibilem, majorem indidit appetitum ad substantialē; quia tamen omnes substantiales in ratione actus primi, quæ est appetibilitas per se, à quæ coaveniunt, à qualem ad omnes indidit appetitum.

191 Arguitur septimò contra secundam conclusionem, quod tempè appetitu transmutationis appetit etiam animas, ex P. Augustino 12. de Genes. ad lit. cap. 35. ubi ita habet loquens de Anima: *Quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo, ne tota intentione perget in illud summum bonum, quandiu*


*non subsist corpore, cuius administratione appetitus ille quiescat. En anima à corpore separata naturalem habet appetitum ad reuniōnem, & administrationem corporis; sed eadem est ratio de anima post separationem respectu corporis, & de materia respectu formæ amissæ: ergo.*

192 Resp. quod in illo capite difficultatem proponit S. Paren, quod nempè posset alicui videri superfluam esse corporum resurrectionem, si anima sine corpore potest plenam habere beatitudinem. Ad hanc difficultatem respondet, quod separata à corpore non videt anima ita plenè incommutabilem substancialiam, sicut SS. Angeli vident; aut aliâ latiore causâ, aut quia ex appetitu administrandi corpus quodammodo retardatur, quare ad plenam ejus beatitudinem resurreccio confert. Itaque videtur S. Paren de elicito appetitu loqui, qui est actus voluntatis; ex hoc enim retardatur conatus, quofertur in Deum, qui ejusdem est potentia; tunc autem appetitus elicitus cognitione regulatur, quæ scit anima, possibilem esse resurrectionem: hoc ergo sensu neg. min. non enim eadem est ratio de materia. Neque refert, quod naturalem dicit illum appetitum; elicitus enim naturalis dicitur, quando non tendit libere, & ex electione.

Si quis autem contendat,  
loqui

loqui S. Patrem de appetitu in-  
nato , talem enim inclinationem  
habet anima ad corpus , cuius est  
actus : hoc sensu admisso , dicen-  
dum , quod aliud est appetere ad-  
ministrationem corporis ut sic , &  
secundum se ; aliud vero reunio-  
nem naturaliter fiendam : illud  
primum appetit anima naturali  
inclinatione , de qua S. Parens ;  
non autem hoc secundum : tunc

ergo ad formam distinguitur con-  
sequens : Ergo pariter habet  
materia appetitum ad formam  
amissam , appetitum perfectionis  
sive ad formam secundum se , con-  
ced . conseq . & ita dicimus in pri-  
ma conclusione : Appetitum trans-  
mutationis , sive ad formam in  
transmutatione acquirendam , ne-  
gatur conseq . & hoc tantum do-  
cet secunda conclusio .



# QUÆSTIO TERTIA

## DE FORMA.

### ARTICULUS I.

*Quid sit forma?*

g.

I.

*Expenditur sententia Philo-  
sophi.*

193 **D**E quidditate formæ una est Modernorum sententia; omnes enim, qui de materia aliter philosophantur, ac ponit sententia Peripatetica, formam dicunt modalem partium dispositionem, configurationem, sive texturam; quemadmodum tempe literæ sunt tota entitas vocis, & alia, atque alia literarum dispositio aliam, & aliam vocem constituit; quare forma non aliquid est literis superadditum, sed modus tantum, aut habitudo quendam, illa nempè coordinatio, qua literæ formantur in vocem, ita materia tota est entitas, & substantia rei materialis; forma autem nihil est aliud, quam partium inter se convinatio, & situallis dispositio: hinc formam ipsi non dividunt in substantialiem, & accidentalem; substantiali-

tas enim ab eo dicuntur, quod est in se esse, quod tantum materiæ convenit; sed dividunt in essentialem, & accidentalem; primaria nempè dispositio partium materiæ, ex qua affectiones, & proprietates uniuscujusque sequi intelliguntur, & quæ proinde est prima ratio hujus entis constitutiva, dicitur essentialis forma; illæ autem affectiones, quæ ex hac sequuntur, dicuntur accidentales. Solent ipsi distinguere formam partis, & formam totius: formæ partis uno modo dicitur uniuscujusque partis materiæ, sive atomi propria dispositio, ut quod sit striada, vel rotunda, aquæ, vel ignea; alio modo in ipso toto pars illa materiæ, quæ respectu alterius magis est actuosa, modum ex hoc formæ habet, & dicitur forma partis, sive partialis: forma totius est dispositio illa totius materiæ superioris explicata, de qua solùm ad præsens intenditur. Ita uno ore tenent omnes Moderni, quare superfluum est Authores referre, vide, si placet, apud Tosca; paulò aliter philosophatur de forma Duham, sed hujusmodi diversitas ad præsens parum refert, quare ejus specialem

lēm modū mittimus.

194 Philosophus autem in hoc i. & sāpe alibi docet, formam esse partem substantiæ physicæ à materia distinctam, quæ ipsius informitatem, & potentialitatem determinat, & cum ea constituit determinatum ens ; quæ proinde non ens est aliquid de se natum in re esse, ut male Moderni imaginantur ; sic enim non entis pars, sed ens naturale esset, sed neque est mera, & pura habitudo, aut modalis dispositio, sed realis, & physica entis naturalis pars alteram perficiens, & ad taliē esse determinans. Hęc quidem ex præsupposita materiæ notione sufficienter colligitur ; quare eam non probat ex instituto Philosophus : posito enim, quod materia est non solum respectivè ad alia entia, sed absolute in sua quidditate pura potentia, & incompletum quid, cui de se non convenit in re esse, aut esse ens aliquod naturæ, de necessitate oportet partem illi addere, qua compleatur, & fiat ens naturæ, sive de se naturum subsistere : pro sufficiente ergo hujus probatione satis esset, quæ in contrarium adducuntur, solvere ; nihilominus unam, aut alteram subjeciemus rationem ex iis ipsis, quæ superiùs adducta sunt.

195 In primis itaque : Si forma est modalis illa dispositio realiter à materiæ indistincta, sequitur, quod suprà objiciebamus,

quod nempè materia solo nomine materia est, & elementum corporis, re autem elementatum corpus, & ens aliud ex hac quod naturale ex materia, & forma constans non secūs, ac quod vis aliud ex ipsa materia computur nisi situm ; quod sic patet : Illa modalis dispositio de necessitate repellit illa ritur in quavis parte materiæ compone, & ex præcessa entitate sua : ergo forma physica nihil est nisi dispositio illa dispositio, quælibet pars materialis de se, & ex entitate sua ligimus ens formatum propriam habentem unius a formam. Antecedens ipsis, utrum quidem dimus, concedunt, & ratione potest : non enim potest pars materialis in re esse, quin propriam habeat extensionem, qua ab alijs parte differt ; hęc autem extensionem unitam propria est modalis dispositio, quia in se formatur, & fit hęc unitilis pars ; quare relinquitur, quod contrariantum respectivē ad totum etiam pluribus partibus constituendum non erit potentialis, & informis, in autem formatum quid, ad modum, quo corpus organicum rationali animæ subjectum ad illas que continent potentialitatem, & respectu illius est quid informe ; in hęc autem naturale ens completum, & propriam habens quidditatem docuit nos suprà S. P. quod medium eo non poterat materiam concipi, quia ipsam volebat tantum vel comparisonem alterius informem accipere ; suadebat autem vera ratio, quod in se ipsa deberet conseruari

ipi informis, seu pura informitas.

196 Deinde altera ratio, quæ ex hac colligitur, & etiam in superioribus insinuata est, sic formatur: Compositio non intelligitur nisi ex his, quæ sunt actus, & potentia; si autem forma tantum est illa modalis dispositio, tunc compositum naturale non erit compositum: debet ergo non illa dispositio, sed physica pars poniri. Ostenditur maj. Aut enim intelligimus uniri partes continuitate unius ad alteram, & sic uniuntur quidem per se, sed non compositione, in tali enim partes relinquentur actu distinctæ, in continuitate vero, non actu, sed potentia tantum; aut intelligimus uniri mera aggregatione, & a positione unius ad alteram, & sic uniri ponit frequentior modus contrariae sententiarum, nempe per vacuum disseminatum; sic autem non compositum, sed aggregatione reddunt, quod non poterit specialem naturam habere, & speciales affectiones; quantumcumque enim diversorum seminum grana commisceas, semper ea relinquitur tum cuique, tum aggregato natura; aut tandem partes uniuntur per aliquid medium, quo una alteri colligantur, ut lateres in pariete calce, vel cimento, & tunc non per se uniantur, sed per aliud; quare neque reddunt ens per se unum: ut ergo unum reddant compositum,

cujus sit unam habere naturam, & proprias affectiones, debent comparari ut actus, & potentia. Min. autem principalis patet de facili: compositio enim est unio distinctorum; si autem forma est modalis illa dispositio, tunc forma, & materia non distinguuntur physicè: non ergo ex illis fiet physica compositio.

197 Ad hanc rationem reponit P. Saguenus, quod hoc unitatis genus est prorsus repugnans: siquidem unumquodque ex illis componentibus est completissimum in sua quidditate id, quod est; deinde nihil potest intelligi de uno in alterum transire: non ergo intelligibile est, aut quod hoc perficiat, & esse tribuat; aut quod illud perficiatur, & esse accipiat. Sed male ipse concipit, aut concepere se fingit compositionem ex perfectibili, & perfectione; neque enim, ut ipse iactat, fuit aliquando unus de Nostris, si ad praesens non fingit: itaque tabula seorsim accepta completissimè tabulae sunt; & hoc, quod est esse completissime tabulas, est non esse secundum nisi in potentia; sic suo modo materiam de se esse completissimè materiam, & formam esse completissimè formam est non esse ens naturale nisi in potentia; nec forma unitur materia, ut eam constituant in esse materie; aut aliquid de ratione materie tribuat, sed ut constituant ens naturale in actu; non autem ita con-

stituit, quasi aliquid de forma in materiam transeat, quo hæc perficiatur, & illa perficiat, sed ipsa sui intima communicatione materiam perficit, quatenus entitas materiae de se potens tale esse habere, ex conjunctione ad formam redditur in actu tale esse habens, nempe talem determinationem in entitate sua; & hoc modo ex materia, & forma, tanquam ex potentia, & actu, perfectibili, & perficiente sit hoc tale ens; quod si ipse hoc non percipit, eo est, quia nimis sensibus addictus non aliud vult accipere, nisi quod sensui patet.

193 Tertia ratio, quæ ex præcedente colligitur, hæc est: Si forma est illa tantum modalis dispositio, nihil producitur, aut fit simplicitè; sed hoc est inconveniens: ergo. Prob. sequela maj. Tunc enim ante illam dispositionem partes habent esse simplicitè, quo sunt ens aliquod in natura, quodque sub hac, vel illa dispositio-ne, & configuratione manet: non ergo accipiunt esse, sed sic, vel sic esse, quod est esse secundum quid, & alterum, non verò aliud. Min. autem eo patet, quod quandoquidem possumus sine ullo inconvenienti naturalibus causis veras productiones concedere; con-gruum non est illas ad solam accidentalem mutationem, & partium transpositionem coarctare. Hoc inconveniens ipsi libentissime deborant, & ex instituto con-

tendunt, naturales causas nihil de novo producere, sed sicuti tifex tantum partes conjuncta naturale agens nihil aliud cit. Sed in primis Deo ipsis idem imponere debent, qnempè tantum in primo cre-  
nisi instanti, quo materiam crevit, verè produxit; deinceps tem non verè aliquid fecit, tantum factum dispositio-  
navit; cum tamen verba ter apertè dicant, quod per sex  
tionis dies res omnes produ-  
& die septima requievit ab  
verso opere, quod patrara, quo non dispositio, sed vera  
ductio significatur: deinde potest parum derogat Divinæ Boni Artificis quod, cum posset naturaliter causis virtutem impetrari verè in esse quid producendi, ut nos possemus, ipsis tantum concesserit Ad hoc ponere, & situatè ordinare p[otes]t ag-  
tes; quod est opus artis.

199 Ex quo quarta ratio Deus i-  
quæ etiam in præcedentibus condū-  
nuata est, sic formatur: Ars q[uod] filio, at-  
tumeumque naturam æmule-  
nunquam potest opus ejus in pri-  
qui, & verum ens naturale-  
mare; sed si forma physica, de-  
loquimur, in illa consistit mo-  
dispositione, posset ars verè Na-  
ens naturale formare: ergo. Pro-  
maj. perfectissimum enim debet  
opus automaton est, seu se hoc ar-  
vens; in quo tamen nullas vires  
mus naturales affectiones, qui purum  
ens naturale dici possit; horum

gium enim in eadem natura fetri relinquitur, quantumcumque ex artificiali dispositione motum habeat: ratio autem est superius insinuata, quod natura agens est superioris, & perfectius, cuius proinde opus ars non attingit; si quando autem ex instructione artis naturale opus sit, non directe, & per se, sed indirecte, & tantum applicando activa passivis. Min.

deinde patet item: illa enim modalis dispositio, & situialis coordinatio partium materiae opus est artis, cum ars in hoc tota versetur, quod est ad situm movere.

200 Ad hanc rationem dici potest primò, quod Deus Mundi Artifex dicitur; proculdubio autem Naturam condidit, & cuncta in eis produxit: non ergo aliud sibi est opus Artis ab opere Naturae. Ad hoc dicitur, quod artifex tale agens, quatenus ex preconcepta operis idea agit; & quia Deus ita Mundum condidit, secundum ideam nempe, & a consilio, Artifex dicitur: non autem poterit, & tantum Artifex, sed Artillus primus, quod proinde activitatem, & virtutis longè altioris, ac de quolibet purum artifex; quomodo sic artifex dicitur, quod similius Natura naturans: non ergo populus artis, & artificis creati illi debemus adæquare; tantum enim hoc artifex dicitur, quatenus ex ipso preconcepta idea operatur, & sic purum artifex; de cætero autem non differt proculdubio, & altius est

opus naturæ, quod proinde ars emulatur semper, assequitur nunquam; neque posset Deus Naturæ Author dici, & Natura naturans, nisi ultra hoc, quod est ex idea agere, altiorem haberet virtutem, & amplius ageret, quam creatum artifex.

201 Dicitur secundò, quod non obstante, quod ars habeat ad situm movere, relinquitur adhuc inferioris virtutis, nec potest naturæ opus assequi, aut ens naturale formare, quia nempe opus naturæ ad materiam ipsam attingit, & primas ejus partes; opus autem artis non nisi ad naturale corpus; quare opus naturæ primas partes, & elementa ipsa conjungit, aut separat; quare ens naturale generat, & corruptit; ars vero non nisi plura entia ad se conjungit, quare non novum ens naturale potest formare. Ratio autem esse potest, quia materia ipsa ad primas partes redacta nulli subjicitur sensui, nec tangi potest, aut videri: artifex ergo, cuius operatio sine contactu non exercetur, non potest circa tales partes operari; bene autem natura; quare haec ens naturale, & primam partium dispositionem efficit, illud autem tantum secundam, & ens artificiale.

202 Sed contra: primò quidem jam supra patuit, partes illas per se quidem sensibiles esse, habent enim de se corporeitatem, & propriam extensionem, qua na-

ce sunt sensum immutare, & solùm per accidens non sentiuntur, quia propter sui parvitatem tenuis est admodum usiuscujusque immutatio, & quam sensus non percipit. Secundò, noui misùs natura, quam ars circa ipsum operatur sensibile; naturalis enim motus non abstrahit à sensibili: ex quo ulteriùs colligitur, non benè materiam ab ipsis Authoribus assignari, si illæ partes omnino insensibiles sunt: aut ergo motus naturalis non potest ad primas partes, & materiam ipsam attingere, si illæ partes sunt insensibiles; aut si sensibiles sunt, ad illas potest attingere opus artis.

203 Ulteriùs, & est non inefficax alia ratio ad propositum: Nulli dubium, quin Angelus ex superioritate naturæ sua plenum habet dominium supra totam naturam corporalem, neque à distantia impeditur, quin corpus de loco in locum moveat, & sàpissime constat à Dæmone sic moveri: tunc ergo poterit Angelus, sive bonus, sive malus naturaliter, & directe ipsas materiæ partes se jungere, & conjungere, & quodlibet naturale ens in instanti destruere, & aliud generare, ipsum etiam hominem; non aliter enim homo hominem generat, quam materiam disponendo ad animam rationalem: ex quo primò sequitur, quod Mundi fabrica post materiæ creationem nihil habuit speciale, quod Dei opus sit, & ejus

infinita virtute indigeat; pon enim quilibet Angelus etiam instanti partes materiæ inter convinare, & entia formare: quirur secundò, quod nullum re est miraculum, sive opus supernaturæ vires, & quod Dei virtus indigeat; fere enim omnia, Christus Dominus in carne ratus est mirabilia, potuisse mon naturali sua virtute efficiuta, quod panes in deserto multiplicavit, quod ingens miraculum omnes Sancti prædicant, dem prorsus modo potuit Demon efficere, nempe partes materialiæ, sive atomos aut ex aere, aliunde assumere, & in instanti convinare, quod formam p haberent; neque enim hæc formæ aliud ponitur, quam ista conformatio, neque ipse à distantia peditur: tertio sequitur, quod quando in Exodo ait textus: cer, quod Magi Pharaonis vir suæ in serpentes transmutarunt, neque aliquod ibi Moyses prætit miraculum, nec ipsi aut ali de advectos opere Dæmonis serpentes subito induxerunt, præstigiis, & specie tantum appetere fecerunt, ut omnes interpretantur Doctores, sed veros produxerunt serpentes; neque ita erat, cur in tertio signo defecsent: si enim entis naturalis forma in illa atomorum dispositione consistit, in instanti potuit Demon virgarum atomos segregare & in quamlibet dispositione

formare quandoquidem ergo instantanea horum formatio miraculosa censemur, & Dæmon, sive Angelus quilibet non aliter potest ens naturale formare, quām iudicetē, & applicando activa passivis, relinquitur, quod naturalis forma non in illa consistit atomorum dispositione.

204 Alia ratio ad hoc idem est, quam Philosophus adducit contra materiam illo sensu constitutam: Quod nempè ignota relinquitur cuiuslibet entis natura; non enim poterit aliquis formam determinare, quæ tota est ratio quidditatis, quippè tantam in unoquoque ente cognosci poterit, quod aliquam habet atomorum convolutionem; qualis autem ea sit, nullus determinabit. Neque refert, quod ipsi reponunt, quæ esse ignotam formam Aristotelicam. Sensu quidem æquè ignota est; nullo enim sensu elementa percipiuntur, imò neque substantia ipsa elementata directe, & per se, determinatur autem intellectu; illa autem dispositio neque sensu, neque intellectu determinari potest; deberet autem sensu determinari posse, cum sit sensibilis, & situialis collocatio: ex quo ulterius ea rejicitur, non enim per se sensibilis est substantialis forma, cum sensus ad elementa substantiaz non possit pertingere; illa autem atomorum dispositio per se sensibilis est. Adde, quod unumquodque talem habet

in partibus dispositionem, quia talem habet naturam, quæ illam exigat dispositionem: debet priori ad dispositionem naturæ concipi, & ratio ejus constitutiva, & consequenter forma non in illa dispositione consistit.

## §. II.

## Solvuntur Argumenta:

205 **A**rguit primò Duhez mel authoritate P. Augustini, qui lib. de Immortal. Anim. cap. 8. sic ait: *Si cera ex albo nigrum colorem ducat, aliunde non minus cera est; et si ea quadrata figuram rotundam sumatur. Ex molli durescat:: at si eorum que in subjecto sunt, tanta commutatio fieret, ut illud, quod subesse dicebatur, dici jam omnino non possit, veluti cum calore ignis cera in auras discedit, & tantum mutationem patitur, ut intelligatur mutatum esse subjectum, quod cera erat, & cera jam non est.* En inquit, in hoc S. Pater accidentalem à substanciali mutationem distinguit, quod in accidentali una, aut altera variatur proprietas, ut quod alba erat, aut rotunda; in substanciali vero tota collectio mutatur: si ergo substancialis mutatio amissione sit substancialis formæ, relinquitur, quod ea consistit in collectione proprietatum.

206 Resp. primò neg. antec.

non enim ait S. Parens, quod substantialis mutatio eo fit, quod mutetur collectio proprietatum, sed eo, quod tali collectione mutata, non manet earum subjectum, nempè sine una, vel altera conservari potest, non autem sine omnibus: aliud ergo est juxta S. P. subjectum, & ejus forma à tota proprietatum collectione, quæ illi convenit subjecto. Resp. secundò neg. conseq. ex quo enim tota deficiente collectione fiat substantialis mutatio, non autem deficiente una, vel altera, non sequitur, quod substantialis forma ipsa sit collectio, sed quod à tota collectione dependeat, seu quod non possit sine collectione conservari. Certè enim ex natura rei, & essentialiter natura cuiuslibet prior est non solum singulis, sed omnibus etiam proprietatibus suis, omnium enim fundatum est, & causa: ad totam ergo collectionem proprietatum natura supponitur, & forma, quæ est ratio ejus, nisi velis, proprietates non hujus entis, sed materia proprietates esse.

207 Arguit secundò autoritate D. Gregorii Nisseni, qui tūm alibi, tūm lib. de Opif. hom. ait: *Omnis materia qualitatibus quibusdam praedita est, quibus si re ipsa privetur, non jam amplius ratione comprehendi poterit.* Rursum: D. Basilius in Hexam. hom. 1. ait: *Quod si terra singulas, quas obtinet qualitates, nigredi-*

*nem, gravitatem, ratiocinandi coneris auferre, ipsa in nihil abierit, & Epist. ad Greg. frater ait, individuum substantiale est quendam concussum, consensu nemque proprietatum: nihil ergo isti Patres pro ratione essentia seu forma ejus constitutiva prater hanc accidentium collectio nem agnoscent.*

208 Resp. neg. conseq. nihil enim aliud uterque intendit nisi materia de se informitatem indicare; & quidem in ipsis etiam aegentis fententia materia, sublatâ formâ, neque est omnino nihil, neque proorsus inintelligibilis, sed solum omni carens determinata quidditate; solum ergo poterit sensus esse, quod sublatâ accidentibus, quibus, & in conservatur ens naturale, & nobis immediate ejus quidditas notificatur, neque in re poterit manere materia, neque à nobis determinato conceptu accipi, quippe perit forma, qua determinatur ens constituitur, non quia ipsi accidentium collectio talis forma est, alicujus enim naturæ ea collectio est, & alicujus formam supponit. Ad alterum autem: Proprietatum collectio individuationem determinat logicè, & à posteriori, quatenus ex eis individuum cognoscitur, non autem ipsa est individatio, aut substantialis forma individui.

209 Arguit tertio idem à ratione: In materia cuncta conve-

plunt corpora , & solum differunt essentialiter in substantiali forma; sed nihil potest assignari in unoquoque corpore , quo à ceteris differa , præter illam accidentium collectionem: ergo ea est substantialis uniuscujusque forma. Resp. primò , quod majorem ipse non poterit salvare ; in ipsa enim materia distinctionem ponit , & aliud magis de striada , aliud magis de ætherea habet , aut rotunda: debet autem quilibet salvare , quia sicut in ratione entis materialis plenè , & omnino conveniunt , ita in materia differre non possunt. Resp. secundò neg. min. pro priori enim ad totam accidentium collectionem natura debet accipi pro priori uniuscujusque , cui talis collectio conveniat.

110 Arguitur quartò: Si speciem auri , aut æris designare velimus , ad eas proprietates recurrimus , quæ sunt auri propriæ , & quas non est reperiri in aurichalco; at peritus faber aurarius cum videt in aliquo has proprietates , puta , quod sit flavum , aut subrubrum ; quod reliquis metallis sit gravius; quod sit omnium maxime ductile ; quod in igne fixum sit , nec pondere mineatur , & alia huiuscmodi , statim judicat , id verum esse aurum : ergo eæ proprietates sunt essentialis forma ejuslibet. Resp. neg. conseq. innotescit enim ex accidentibus substantia ; quare visis in aliquo his ,

quæ auri accidentia sunt , colligimus , in illo esse naturam , & substantialiam auri , non tamen in ipsis accidentibus ipsa substantia consistit , aut forma ejus constitutiva ; sed ea debet præsupponi tanquam fundamentum , & radix illorum accidentium.

211 Arguitur quintò ex Philosopho , qui pluribus in locis docet , formam non fieri , sed compositum , puta , neque æs fit , neque rotunditas , sed æs rotundum ; deinde formam esse quid unum , ut musicam , aut numerum ; esse rationem ejus , quod quid est ; quod rem faciat sensibilem esse ; esse indivisibilem ; ex materia educi ; & sine materia esse non posse ; sed hæc omnia in realitatem absolutam materię superadditam minimè quadrant; benè autem , si ea ponatur modalis , aut relativa dispositio , aut congeries proprietatum : ergo . Minorem ostendit per singula: In primis enim , si forma est absolute quædam realitas , non est , cur ea non fiat , & per se extra causas ponatur; benè autem si tantum sit modalis , & relativa dispositio: deinde patet , musicam , aut numerum non esse realitates absolutas , sed modalem dispositionem plurium , eo quod certa ratione disponuntur : ergo in tali dispositione qualibet forma consistit ; & ita patet de reliquis singula consideranti. Hoc codem argumento utitur Tosca , qui verba adducit Philosophi hic text. 66.

dicentis: *Hoc autem est ratio ipsius, quod quid erat esse, ut ipsius diapason duo ad unum, & omnino numerus, & partes, que in ratione; sed in ipso diapason, aut numero forma est talis partium dispositio, & proportionis ordo: ergo pariter in composito naturali.*

212 Resp. neg. min. Ad ejus rationem dicitur, quod illa omnia formæ optimè quadrant in sensu Philosophi. Ad primum ergo, utique non sit forma, aut materia, sed totum ex utrâque; neque enim potest intelligi fieri, aut actio, nisi quatenus actus potentia conjungitur, ut jam supra patuit; ex hoc autem ipso sola forma fieri nequit, quamvis realitas sit, & etiam si realitas esset nata subsistere, qualem ipsi concipiunt, nisi tantum creatione; non enim compositionem habet ex potentia, & actu, neque alium posset actum suscipere, quam existentiam. Itaque ipsi nesciunt concipere medium inter ens, & nihil; quare, quando audiunt realitatem, aut ens reale, statim accipiunt ens simpliciter de se natam fieri, & subsistere; non autem hoc sensu ens est forma, sed medium inter ens simpliciter, & nihil, nempè quod de se non est ens naturæ, neque omnino nihil, sed entis pars, & proinde non fieri in se habet, sed in toto, cuius pars est.

Ad secundum, verba Philo-

sophi paulò aliter habentur in textu, quam adducit Tosca: ita que in noviori translatione Agyrop. ita habet textus: *Universum igitur, que sunt ex hisce, porrificari patet. Atqui subjectum ipsum numero quidem est unum, ratione autem duo: homo namque & aurum, ac omnino materia numerabile est; est enim hoc aliquis magis, atque id, quod fit, non per accidens ex ipso gignitur; at privatio ipsum, inquam, oppositum, accidens est. Forma autem est unum, ut ordo, vel musica, vel eorum aliud, quid, que simili modo dicuntur, & ex his subjungit: Quod principia uno modo duo, alio modis sunt. Sensus itaque, ut de patet, & Commentator expónit hic est: Quod, cùm principia uniuscujusque hæc sint, subjectum, quod transmutatur, & forma, quam transmutatione acquirit, subjectum est quodammodo duo, nempè numero, & entitate unum, ratione autem, & definitio ne duplex, quare est numerabilis quid; quod sic explicat: Ipsum subjectum ante transmutationem aliquod esse habet, & aliquam formam, quare ait, quod est hoc aliquid; & quia, quod gignitur ex ipso sit subjecto non per accidens, ultra hoc esse, quod habet, & quod est per accidens, oportet non habere esse, quod transmutatione acquirit, seu habere illius privationem; at privatio accidentis est, quod nunc convenit, nunc*

non convenit subiecto: ipsum ergo subiectum duas habet rationes, nempe & quidditatem suam, & privationem, quæ est extra quidditatem, & terminus à quo motus. Deinde subjungit, quod forma unam habet rationem, cum subiectum sit quodammodo duplex; ex quo intentum ducit, quod principia uno modo duo, alio modo sunt tria.

Pater itaque sensus, & quod ex eo nihil deducitur ad propositionem; quamvis enim in accidentibus exemplificat, eo quod magis sunt nota; non id intendit, quod sicut forma numeri, aut musica in quadam consistit accidentali dispositione, ita dici debeat de quavis forma substantiali, sed hoc tantum, quod sicut homo, qui sit Musicus, est quodammodo duo, nempe & est homo, & non habet musicam; ipsa autem musica est ratio, qua in ratione musici constituitur; ita in ente naturali qualibet materia, quæ est subiectum, duplex illo modo est, forma autem una omnino ratio quidditatis. Cætera autem, quæ forma assertit Philosophus, non convenire, cuique pater; quia non est, cur in eis expendendis immoremur amplius.

213 Arguit sexto Tosca: Subito quocumque alio, & intellectu partium dispositione, & harmonia, optimè intelligitur compositum substantiale à quocumque alio specificè distinctum; sed

Tom. II.

per formam substantialem nihil intelligitur in unoquoque, nisi id, quo ens substantiale constituitur completum in essentia sua, & à quovis alio distinctum specificè: ergo. Maj. ostendit in planta: Eo enim præcissè, quod habeat in materiæ particulis plexum, combinationem, & organizationem illam, optimè habetur ratio, quare succum alimentitum exugat, per subtiles meatus filtrat, distribuat, concrescat, & hinc consequenter, quare sit planta, & non lapis, quin opus sit ad aliud recurrere, quod patet legendō. Authores, qui omnes plantæ affectiones per hoc sufficientissime explicant sine ullo recursu ad formam superadditam.

214 Resp. neg. maj. Ad probat. ejus dicitur, quod quicunque plantæ quidditatem, & affectiones ad illam dispositionem reducit tanquam ad radicalem, & primam rationem, non sufficienter explicat; restat namque querendum, cur materia hanc, & non aliam dispositionem habet in partibus suis; patet enim, quod ea de se ad quacumque est aptabilis: aliquam ergo requirit formam, qua specialis natura constituantur, qua hanc determinat exigat dispositionem. Præterea; Quantumcumque ope artis intellegatur in luti materia illa partium dispositio per meatus, & canales, quibus apta sit succum filtrare, & distribuere, non proinde

inde planta erit, aut de facto ita & suget, atque distribuet: non ergo in illa præcissè partium dispositione vis vegetativa, & quidditas plantæ consistit. Itaque illa organizatio, & partium dispositio ratio est immediata, & per eam explicantur opera vita, quæ planta habet, & nos ipsi per eam explicamus, non tamen substantialis, & prima ratio illa est, sed formā supponit naturæ constitutivā, quæ talem dispositionem exigat, & cujus sit vis, & virtus talia opera exercendi.

215 Arguit septimò idem à paritate in artificialibus, quæ familiariſſima est Philosophi, ut naturalis entis constitutionem explicet: Itaque materia domus sunt lapides, ligna, lateres, & alia; forma autem est horum dispositio, & inter se coaptatio, qua domus constituta resultat: ergo pariter materia entis naturalis sunt atomi, seu minimæ partes, quæ disponuntur, forma vero erit earum dispositio. Resp. neg. conseq. non cuius paritas esset, neque ab exemplo in notioribus explicaretur constitutio entis naturalis ex opere artis, si forma naturalis in illa dispositione consisteret: aliud itaque est, & altius proculdubio opus naturæ ab opere artis, & diversa proinde utriusque forma; exemplificat autem Philosophus sive in opere artis, sive in transmutatione accidentali, quæ sensibus patent, & magis

sunt nota; quantum ad hoc nepe, quod sicut in ipsis videtur subjectum transmutabile, quæ de non tali sit tale, & formæ quæ est ratio, qua tale constitutur; ita in naturali transmutatione debemus accipere subjectum & formam, proportione tamen de necessitate servata, quia est ratio entis naturalis, & artificialis, & in ipso naturali alia ratio substantialis, & accidentalis; quare diversa esse debet unicuiusque forma.

216 Arguit octavò idem eo enim, quod forma materialis in prædicta partium coniunctio consistat, optime explicat animæ rationalis spiritualitas, immortalitas: nam, quia operationes rationales intelligendi, volendi nullatenus concipi possunt, ex tali partium coniunctione provenire, opus est præteriam dispositionem aliquid esse, scilicet animam, & proinde spiritum esse, nempe à tota materia veram, atque immortalem aliorum operationes ex ipsa sunt intelligi partium dispositione provenire: ergo. Aliter ex eodem medio arguit Saguense log. 4. num. 53. cum euim obiisset Palanco definitionem Cœcili Uienensis, qua statuit quod anima rationalis est corporis forma, reponit quod inde potius deducitur, quia nulla alia est forma entitativæ enim, quod anima rationalis

entitate sua spiritualis, potest totam materiam pervadere, & cum ea compenetrari; at quævis alia forma à materia distincta, quippe materialis erit, & corporalis, non nisi è superficie poterit materiam attingere: nulla ergo poterit esse vera forma.

217 Resp. ad argumentum, quod quandoquidem operaciones sentiendi etiam internas, & quas dicimus insensatas, ut discernere inter amicabile, & inimicabile, quod videmus in brutis, ipsi respondunt in ipsam materię dispositionem, neque enim aliam bruto concedant formam; non est, cur ex eadem dispositio-  
ne provenire non possint operaciones intelligendi, & volendi. Adde, quod aliquorum opinio veram rationalitatem brutis con-  
cedit; de quo in lib. de Anim.  
parte inter has, & illas operaciones non distinguit; Descartes per oppositum etiam sensationem il-  
lis negat: aut ergo sine cognitione habetur illud discernere inter  
conveniens, & inconveniens, &  
sequi conveniens; aut sine forma superaddita habetur operatio co-  
gnoscendi, & utroque modo nullius necessitas ponendi animam rationalem. Quidquid de hoc sit, missa maj. neg. min. præter enim illum partium mechanismum necesse est ponere substantialem ali-  
quæ rationem, quæ talem determinate dispositionem exigat, &  
sit radicalis virtus operationum

elicitiva. Ad rationem P. Sa-  
guens, male ipse supponit, im-  
penetrabilitatem esse quiddicativum  
conceptum substantiæ materialis:  
impenetrabilitas ergo quantitatis  
est passio, & solum substantiæ  
convenit, quatenus quantitatem  
habet; & quia forma materię  
comparatur secundum se, & im-  
mediate, quantitas enim totum  
perficit ex materia, & forma, non  
obstat formæ materialitas, quo-  
minus possit materia compene-  
trari, & ut ipse loquitur, totam  
pervadere.

218 Arguit nondò idem Tos-  
ca: Omnia, quæ formæ conve-  
niunt, in illa atomorum disposi-  
tione optimè repertiorunt: ergo.  
Prob. anteced. Primo dicitur de  
formiæ, quod est, qua totum for-  
matur, seu formosum redditur;  
hoc autem optimè illi dispositio-  
ni convenit: materia enim de se,  
& ut creata est, erat confusum  
chaos, in quo partes nullum ens  
reddebat; ex illa autem disposi-  
tione in varia entia formata est.  
Secundo dicitur forma actus quo  
nempè materia determinatur, ut  
sit hoc aliquid, cum de se sit po-  
tentia omnia; at illa dispositio  
atomos determinat, ut sint hoc  
tale ens. Tertiò dicitur forma ra-  
tio essentiæ, seu substantiæ; ma-  
teria enim omnibus est commu-  
nis; at illa dispositio ratio est es-  
sentiæ, eo enim, quod talem ha-  
bet dispositionem, tale est ens:  
ergo.

219 Resp. diff. antec. Omnia, quæ dicuntur de forma accidentalis, & artificiali, conc. antec. substanciali, & naturali, de qua querimus, neg. antec. illa enim dispositio naturā debet supponere, quæ talem exigat, & consequenter est accidentalis, & extra quidditatem: deinde situallis tantum dispositio est; quare illius formæ rationem habet, quæ per artem inducitur. Ad primam itaque rationem anteced. dicitur primò, quòd partes materiæ de se, & ut creare sunt, aliquam habuerunt de necessitate dispositionem, nempe inter se convolutionem, & unionem per vacuum disseminatum: dispositio ergo, qua in singulis entibus coordinantur, non est informis materia formatio, sed totius formati divisio. Dicitur secundò, quòd forma ut sic, & in communi est, qua totum formatur; forma autem naturalis, & substancialis est, qua primò formatur pura materiæ informitas; jam autem illa dispositio quodammodo formare intelligitur, non verò primò, & ipsam materiæ informitatem, sed accidentaliter, & secundariò, quare poterit quidem forma dici, non verò substancialis, & entis naturalis constitutiva. Ad secundam rationem, forme dicitur actus, & talis forma, nempe naturalis, & substancialis, actus simpliciter primus; at verò licet illa dispositio quodammodo habeat rationem

actus, non verò simpliciter mus est, neque enim atomi potentia omnia, cum sint de aliquod ens, nec possint sine qua dispositione in re esse, quæ non nisi per vacuum disseminatum a se distare possunt: prit ergo illa dispositio dicendum modò forma, non autem substancialis, & entis naturalis constitutiva. Ad tertiam, non sunt in primis ipsis salvate, quæ forma est ratio essentiae; propriè enim ad qualibet dispositio nemque intelligent, necesse est ens ab altero differre essentialiter in ipsa materia, nempe aliud res habet atomos igneas, & plures terreas; aut aliud plures striadas, aliud plures tundas. Deinde neg. minime enim dispositione non substancialiter, & primò unum ab aliis fert, sed tantum in quadam positione accidentalis, quæ supnat, necesse est, diversam numeram, cujus sit talen dispositem fundare, & exigere.

220 Arguit decimò i. Forma entitative distincta teria nulli potest usui esse in naturali Philosophia, neque aliquantum naturæ phænomenon ex ea ei cabitur; quod enim assignat experimentum, quod operi realitatis unquam explanatum. Quid illa ad aëris impressionem quid ad terræ, maris, aut si sit actiones cognoscendas cont. Evolve, inquit, per me licet, pura

thores, qui in abditis naturæ arcanis detegendis insudarunt, nullum reperies, qui ad id exequendum talium formarum auxilium advocaverit. Præterea: Formæ illæ materiales ponuntur: ergo activitas, quæ illis datur, poterit atomis concedi, cùm aliunde tota talis ea formæ repugnat.

221 Resp. quod, qua confidétiæ ipse supponit, eadem negatur assumptum: Authores præterea, qui illius sequuntur modum, non recurrunt ad formam entitativam; sed non ideo absolu te dici debet, quod nullus recurrit, nisi ipse intendat, quod qui Peripateticæ philosophantur, quasi nullius sint nota, nihil faciendi sint, & tanquam si non essent, omnino prætermittendi: legit itaque, si velit, Philosophi problemata, & multa quidem ex partium mechanismo soluta invenerit, sed multa item ex formis entitativis. Ad formam ergo primum, toto dato assumpto, negatur conseq. dato nempe, quodlibet experimentum ex partium textu debere explicari, neg. quod nulla sit necessitas ponendi substantiale formam; ad talem enim determinatam partium dignationem supponi debet talis præ determinata natura, quæ illam dispositionem exigat, & consequenter formam, quæ naturam constitut. Secundò, liberrimè supponitor, non nisi ex partium tex tura naturæ phænomena explica-

ri; ea quidem physicæ, & ad sensum ex sensibili, & accidentalis dispositione explicantur; sed ratio metaphysica naturam debet supponere physicæ constitutam, cui accidentium collectio conveniat, ex qua quodlibet phænomenon explicatur; at licet multa ad partium dispositionem quantitatitativam congruè revocari possint, non tamen omnia; & proculdubio magis est instructus ad ea explicanda, qui illam habet partium texturam, & ulterius naturales formas substantiales, & accidentales, quam qui illam tantum partium texturam habet: quandoquidem ergo Peripateticus & illam texturam non negat, & ulterius formam adhibet substantiam, cui talis textura convenit, & accidentales, quæ illius substantialis passiones sunt, aptius proculdubio cuncta explicabit. Ad confirmationem, non sic materiales dicuntur formæ, quod entitativæ materia sint, aut pars ejus: quandoquidem ergo materia est prorsus iners, & totius experientia activitatis; atomis nulla potest activitas concedi, quippe præ materiæ sunt; bene autem fors mis.

222 Arguit undecimè idem: Omnis entitas in natura existens, & quæ extra Deum est, producta est; sed formæ Aristotelicæ, si dantur, entites sunt extra Deum: ergo productæ sunt; sed produci repugnat: ergo non dantur. Hanc sub-

subminorem multis ipse probat, cætera enim nota sunt: primò enim Philosophus expressè habet, quod forma non sit. Deinde: Quidquid productum est, aut generatione, aut creatione sit; sed formæ illæ neque generari, neque creari possunt: ergo. Quod creatæ non sint, nos supponimus; quod verò neque genitæ, probat ipse cædem ratione, qua id probat S. Thomas: Si forma generatur, sit ex aliquo ipfi inexistente; sed hoc implicat: ergo. Patet hæc minor; esset enim forma ex materia, & forma composita. Nonnullas ipse solutiones adducit Tolet. & Pallanc. ex quarum impugnatione præcedens argumentum confirmatur: Primò, quod absolutè entitas est, absolutè habet esse, subindeque & fieri, entitas enim ab eo, quod est esse, dicitur; sed forma ponitur entitas absoluta substantialiter distincta à materia: ergo. Secundò: Esse ut quo est esse id, quo alterum est, esse verò ut quod, est esse id, quod est; sed si forma est entitas absoluta, esse debet id, quod est: ergo non solum ut quo, sed etiam ut quod habet esse, & fieri. Tertiò: Quod absolutè non est, non est entitas absoluta, sed modalis tantum, & respectiva; sed forma absolutè, & propriè non est: ergo. Quartò: Omnis entitas substantialis materialis realiter ab aliis distincta potest propriè, & simplicitè generari; sed ita non potest for-

I:  
ma: ergo.

223 Resp. quod argumtum, & ejus confirmationes dem nituntur equivocatione, quæ nesciunt ipfi accipere medium ter nihil, & ens simplicitè, quæ proinde non ens, sed entis sit; forma autem hoc tantum modo ens est: esse itaque, & fieri simplicitè, & sine addito tanto convenit ei, quod est simplicitè ens; quod verò non ens simplicitè, sed ejus aliquid est, quia quodammodo esse habet, nempe eo, cuius est aliquid, secundum quid, & quodammodo ens datur, quia quodammodo esse habet, quare de se non est nisi quia tamen non simplicitè, & se esse habet, non dicitur simplicitè ens; ipsum autem secundum quid latitudinem habet, & alio magis est aliquid entis simplicitè, nempe aliud ut pura terminatio, & modus se habidi; aliud ut pura habitudo; aliud ut forma perficiens, & aliquo esse tribuens; aliud tandem pars intrinseca: quamvis ergo omnia nihil excludant, & sint quid, & entitas secundum quæ aliqua tamen contra modos, relationes entia dicuntur, & titutativè differre, non tamen inde entia simplicitè, & quæ de se competit esse.

Ad formam ergo dist. Omnis entitas, quæ simplicitas est, conc. maj. quæ tamen secundum quid, neg.

& eodem sensu min. Forma enim non simpliciter entitas est, sed tantum secundum quid, nempe pars entis simpliciter, quæ entitas dicitur, & entitative differre, & comparativè ad modos, & relations, quibus multò minus esse competit; esse autem in re, subindeque & fieri tantum competit enti simpliciter, sive completo. Quo patet ad confirmationes: ad primam dist. eodem modo maj. Quod absolute entitas est, hoc est, simpliciter, & sine addito, cont. maj. quod absolute entitas est, hoc est, non est pura relatio, neg. maj. non enim ex quo habeat entitatem absolutam, sibi competit esse, sed ex quo illa entitas completa sit, & in se hoc aliquid naturaliter subsistere. Ad secundam, neg. min. nam id, quod est, non unquam entitatem dicit, sed entitatem simpliciter, sive completam; quamvis autem forma entitative differat à materia, non tamen habet entitatem, sed incompletam, & partialem. Ad tertiam, neg. maj. inter id enim, quod simpliciter, & propriè est, à modos, sive relationes mediat, quod pars est entis simpliciter, quod minus habet de esse, quam ipsum ens, cuius est pars, magis autem, quam modus, aut relatio. Ad quartam, neg. maj. pars enim entitatis quodammodo entitas est, & aliquid, non solum prout ens, & aliquid dicitur contra nihil, sed etiam prout di-

citur contra modum, & relationem; non autem pars, sed ens completum habet de se fieri.

224 Arguit duodecimò idem: Si daretur talis forma, ea annihi-  
laretur in destructione compo-  
sitæ; sed actione naturalis agentis nihil  
potest in nihilum redigi, sicut ne-  
que ex nihilo fieri: ergo. Prob.  
maj. Id annihilatur, cujus totum  
esse perit, ita quod nihil ejus ma-  
neat; sed si talis forma datur,  
dum altera inducitur, ita ea desi-  
nit, quod nihil ejus maneat: er-  
go. Resp. neg. maj. Ad probat.  
ejus dicitur, quod annihilari, si-  
cut & fieri illi tantum competit;  
cujus est esse; non autem forma  
est, sed totum: non ergo ipsa de-  
struitur, aut esse amittit, sed  
amissione formæ destruitur to-  
tum, cujus manet materia sub al-  
tera forma; quare non id annihi-  
latur, sed corruptitur; & hoc ip-  
sum de illa dispositione dicere ip-  
si tenentur; ita enim ea deficit,  
quod nihil ejus manet.

225 Arguit decimotertiò idem: Si datetur talis forma, quæ entitative substantia esset, aut es-  
set materia, aut spiritus; sed neu-  
trum est: ergo. Prob. maj. Om-  
nis substantia, aut corporeæ est,  
aut incorporeæ; sed corporeæ est  
materia, incorporeæ verò spiri-  
tus: ergo. Pater maj. adæquate  
enim substantia dividitur per cor-  
poream, & incorpoream. Minor  
rem probat: Qia si omnis ratio  
materiæ tollatur à substantia, non  
est,

est, cur ea dicatur corporea, sicut si omnis ratio spiritus collatur, non est, cur dicatur incorporea. Confirmatur: Substantia illa formæ entitativæ distincta à materia, aut est in se divisibilis, aut indivisibilis; sed si primum dicatur, ea est materia, & corpus aliquod; si autem dicatur secundum, ea est spiritus: ergo. Patet maj. non enim datut medium inter esse, & non esse divisibile. Min. prob. Si est divisibilis, partes habet, & extensionem in eis, quare erit corpus, iste enim sine corporeitate nequeunt intelligi; si autem est indivisibilis, erit incorporea, nempe tota in toto corpore, seu materia, & tota in singulis ejus partibus; non enim ipsa partes habet, quibus possit esse pars in parte corporis.

216 Resp. neg. maj. Ad probat. ejus neg. min. substantia enim corporea totum significat ex materia, & forma; quare sola materia non est substantia corporea, sed ejus aliquid, nempe pars subjectiva; & hoc sensu etiam forma est substantia corporea, nempe ejus pars: si itaque substantia corporea accipitur simpliciter, sic completam significat, quæ nata est subsistere, & quæ directe ponitur in prædicamento; & scilicet neque materia, neque forma est substantia corporea; neque hinc requiritur, quod sit spiritus, aut substantia spiritualis; inter substantiam enim completam corpoream, &

spiritualem medium datut, quod neutrum est, nempe substantia incompleta; si autem substantia corporea sumatur secundum quod seu in lata acceptione, ut prædictum à completa, & incompleta, substantia corporea non sola materia est, sed forma item; incompleta enim, & partialis substantia utramque partem comprehendit. Ad confirmationem, neg. maj. ad rationem ejus dicitur, quod inter esse, & non esse divisibile, sic, & ex terminis non datur medium, datur autem, ut esse, & non esse divisibile huic subiecto applicatur, quod poterit uno modo esse, alio modo non esse divisibile, & de se neque divisibilitatem habet, neque illam repugnat, hanc loquendo de divisibilitate partes integrales, de qua prædictum argumentum, neque materia, neque forma, neque totum extensio, & forma de se, & in ratione substantiarum tales habet partes aut divisibilitatem, ut probamus in Metaphysica, sed qualitativer differt à spirituali substantia per hoc, quod potest qualitatem suscipere, cuius proportionatio in illa divisibilitate constituit: entitas ergo formæ in se accepta nullas omnino partes habet, scilicet neque materia, non autem tota est in qualibet parte, scilicet forma spiritualis, cuius extensio per quantitatem materiæ ipsi coextenditur forma, & parti respondet.

227 Arguit decimoquarto P. Seguens, cuius argumenta ferè omnia procedunt contra eductiōnem, quare inferius solventur articulo 3. quæ autem directe sunt contra præsentem conclusionem, hic subjicimus: Si forma esset realitas à materia distincta, ea non posset esse corporis naturalis principium; sed ad hoc ea ponitur: ergo non est talis realitas. Prob. maj. Si forma est talis realitas, ea est ex materia: ergo erit principia, & consequenter non erit principium. Ad hoc argumentum abunde patet ex dictis quæstione 1. tollit nempè rationem principii esse ex altero tanquam exparte, & elemento principianti; sic autem forma non est ex materia. Ad formam itaque neg. maj. Ad prob. ejus disting. antec. Est ex materia tanquam ex principio elementante, neg. antec. tanquam ex subjecto transmutabili, conc. antec. & neg. conseq. non enim hoc facit eam esse principiam.

228 Arguit decimoquinto idem: Si talis forma datur, ad hoc ponitur, ut speciem constituat, quatenus materiæ dat esse speciem; sed hoc est penitus impossibile: ergo. Minorem ostendit: Non minus materia habere potest esse specificum à forma, quam forma à materia; sicut enim materia suum esse quidditativum habere nequit à forma, ita neque forma à materia; habent quippe

materia, & forma suas entitates, & essentias à se distinctas, quare unaquæque de se suam habet speciem, & quidditatem, neque potest altera ab altera accipere: sicut ergo ignis, quantumcumque alteri conjungatur, & commisceatur, semper est id, quod de se est, nempe ignis; ita materia, quantumcumque formæ competet, semper suam retinet speciem, neque illam potest à forma accipere. Confirmatur: Formæ illæ conceptum habent communem formæ, in quo omnes convenient, & particularem talis formæ, quo differunt: ergo ille communis conceptus per hunc particularem determinatur, specificatur, & distinguuntur: quo relinquentur, necesse est, aut quod formæ ex materia, & forma componitur, quod est absurdum; aut quod nomina materiæ, & formæ relativa sunt, & quæ metaphylicos conceptus significant ejusdem rei physicæ. Late deinde progreditur expendens tūm in Angelo, tūm in ipsa materia conceptum communem, & particularem, determinabilem, & determinantem; & concludit: Aut in ipsis debere ponni compositionem ex materia, & forma; aut fatendum esse, quod nomina materiæ, & formæ relativa sunt, & conceptus metaphylicos significant, determinabilem, & determinantem.

229 Resp. Jain suprà dictum esse, non sic formam uniti mate-

riæ, & ipsam perficere, ut in esse materiae constituant, aut aliquid tribuat de proprio esse, & conceptu materiae: actus ergo potentia conjungitur, non ut illi tribuat esse, quod jam habebat; ad hoc enim non est potentia, quippe in actu id habet, sed ut tribuat id, quod non habet, & ad quod est potentia: v. g. lignum de se lignum est, neque est potentia, ut sit lignum, non tamen de se est calidum, sed potest calidum fieri: quando ergo calori conjungitur, non ad hoc conjungitur, ut accipiat speciem, quam de se habet, sed ut illam accipiat, quam non habet, & ad quam est potentia, nempè esse calidum; quare sub forma caloris relinquitur, quod erat, nempè lignum; & amplius quod non erat, nempè lignum calidum: quia ergo materia de se pura informitas est habens pro quidditate capacitatem ad quamlibet formæ conjungitur, non ut fiat materia, aut capacitatem accipiat, hoc enim de se habet, & sub ipsa forma manet, sed ut fiat determinatum aliquod ens; & quia forma non est capacitas, ut fiat, sed ut faciat ens, ex coniunctione ad materiam non ipsa perficitur, & esse accipit, sed perficit.

Ad confirmationem: Determinabile, & determinans ut sic, & communiter conceptus significant, quibus respondet actus, & potentia non solum physicæ, sed

metaphysicæ etiam, aut pure logicæ compositionis: non ergo ubicumque reperitur determinabile, & determinans, ibi hanc accipere debemus materiam, formam, sed determinabile, quae partem physicam significat, hæc est materia, & huic responderet terminans, quod sit forma physica; jam autem neque in forma neque in materia, neque in Angelo conceptus communis, & terminabilis significat partem physicam, immo neque metaphysicam, gradum nempè quidditatæ non ergo in his illi conceptus compositionem significant extraria, & forma. Quid si physico compositio realis est, ex partite physicis, & realibus, non est compositione intelligitur sine partibus, cum sit ex terminis unum altero positio; sed pars compositionis physicæ ab omnibus assignantur materia, & forma; et si enim controversia: Quid nomine utriusque significatur, nulla est in eo, quod materia, & forma sunt compositi physici principia: non ergo tantum debent conceptus metaphysicæ significare.

230 Arguit decimosex idem: supponit in primis, quae materiale aliquid dici potest de bus modis: aut ab intrinsecō per denominationem, ut aī intrinsecam; aut ab extrinsecō & relativè tantum, seu per nominationem extrinsecam; p

modo dicetur materiale, quod in entitate sua erit materia, aut pars ejus, ad modum, quo manus Regis intrinsece dicitur Regium quid; posteriori modo materiale dicetur, quod, licet in se non sit materia, aut pars ejus, ad illam tamen pertinet, ad modum, quo alidem dicitur quid Regium. Tunc autem arguit: Aut forma dicitur materialis intrinsece, aut tantum extrinsecè; sed utroque modo non est realitas à materia differentia: ergo, Prob. min. Si intrinsece materialis est, erit pars materiae, ad modum, quo manus Regis Regium quid est intrinsece, eo quod pars est Regis; & tuque patet, quod non erit realitas tota materia differentia; si autem extrinsece tantum dicitur materialis, tunc intrinsece in entitate sua non erit materialis: erit ergo spiritualis, quod non admodum relinquitur ergo, quod nulla talis esse potest forma, quæ materialis sit, & tamen realiter initiativæ differat à materia.

Hanc rationem ita confirmat Tosca: Aut forma dicitur materialis, quia in entitate sua materia est; aut tantum, quia à materia quoquomodo dependens; sed si primum, non datur forma Peripatetica, nempè realiter à tota materia differentia; si vero secundum, quo pacto forma dicitur materialis, materia posset dici formalis, quia eodem modo materia à forma dependet, ac for-

ma à materia: siquidem ergo materia non dicitur formalis ex dependentia, & habitudine ad formam, neque forma ex illa praecisè dici potest materialis; & consequenter forma materialis non distinguitur realiter à tota materia.

Ad hoc ipsum ex eodem medio sic aliquando arguebam: Si forma materialis in sensu Peripatetico datur, ea solùm potest dici materialis, quia educita ex materia, recepta in materia, dependens in esse, & conservata in materia, atque etiam coextensa ipsi materia; neque enim alia potest excogitari ratio, quare forma materialis talis dicator ad distinctionem formæ spiritualis; sed hac omnia non sufficiunt, ut forma dici possit materialis: ut ergo talis dicitur, debet esse entitativè indistincta à materia. Prob. min. Sicut forma materialis ex materia educitur, à materia dependet, in materia recipitur, & ipsi coextenditur; ita forma accidentalis ex substantia educitur, à substantia dependet, in substantia recipitur, & ipsi coextenditur; sed hac omnia non sufficiunt, ut forma accidentalis substantialis dicatur: ergo neque sufficient, ut materialis dicator materialis.

231 Resp. p: imò, quod suppositum non bene distribuit; non solùm enim manus dicitur Regia, sed etiam Rex dicitur manuatus, & utraque denominatio intrinse-

ca est : non solum ergo intrinsecè  
materiale dicitur , quod est pars  
materiæ , sed quod materiam ha-  
bet partem sui . Deinde , misso  
supposito , respondeatur secundo ,  
quod forma materialis dicitur  
non intrinsecè , & substantivè , sed  
adjective , & denominative . Ad  
rationem in contrarium neg . con-  
seq . non enim spirituale est quid-  
quid non est substantivè in enti-  
tate sua materiale ; ex eo enim ,  
quod adjective materialis est illa  
forma , nata est cum materia to-  
rum constitueret , quod sit corpus ,  
& in quo forma ipsa extendatur ,  
& dividatur . Ad primam confir-  
mationem ex Tosca dicitur , quod  
forma materialis est tantum se-  
cundo modo , neg . autem conseq .  
Ratio disparitatis est , quia de-  
pendentia formæ a materia talis  
est , qua ex conjunctione ad ip-  
sam materializatur ipsa forma ,  
nempè quantitate extenditur ; at  
vero materia ex conjunctione ad  
formam nullum contrahit mo-  
dum formæ : quamvis ergo forma  
ex dependentia a materia mate-  
rialis dicatur , non è contra ma-  
teria potest dici formalis . Secun-  
do , non præcisè ex dependentia ,  
sed ex tali speciali modo depen-  
dentia forma dicitur materialis ,  
quo distinguatur ab altera for-  
ma , quæ non ita dependet ; mate-  
ria autem neque habet specialem  
modum dependentia , nec ab al-  
tera distingui ; quare non est , cur  
dicatur formalis .

Ad alteram confirmationem  
primo dicitur , quod posse  
ma accidentalis substantialis  
adjective , & denominative , m-  
pè aliquid substantia , non au-  
substantivè , & entitative ; jam  
tem , licet alio modo denomi-  
tio utriusque conveniat , for-  
non substantivè , & entitative .  
Exper-  
tionalis dicitur , quasi in se sit  
teria , aut materiam habeat pa-  
tem sui , sed denominativè tu-  
tum . Dicitur secundo , quod  
esse ex materia , quod materio  
extendatur , sufficit , ut for-  
modum habeat quemdam ma-  
trix , vi cuius intrinsecè quide-  
licet non substantivè materi-  
dicatur ; at verò esse ex sub-  
stia , & alia , quæ habet forme  
cidentalis , non faciunt ipsam  
bere modum aliquem substanci-  
quare hæc non potest substanci-  
lis dici ex comparatione ad su-  
stantiam ; illa autem ex compari-  
tione ad materiam bene dicitur  
materialis . Hæc sunt , quæ diri-  
ad propositum habet P . Sagua-

catera autem ad educationem  
pertinent , quare suo  
loco solven-  
tur .

## ARTICULUS II.

*adventur in materia inchoationes  
formarum?*

§. I.

*Expenditur sententia affirmativa*

*D. Resolutio.*

147 **H**ÆC difficultas velut  
tibi præambula est ad  
sequentem de eductione; cum  
enim eductio sit fieri rei ex præ-  
supposito subjecto; creatio ve-  
ro fieri ex nihilo, aut aliquid  
formæ videtur de necessitate præ-  
supponendum, ex quo ipsa fiat,  
aut fieri ex nihilo sui, & sic non  
eductione, sed creatione. Idcirco  
posuit Anaxagoras formas latita-  
rias in materia, & actione agentis  
non fieri, sed detegi: eamdem po-  
sitioem tenet Resolutus, quem  
Discipuli sequuntur, cuius sen-  
tium sic explicat Eliseus hic: ponit  
in primis, existentiam gradum  
est ultimum formæ, & veluti  
complementum ejus; deinde asse-  
rit, quod forma quantum ad es-  
tentiam suam præcedit in mate-  
ria, & ipsum educi nihil est aliud  
nisi sibi communicari gradum  
existentie, quare ea non fit de ni-  
hilo sibi, sed de præcedente esen-  
tia, quæ proinde dicitur inchoati-  
vum formæ. Pro hac sententia  
longo agmine refert Eliseus mul-  
tos de Antiquis; sed ex his, quos

licuit videre, multos incongruè.

Adducit in primis Soncin.

7. Metaph. q. 28. Sed de hoc ip-

se quærit q. 27. & postquam ne-

gativam resolutionem latè pro-

bat, sic concludit: *Ex prædictis*

*rationibus patet expresse, quod in*

*generatione rei naturalis nibil*

*formæ generanda præexistit in ma-*

*teria, sed tantum ipsa materia*

*præexistit tanquam purum poten-*

*tiale, in quo sunt omnes formæ po-*

*tentialiter. In quæstione quidem*

*28. quærit: An prædicta opinio*

*possit rationabiliter teneri? Sed*

*resolutio ejus hæc est: Utrum au-*

*tem hæc opinio dicentium, formam*

*præexistere in materia secundum*

*esse imperfectum, sit vera, arbi-*

*tror, quod non, sed tamen gratia*

*exercitii, & disputationis volo de-*

*clarare, quem sensum habeat ista*

*opinio, & quomodo responderetur*

*ad rationes contra ipsam. Quod,*

*ut vides, longissime distat ab eo,*

*quod est illam tentantem.*

Adducit deinde Albertum Magna-

i. Physic. tract. 3. cap. 3. & 15.

Sed sensus ejus aperte colligitur

ex his, quæ habet cap. 17. ibi

enim ait, quod privatio accipi-

tur, aut secundum quod dicit pu-

ram parentiam; aut secundum

quod dicit aptitudinem in subje-

cto: *Que aptitudo est inchoatio*

*forma in ipso, in qua inchoatione*

*forma est in potentia formalis.* En-

quo sensu ponit in materia in-

choativum formæ, quatenus nem-

pè aptitudo ad formam dici pos-

teli inchoativum ejus; hoc autem sensu omnes ponunt Peripatetici inchoativum formæ: rursus, cit. cap. 15. ita habet: *Et ita forma, que educitur, secundum sui essentiam est in materia potentia habituali;* ex quibus forte suam ipse sententiam dedit: sed longè aliud est potentiam esse in materia, ac a tu contineri: quod ergo distinguunt potentiam habitualim, & formalem, videtur intendere, quod materia secundum se est potentia habitualis, ut verò per dispositiones ad hanc formam determinatur aptitudo ejus, dicit potentiam formalem. Addacit insuper Lincon. sed sensum ejus expendit ibidem Soncin. longè alterum à sensu hujus sententiae.

Præterea, supponit, illam sententiam esse P. Augustini, & verba ejus adducit, quæ infra expendemus, eo quod S. Patens docet, formas esse cum materia concreatas secundum rationes seminales. Sed in primis non docet S. Patens, omnes formas concreatas esse, sed tantum, quod non prius creata est materia, ut formatetur, sed quod fuit utrumque concreatum, & quod factum est, & quod inde factum est, seu quod formatam creavit Deus materiam; quibus aperte innuit, illam formam, quam primò habuit materia, sibi concretam esse; si autem omnes vellet concreatas, heut ponit ista sententia, omnibus tunc formata esset, & sic non

ulterius formabilis; eo enim quod forma concreata est, quod formatam creavit Deus materiam: si ergo omnes concreta sunt, omnibus formatam creavit. Præterea: Rationes seminales benedictione inditas docet S. Patens, & pertinere ad opus perfectionis; sed quod materia concretarum est, non benedictione sed creatione est inditum, neq; ad opus perfectionis, sed creationis pertinet: non ergo per rationes seminales intendit S. Patens illud inchoacivum, sive essentiam formæ materiæ concretam. Super: Potentiam activam, & passivam, & consequenter continentiam formæ in materia ad virtutes activas, & passivas rerum pertinere patet; sed rationes seminales superadditas esse virtutib; activis, & passivis, esse nem habitudines, quibus passumtivo subjicitur, & activum subjicit proprium passibile in dine ad transmutationem, dñm B. Doctor, tñm D. Thod exponentes sensum P. Angeli non ergo per rationes seminales potest intelligi inchoativum, quæ in sensu hujus sententiae,

233 Refert B. Doctor sententiam illam in 2. di. 1. p. q. 2. art. 4. per hæc verba: *Pater hoc dixerunt alii moderni populi, quod tota forma est in materia, ita quod est ibi tota esse, sed non est ibi esse, ita quod facit generans, quod inducit*

andi. O generatio dicta est via in-  
est. Ex quo colligimus , aliquo-  
rum esse de Antiquis sententiam  
illam, ex quibus desumptis Reso-  
lutoris; quandoquidem autem nul-  
lum determinatè pro ea refert B.  
Doctor , neque ex Philosophis,  
neque ex Theologis, non multum  
ea in Scholis suo tempore præva-  
lebat; ad præsens autem commu-  
niter rejicitur , neque extra Scho-  
lam Resoluti ab aliquo , quem  
sciam , tenetur.

234 Dicendum itaque , quod  
non præcedunt in materia inchoa-  
tiones formarum in sensu , quem  
intendit illa sententia. Probatur  
primo ratione , quam ibi habet  
B. Doctor : Qua ratione dicatur  
forma præcedere in materia se-  
cundum essentiam , eadem dici  
debet præcedere secundum exis-  
tentiam ; sed quod etiam secun-  
dum existentiam in materia præ-  
cedat ipsi reputant inconveniens:  
ergo Prob. maj. Sicut forma esse  
incipit in re per generationem ,  
ita ille gradus existentia , sed non  
minus forma à materia differt  
realiter , cum qua tamen unam  
sentiam compositi constituit ,  
cum ille gradus differat realiter  
gradualiter ab essentia formæ ,  
cum qua proinde unam consti-  
tuit , & integrat ejus entitatem:  
sicut ergo forma sit ex nihilo sui ,  
quamvis præcedat materia; ita il-  
le gradus existentia de nihilo sui  
sit , quamvis præcedat essentia for-  
mæ. Explicatur : Aut eductione

dicitur fieri tota entitas formæ in-  
tegrata ex utroque gradu essen-  
tiæ , & existentiæ; aut quādoquidē  
gradus essentiæ p ræcessit , tantum  
sit gradus existentiæ , qui sibi super-  
additur ? Si primum dicatur , sit  
quidem forma ex aliquo sui , nem-  
pē ex gradu essentiæ p ræcedente ,  
sed tunc pariter dici potest , quod  
sit tota essentia ex materia , & for-  
ma ex aliquo sui , nempē ex mate-  
ria: sicut enim tota entitas formæ  
ex duplice gradu integratur dis-  
tinguo realiter secundum quid ,  
nempē gradualiter , cuius alter ,  
nempē essentiæ , p ræcessit ; alter ,  
nempē existentiæ , generatione  
communicatur ; ita pariter enti-  
tas compositi una est essentia , quæ  
ex duplice parte integratur dis-  
tinguo realiter secundum quid ,  
nempē partialiter : si autem dica-  
tur , solum formam fieri , non ob-  
stante , quod entitas sit partialis;  
tunc pariter dicetur , solum fieri  
gradum existentiæ , qui de novo  
incipit : sicut ergo forma fieret ex  
nihilo sui , quia materia non est  
aliquid formæ , ita ipse gradus ex  
nihilo sui sit , quia alter gradus  
nihil est hujus.

235 Prob. secundò ratione ;  
qua ex Philosopho deducitur 1.  
Physic. & 7. Metaph. ut expendit  
B. Doctor in 2. dist. 12. q. 3. art.  
2. ubi intendit , quod neque ma-  
teria fit , neque forma , sed totum;  
ex hoc enim ratio deducitur , qua  
potissimum evertitur illius sen-  
tentia fundamentum; qua sic for-

matur: Eo debet præsupponi inchoativum formæ, ut sit aliquid, de quo fiat forma, ne dicatur fieri ex nihilo sui; sed non sit forma, sed totum ex materia, & forma: ergo non debet præcedere inchoativum formæ, sed compositi, & tale est ipsa materia apta transmutari. Minor est expressa Philosophi locis citatis, eam art. sequenti oportebit latius expendere, interim sic patet: Illius est per se, & connaturaliter fieri, cuius est esse, & extra causas ponit; sed non formæ, sed toti composite per se, & connaturaliter competit esse in re, sive extra causas ponit: ergo. Patet maj. quia fieri est extra causas ponit. Patet item min. quia esse per se, & connaturaliter ei competit, quod est simpliciter ens naturale natum subsistere, sive in se esse; at forma non tale est ens, sed ejus pars: ergo.

236 Prob. tertio: Aut educatione extrahitur ille gradus existentia ex ipsa essentia formæ præcontenta in materia; aut communicatione hujus gradus ipsa essentia formæ ex materia extrahitur, in qua continebatur; sed utroque modo, quod educitur, ex nihilo sui educitur: ergo ruit potissima ratio illius sententia. Prob. min. quantum ad primum quidem: Quia nihil præcessit illius gradus existentia, forma enim secundum essentiam præcontenta aliquid est totius ex ipsa, & existentia, sicut

materia aliquid est totius compiti, sicut autem materia nihil formæ, quia ab ipsa distinguitur tanquam à comparte, ita essentia formæ nihil est existentia, quia ab ipsa distinguitur tanquam altero gradu: si ergo ipse gradus extrahitur, de nihilo sui extrahitur. Quantum ad secundum inde prob. eadem min. Si communicatione hujus gradus ipsa forma educitur, non de forma sed de materia educitur; sed materia nihil est formæ: ergo ea educitur ex nihilo sui, & sic non tant inconveniens.

237 Prob. quartò: Si prædit in materia illud inchoativum formæ, non salvatur neque subjectum, neque terminus à quo, ad quem generationis; sed hoc aperte inconveniens: ergo. Prob. maj. Subjectum generationis id, quod generatione acquisitum terminum ad quem; terminus quem est id, quod generationes quiritur; & terminus à quo quod subjectum habebat, & utu derelinquit, ut acquirat terminum ad quem; sed nihil horum salvatur ponendo illud inchoativum: ergo. Prob. hæc min. Tunc enim quod generatione acquiritur, est gradus ille existentia, quod autem talem gradum acquirit, est ipsa essentia formæ, cuius gradus communicatur: ergo neque terminus ad quem est forma geniti; nec subjectum est materia, nec terminus à quo est po-

Vero, aut aptitudo ad formam geniti: quandoquidem ergo ista assignat Philosophus, & sequitur, nemine negante, Schola Peripatetica, sententia illa non potest salvare generationem. Confirmatur: Terminus *ad quem* est id, quod mobile acquirit per motum; sed non acquirit formam, si ponitur illud inchoativum: ergo, Patet min. quia formam præhabet; recipiens autem debet esse denudatum a natura recepti.

138 Prob. quintò: Non minus, inò magis effectus continetur in causa activa, quam in passiva; sed praicontinentia in causa activa non est inchoativum formæ, ita quòd ibi sit actu tota essentia formæ: ergo multò minus praicontinentia in causa passiva. Patet maj. quia in tantum unum quodque continet, in quantum potest effectum causare, & illam ponere in esse; sed magis potest causa activa, quam passiva: ergo, Patet item min. tūm, quia si actu esset essentia formæ in utroque principio, duas essentias cuique formæ deberemus concedere, alterum, quæ in agente, alteram, quæ in materia præcontineatur; tūm deinde, quia, ut ait S. Paulus, creaturæ in essentia, in qua tanquam in causa effectiva continentur, sunt ipsa creatrix essentia: sicut ergo in causa activa præcontine effectum nihil est nisi ipsa causa essentia, & virtus, qua potest materiam transmutare,

Tom. II.

formam educerē, & totum posse in esse, non autem ipsa essentia formæ, aut totius effectus ibi in actu est; ita materiam præcontinerere non est, quòd ipsa essentia formæ actu sit in materia, sed tantum, quòd materia potest transmutari, quod nihil est alind, quam ipsa ejus essentia. Hanc rationem habet B. Doctor in 2. dist. 12. q. 3. art. 2. §. Dicemus autem.

239 Prob. sextò: Amplius requirit materia, ut perficiatur, quam forma, ut perficiat; sed materia pro priori ad existentiam intelligitur perfici, & totam essentiam constitutere cum forma sibi unita: ergo forma intelligi debeat perficere pro priori ad gradum existentiaz, quem generatione acquirit, & consequenter si actu est in materia ante eductionem, actu perficit, & totum constituit. Patet maj. debilior enim est, & imperfectior materia, quam forma. Minor ostenditur: Ex quo forma educitur, & materiam perficit, constitutur essentia existens: ergo pro priori materia perficitur & forma, & formam recipit, & ex mediante, existentiam tanquam gradum ejus: sicut ergo in illo priori ad gradum existentiaz materia perficitur, ex quo sibi unita est forma; ita ante eductionem, & gradum existentiaz forma perficit, si actu est in materia. Non metat, concedere ipsos materiae existentiam interminatam; sed quia ratione hanc de se habet materia

Z

aliam

aliū ab existentia terminata, quam mediā formā acquirit, eādem illam habet de se forma aliā ab ea, quam generatione acquirit: si ergo hac existentia interminata sufficiētē potest materia perfici priori ad gradum existentiā terminatā, eādem poterit forma perficere, si actu est in materia. Multa alia prætermitto, ex his enim poterit sufficiētē patere, quod in materia nulla alia præcedit formā inchoatio, quām ipsa ejus quidditativa aptitudo, & capacitas; amplius autem patebit solutione argumentorum.

## S. II.

## Solvuntur Argumenta.

**A**rguit primò Eliseus ex Philosopho: Forma secundūm Philosophum præsupponitur generationi; sed non potest secundūm gradum existentiā præsupponi: ergo supponitur secundūm essentiam. Maj. prob. primō ex 7. Metaph. text. 22. ubi loquens de generatione, sic ait: Oportet semper, quod materia sit ante, & forma etiam. Secundò 8. Metaph. versus finem querit: Cur ex materia, & forma sit unum? Et in responsione supponit materiam, & formam præcedere generationi; sed forma non potest præcedere secundūm existētiā: ergo. Tertio ibidem, cùm asseraisset, quod generatione transfer-

tur ens de potentia ad actum subiungit: Translatio autem largitur multitudinem, sed per generationem; sed si forma non prædit, translatio largitur multitudinem, nempē producit formā quā non erat: ergo. Quartò, 11. Metaph. text. 11. ubi assertum ad generationem prætotum in potentia; sed totum potentia est materia, & forma secundūm esse potentiale: ergo præcedit forma secundūm esse existentiā, quod est esse potentia. Quintò, quia, ut in commentariis textūs observat Aberros sententia Phil. circa generat, melius est inter eam, quā asserebat, formam inter illa duo est ponere, non existentiā, non verò existentiā: que extremo, docet Philosophus, generationem fieri ex ente simili, & non ente, nempē non ente actu, ente tamen in potentia, & non ente in actu exentiā, tamen materiam, quām formam actu existentes: ergo ly ex ente in potentia debet significare tamen existētiā, quām formam secundūm esse potentiale, & sic formam secundūm tale esse præcedit in materia. Sexto, ex 7. Metaph. docet Philosophus, quod cens non producit, sed extrahit, sed si forma non præcedit, ex parte non extrahitur, sed

producitur: ergo. Septimò, ex 2. de generat. Anim. text. 3. ubi affirmat, solam animam rationalem de foris venire, alias autem formas esse ab intrinseco materiali.

241 Resp. neg. maj. Ad prob. ejus, singula perscrutanti Philosophi loca, ne unum contigit reperire, ut ab ipso adducitur. Ad primum ergo 7. Metaph. tex. 22. determinat Philosophus, quod alia in natura, alia ab arte, alia calu sunt; deinde, quod in omnibus est accipere ab aliquo fieri, et aliquo fieri, & fieri aliquid; deinde, postquam hæc explicat in his, quæ sunt à natura, text. 23. illa explicat, quæ ab arte sunt; de his enim, quæ casu, & à fortuna, considerandum ait posse: ait ergo, quod ab arte sunt, quorum forma in anima, nempe quæ sunt ex preconcepta operis idæ; quare subjungit: Quare quodammodo ex sanitatem sanitatem accidit fieri, & domum ex domo, quæ sine materia eam, quæ habet materiam. Hæc forte verba ipse intendit, sed neque ait, quod forma precedit, quæ generatione inducitur, sed alia, nempè ex domo imaginata, & sine materia sit dominus in re; neque loquitur de naturali generatione, & forma ejus, sed de forma artificiali. Error quidem in numero esse videatur, nam text. 32. illa verba habentur, tensus tamen est, ut patet legenti, quod quando fit qua-

le, non oportet, quod ante qualitatem generatam sit alia qualitas agens, sed tantum, quod precedat materia in potentia, & fiat qualis, & poterit fieri à non quali; at verò in generatione substantiali debet precedere forma in agente; quare subjungit: Ceterum ex his proprium substantia accipere est, quod necessè est praecessere semper aliam substantiam actu existentem, quæ faciat, ut puto animal, si animal sit: quare patet, quod verba illa non sunt ad propositum praesentis difficultatis.

Ad secundum ex 8. Metaph. in ultimo cap. dubitationem proponebit: Quæ causa est, ut unum sint definitio, & numerus, cum utrobique multa sit accipere? Rationem dubitandi hanc ipsam proponit, quod omnium, quæ plures partes habent, aliqua causa est, quare sint unum; in quibusdam, ait, tactus est causa; quibusdam verò viscositas, aut alia talis pulsio; & subjungit, quod definitio est oratio una non conjunctione; resolutio autem hæc est: Quod si, quemadmodum dicitur, hoc quidem materia, hoc verò forma est, & hoc quidem potentia, hoc verò actu, profectò non videtur amplius dubitatio esse, quod queritur. Quæ autem ultrius tertio adducit ex eodem loco, ibi omnino non habentur. Sensus itaque est, quod partes definitionis sunt unum per se, & si-

ne copula, aut conjunctione, quia sunt actus, & potentia, & se habent veluti materia, & forma; ex materia autem, & forma, atque universaliter ex actu, & potentia se ipsis sit unum; & hic est sensus alterius loci, sicuti verba illa reperiantur, quod translatio de potentia ad actum, & conjunctione actus cum potentia sua non constituit multa, sed actus perficiendo potentiam constituit unum quid: neque ergo intendit, aut supponit, quod forma praecedit neque ex eo, quod forma non praecedat, sequitur, quod translatio ad actum constituat multa, non enim ipsam formam facit, ut male ipsa imaginetur, sed unum totum ex materia, & forma.

Ad quartum ex 11. Metaph. text. 11. toto illo lib. nullum habetur commentum Aberrois, neque divisio per textus; quare proculdubio error est in numeris: aut ergo intendit, quod habetur 9. Metaph. cap. 3. ubi Philosophus contra aliquos agit, qui ponebant, tunc solum agens posse, cum agit; & contra hos determinat, quod potentia praecedit, non solum activa, sed passiva etiam, actionem ipsam; aut quod s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> in 1. Physic. habetur, quod nempe neque ex nihilo sit genitum, neque proinde ex ente in actu, sed ex ente in potentia; hujus autem sensus esse nequit, quod tam materia, quam forma in potentia praecedant objectivē, & quantum

ad essentiam; tunc enim forma quidem in materia potest intelligi præcontenta, sed materia quo alio poterit præcontenta intelligi? Sensus itaque est, quo generatio sit ex præsupposita materia, quæ de se non est in aens aliquod; quatenus autem test ad quamlibet formam trahit mutari, est totum in potentia hoc ergo est praecedere totum potentiam, praecedere ipsam materiam, quæ potentia est totum. Quo patet ad quintum ex Abo non enim illo sensu media est sententia Philosophi, sed quatenus ponit, subjectum generationis medium esse inter nihil, & eum actu. Patet item ad confirmationem, primò quidem, si tam materia, quam forma praeceduntur objectivè, & tantum secundum sentiam, subjectum generationis erit in actu nihil; quod enim tantum objectivè praecedit, non potentia subjectiva, & aliqui re existens, neque potest omnemotui subjici, quod tantum activè praecedit. Secundo dicitur neg. consèq. medium enim illa duo per hoc salvatur, quod praecedat materia; neque in potentia objectiva, & in actu nihil, neque existens de se, & in actu, sed existens in compo destruendo, & ratione illius; re de se pura potentia, subjecta tamen.

Ad sextum ex 7. Metaph. quandoquidem ipse textum

determinat, non possumus verba expendere; ad formam autem neg. min. et si enim forma non procedat, sed educatione extraatur de potentia ad actum, non ipsa sit, aut ponitur sub esse, sed communicatione ejus totum ex materia, & forma producitur, & sub esse ponitur: educatione ergo non producit formam, sed extrahendo formam producit totum. Ad ultimum intendit forte, quod habetur in illo lib. cap. 3. sed verba hæc sunt: *Ergo animam in iis habere vegetalem, palam est. Sed quamobrem eam primum habri, necesse fit, ex iis, quæ alibi de anima differimus, apertum est; sensualem etiam, qua animal est, tempore procedente recipi, & rationalem, qua homo, certum est: non enim simul & animal fit, & homo; neque animal, & equus; eademque in ceteris animalibus ratio est.* Loquitur de semine, & ait, quod animam habet vegetalem, & quod procedente tempore alteratur, & transmutatur, & successivè recipit sensitivam, & rationalem animam, non enim simul fit animal, & homo; & paulò inferius ait, quod ante separationem talem animam habet in potentia: omnino ergo illam distinctionem non habet, quod anima rationalis sit ab extra, aliæ autem forma ab intrinseco, immo eodem modo de illa loquitur, ac de aliis; neque ipsum latere debuit, quod Catholicam sententiam de crea-

tione rationalis animæ non agnoscit Philosophus, immo multis post ipsum seculis tempore P. Augustini magna erat adhuc de origine animæ quæstio. Ad formam ergo, quatenus potest inde à ratione argui, neg. conseq. ut enim formæ materiales ab intrinseco sint, non oportet ipsas procedere in materia, sed sufficit has accipere transmutatione, illam vero ab extra receptione; quare aliter potentia est ad hanc, & illas, nempe ad hanc non præcontentiva, sed purè receptiva; ad illas autem præcontentiva etiam; ad omnes autem potentias, quæ proinde nullam actu habet.

242 Arguit secundò idem ex P. Augustino, qui lib. 5. in Genes. cap. 23. & lib. 6. cap. 13 docet, cum materia fuisse à Deo concreatas res omnes secundum rationes primordiales, & seminales, quæ postea tractu temporis producuntur in proprio esse, quod explicat exemplo sementis, in quo primordialiter, & inchoativè continentur illa omnia, quæ ex eo postmodum oriuntur. Hoc argumentum urgent adeo moderni Atomistæ, ut in grano seminis ope microscopii videre se jacent formatam arborem, quæ ex ipso procedenda est. Sed non certò in semine ea videtur, sed in videntis apprehensione; non enim unam, sed infinitas videre deberent, sicut namque in semine arbor continetur, ita in arbore multa semi-

na, & in unoquoque arbor, & alia semina. Præterea: Rationes semi-nales materiæ inditas docet S. Parenſ: non ergo in grano ſeminiſ, ſed in atomis, quibus conſtat, deberent idēam formandi entis videre. Inſuper: Nisi gra-num frumenti cadens in terram mortuum fuerit, non fructificat, quare oportet ſemen corrumpi, ut germen inde oriatur: non ergo in grano, quod corrumpitur, ſed in atomis ejus debet ſeminalis idēa conſtitui.

243 Ad argumentum ergo in 1. loco de Gen. ad lit. lib. 5. cap. 23. intendit explicare S. Parenſ, quomodo in Deo erant omnia, antequām fierent, & aſſumit exemplum de ſemine, ex quo arbor procreatur; aitque: *In ſemine ergo illa omnia fuerunt primitūs non mole corporeæ magnitudinis; ſed vi, potentiaque causaliter; ex hoc paucis interjectis ſic propositum deducit: Sicut autem in ipſo gra-no inviſibiliter erant omnia ſimil, que per tempora in arborem ſur-gerent; ita & ipſe mundus cogi-tandus eſt, cùm Deus ſimil omnia creavit, habuiffe ſimil omnia, que in illo cum illo facta ſunt, quando factus eſt dies.* Non itaque de rationibus ſeminalibus hic agit S. Parenſ, ſed de continentia tum creaturearum in Deo, tum fructū ſemine; at de utrāque ait, quod contenta ſunt in continentे potentialiter, & causaliter: ſiquid ergo inde deducamus ad proposi-

tum, magis pro noſtra, quām pri-illius ſententia eſt, nempē quod forma in materia p̄econtenta non ibi actu eſt, ſed potentialiter, & causaliter, ad modum, quo creature erant in Deo, antequām fierent: ſicut ergo hæc continen-tia nihil ſignificat aliud, quām ipsam Dei eſtentiam, & infinitan virtutem, qua res poterat producere; ita illa materiæ continentia nihil eſt aliud, quām ipsa ejuſ ſentia de ſe potens transmutata ad formam.

Alter locus ex lib. 6. de rationibus agit ſeminalibus; quæc nempē S. Parenſ: Quomodo talia rationes à Deo ſint rebus indi-<sup>24</sup> an nempē ut ſimul ea fierent, que rum ſemina indidit, eo modo quo tunc factus eſt Adam de lime terræ; au potius ut ſuccesſive quemadmodum videmus cuncta naſcentia ex ſuis procreari ſeminalibus? Resp. autem, quod utro-que modo, quia & ſecundūm or-dinem rerum, quem videmus ſuccesſive gignuntur; & ſecundūm aliud ordinem potius Deus quamlibet naturalem tranſmutationem in instanti exequi. Sed ex hoc quid ad propositum ego penitus non video. Ponit itaque S. Parenſ rationes ſeminalis; ſed in primis non illas p̄o-concreatas, ſed benedictione inditas; non enim ad perfectum effe-rei, & opus creationis pertinent ſed ad rerum multiplicationem, ſubinde ad opus perfectionis, bene

benedictionis: deinde, dato, concreatas esse, non proinde ipsa es-  
sencia formæ materiæ indita in-  
telligi debet, sed habilitas tan-  
tum, ut ab agente transmutare-  
tur; illa enim continentia formæ  
ad virtutem pertinet quidditati-  
vam materiæ, quare eam creatio-  
ne habuit; rationes autem scien-  
tiales, quippe non ad perfectum  
esse, & quidditatem ejus, sed ad  
transmutationem pertinent, &  
multiplicationem postea benedi-  
ctione accepit.

<sup>244</sup> Arguit tertio à ratione:  
Formæ educuntur ex materia ab  
agente naturali: ergo in potentia  
materiæ præcontinentur. Prob.  
conseq. Nihil ex alio educitur,  
nisi secundum aliquid sui in eo  
prahabeatur; educi enim est ex-  
trahi, neque extrahi intelligitur,  
quod ibi non est, unde extrahi-  
tur. Confirmatur: Aliud est induc-  
cio formæ in materiam, aliud  
vero educatio ex materia; anima  
enim rationalis inducitur, non  
edatur, aliæ formæ educuntur;  
jam autem ad inductionem non  
requiritur præcontinentia, pon-  
it enim forma, ubi non erat; ad  
educationem vero requiritur con-  
tinentia, nempè quod ibi sit for-  
ma, unde educitur: ergo.

<sup>245</sup> Resp. primò, quod ab-  
solutè loquendo, verum est con-  
sequens, neque enim posset ma-  
teria transmutari, nisi formam  
præcontineret; in sensu autem,  
quem intendit, neg. conseq. quod

nempè formam præcontineri sit  
actu in materia esse. Ad rationem  
eius neg. assumptum; non enim  
eductione extrahitur forma, veluti  
est bursa denarius, quasi forma ē  
fundo ad superficiem materiæ,  
aut ex aliquo occulto sinu extra-  
hatur: educio ergo est transmu-  
tatio, qua materia fit talis in ac-  
tu, qualis erat in potentia; ad  
hoc autem non requiritur, quod  
actu habeat; imò requiritur, quod  
actu non habeat formam, sed vir-  
tute tantum, & in potentia. Resp.  
secundò, quo præcedens solutio  
roboratur, quod non solum in  
materia, ex qua educitur, sed in  
agente etiam, à quo totum gene-  
ratur, debet forma præcontineri;  
sed hæc continentia non est, quod  
actu sit in agente ipsa essentia for-  
mæ, sed tantum quod habeat vir-  
tutem transmutandi: ergo pariter  
illa tantum significat virtutem  
passivam transmutabilem. Ad  
confirmationem neg. conseq. in  
sensu arguentis; ad illam enim  
differentiam inductionis ab edu-  
catione sufficit diversitas potentiarum  
passivarum, ad alteram nempè non  
est potentia transmutabilis; qua-  
re hanc non præcontinet virtute,  
sed tantum potest recipere; ad al-  
teram vero est potentia transmu-  
tabilis, & hanc virtute præconti-  
net; quare non ab extra, sed trans-  
mutatione recipit.

<sup>246</sup> Arguitur quartò: Si non  
præcedunt in materia inchoatio-  
nes formarum, earum fieri est

creatio: sed hoc est inconveniens: ergo. Prob. maj. Quid ex nihilo sui ponitur in esse, creatur; sed si non præcedunt inchoationes formatum, forma fit ex nihilo sui: ergo. Hoc argumento valde premiavit Doctores nostræ sententiaz, variasque solutiones adducit, & impugnat. Sed in primis instatur: primò quidem, quia, ut suprà arguebamus, qua ratione dicatur forma de nihilo sui poni in re, eadem dici debet de nihilo sui in re poni gradus existentiaz, qui formæ communicatur; qua autem dicatur, quod non fit gradus existentiaz, sed forma, cui talis gradus communicatur, eadem dici debet, quod non fit forma, sed totum, quod formâ constituitur. Secundò, quia illud inchoativum est essentia formæ, cui communicatur existentia; sed essentiam præcedere non obstat creationi: ergo. Prob. min. Sicut in materia ponunt ipsi, formam præcedere objectivè, & quantum ad essentiam, sic in Deo præcesserunt res omnes objectivè, & quantum ad essentiam; sed hoc non obstat, quominus creatæ sint: ergo.

247 Deinde directè respondetur neg. maj. Ad probat. ejus neg. suppositum min. quod forma fiat. Itaque B. Doctor in 2. dist. 13. q. 3. art. 2. dub. 1. lateral. §. Redeamus ergo ad propositum, hanc ipsam versans difficultatem, ait: *Quod quandiu volemus querere, de quo fit forma,*

*tandiu erimus in errore; quod* tām,  
*tiùs expendit in corpore illius;* Sed in  
*ticuli, §. Omnes enim; & id ipsum quā* sapissimè habet Philosophus, o  
*sapissimè habet Philosophus, o* quā  
*instituto autem 7. Met. c. 8. ut la* quidē  
*tiùs art. seq. expendemus: tō* telligi  
*ergo æquivocatio in hoc sif* poterit  
*quod ponentes, formam fieri* sus: Q  
*querunt aliquid ejus, de quo fieri* dāmē  
*at verò fieri est sub esse poni, s* sui, o  
*extra causas constitui, quare* dit, &  
*simpliciter, & per se fieri comp* patiē  
*tit, quod ens est natum extra ca* de aliis  
*sas esse: quandoquidem ergo in* præce  
*ens tantū est totum, forma v* debet.  
*rò illius est pars, non formæ com*  
*petit fieri, sed eductione form*  
*fit totum; quare non formæ, /*  
*totius debet præsupponi aliqui*  
*de quo fiat.*

248 Arguitur quintò ex hoc ipso: Neque materia fit, neque forma, sed totum ex utrâque: ergo tān materia, quā forma præcedunt secundū essentiam, agens naturale per eductionem solūm dedit ad actum existendi formam, quæ erat in potestate materiaz. Confirmatur: Omnis compositio supponit suas partes, sed agens naturale solūm facit compositionem ex materia, et forma: ergo ad ejus actionem utrinque essentia supponitur. Patet magis, quia compositio formaliter est distinctorum unio; si item non supponit partes, quae unit, non erit partium unio, et earum productio. Patet item minus, quia agens naturale neque maius, tamen utrumque potest.

Sed in primis: Si tamen materia, quam forma præcedunt tantum quantum ad essentiam, forma quidem in materia præcedere intelligitur, sed materia in quo alio poterit intelligi præcedere? Rursum: Quia forma præcedit secundum essentiam, ea fit de aliquo sui, tempore de illo, quod præcedit, & eo dicitur educi: ergo si pariter præcedit materia, pariter de aliquo sui, tempore de eo, quod præcedit, fieri, & sic educta dici debet.

149 Resp. itaque directè neg. conseq. non enim formam deducit agens ad actum existendi, aliqui formam faceret, & pariter neque materiam: quia ergo actum facit, & totum deducit ad eam transmutatione materiae, ipsa quidem materiam transmutandam presupponit in actu, & ut potentiam subjectivam in toto compo, formam verò tantum in potentia materiae, quod nihil est aliud nisi ipsam presupponere materiam, quæ quidditate sua potentia est transmutabilis; sicut etiam præcontineri, & presupponi in potentia agentis nihil est aliud, quam ipsam presupponi agentis virtutem. Ad confirmationem, utraque præmissa negatur: major quidem, quia partes presuppositas non agens naturalem, sed artificiale unit, quare ea unio non est naturalis compositione; nec sequitur, quod dpar-

tes ipsas producat, si eas non presupponit; transmutatione enim subjecti presuppositi formam educit, & totum producit;eductio enim non est productio illius, quod educitur, cum id non ponat immediatè sub esse, sed ponendo immediatè in materia formam, quæ educitur, ponit sub esse totum ex materia, & forma; quia, ut saepe dictum est, forma non tale est ens, cui possit immediatè existentia communicari. Hinc patet falsitas minoris, quod nempè tantum, & præcise compositionem faciat agens naturale, transmutando enim presuppositam materiam, & compositionem facit ex ipso, & forma, & totum producit.

150 Arguitur sextò: Si non præcedit in materia iunctavitum formæ, non potest explicari, quare per motum naturalis agentis non sit quodlibet ex quolibet; sed id debet salvare: ergo. Patet minor, tamen, quia id habet expressè Philosophus; tamen, quia videmus, quod ex faba non triticum, sed faba nascitur. Hoc argumentum non magis nos, quam ipsum premit; non enim unam tantum formam, sed multas præcontinet quilibet portio materiae: à quo ergo ipse dicat eam determinari, ut sit hujus potius, quam illius transmutationis subjectum, ab eodem nos determinari dicimus. Resp. itaque neg. maj. eis enim non fiat quodlibet ex quolibet,

non id ipsum significat transmutationis subjectum; hoc enim cum ipsa sit materia, quae ex quidditate sua omnes formas continet, & ad omnes est transmutabilis, hoc sensu ex qualibet portione materia potest qualibet forma educi, & quodlibet ex quolibet fieri: significat ergo illud esse, quod materia ante transmutationem habet in alio composito; & quia per unamquamque formam determinatas habet affectiones, quibus ad aliquam transmutationem determinatur, ideo non quodlibet ex quolibet fieri dicitur, sed ex determinato subjecto, habente nempè affectiones, & dispositiones, quibus ad hanc transmutationem determinatur: non ergo, quia ipsa præcedit forma. Adde, quod per rationes semifinales determinatur etiā materia ad agens, & transmutationem; tales autem non ipsam esse formæ essentiam, jam patuit in præcedentibus.

## ARTICULUS III.

*An formæ educantur, & quæ?*

§. I.

*Explicatur, quid est educatio.*

+ 251 **T**ota difficultas hujus articuli in hoc consistit, quare operosius aliquando explicandum erit: itaque veteres

Philosophi ignorantes creatio nem, ut per se notum suppon bant, quod ex nihilo nihil fit; no viores autem supponunt quidem quod ex nihilo potest aliquid fieri, nempè per creationem; qd tamen creatio requirit virtutem infinitam, supponunt pariter quod ab agente creato nihil potest de nihilo fieri: omnes ergo querunt aliquid, de quo formari; & quia ipsa est in entitate impartibilis, aut tota præcedit materia, & sic educio est ejus de tectione; aut omnino non præcedit & sic non educitur. Has ergo du philosophadi vias tenuerunt antiqui, & in alteram ex illis moderni declinant, qui à sententi Philippi recedunt, nempe, negant educationem, aut pondus formarum latere in materia.

252 Alterum itaque extrimum tenuit Plato, ut refert B. D. q. 3. de esse, & essent. qui ne posset, formas de nihilo sui fieri posuit, eas in generatione ab idee derivari. Hunc modum varie quentes explicarunt; Avicenna enim tenuit, quod à Deo prout prima Intelligentia, ab ista cunda, & sic deinceps usque ad infimam, cuius esset Cœlos mundus, & formas immittere, quod proinde vocavit Coeloden, id est, formatum datrium; Themistius, & Alpharab. posuerunt quod generata ex semine simili, ut equus ab equo; generata vero ex putrefactione

ab agente separato, nempè à Col-

chode, sive datore formarum; Moderni Atomistæ, & Cartes educationem quidem negant, formam autem dicunt entitativè à materia indistinctam, ejus nempè configurationem, sive in figura, & situ partium dispositionem. Alterum extrellum tenuit Anaxagoras, qui posuit, formas non fieri, sed in materia latitare, & per motum agentis detegi, & hoc esse aliquid generati, formam nempè, quæ in alvo materiæ latebat, veluti ad extra deduci, & sic educi. In hunc modum inclinat sententia Resolutiæ, precedente explicata.

<sup>253</sup> Medium inter hæc duo tenet sententia Philosophi; ponit nempè, medium debere accipi interens, & nihil, & hoc est ipsa materia, quæ non est quidem ens simpliciter, & in actu, neque tamen de se non ens, sive nihil, sed ens in potentia, & entis simpliciter pars; quare quod fit, non de nihilo, sed de illo fit ente in potentia; neque proinde forma aut latib, & in ipsa erat materia; aut ab extra immittitur ab aliquo datore formatum. Omnes itaque viam ejus valde disseruntur, ut explicit, quid hoc quid dicitur ex ente in potentia fieri ens in actu educatione forme ex ipsa materia, in qua tamen non erat; quomodo nempè ipsa forma de non esse ad esse deducitur, non quidem creatione, & de nihilo, sed educatione, &

ex præsupposito subiecto.

<sup>254</sup> Primus itaque communior modus ponit, quòd eductio est fieri formæ dependentè à subiecto, ita quòd non solùm forma, sed ratio etiam, qua fit, in ipso recipiatur subiecto præsupposito. in hoc nempè differt fieri rationalis animæ, quod est creatio, à fieri aliarum formatum, quod est eductio, quòd nempe actio, qua fit anima, in ipsa anima recipitur, quare à materia non dependet, & anima ipsa potest in se sine materia esse; at verò actio, qua alia formæ fiunt, à materia dependet, & in ipsa recipitur, & ideo tales formæ sine materia esse, aut fieri non possunt; quare hæc eductæ dicuntur, illa creata. Sed in primis hoc non evacuat difficultatem, relinquunt enim, quòd ipsa forma de nihilo sui sit: si ergo eductio est fieri formæ, est est ejus creatio. Deinde: Aut actio sumitur causaliter, ut significet influentiæ agentis, & sic est in ipso agente; aut sumitur formaliter, ut dicit ipsum fieri, & sic est terminus prout ab agente; jam autem habitudinem ad agens æquè intelligimus in hac, & illa forma fundari, si hæc sit, quamvis magis ista, quam illa forma à subiecto dependeat: non ergo magis ista, quam illa actio in materia recipitur.

<sup>255</sup> Secundus modus, quem tenet Illustrissimus Palanco, docet, educationem esse fieri formæ

dependenter à materia ex indigentia ipsius formæ non potentis de se esse , & quæ proinde de necessitate exigit materiam , à qua veluti substentetur , ut in esse ponatur ; & quia rationalis anima non ita exigit materiam , cùm ipsa possit in se sine materia existere , ideo hæc non educitur : ait ergo , quòd passivum , & receptivum sic sunt idem , quòd recipere non est de necessitate pati , seu causare materialiter formam ; nam materia recipit quidem rationalem animam , sed non eam causat materialiter , quia hoc super ipsum recipere addit substentare ex illa formæ indigentia . Hoc ita explicat , & probat : Materiam causare materialiter formam est illam substentare , & illi esse veluti basim essendi ; sed hoc tantum potest explicari per hoc , quòd forma in materia recipiatur ex indigentia ipsius formæ : ergo . Minorem sic ostendit : Imaginabimur namqe duo corpora super mensam , sed alterum , quod vivat , & non mensa indigeat , qua substentetur , ut manus , quæ licet super mensam esse videatur , non sic tamen , quòd , sublatâ mensâ , corruat ; alterum , quod mensa sic indigeat , ut cā sublatâ , non posse manere , v. g. vas : certè illud primum non substentatur à mensa ; beneautem hoc secundum : patet ergo , quòd ab altero substentari hoc tantum dicit , in illo recipi ex indigentia ipsius recepti ,

256 Sed hæc in primis explicatio difficultatem relinquit , enim eductio est fieri formæ , quæ sic dependeat à materia , tollit , quin de nihilo sui fiat . sus : Id explicat diversum utriusque formæ , quòd altera ritualis est , & potens se solam quare dicitur semisuppositum ; tera vero à materia dependet , que potest sine illa esse ; non tem ex hoc habetur diversitas , qua sit utraque forma . Præterea : Sicut causalitas formæ est informare , & perficere , causalitas materiæ est perficere , licet non sit præcisæ recipere ad modum , quo liquor in recipitur , hoc tamen addit tamen recipere , ut perficiatur , & hunc esse habeat ; at patet , quæ utraque forma perficitur , informat , & ab utrâque manifestatur : ergo utramque causaliter . Ulterius : Illam substentatio omnino committit ; neque enim materia causam habet activam , aut ab ea recipit formam ; at substantio dominium , & superioris substantantis significat , & substantato dare esse , quod non in substantia substantiæ accedit ; deinde , quia Deus substantiationem supplet , nou autem ostest causalitatem materialem , ergo potest materia intelligi substantiare formam . Adde , juxta Thomistæ esse est omnia forma : non ergo forma à me tegit

substantatur, & esse accipit, sed potius materia à forma.

Deinde his missis, non ex illa dependentia salvatur concepsus educationis: nam in prima rerum productione materiales formas non eductas, sed creatas esse, concors est Thomistarum sententia; sed tunc etiam illam habuerunt dependentiam, ea enim imprescindibilis est à conceptu materialis formæ: ergo ex illa dependentia non salvat conceptum educationis. Confirmatur: Formam educiri est juxta ipsum materialum exercere erga illam materialem causalitatem; sed ex quo in prima productione, atque in reliquis materia exerceat causalitatem sum erga formas materiales: ergo Rursus: Ea solum forma creaturæ, & non educitur, si tenet illa explicatio, quæ tantum habet in materia recipi, sicut recipitur anima rationalis, non verò ab ea dependere, ita quod posset sine ea esse; sed formæ materiales in primis productione non tantum recipiunt, ita quod possint sine materia esse, sicut potest anima rationalis: aut ergo eductæ sunt, quod nullus concedit Thomista; aut illa explicatio non salvat educationem.

257 Ad hoc responderet ipse Palanco num. 41. quod non per hoc praecipit, quod à subjecto dependat forma, explicatur causalitas materialis ad educationem requirita, sed ulterius requiritur,

quod tale subjectum presupponatur alia actione productum; tunc autem in prima rerum productione non presupponitur subjectum alia actione productum, sed ipsi formæ concreatum: et si ergo illam habeant à subjecto dependentiam formæ in prima productione, non eductæ, sed creatæ dicuntur. Rationem autem numeri seq. hanc assignat, quod formæ extrinseca suā indigentiā non petit subjectum presupponi, sed tantum, quod eo instanti, quo ipsa existere incipit, subjectum habebat, à quo substantetur; id tamen exigit, ex quo actio, quæ producitur, sit incompleta, subindeque à priori alia actione dependens, qua subjectum producatur, ex quo forma fiat: per hoc ergo eductiva constituit illa actio, quod subjectum ita presupponat.

258 Sed in primis, quod actio sit incompleta, non actionis, sed termini quidditas est, ex quo enim terminus, nempè ipsa forma, quid incompletum est, non potens se solo esse, aut fieri, exigit cum altero fieri, & sic incompletè, & ut pars facti ad actionem comparatur: si ergo forma materialis ex quidditate sua habet illam dependentiam à subjecto, vi cuius nequit se sola fieri, aut esse ex quidditate sua, & consequenter tam in prima, quam in aliis productionibus incompletè comparatur ad actionem, nempè non

ut factum, sed ut pars facti; quare si per hoc educatio constituitur, quod incompletè terminat actionem; neque enim alio modo potest intelligi actio incompleta, etiam in prima productione educta dici debet. Præterea: Si educatio est fieri formæ dependentè à subjecto, forma ad actionem, qua educitur, comparatur ut terminus completus; neque enim fieri formæ formaliter, & ex terminis alium terminum habere intelligitur, quam formam ipsam; quod si non formam, sed totum ex materia, & forma habet pro termino, non est fieri formæ, sed totius; jam autem actionem terminat complete, seu quod idem est, actionem completam, quod illi comparatur ut completus terminus: si ergo educatio est fieri formæ dependentè à subjecto, non in hoc consistit, quod sit actio inadæquata.

Deinde: Neque hoc admisso salvat intentum; nam in generatione vermis ex speciebus Eucharisticiis forma educitur, & vermis genitus dicitur: tunc autem illa forma non habet subjectum presuppositum, sed eo tantum instanti, quo ipsa existere incipit, sicut habuerunt formæ in prima rerum productione: aut ergo hæc non educitur, aut illæ educuntur; sed neutrum sententia Thomistica admittit: non ergo salvat conceptum educationis. Assumptum patet, quantum ad primum

quidem: quia tempore præcedente ad instans generationis est ibi quantitas sine materia, quæ proinde esse nequit subjectum educationis, hoc enim debet formam continere, & proinde sola materia est; quantum ad secundum dicitur, quia juxta Thomistas ne ad instans quidem potest materia sum: forma existere, etiam divinitus: ergo illa materia, quam Deus crebat pro educatione formæ vermis, pro nullo instanti potest formam præcedere, & consequenter illa forma non habet subjectum presuppositum, sed tantum in eodem instanti, quo ipsa est, sicut habuerunt formæ materiales in prima productione.

259 Alter modus, quem nostrí tenent Gavard, Villanova, & Manso, docet, educationem esse fieri formæ ex presupposito subjecto per motum, & transmutationem, ita tamen quod subjectum presupponatur ex indigentia agentis, & quod non sit ab ipso agente de nihilo productum; per has tres conditiones actionem constitui educationem, ita quod licet Deus aliquando materiam presupponat, nunquam tamen formam educit: priuò, quia tali materia non indiget sicut agens creatum: secundo, quia eam supponit à se creatam; & tertio, quia non agit per motum. Hinc colligit N. Manso, quod licet forma sic materialis dependens in esse, & conservari

materia, si tamen per eamdem actionem fit, ac materia, ea creatur, quia materia non generatio-ne, sed creatione fit; quare ea forma dependet quidem à materia, sed non ut à subiecto præsupposito; non enim præsupponitur, si fit per eamdem actionem. Colligi secundò, quod, licet forma fiat diversa actione, & materiam præsupponat, si tamen non dependet in esse, & conservari à materia, non educitur, sed creatur, ut pater in anima rationali. Colligit tertio, quod, licet forma fiat diversa actione, & dependeat in esse, & conservari à materia, si tamen non fit per motum, & disposi-tiones præviè alterantes materiam, non educitur, sed creatur, & eo formæ materiales in prima renum productione non eductæ, sed creatae sunt.

Hac omnia latè ostendit ci-tatus Manso ex P. Augustino, & primò ipsum adducit de Fide, & Symbol. cap. 2. ubi ita habet: *Carnali scilicet consuetudine vi-dentes fabros domorum, & struc-tus, & quoslibet opifices, qui, nisi adjuventur parata materia, ad effectum sua artis pervenire non possunt; ita etiam intelligunt Fabricatorem Mundi non esse omnipotentem, si Mundum fabricare non posset nisi cum aliqua ab illo fabricata natura tanquam mate-riæ adjuvaret.* En Deus Creator est, quia non indiget materiâ, qua adjuvetur, sicut naturales opifi-

ces: ergo in hoc consistit eductio, ut à creatione distinguitur, quod materiam præsupponar ex indi-gentia ipsius agentis. Rursus ibi-dem aliam rationem subiungens ait: *Quapropter rectissime credi-mus, omnia Deum fecisse de nihilo, quia etiamsi de aliqua materia fa-ctus est Mundus, eadem ipsa mate-ria de nihilo facta est.* Agens ita-que creatum eo educit, quia ma-teriam non à se, sed à Deo crea-tam præsupponit. Præterea, lib. 9. de Genes. ad lit. cap. 15. ita ait: *Natura quippè mulieris crea-ta est, quamvis ex virili, quæ jam erat, non aliquo motu jam existen-tium creaturarum.* En eo creata, quia non per motum: ergo hoc potissimè requiritur ad eductio-nem. Hoc ipsum probat ex B. D. quodl. 5. q. 10. & in 2. dist. 13. q. art. 2. ubi docet, & formas in-tentionales non educi, quia non per motum alterationis fiunt, quare in hoc ponit conceptum educationis, quod forma fiat per motum.

260 Sed hic in primis modus in eodem hæret luto; quandoqui-dem enim educationem dicit fieri formæ, aut aliiquid ejus debet po-nere, de qua ipsa fiat; aut fit de nihilo sui, & sic creatur. Præter-ea: Illæ conditions extra con-ceptum educationis sunt, & solùm indicant aut limitationem agen-tis, aut quidditatem formæ, con-ceptum verò educationis non nisi à posteriori, & per accidens. Rur-sus:

sus: Singulas consideranti conditiones patet de facili, quod eae non sunt de quidditativo conceputu educationis, sed de connaturali modo, quo talis determinata forma à tali determinato agente ponitur in esse: primò quidem, quod educatio fiat per motum, quod potissimum dicit, de facili patet, non esse de ratione educationis; distinguitur enim etiam physice, & realiter generatio ab alteratione, & alteratio est educatio formæ accidentalis, qua constituitur alterum; generatio vero in aliis ab homine, est educatio substantialis formæ, qua non alterum, sed aliud constituitur; jam autem forma quidem accidentalis motum terminat, non vero substantialis, ut ipse etiam supponit, quia nec contrarium habet, nec latitudinem gradualē successivè transcurrentem: non ergo est de conceptu educationis, quod per motum fiat. Quod si dicatur, non esse quidem de ratione educationis, quod sit motus, esse tamen, quod motum presupponat; tunc autem, etsi educatio substantialis formæ non sit motus, de necessitate tamen motum alterationis presupponit, & in hoc differt à creatione ejusdem formæ. Neque hoc subsistit: illa enim necessitas alterationis presupposita non per se est de ratione generationis, & educationis substantialis formæ, sed per accidens, eo quod materia est indisposita; posito enim, quod nullas habet

dispositiones confrarias, quādlibet quidem ipsa de se habet plenam, & proximam capacitatem ad formam, & ipsam formam continet statim ex applicatione agentis; transmutaretur, & educeretur forma, sicut de facto videmus a pulvere tormentario, quia vallis est ad formam ignis dispositus, statim sine praecedente alteratione disponente, ad parvæ scintillæ contum formæ ignis educitur; non ergo est de ratione educationis, quod per motum fiat, a motum presupponat.

Præterea: Etiam casu quæ materia debet disponi, quodam successivè, & per motum disponatur, non est de necessitate educationis, aut substantialis formæ educenda, sed ex limitatione agentis, quod non aliter potest disponere; quare si agens applicetur minus actuum, tardius disponit: si ergo agens applicetur quod in instanti, & sine ulla secessione possit disponere, siullo motu praecedente transmutabitur materia. Ratio autem est. Quia, ut bené ipse Manso, & ones Nostræ supponunt, materia quidditate sua, & independenter à qualibet dispositione potentia habet remotam, & proximam quilibet formam, & quilibet continet: si ergo à Deo creata materia sine omni forma, ut ceteri posse ipsi propagnare, hanc Deus posset ad quilibet formam transmutare sine ullo mo-

ut dispositione præcedente, quia illa transmutatio causalitas est effectiva, neque Dei virtus à dispositionibus dependet. Præterea: B. Doctor in 2. dist. 1. part. 1. q. 3. art. 1. de hoc ex instituto quzens docet, quod potest Deus unoquaque modo agere, aut creatione, & immediate producendo substantiam; aut alteratione, & immediate producendo accidens: illam ergo materiam sine omniforma creatam posset Deus sine motu disponere, & in instanti dispositiones ad quamlibet formam in illam inducere, & tunc aut ipsius Dei influentiâ, aut cuiuslibet agentis creati illa materia ad suam formam transmutaretur: quandoquidem ergo ista forma non ab extra adveniret, sicut advenire intelligitur anima rationalis, sed transmutatione ipsius materiae, in cuius potentia continetur, ea non creata, sed educita est, sine omni tamen motu.

Deinde: Altera conditio, quod nempè subiectum presupponatur ex indigentia ipsius agentis, ex proxime citato B. Doctoris loco patet, non esse de ratione educationis; nunquam enim Deus potest materiam indigere, aut eam presupponere ex indigentia; at potest non solum creatione, sed transmutatione etiam, & educatione agere: non ergo est de ratione educationis, quod subiectum presupponatur ex indigentia agentis. Præterea: Potest

Deus non solum de nihilo creare, sed etiam transmutare, & alterare presuppositum subiectum: aut ergo forma accidentalis exigit per motum fieri, ita quod aliter fieri repugnat, & tunc poterit Deus per motu agere; aut potest in instanti, & sine motu; & tunc poterit Deus materiam in instanti disponere ad cuiuslibet formæ educationem; & ex 1. sequitur, quod Deus potest formam educere; ex secundo autem, quod educatio omnino est independens à motu. Ulterius: Agere per motum ex necessitate, ita quod agens non possit aliter agere, arguit imperfectionem, nempe limitatam virtutem; agere autem per motum ex mera libertate, ita quod agens posset in instanti quamlibet resistentiam vincere, libere autem vult formam successivè, & partim inducere, nullam arguit imperfectionem: non ergo est, cat Deo negetur posse successivè, & per motum agere.

Tandem: Tertia conditio, quod materia supponatur per aliam actionem producta, requiritur quidem, ut totum sit genitum, nempe non de nihilo, sive habens esse post omnino non esse, sed de priori esse; non autem requiritur, ut forma sit educata: quia ergo educatio non habet proximo formaliter, & immediate esse existentia, ut inferius ostendetur, stat formam educi, & totum esse creatum, si nempe sub-

jectum, quod transmutari intelligitur, non prius intelligatur esse existentiae habere, quam formam; tunc enim, quatenus forma non ab extra immittitur, sed transmutatione, & de potentia subjecti, ea educitur; quatenus autem esse existentiae non prius aliquod esse presupponit, de omnino non esse illud totum est, & sic creatum; jam autem quod ita possit materia transmutari, quod non prius existentiam habeat, quam formam, & ita in prima rerum productione fuisse transmutatam, docuit nos supra P. Augustinus exemplo vocis, cuius forma de ipso est sono, non tamen sonus emittitur formandus, sed formatus; sic, ait S. Parens, formatam creavit Deus materiam, ita tamen quod formatam non de nihilo, sed de ipsa materia fecit; deinde ratione patet, quam ipse admittit Manso, quod neempè causalitas efficientis ab existentia dependet, & instanti aliquo mensuratur; forma autem, aut materia causalitas non ab existentia dependet, neque pro instanti, sed pro signo exercetur; in ipso enim generationis instanti totum ex materia, & forma ponitur subesse, pro priori tamen natura, & causalitatis ad formam exercetur causalitas materia: non ergo ut intelligatur transmutatio, oportet supponere subjectum existens, & alia actione productum.

261 S. P. Augustinus in ptio.

ri loco de Fide, & Symbol. agit contra Manichæos, qui ponebant naturam aliquam Deo coeteram, de qua factus esset Mundus quare ait, quod putabant, Deum non esse omnipotentem, nemo non potuisse Mundum formare nisi aliquid habuisset à se non factum, circa quod versaretur eius operatio, sicut rerum opifex non aliter possunt operari, quam circa presuppositam materiam; hoc autem, quod Deus materia non indigeat, & ideo sit omnipotens, sequitur quidem, quod omnipotens non est, aut Creatore agens, quod materiam indiget, non autem quod sit de quidditate creationis materiam presupponens ex indigentia agentis; quamvis enim materiam non indigeat, poterit illâ uti, & illam transmutare. Quod autem paucis interiecit subjungit, de nihilo Mundum creasse, quamvis de materia, quin materiam ipsam de nihilo crevit, ipse S. Parens hujus rationem addit, neempè ne quis putet contrariam sibi Scripturam esse, quem utrumque asserit, & quod de nihilo facta sunt omnia, & quod de informi materia; quare hoc turpe intendit, quod Mundum esse de nihilo factum, non tollit, quod difficultate de materia sint educta; et quo potius sequitur oppositum, quod de ratione educationis non est materia presupponere ab aliis agente, seu alia actione factum.

In altero loco de Genes. I.

*It. int̄endit S. Parens, quod An-*  
*geli potuerunt Deo cooperari in*  
*formatione hominis, aut etiam*  
*mūlieris, quantum ad hoc, quod*  
*est materiam præparare, corpus*  
*organizare, membra formare; non*  
*autem quantum ad hoc, quod est*  
*aliquid de nihilo creare; quare*  
*subiungit: Aliter ergo queritur,*  
*quemadmodū sit soporatus Adam,*  
*cōs̄t̄que ejus sine ullo doloris sen-*  
*sū corporis compage detracta sit;*  
*hac enim fortassis dicantur potius*  
*se p̄ Angelos fieri. Quod itaque*  
*creata dicatur natura mulieris si-*  
*ne interventu, aut cooperatione*  
*jam existentium creaturarum,*  
*nemp̄ Angelorum, nihil ad pro-*  
*positum refert, neque enim inten-*  
*dit S. Parens, quod eo creata est,*  
*qua non per motum, sed tantum*  
*quod à solo Deo, eo quod creata*  
*est; neque inde licet inferre, quod*  
*id tantum educitur, quod motu*  
*interveniente fit; ut namque jam*  
*patuit, creationi non eductio, sed*  
*generatio contraponitur, & stat*  
*scit sine eductione generatio, ut*  
*in homine, ita cum eductione for-*  
*ma totius creatio, ut in prima re-*  
*tum productione contigisse dice-*  
*re hoc ut inferius. Loca B. D. expen-*  
*demus §. seq. cetera autem ad*  
*difficultatem pertinent seq. art.*

162 X Nobis itaque pro expli-  
canda eductione præ oculis ha-  
benda est doctrina, quam habet  
Philosophus multis in locis, ex-  
presse autem, & data opera in 7.  
Metaph. text. 26. & 27. quo ita

concludit: *Manifestum igitur est*  
*ex dictis, quod substantia, qua est*  
*tanquam forma, non sit; congre-*  
*gatio vero, per quod dicitur, gene-*  
*ratur. Idem habet text. 32. ubi*  
*ait: Non autem de substantia so-*  
*lum ostendit ratio non fieri for-*  
*mam, sed de omnibus primis simi-*  
*litè communis ratio est, ut puta,*  
*quantitate, qualitate, & aliis præ-*  
*dicamentis; sit enim, ut puta, anea*  
*sphera, sed non sphera, nec as. In-*  
*tendit itaque Philosophus, quod*  
*agens non facit, aut producit for-*  
*mam, vel materiam, sed conjunc-*  
*tionem utriusque, vel totum ex*  
*materia, & forma. Ratio autem,*  
*qua jam in præcedentibus insi-*  
*nuata est, est manifesta: Fieri enim,*  
*seu produci est ponit extra causas;*  
*quare id sit, cui competit existe-*  
*re, sive extra causas ponit; jam au-*  
*tem forma non est ens simplici-*  
*ter, cui de se, & immediatè comi-*  
*petat existere, sed est entis pars,*  
*cui proinde connaturaliter, & se-*  
*condum propriam exigentiam tan-*  
*tum in toto, cuius est pars, & ra-*  
*tione illius competit existere: non*  
*ergo forma sit, aut producitur,*  
*neque debemus quærere aliquid*  
*ejus, de quo ipsa fiat, aut fieri ip-*  
*sius, sed tantum sit totum; quare*  
*aliquid hujus debemus suppone-*  
*re, & in fieri ipsius accipere edu-*  
*cionem formæ.*

X Hoc idem sape habet B. D.  
expresse autem in 2. distinct. 12.  
quæst. 3. art. 2. cujus verba vo-  
lumus ad longum subjicere; ait

## Disputatio III. I.

itaque: Omnes enim volentes lo-  
qui de factione forme tanquam de  
eo, quod sit per se, cum forma non  
habeat aliquid, de quo fiat, sed so-  
lum compositum habeat aliquid,  
de quo fiat, quia materiam preja-  
centem, de qua sit, qua est pars  
eius, vitare non potuerunt, quin  
ponerent vel latentiam formarum,  
vel aliquod inchoativum forme,  
vel, ut isti tradunt, aliquod pu-  
rum possibile, de quo sit forma, ne  
coegerentur ponere formam fieri de  
nibili. Ut ergo sensibilibus exem-  
plis utamur, videamus, quomodo  
sit forma sive substantialis, sive  
accidentalis. Nam communis op-  
nio omnium philosophantium fuit,  
quod de nibili nihil sit, quod ve-  
rum est secundum agentia natura-  
lia, quorum non est creare aliquid,  
sed facere. Videamus ergo, quomodo  
sit cera rotunda, & quomodo  
sit rotunditas in cera: faciendo  
enim ceram rotundam non oportet,  
quod habeamus aliquam ro-  
tunditatem extrinsecam, quam  
applicemus cera, ut faciamus eam  
esse rotundam; neque oportet, quod  
aliquid de rotunditate praecedat in  
cera, ex quo fiat rotunditas cera,  
sed sufficit transmutare ceram,  
& ex transmutatione ceræ possu-  
mus ceram non rotundam facere  
esse rotundam; & sicut est de ro-  
tunditate respectu cera, sic est de  
qualibet forma respectu materiae.  
Hæc B. Doctor, quibus non so-  
lum imaginationem excludit, qua  
reditur forma ipsa fieri, sed sen-

sibili exemplo docet, qualiter  
totum, & forma ipsa educitur.  
Sicut ergo in faciendo  
ram rotundam, neque rotundi-  
tem ipsam facimus, neque lati-  
tem, & præcedentem in cera  
trahimus, & quasi ad superficiem  
deducimus, sed ceram transmu-  
tam, & facimus actu talis  
qualis erat in potentia; ita in ge-  
nito non debemus in gene-  
tione accipere actionem aliqui-  
sive aliquod fieri terminatum  
ipsam formam, sed tantum  
præcessè transmutationem in  
materię, qua de potentia talis  
in actu talis; & hec transmuta-  
tio totius productio, ea ne-  
totum sit existens, & est for-  
educio, quatenus de eo, quod  
erat in potentia materię conser-  
vi, actu ipsam perficit. Quoniam  
notabimus, quod aliud est for-  
mæ mutatio, & transmutatio,  
licet non possit transmutationis  
mutatione, potest tamen muta-  
tione transmutatione accipi:  
tatio ergo formaliter, & ex-  
minis tantum dicit aliter se ha-  
re, quam prius; transmuta-  
tio addit, quod subiectum alii  
se habeat non ab extra acce-  
actu, quem non habebat, &  
aliter se habet, sed intrinse-  
quodam transitu: quando et  
materia intelligitur formam  
cipere creatione productam,  
ut contingit in generatione  
minis, & posset contingere,  
Deus de posse absoluto formam

materialem de nihilo crearet, & materia uniret, mutatur quidem, quia aliter se habet, non vero transmutatur; quando autem non creata formam, & quæ pro aliqua prioritate, etiam signi existentiam haberet, suscipere intelligitur, sed veluti intrinseco transitu, quam continebat in potentia, sit in actu habens, transmutatur.

**263** Ex his ergo primò possumus colligere, quid est formaliter educio, nempe non est fieri forma, sed fieri rei per transmutationem subjecti, seu per illum transitum, quo subjectum non ab extra actu accipit, sed de eo, quod erat potentia tale, & potentia formam continebat, sit in actu tale: ubicumque ergo id, quod ex hac subjecti transmutatione produci intelligitur, forma dicitur edacta; ubi autem non ita, forma dicitur creata; quia ergo in naturali generatione hominis, quamvis materia præparetur, & disponatur per actionem agentis naturalis, non tamen illo transitu formam, quam continebat in potentia, habet in actu, sed ab extra accipit, ea non educitur; similiter, quia in generatione vermis ex speciebus Eucharisticis materia Deo creata in instanti terminativo alterationis, non ab extra formam accipit, sed illo transitu, quam continebat in potentia, sit in actu habens, ista forma edacta dicitur: cetera ergo per

accidens se habent ad conceptum educationis, & hoc tantum debet attendi, illa nempè transmutatio, qua subjectum de continere in potentia transit ad habere in actu.

**264** Colligitur secundò, quod jam supra insinuavimus, non op̄poni creationi educationem, sed generationem; creatio enim est fieri, & sub esse ponī; non autemeductio, sed generatio est fieri, quare eductio formæ stat cum creatione totius: creatio ergo est fieri rei ex nihilo; notat autem B. Doctor, quòd ly Ex non debet accipi causaliter, quasi agens maleando ipsum nihil, possit inde aliquid facere, sed debet accipi ordinaliter, ita nempè quòd res creator, quæ accipit esse post omnino non esse; quare si forma ipsa fiat, ita quòd ipsa immediate existentiam recipiat, etsi fiat in materia, & constituat aliquod compositum, talis forma creature, quia, cùm sit indivisibilis, neque ipsa, neque aliquid ejus præexistit; quare cùm ipsa fiat, & existe re intelligatur, de nihilo sit, seu habet esse post omnino non esse; & ita sit anima rationalis: similiter si non forma immediate ponatur sub existentia, sed totum ex materia, & forma, ita tamen quòd materia non intelligatur præexistisse ad formam, poterit quidem forma de materia esse, quia tamen non de præexistente, illud totum ex nihilo habet esse,

sive post omnino non esse, & sic  
creatur.

¶ Generatio autem est fieri rei  
ex praexistenti subiecto; quare  
quando id, quod ponitur sub esse  
existentiæ, & fieri intelligitur,  
subiectum presupponit, quod  
praextiterit, sive pro aliquo priori  
existentiam habuerit, sive in  
se, sive in alio composito, id non  
de nihilo, sive post non esse in-  
telligitur habere esse; quare non  
creatum, sed genitum dicitur:  
quia ergo in generatione vermis  
ex speciebus Eucharisticis mate-  
ria, quamvis in eodem instanti  
terminativo alterationis, quo sub  
forma ponitur, intelligatur crea-  
ti, sic tamen intelligitur, quod  
ipsa sola actionem Dei terminat,  
quare sit, & sub esse ponitur, il-  
lud totum, nempe vermis genera-  
ti dicitur, & non de nihilo, sed  
de praexistenti materia fieri, quia  
esse existentiæ totius presupponit  
existentiam ipsius materiae, quam-  
vis non duratione aliqua præce-  
dentem. Notandum autem, quod  
mutatum esse facit instans, sicut  
moveri, & mutari partem tempo-  
ris; quare alicui poterit difficul-  
tatem facere, quod in eodem in-  
stanti terminativo alterationis  
ponatur duplex mutatum esse, al-  
terum, quo materia creaturæ; alte-  
rum, quo forma educitur, & to-  
tum ex materia, & forma sit exis-  
tens; duplex enim mutatum esse  
duplici debet instanti mensu-  
rati, neque potest duplex instans

accipi sine parte temporis inmediatam;  
quare necesse erit ponere partem pos-  
temporis inter creationem materialis  
& generationem vermis, instanti  
pro illa erit materia sine omni quendo  
forma. Hæc difficultas de fini se ter-  
solvit, notando ex infra 105  
cendis, quod tempus, & instantia  
duobus modis accipitur; aliud sub  
enim est tempus extrinsecus præexistens  
quod mensurat temporalia; aliud cre-  
verò tempus intrinsecum: p. quia no-  
mum facit motus primi Mobi  
& in hoc non est accipere dupli subiecti  
instans sine parte temporis in etiam  
dia; secundum autem facit motus quidem  
ipse rei mensuræ, & in hoc autem  
plex instans potest accipi, non dem pro  
duplex mutatum esse eidem anno, q.  
stanti temporis extrinseci respon-  
dens; si enim duplex mobile res, n  
mùl moveatur, non est inconveniens, quod utriusque mutatum esse; quod  
esse eodem mensuretur instantia aut  
temporis extrinseci, cuius tempus est, accipiemus diversa signa: in procula-  
posito ergo eodem instanti te dici pri-  
oris extrinseci, quod mensura loquac-  
mutatum esse terminum alterum, quodam  
tionis, est triplex mutatum etiam quod  
nempè alteratum esse, sive eductio ciborum  
formæ accidentalis ultimè dicitur  
ponens, creatio materiae, & generatio  
vermis, sive eductio substantia ut  
stantialis formæ; quare triplex existen-  
cipitur instans temporis intrinseci, ei-  
ci; & hoc ipsum in qualibet genitentia  
ratione debet accipi, nam alterum pri-  
gum esse eidem instanti respondetiori se  
temporis extrinseci, quo mensuræ di-

medicatur generatio; quamquam alio-  
parte posset dici, quod creatio non  
mutatio, neque creatum esse  
instanti mensuratur, propriè lo-  
quendo, cum non sit mutatum es-  
se, si terminus motus.

Ad propositum itaque  
quoties intelligamus rem ita po-  
sit, ut non sub esse, quod aliquid ejus  
secundum præxiterit, non poterit dici ea  
res creata, propriè loquendo,  
quia non de nihilo, seu de omni-  
tib[us] non esse, sed de præexistente  
subjecto fit: itaque Adæ, aut  
etiam Hevae formatio, propriè  
motu quidem formatio dicitur, creatio  
autem non nisi late; creatio qui-  
dem propriè dici non debet, quia  
actio, qua utriusque anima corporis  
respicit, & uterque sit exis-  
tens, non de nihilo, sed de præ-  
existente subjecto totum ponit in  
utramque; quare actio productiva ani-  
mam, ut etiam materię propriè crea-  
tio, factiva autem totius, quæ  
in proculdubio alia est, non poterit  
i te dici propriè creatio, seu de nihilo  
alterius factio; dicitur autem latiori  
modo quodam sensu creatio, non so-  
lo quia ipsas etiam partes Deus  
de nihilo creavit, sed etiam quia  
dicitur generatio dici non  
& potest; in talibus enim generatio  
non utcumque dicit fieri ex præ-  
existente subjecto, sed tali modo  
transfici, nempe quod sit origo vi-  
genientis à vivente: quia ergo pro-  
pter generatio dici non debet, la-  
tiori sensu dicitur creatio, & pro-  
pter dici debet formatio. Quan-

do autem res ita producitur, quod  
subjectum non intelligitur præex-  
istisse, quia esse habet post omni-  
tum non esse, de nihilo facta, & sic  
propriè creata dicitur.

Jam autem stat, quod subje-  
ctum non intelligatur præexistisse,  
& tamen forma de ipso sit sub-  
iecto, in cuius potentia præcon-  
tinebatur, & quod transmutatio  
ne sit in actu tale, ut existat: stat  
ergo totum creari, & tamen for-  
mam educere. Hoc antecedens jam  
suprà ostensum est, tūm exemplo  
S. Parentis, quod, quamvis for-  
ma verbi de ipsa sit voce, non ta-  
men oportet vocem præexistere;  
ut formetur; tūm deinde ratione,  
quia illa transmutatio, & causalitas  
materię non ab existentia de-  
pendet, neque pro aliquo instanti  
exercetur, sed pro signo, & prio-  
ritate naturæ, & causalitatis illius  
instantis, quo totum fieri intelli-  
gitur, & sub esse ponit; quare in  
illo utrumque habet, & transmu-  
tari, atque formam in actu habe-  
re, ad quam ex quidditate sua est  
potentia continens, atque insu-  
per existere, ita tamen quod non  
priùs existere, quam transmuta-  
ti, sed ē contra intelligatur; non  
enim creatur, ut formetur, quali-  
tèr existeret formanda, sed for-  
mata creatur, qualitèr transmuta-  
tur, & formatur, ut existat: patet  
ergo, quod educere in hæ trans-  
mutatione consistit, seu transitu  
materię de continere in potentia  
ad habere in actu formam; & hinc est,  
quod

quod eductio non est actio aliqua, in quo ferè omnes equivocantur, actio enim est fieri, & sub esse ponni; eductio autem de se, & formaliter non est fieri: non ergo est actio aliqua, sed actionis sive creativa, sive generativa, qua res sub esse ponitur, conditio, sive circumstantia aliqua, nempè illa subjecti transmutatio. Hæc oportuit latius expendere, quia hujus, & sequentis articuli difficultas tota ex hoc dependet,

## J. II.

*Proponitur, & probatur nostra sententia.*

266 **D**icendum primò: Omnes formæ materiales sive substanciales, sive accidentales connaturaliter educuntur ex potentia materiae. **H**æc est omnium in via Philosophi; dicitur autem connaturaliter, quia de posse absoluto posset Deus quamlibet formam sive substancialiem, sive accidentalem, sicut si ne omni materia conservare, ita de nihilo creare. Prob. ergo ex dictis Conclusio ratione, quæ ex B. Doctore colliguntur, & latius att. sequente expendenda erit: Formam educi est de potentia ad actum transfire per transmutationem materiae, in qua contineatur; sed qualibet forma materialis, si connaturaliter in materia

ponatur, ita ponni debet: Prob. min. Ipsa ex quidditate exigit ita ponni; sed si connaturaliter in materia ponatur, ponni debet juxta propriā exigentiam: Prob. maj. Ipsa exigit sic in materia ponni, quod ei coextendatur tota toti, pars parti materiae pondeat; sed ita ponni non possunt de ipsa materia per transmutationem ejus educatur: Patet maj. quia in hoc differt forma materialis à spirituali. Min. rem probat B. Doctor: Quia forma potest intelligi divisa, extensa præter quantitatem, aut quia recipit in se quantitatem, aut quia in quantitate recipitur, vel subjecto per se quantum aut tandem quia de subjecto bente partes educatur, ita quia tota ex toto, & pars ex parte; duobus primis modis non possunt de ipsa materia per transmutationem educari, & tertiis modo in esse ponni, nem per educationem, si habet divisionem & materiae coextendi.

Major patet, quidquid enim aliud à quantitate extendi intelligatur, & dividi, per partitionem à quantitate id debet bere, cum divisibilitas, & extensio sit essentia quantitatis; participare autem à quantitate solidi potest intelligi; aut immediata & sic, quia recipit quantitatem aut in quantitate recipitur; immediate ratione subjecti, & quia recipitur in subjecto per

quanto. Minorem ostendit B. D. Quia formæ materiali non competit recipi in subjecto per se quanto; sed aliunde neque recipi in quantitate, neque quantitatem in se recipere: ergo solum potest dividi, & extendi, quia ex materia educatur partes habente. Majorem ipse probat: Quia forma est per se actus materiæ, & materia per se habet formam recipere; quare quantitas nequit materiæ esse ratio, & causa recipiendi formam, neque formam recipit per se, ut quanta est, sed secundum nudam entitatem suam et eius per se subjectum. Minor deinde quantum ad primum de se patet, tantum enim formæ accidentales habent in quantitate recipi: quantum ad secundum latè probanda est in lib. de Gener. quod nempè quantitas passio est materiæ ipsi coœva; quare non forma convenit, & materiæ per formam, sed è converso ipsi materiæ, & per materiam formæ; interior ea ostenditur ex ipsa quiditate quantitatis, ea enim est totius activitatis expers, & quaë magis ad pati, quam ad agere conseruit: non ergo formam sequitur, aut illi de se convenit, sed materiam. Hanc rationem habet B. Doctor in 1. dist. 8. p. 2. q. 2. art. 3. & ex ea probat, animam rationalem spiritualem esse, & totum in qualibet corporis parte, quia nempè ea non educitur, nec aliter potest forma substantialis

Tom. II.

divisa, & materiæ coextensa intelligi; ea quidem ex dicendis dependet de subjecto quantitatis, sed in via B. D. valde est efficax, & non solum probat præsentem Conclusionem, sed etiam quod non aliter fieri possunt materiales formæ, si connaturaliter fiantur quare in prima rerum productione educitæ sunt, quia tamen solum probat de forma substanciali.

267 Probatur ~~Conclusio~~ Conclusio ratione generali: Forma materialis sive substantialis, sive accidentalis non est ens natum creari; sed aliunde realitas est subjecto suo superaddita: ergo exigit connaturaliter transmutationem ejus, & consequenter ex ipso educi. Major patet ex supra dictis, creari enim est fieri, & subesse ponni; forma autem materialis sive accidentalis, sive substantialis talis est realitas, cui de se non competit subesse ponni, nempè incompleta, & partialis. Min. nota supponitur ex dictis art. 1. conseq. autem eo patet, quia realitas subjecto suo superaddita non intelligitur sine ipsius subjecti mutatione, quod nempè aliter se habeat, quam sine illa; jam autem aut illam ab extra accipit, & sic ea creatur; aut intrinseca transmutatione transit de potentia ad actum, & sic ea educitur: si ergo talis forma creari non potest, de necessitate educitur.

268 Dicendum secundò: For-

Cc

mæ

mæ spirituales five substantiales, five accidentales, five naturales, five supernaturales non educuntur ex potentia subjecti. Hæc ratione generali quantum ad omnes suas partes eo ostenditur, quia forma spiritualis nulla intelligitur in esse poni transmutatione illa subjecti sui, & veluti intrinseco ejus transitu de potentia ad actum; sigillatim vero per singulas partes ostenditur breviter, quantum ad primum quidem de forma substantiali: Quia hujus subjectum est corpus organicum; sed in hoc talis forma non praecontinetur, alioqui ea non esset spiritualis: non ergo sit transmutatione ejus, sed ab extra immittitur. Rursus: Talis forma non dividitur cum corpore, aut illi coextenditur: sed si in ejus potentia contineretur, aut ex eo posset educi, illi deberet coextendendi, ut jam patuit: ergo. Præterea: Talis forma immortalis est, eo quod spiritualis substantia, & potest separata à corpore inanere: habet ergo de se proprium esse, & consequenter fieri; sed eductio non est fieri: ergo. Ulterius: Ad omnes formas, quæ in potentia materiali continentur, habet ipsa rationes seminales, & ex pariter in potentia activa naturalis agentis continentur, correspondet enim potentiaz transmutabili virtus activa transmutantis; sed talis forma neque sit secundum rationes seminales, neque in virtute ac-

va naturalis agentis continet ergo.

¶ Quantum ad secundum forma accidentalis spirituali onis naturalis, tales tantum si potentiaz animæ; hæc autem ipsam animæ essentiam naturæ sequela consequuntur, quare maliter fiant, quam ipsa anima; enim dat formam, dat consequentia ad formam: præter has aut considerabimus actus animæ intelligendi, & volendi, autbitus, qui per tales actus garantur; & actus quidem nouæ forma aliqua realis, cui eductio competit, sed motus intentionis ipsius animæ, quibus immutatio percipitur ab objecto causa; habitus autem, sicut & imitatio illa, seu species objecti, que effectivè causantur, sed tantum in genere causæ ad quamque in his accipitur vera, & specifica transmutatio; quare resultans quædam, quam actione dici debet talium inceptio; his autem latius in lib. de Anima. Quantum ad tertium de actionib; supernaturalibus, ut gratia, charitas, & similia, quidem ex potentia obedientiæ animæ, docet communis sententia Thomistarum, & quidem sequenter ad principia sua; enim tales formæ dependent subiecto, quare si eductio est nisi fieri formæ dependent subiecto, ex consequenter datur educi. Tales formas non

ci, sed creari, docet B. Doctor, & cum eo Discipuli; controversia ad Theologos pertinet; quare ad præens sufficiat rationem ex diuis breviter insinuare: Illa solum forma ex potentia subjecti educatur, qua in ejus potentia præconseretur, & subinde in re ponitur per transmutationem ipsius; sed non ita se habent accidentia supernaturalia: ergo. Prob. minor: Non enim possunt in naturali entitate animæ contineri, aut per transmutationem ejus in re ponit; sed potentia obedientialis ipsa est naturalis entitas animæ sub habitudine secundum *dici* transcendentali ad Deum Authorem Supernaturalem: ergo. Min. patet, neque enim alia est entitas, aut virtus animæ superaddita, ut suo loco probabitur, & ipsi admittunt Thomistæ. Consequentia autem nota est, sola enim transcendentalis relatio non potest facere unam continere, quod de se non continent.

169 Una tamen difficultas hinc oritur: Creari est fieri, & produci, & consequenter sub esse ponit, quare ea tantum creari diximus, quibus esse competit, & fieri, & quia hoc formis materialibus sive substantialibus, sive accidentalibus de se non competit, eas diximus connaturaliter creari non posse, debere que proinde educi; sed accidentia supernaturalia id ipsum habent, eo enim quod accidentia

sunt, non illis competit in se, & de se esse, & fieri: ergo. Ad hanc difficultatem posset primò dici, quod tales forma à Deo producuntur, non ut Author est naturalis, sed ut est Author supernaturalis, & in ordine gratiæ, quare non juxta statutum rerum ordinem, & rei factæ exigentiam. Hæc tamen solutio, quamvis videatur apparet, in sententia B. Doctoris nonnihil difficultatis habet: docet enim B. Doctor, & probabimmo in Metaphysica, quod accidentis non habet propriam existentiam aliam ab existentia substantiæ; haberet autem, si à Deo etiam supernaturaliter operante creatione, fieret, illam nempe, quam creatione acciperet. Dicil nihilominus potest, quod, quandoquidem non sit in se, & seorsim ab anima, sed in anima, quamvis non de ipsa, esse quidem creatione accipit, & sub esse ponitur, ut perficiat, non tamen aliud ab esse ipsius animæ; neque enim inconnit, quod creatione ponatur in anima, & sub esse ejus, ut ipsam perficiat.

Aliter secundò dici potest ad præcedentem difficultatem ex doctrina B. Doctoris, quam pro sequenti Conclusione notemus, oportet: Quod nempe educi quandam habet latitudinem, ita quod, et si aliqua forma propriè dici non possint educeræ, quia ex non transmutatione materiæ ponuntur in esse, & veluti de poten-

tia ejus, in qua continebantur, quia tamen ita de ipsa sunt, quod magis hoc fieri ad transmutacionem accedit, quodammodo dici possunt eductæ, sive adeductio nem reduci, & ita de intentionalibus, & artificialibus, sive modalibus formis discurrebit Doctor: similiter ergo in proposito dici potest de accidentibus supernaturalibus, quod nempè, quia illis non competit de se esse extra causas, & consequenter proprium fieri, ea simpliciter non creantur; quia tamen eorum ponit in re non de subjecto est, magis accedit ad creationem, quare dicuntur creata, & quo sensu hæc creata dicuntur, nempè latè, & quia magis modum habent creationis, quam educationis, accidentia spiritualia ordinis naturæ, quæ sunt formæ reales, ut habitus acquisiti, dici possunt educi, nempè latè, & quia magis modum habenteductio nis, quam creationis.

**270** Dicendum tertio: Formæ artificiales, sive modales, & intentionales propriè non educuntur, sed latè, & quodammodo eductæ dici possunt. Modales formæ dicuntur, quæ de se non sunt realitas aliqua, sed modus quidam, aut dispositio rei, v.g. figura qualitas dicitur de quarta specie, non tamen aliquid est quantitati superadditum, sed modus quidam ejus, & ita sunt multæ aliae qualitates, præter primas enim vix est aliquam reperire,

quæ sit physica realitas; intentionales autem ex dicuntur, quæ ne habent esse reale, sed representativum tantum, & intentionale, sunt colores in Iride, non enim ipsa ibi color est, sed quodammodo ejus representatione. Tercia itaque formæ propriè non dicuntur; siquidem fieri secundum hujusmodi formas non verum transmutationem significat, præceram fieri rotundam, non enim rotunditas aliqua est realitas, quæ potentiam contineretur in cera, ipsa per transmutationem facta rotunda; similiter nullæ in aëre realis transmutatione, quæ arcus formetur, & colores represententur: non ergo in his aliis accipitur, quod eductum dici possit, rotunditas enim ipsa est realitas ceræ sic se habens, & ita in modis: quia tamen ceræ fieri rotundam magis accedit ad modum aliquod educationis, quatenus agens de ipsa cera, & ipsam immutando facit rotundam esse; & similiter quodammodo illuminatio de ipso aere, ita in ejus dispositione facit illuminationem, quodammodo & latè accipiendo educationem, tales formæ dici possunt eductæ, & huius.

**271** Ex his loca B. Doctor omittit paf ad speciem opposita conciliantur ejusnam in 2. dist. 13. q. 2. a. 2. quemadmodum: An lumen de potentia mediorum sunt educatur? Resolutio est, quod En lumen de potentia medii noens, in educitur, cum intentionalia coherenter potentia materiæ non educantur, loyic

At verò quodlib. 5. q. 10. de hoc eodem querit: An intentiones causatae in medio educantur de potentia materiae, vel de potentia sui subjecti? Resolutio est affirmativa; & quia arguebatur in contrarium, quod quæ non sunt de nihilo per creationem, educuntur de potentia subjecti; tales autem formæ non sunt per creationem, §. Ad id verò, ita habet: Ad id verò, quod objicitur, quod tales formæ non sunt per creationem, dici debet, quod illa sunt per creationem, ubi tota ratio facti est punitia facientis: ita quod si requiritur in talibus potentia passiva, hoc non est ratione facientis, quasi ipsum faciens presupponat aliquid, quod non sit effectus ejus, realiter facti, ut quod forte factum est tale, quod indiget suscep- tio, sicut gratia indiget anima, dum aliqua alia intellectus natu- ra: nihil est ergo per creationem, do ubi agens presupponit aliquid, quod non sit effectus ejus. Genera- tio, ita ergo formarum intentionalium non est per creationem, neque in nostraribus tota ratio facti est potentia facientis, quia agens in produc- tione, hujusmodi formarum presup- ponit passivum, quod non est effec- tuus ejus; & hoc sufficit ad des- querendum, & ad probandum, quod medianum sunt talia per creationem.

En ex instituto de hoc quæ- i nos, in priori loco negativè, in ia posteriori respondet affirmativè, in solvit argumentum in contra-

rium, quare sibi videtur contra- rius. En item locum, in quo se fundat N. Manso, quatenus nem- pè de ratione creationis ait Do-CTOR, esse, quod non presupponat subjectum ex necessitate agentis, sed tantum ex necessitate ejus, quod fit; & rursus, quod non presupponat subjectum ab alio agente causatum: ergo à contra- rio de ratione educationis est utrumque oppositum, & quod subjectum presupponat ex neces- sitate agentis, & quod illud pre- supponat ab alio agente, & alia actione productum. Sed hoc in primis ex ipsa patet litera inde non colligi; tantum enim ait inde deduci, quod talia non creature non verò inde sequitur, quod educuntur: imo intendit Doctor, ut mox patet, quod ea, de qui- bus loquitur, non nisi latè, & im- proprie dicuntur educi: quando- quidem ergo creationi non edu- cito, sed generatio opponitur, ut jam patuit; ex quo hoc sit de ra- tione creationis, sequitur, quod ejus oppositum est de ratione ge- nerationis, non verò quod est de ratione educationis.

272 Deinde sensus Doctoris ex jam dictis patet, quod nem- pè ubi negat tales formas educi, lo- quitur de educatione proprie, & quæ est per realem transmutatio- nem, qualiter educi competit for- mis materialibus; quando autem educi affirmat, loquitur in latiori acceptione, & qualiter educi di-

citat quidquid utcumque est de præsupposito subjecto. Quòd autem hæc sit mens ejus , satis in utroque loco declarat : in priori enim non solum in illo articulo 2. probat non educi, primò, quia siue reali transmutatione ponuntur in esse; secundò, quia immaterialiter recipiuntur ; tertio , quia non habet contrarium ; & 4. quia possunt in instanti induci ; quæ omnia indicant, eam tantum educationem negare , quæ hoc modo fit ; sed insuper sequente dub. latet. querit : An aliqua sit similitudo in generatione formarum realium, & intentionalium ? Respondet affirmativè, quia, et si non propriè istæ , & illæ formæ de potentia materiæ educantur, aliquando tamen intentionales, sicut reales , de præsupposito subjecto fiunt; quare concludit: Lumen ergo non propriè educitur de potentia medii illuminati , sed gignitur ex corpore illuminante in corpore illuminato ; nisi quis sic vellet loqui largè de potentia medii , quia quamvis fiat sine transmutatione medii , tamen de necessitate habet fieri in medio, & de necessitate ibi requiritur potentia medii recipientis : ut in hoc habeat aliquam similitudinem lumen ad medium cum formis eductis de potentia materiæ ad materiam. En proprio negantur educitæ , cum quo stat , quòd largè accipiendo educationem , & ex aliqua similitudine dici possint educitæ.

In altero loco quodlibet resolutio ita habet: Dicendum intentiones educi de potentia subjectiva mediis, in qua erant quæ ante sui productionem , minus men , quam formæ alia materiales , nempe istæ sunt in potentia materiæ contentiva , & immutabili ; intentiones autem tum sunt in potentia materiæ receptiva , quia in ea possunt fieri modo est etiam ratione anima : hoc ergo intendit , quæ intentiones non educuntur propriè , sicut formæ reales , cunctur tamen quodammodo pertinentis non creantur , & ab immittuntur , sicut anima rationalis; quare earum generationis assimilatur generationi , est per educationem realis formæ quam quæ est per creationem infusionem rationalis animæ ; de post verba superius additum. 271. ita prosequitur: de menta etiam in oppositum non clidunt ; nam cum dicuntur , talia fiunt sine transmutatione materiæ , non propter hos creditur , quòd nullo modo educuntur de potentia materiæ , & quod modo materia habeat rationem causalitatis respectu talium marum ; sed solum arguitur , tales formæ non sunt sic in potentia , sicut formæ reales , cunctur in esse cum transmutatione materiæ: propter quod non sicut citèr , & per omnem modum sunt dici intentionales formæ

educi de potentia materiae; respectu tamen formarum realium, eo quod non sunt simpliciter in potentia essentiali materiae formae intentiones, sicut reales, possunt dici de potentia materiae non educi. Patet itaque, cum, quod tales formæ propriæ non educuntur, sed quodammodo, seu ex quadam similitudine dici possunt educi; cum, quod educatione propriæ, & simplicer loquendo, in illa transmutatione consistit, qua materia translatum ad habere in actu formam, quam in potentia continebat.

## §. III.

*Solvuntur Argumenta.*

**C**ontra primam Conclusionem, de qua potissimum intenditur, nonnulla obicit P. Saguens, ut ostenso, quod impossibile est formam educi, paret inde, eam non esse realitatem absolutam materiae superadditam; itaque dialog. 4. num. 18. sic discurrat: *Materia considerari aliter non potest, quam aut in ratione entis absoluti, aut in ratione entis respectivi; in priori consideratione nihil aliud est nisi ens creatum tale, nemp̄ materia, distinctum subinde a spirituali, quam distinctionem, sicut & constitutionem in propria tatione habet pro priori ad omnem formam, nisi quod in illo*

ente possumus considerare formam objectivam, & metaphysicam materialitatis, qua est hoc tale ens, & à spirituali distinguitur, sed de tali forma nunc non agitur; ferè autem annuente Pazzio, duo subjungit, alterum, quod ex materia sic absolute considerata deberet educi forma; alterum, quod ex ea sic accepta educi non potest: primum sic ostendit: *Materia sub consideratione entis respectivi est materia mere objectiva, quæ per conceptus nostros comparatur ad formam ex ipsa educibilem; desideratur autem pro educatione materia physica, ex qua forma physica physicè educatur, quæ solùm esse poterit materia absolute spectata.* Alterum, quod nempe ex hoc non posse formam educi, eo veluti notum supponit; quia in ente, quod ita omnino materia est, quod nihil est nisi materia, non potest esse aliquid formæ, immo neque aliquid respectus ad formam, quod pro educatione requiritur.

Ad alterum itaque accidens extrellum ostendere pergit, cum quid est materia sub consideratione entis respectivi; cum, quod ex ea sub hac acceptione non potest forma educi: materia quidem sub consideratione entis respectivi nihil est nisi potentia receptiva, & subiectiva objectivè considerata cum ordine ad formam; nunc autem arguit, quod concensus ille receptivus non sufficit ad ratio-

rationem educationis salvandam: nam educi est subjecto, & in subiecto recipi duo sunt plane diversa; educi nihil est nisi extrahi; recipi nihil est nisi introduci, quæ sunt plenè contraria: ineptus ergo est modus loquendi Aristotelicus; quis enim diceret, vinum est lagenæ educi, quando immittitur? Lagenæ per educationem vini evanescatur, per immissionem repletur; quo patet, quantum eductio, & receptio inter se distant.

**274** Hoc argumentum longo verborum apparatu difficultatis nihil habet; totum enim in præjudicio nititur, quo non vult arguens à sensibili abstrahere, quare tam materiam, quameductiōnem accipit aliquid, quod sensu attingitur. Resp. itaque, verum quidem esse, quod materia illis duobus modis accipitur, nempè absolute, aut respectivè; sed nec absolute est aliquid ens creatum, sed entis creati pars subjectiva, & potentialis, neque respectivè est objectiva comparatio ad formam, sed illa eadem partialis realitas, quæ se ipsa transcendenter, & intransitivè modum habet relativi, eo quod potentia alicujus est potentia, & pars partem supponit: deinde educi non est, ut ipse imaginatur, aliquid inde extrahi, ubi occultum erat, sicut vinum est lagenæ extrahitur, sed est subjectum transmutari, & de potentia tali fieri in actu tale, & proinde habere in actu, quod

priùs non habebat nisi in potestate: ad utriusque ergo partitionem patet de facilis; ad prem quidem, quia si non regitur ad educationem, quod prima præcedat actu in materia, requiritur, quod actu non prædat, materiam nihil esse nisi materialiam; & nihil formæ habere in actu est ipsam esse congruum sujectum educationis, nempè esse permanentiam transmutabilem ad formam: ad posteriorem ita quia educi, & recipi diversa quidem sunt, non tamen oppositi recipi enim non est ab extra venire, sed perficere; quam autem aliud sit materialia transmutari, & à forma tale esse habet quippe ab anima rationali talis habet, non tamē ad ipsā transmutatur, non verò sic diversa suquia possint simili conjungi, unum ex altero sequi, ut quod transmutatione ad hanc formam illa perficiatur: non ergo sic educitur forma, sicut est lagenæ vinum, quod extractione alibi reportatur, ipso quare hæc extractio evacuatione.

**275** Arguit secundò: Formulus e substantialis ens est vere, & p[ro]p[ter]e; tonscè productum, atque ita vel ab essentiā nihilo sit, vel de aliquo, quotilibet, ab agente naturali sit; sed postea mus de nihilo fieri non possebet p[ro]p[ter]e; quid ergo est illud aliquid, sit, & quo sit? Aut materia, aut potentia materialia materiarum; neutrum autem nullum potest: quia id, de quo fieri inter forma, quando jam facta est, ex tanto,

per in ipsa tanquam pars ejus, sed neque materia, neque potentia materia manet ut pars formæ; ergo. Sed si suo vellet exemplo insistere, lagenæ non manet ut pars yini, quod ex ipsa extrahitur: non ergo subjectum, ex quo fit educatio, pars est illius, quod educitur, sed totius constituti ex forma educata, & ipso subjecto. Huic argumento bonus Jūdex reponit D. Philalletes, nullies se hoc audiisse argumentum, vidisse tamen neminem, qui bene responderet.

276 Utique ita est, crambem, ut ajunt, nullies recoctam iteratò reponit, quod tamen probitione urget valde debili P. Sa-gens; non enim, ut jam diximus, id, ex quo forma educitur, pars est ejus, quod educitur, sed totius educatione formæ constitu-ti. Argumentum ergo illud idem quo præcedente articulo nititur sententia de inchoativo for-mæ; ad quod, ut ibi dictum est, neg. maj. quod nempè forma fiat, aut ipsa sit ens productum; pro-actio-  
duci enim est sub esse ponit; quare male monita.

277 Sed certe, non quia ma-le munita sunt, sed quia munitio-nes ipse consingit, quæ proinde debilissimæ sunt, coactus est re-liquisse. Itaque eodem hoc clau-dicat pede, ac præcedens; suppo-nit nempe, quod forma sit. Ad formam ergo neg. maj. Ad prob. ejus neg. conseq. & ad rationem subinductam neg. suppositum, quod in generatione fiat forma;

Si enim ipsa sit, utique non educitur, non enim transmutatione subjecti, sed productione de nihilo fit. In prima ergo rerum productione de materia sunt formæ materiales, & sic educitæ, ut seq. articulo probabimus; totum autem in illa productione creatum est, in sequentibus genitum; quia in illa non de præexistente subjecto educitur forma, quare totum habet esse de nihilo, sive post omnino non esse; in aliis autem productionibus præexistens materia transmutatur; quare totum fit de præexistente subjecto, & habet esse de priori alio esse.

*f. 279* Arguit quartò num. 27. & sequentibus: Si forma educitur ex materia, non potest esse primum rei genitæ principium; at si ea datur, primum principium est: ergo non educitur. Maj. de facili ostenditur: Nam si fit ex alio principio, erit quidem elementum, sed non primum, quod potest multis exemplis patere; sunt quidem lateres elementa domus, quia tamen ex terra ipsi sunt, & aqua, non elementa prima, sed secunda, & elementata dici debent: ergo pariter. Hoc item jam prius solutum est: præterquamquod enim non forma sit, jam dictum est suprà, prima principia ex aliis non esse tanquam ex partibus elementantibus, & principiantibus; hoc enim sensu principia sunt, nempe partes componentes; & quia lateres hoc sensu ex terra

sunt, & aqua, non elementata prima, sed elementata; at si forma non est ex materia: non tollitur, quin sit pars prima, pars non ex aliis partibus posita. Cetera ex dictis posse faciliter solvi; omnia enim quid querunt, de quo forma quare ea prætermittimus.

## ARTICULUS

## IV.

*An formæ materiales in primorum productione educitæ fuerint de potentia materiae?*

*g.* I.

*Relatis sententiis, probatur conclusio affirmativa.*

*f. 280* **N**ON est ad rem sentis difficultas sensus, quem nonnulli intendunt in quibus est P. Alfonius, nempe in Epist. 2. Divi Petri 3. dicitur, quod Cœli erant per terram de aqua, & per aquam consistens; tenent, formas rerum educitas fuisse de priori, & in qua natura, nempe de aqua. Inquam, sensus non est ad positum; tunc enim datus, quod licet priori alia natura faciliter non de ipsis, sed de illa alia, & in controversia instituitur: ergo est: An forma, quam pri-

Habuit materia, ex ipsius potentia educta sit, vel de nihilo creatu-

<sup>ta</sup>

281 Prima sententia negat, in qua duplex est dicendi modus: alter tenet, tales formas neque fuisseeductas, neque potuisse educari à Deo Authore Naturæ. Ita communiter Thomistæ apud Pandectæ; & ex nostris tenent Gavardi, Villanova, & Manso: alter dicendi modus docet, non fuisse quidemeductas, potuisse tamen educari. Ita ex Thomistis Lerma, Froylanus, Joann. de S. Thoma; & hanc esse mentem Resoluti docet Eliseus hic. Secunda sententia affirmat, in qua pariter duplex est dicendi modus: multi enim docent, fuisse quidemeductas, potuisse tamen creari: alii communius docent siceductas, quod à Deo Authore Naturæ creari non potuerunt; quod enim de posse absoluto creari potuerint, certius est, quam quod possit in dubium verti. Hanc sententiam tenet Scotus, & Scotistæ apud Mastrum hic; ex aliis Rubio, Alfonsum, & communiter Doctores Societatis. Tertia sententia docet, formas Cœlorum, & incorruptibilium corporum creatas fuisse, formas vero elementorum, & generabilium fuisseeductas. Ita P. Suarez.

282 Nobis dicendum, quod forme Cœlorum, & elementorum in prima rerum productione eductas sunt ex potentia materiæ, ita

tamen quod creari potuerint supernaturaliter, & de posse absoluto, non autem à Deo agente, ut est Author Naturæ. Hæc tercia pars ex prima sequitur: Deus enim ut Author Naturæ se attemperat exigentiis rerum: si ergo probabitur, quod tales formæ connaturaliter exigunt non de nihilo fieri, sed ex materia educari, patet inde, quod à Deo, ut Author est Naturæ, non aliter fieri possunt. Secunda pars patet item de facili: Quia de posse absoluto non sunt secundum connaturalem exigentiam, sed secundum Dei potentiam, & sufficit, quod creari, & immediatè accipere existentiam ipsis non repugnet; non repugnare autem clarius est, quam quod probatione indigeat: si enim accidentalis forma potest sine subjecto conservari, & immediatè in se ipsa esse habere, multò magis poterit substantialis forma in se immediatè esse suscipere, & sic creatione fieri.

283 Prob. ergo prior pars, quæ est intenta Conclusio, primò ex P. Augustino lib. 13. Confes. cap. 33. ubi ita Deum alloquitur: Laudent te opera tua, quæ habent initium, & finem; de nihilo enim à te, non de te facta sunt, non de re aliqua, non de tua, vel quæ ante fuerit, sed de concreata, id est, simul à te creata materia, qui ejus informitatem sine ulla temporis interpositione formasti: nam cum aliud sit Cœli, & terra mater-

ries, aliud Cœli, & terre species; materiam quidam de omnino nihilo, mundi autem speciem de informi materia, simil tamen utrumque formasti. En S. Parens distinguens inter Cœli materiam, & ejus speciem, nempè formam, asserit, materiam de nihilo, formam verò non de nihilo esse, sed de materia.

284 Hunc adduximus locum, quoniam ex eo N. Manso oppositam deducit conclusionem, quia nempè ait S. Parens, materiam, & formam simil esse à Deo, & esse utrumque concreatum, & quod factum est, & quod inde factum est: si ergo, ait, eadem est actio, quandoquidem materia non potest dici educta, sed creata, idem dicendum de forma. Quod autem ait S. Parens, formam de materia esse, respondet, quod S. Parens se explicat contra Adversarium Legis, & Prophetarum lib. 1. cap. 9. ubi ait: *Sicut à loquente sunt verba sonantia, ubi non prius vox informis post accipit formam, sed formata profertur; ita intelligendus est Deus de materia quidem informi fecisse Mundum, sed simil concreasse Mundo; non tamen inutiliter prius narratur, unde aliquid sit, & postea quod inde sit, quia, et si potest utrumque simil fieri, non tamē potest simil utrumque narrari.* Ex quo deducit, quod sicut loquens unā, & eadem actione vocem emittit, & formam, qua formatur, ita Deus eadem

actione materiam produxit, te uno formam; sed illa actio fuit mea creatio: ergo & forma.

285 Hoc idem multis in-  
cisis habet S. Parens, & eodem  
tur exemplo, quo solū in-  
dit, quod non materiam crea-  
Deus, quam postea format, &  
formatam creavit, ita tam  
quod materia de nihilo est, in  
ma autem de materia; hoc autem  
omnino non esse ad intentum  
conclusionis, imò nostram in-  
dere, patet de facili: primò  
dem, quia eadem actione utrum-  
que factum est, deducit ipse, quod  
illa actio est materialis creationis  
& formæ; deducitur autem  
contrarium: Sed illa actio non  
nihilo fecit formam: ergo non  
materiam. Deinde, ait S. Par-  
quod potuit utrumque simil  
ri, non autem potuit simil utrum-  
que narrari: sed si illa forma  
educta, sed creata est, aut  
potuit simil fieri, aut non potuit,  
sed debuit simil utrum-  
que narrari: ergo. Prob. mihi  
illa forma non educta, sed creata  
est, aut ita quod seorsim à ma-  
teria proprium esse acciperet, & ita  
ita quod simil cum materia unius  
acciperet esse, & unam termi-  
net actionem, sed utroque mo-  
de nihilo; sed priori modo, si  
dem aliā actione fieret, & ita  
esse haberet, neque simil fieri,  
que simil haberet narrari; pe-  
riori modo, sicut unum fieri  
nihilo haberet, ita deberet ha-

se non narrari; non enim aliter ferer, quām materia: si ergo vult S. Patens, quod non potuit simūl utrumque narrari, intendit, quod aliter, quām materia, ad illam actionem comparatur forma, & sic non de nihilo, sed de materia est, & per transmutationem ipsius.

Præterea: Quod omnino non de nihilo est, non potest dici creatum; sed formam illam dicit S. Patens non de nihilo, sed de informi materia: quamvis ergo totum ex materia, & forma, quia de nihilo est, creatum dici possit, forma tamen non potest dici creata. Ulterius: Educi ex terminis hoc significat de potentia subjectiva ad actum extrahi; sed formæ illæ, quippè non de nihilo, sed de materia esse S. Patens asserit, de potentia subjectiva ad actionem translata sunt, neque aliter possunt de materia esse intelligi, nisi transmutatione, & transitu ipsius materialis de potentia ad actum: ergo. Insuper: Forma, quæ creatur, aut concreatur subjecto suo, non de ipso est, sed de nihilo; sed formas illas dicit S. Patens a subjecto esse: non ergo creatæ sunt, aut concreatae. Patet maj. quia enim anima rationalis creatur est, nullo sensu potest dici, quod est de corpore, sed in corpore tantum; & quia totus homo de præsupposito subjecto est, absolutè, & in rigore non creatus, sed formatus dicitur; similiter,

quia in generatione veratis ex speciebus Eucharisticis, quamvis simūl cum forma, nempe in eodem instanti, creetur materia, forma non de nihilo est, sed de ipsa materia, non creata dicitur, aut concreata, sed educta: si ergo expressè ait S. Patens formas in prima rerum productione non de nihilo esse, sed de informi materia, non creatas intendit, aut concreatas, sed eductas.

Quod autem ait de concreata, non intendit, materiam formæ, aut formam materiae concretam esse, sed materiam toti, quod creatum est; ait enim in priori loco, quod Dei opera non de nihilo, sed de concreata materia sunt; in posteriori, quod Deus materiam concreavit Mondo: solum ergo intendit, quod non prius, & seorsim creata est, ut posslea formaretur, & ex ea res fierent, sed in ipsa re, quæ creata est, ut pars ejus, est simūl, & eadem actione concreata; quomodo autem stet, quod totum sit creatum, forma tamen educta, jam patuit suprà, nempe eductio non est fieri; quare fieri, quod est produc[t]io totius, de nihilo est, sive de nullo præexistente subjecto, & sic creatio; similiter, cum materia, & forma æque partes sint totius, quod creatur, cum materia, non autem forma concreata dicatur, quia, ut ait S. Patens, materia est de omnino nihilo, forma vero de informi materia. Patet

item ad rationem, quam intendit N. Manso: cùm enim ait, quòd Deus eādem actione materiam, & formam produxit, neg. suppositum; non enim materia, aut forma, sed totum producitur: simili-  
tèr, cùm dicitur, quòd illa actio materiae creatio est, hoc pariter negatur propter eamdem rationem; tandem hoc missò, cùm inde deducitur, quòd pariter dicendum de forma, neg. conseq. materia enim de nihilo est, quare toti, cuius est pars, concreata dici potest, licet non creara; forma autem non de nihilo est, sed de materia; quare licet àquè sit pars, non tamen àquè dici potest co-  
creata, sed dici debet educta.

X286 Hinc solutiones, quæ ad locum S. Parentis adhibentur, rejiciuntur de facili; nam primò aliqui respondent, qua etiam solutione utitur N. Manso, quòd illi's verbis: *Formam de materia esse*, denotatur quidem dependentia formæ à materia in ipso fieri, non autem ut à subjecto *ex quo*, quod ad educationem requiri-  
tur, sed tantum ut à subjecto *in quo*, quod pro eductione non sufficit. Hæc solutio in se ipsa apparet insufficiens; dependentia enim à subjecto *in quo* non facit de eo, sed tantum ipso fieri. Praterea: Rationalis anima à corpore de-  
pendet in suo fieri connaturali-  
tèr, & juxta propriam exigentiam; sed non poterit dici de cor-  
pore essa, sed tantum in corpore:

esse ergo de subjecto non signi-  
cat dependentiam ab eo tanquam  
à subjecto *in quo*. Ulterius: De-  
pendere à subjecto *in quo* tantum  
dicit necessitatem concomitantis  
subjecti, in quo forma recipiat,  
& quod ipsa perficiat, non autem  
dependentiam à priori, in quo  
contineatur; sed esse de subjecto  
amplius dicit, quám necessitate  
concomitantis subjecti: ergo. Pe-  
tit min. àquè enim forma depen-  
det à materia tanquam à con-  
comitante, quod perficiatur, & me-  
teria à forma tanquam à con-  
comitante, quod perficiat; & ideo  
forma etiam spiritualis ita de-  
pendet; esse autem de materia spe-  
ciale dicit dependentiam, quan-  
tantum habet forma, quæ in-  
continetur. Insuper: Depen-  
dentia à subjecto *ex quo* ultra depen-  
dentiam à subjecto *in quo*, per  
ipsos etiam Thomistas, hoc au-  
dit, quòd in priori dependentia  
subjectum non se habet ut parum  
recipiens, sed insuper materialiter  
causalitatem exercet erga me-  
mam, quæ proinde ex ipso emer-  
gere, & veluti erui intelligitur;  
sed formam esse de materia non  
pure significat in ipsa recipi: ergo  
non tantum dependentiam à sub-  
jecto *in quo*.

X287 Respondent alii secun-  
dò, formam esse de materia, &  
materiam esse subjectum *ex quo*  
non sufficere, ut forma dicatur  
educta. Ratio est: Quia educ-  
ta non intelligitur sine transmuta-

tione, & transitu subjecti de potentia tali ad actu tale; quod item non stat, quin tale subjectum sub privatione præcedere intelligatur; jam autem in prima producione, quamvis forma sit de materia, non tamen ita quod materia intelligatur sub privatione præcedere: non ergo ita est de materia tanquam subjecto *ex quo*, quod dici possit educta. Patet min. quia ait S. Parens, quod non plus Deus materiam condidit, quam postea formaret, sed formatam condidit.

+ 1887 Hæc solutio, quam cæteri ex Conimbricensibus defūmunt, primam in ipsis verbis S.P. habet instantiam: ait enim S. Parens, quod forma est de informi materia; informis autem est non formata, seu carens, & privata. Secondam in communi Thomistorum doctrina: nam in generatione vermis ex speciebus Euchariis educitur illa forma, & consequenter de materia est, quæ intelligitur sub privatione præcedere, apta & transmutari, seu transfire de tali in potentia ad tale in actu; sed pro nullo instanti intelligitur materia illa formam præcedere, esset enim sine omni forma, quod apud ipsos est impossibile: stat ergo materiam præcedere sub privatione, & tamen simul esse cum forma. Neque refert, quod respondeat Illustrissim. Palanco, præcedere nempè materiam in generatione vermis sub

privatione formæ, non quidem in se, sed in suo æquivalenti, nempè in quantitate, quæ motum alterationis, & dispositiones ad formam educendam recipit. Hoc, inquam, non refert: non enim ex illo æquivalenti forma educitur, sed ex materia: si ergo ipsa transmutatur, & transit de potentia ad actum, ipsa in se, & non in suo æquivalenti debet intelligi privationem habere. Præterea: Alteratio alia est mutatio à generatione, & eductione substantialis formæ; pro alteratione quidem quantitas materia æquivalet, & vices gerit substantialis subjecti, non autem pro generatione, seu eductione substantialis formæ: si ergo pro hac requiritur materiam sub privatione præcedere, in se illam privationem habet.

Itaque quamvis simùl, & in eodem instanti materia creetur, seu potius concreetur, quo est forma, naturâ tamen, & causalitate formam præredit; præcedentia enim causalitatis, & naturæ, quamvis realis sit, non est prioritas durationis, aut pro instanti, sive duratione aliqua, sed pro signo ejusdem instantis exercetur; at materia de sua habet quidditatem privationem formæ, nempè carentiam cum aptitudine: non ergo oportet duratione aliqua præcedere, ut intelligatur transmutari, & de privatione ad formam, sive de potentia ad actum transire. Ratio autem est, quia causalitas

tas materiæ, sicut etiam formæ neque ab existentia dependet, neque instanti mensuratur, ut jam supra patuit, & latius disp. seq. probandum erit; imo causalitatem efficientis causæ posse aliquando sine præcedentia duratio-nis exerceri, ipse docet S. Parens, & multis confirmat exemplis: Si pes, inquit, ex æternitate esset in pulvere, ex æternitate ei subesset vestigium, quod tamen à calcante factum nemo dubitaret; similiter, Sol, ex quo est, radium à se emittit, & ita in multis aliis: si-cut ergo in his radius à Sole, & vestigium à pede vere, & re ipsa procedit, quin pes, aut Sol pro aliquo instanti præcedere intelligantur; ita forma de materia est, & ab ipsa causatur, quin oporteat materiam pro aliqua dura-tione, aut etiam instanti præcedere, & in illo priori naturæ, & causalitatis ad formam, illius ca-rentiam, & privationem habet, de qua transire intelligitur, & transmutari ad formam.

¶ 289 Prob. secundò Conclu-sio ex B. Doctore in 1. dist. 8. p. 2. q. 2. art. 3. quo querit: An anima rationalis sit tota in qualibet parte corporis? Pro cuius ex-plicatione s. Et sicut forma, do-cet, quod forma, quæ non est ip-sa extensio, solum poterit intelli-gi extensa, ex quo recipitur in subiecto per se extenso, aut quia sit ex subiecto per se extenso; quidquid enim excedit partis

cipatione quantitatis, aut ex-ditur, quia recipit quantitatem aut quia recipitur in quantitate aut quia sit ex subiecto quanti-te affecto; non enim relinquere alius modus participandi quo-tatem: tunc autem recipere qua-titatem nulli formæ competit quia quantitas non est accidente quod sequitur formam; quare ei se materiæ coevam, & illius velo-ci passionem, docet B. Doctor & probabimus in de Gener. for-ma ergo solum poterit extensi-qua recipiatur in quantitate, ac quia sit ex subiecto quantitate affecto; at substantialis forma non potest in quantitate resi- neque etiam in materia media quantitate, aut ratione illius, et enim quod substantialis actus substantialia subiectum habere de-bet: solum ergo potest substancialis forma extensa intelligi, qui ex subiecto sit extenso, & habe-te partes, ita quod tota ex tota & pars ex parte sit Hanc doctri-nam repetit Doctor in Hexam. p. 1. cap. 7. ubi ita ait: Ad evi-dentiam sciendum, quod ad ba-quod forma extendatur extensis materia, non sufficit, quod sit pre-fectio materie, sed requiriunt quod sit educta de potentia ma-terie. Ex hoc utrobius deducit quod anima rationalis non con-tendit materiæ, quia ex ipso non sit; ex hoc autem non le-ter presens Conclusio probatur.

X Ratio sic formatur: Forma

materiales in prima rerum productione factæ sunt juxta connaturalem earum exigentiam; sed ipsi exigunt ex materia educi: ergo. Patet maj. Deus enim ut Author Naturæ juxta rei factæ exigentiam operatur; ubi autem non juxta rerum exigentiam, non ut Author Naturæ, sed de suo abso-luto posse operatur. Prob. min. Formæ materiales connaturaliter trahunt materię coextendi; sed non possunt, nisi ex materia educantur: ergo exigunt ex illa educi. Patet maj. in hoc enim forma materialis à spirituali differt, quod spiritualis tota est in qua libet subjecti parte, quare ipsi non coextendit, materialis ve-torū est in toto, & pars in parte, quare ipsi coextendit: si ergo natura sua id habet, hoc connaturaliter exigit. Min. item ceteris patet, non enim qui in quantitate recipiantur, possunt extendi, cùm ipsa nudam materiam perticiant secundum se, & ut est substantialis potentia; neque item, quia quantitatem recipiant, cùm quantitas preintelligatur in materia, eo quod ipsi rorva, nec materia per formam, sed formæ per materiam quantitas coveniet.

190 Prob. tertio ratione, quæ termino à quo creationis posset desumti, sic formatur: Terminus à quo creationis est omnino non esse; sed formæ materiales in prima rerum productione

Tom. II.

non habent pro termino à quo omnino non esse: ergo. Patet major, quia hæc est quidditas creationis, fieri de nihilo; quare et si possit in aliquo fieri, quod creatur, non tamen de aliquo. Prob. min. primò, quia, ut ait S. Parrens, aliter materia, quām formæ comparatur ad terminum à quo, materia nempè de omnino nihilo, forma autem non de nihilo est, sed de informi materia: secundò, quia ex natura rei forma posterior est, & materiam prioritatem saltim naturæ presupponit; at sibi non competit seorsim, & se sola fieri: non ergo de nihilo, sed de ipsa materia esse habet.

291 Prob. quartò alia ratione, quæ ex termino ad quem creationis sic formatur: Terminus ad quem creationis est esse existentia; sed formæ materiales in prima rerum productione non in se accepterunt esse existentia: ergo non creatæ, sed educitæ sunt. Probatur maj. Quia creatio est fieri; sed fieri est extra causas ponit: ergo ejus terminus ad quem, sive formalis existentia est, sive esse extra causas. Prob. item minor: Quia illæ formæ in prima productione factæ sunt juxta connaturalem exigentiam; sed ipsi exigunt non in se existentiam suscipere, quippe lunc ens incompletum, & partiale, cui non competit fieri, aut existere: ergo. Confirmatur: Aliter debemus accipere fieri formæ, quæ de se potest in se esse, & tantum ha-

Ee

bet

bet in materia fieri, non vero in ea continetur, aut de ea est, ac formæ, quæ non potest connaturaliter in se esse, quæ in materia continetur, & de ea esse habet; sed prioris formæ fieri est creatio, & ita fit anima rationalis: ergo posterioris est eductio, & ita se habent formæ materiales in prima rerum productione.

292 Prob. quinto evertendo motiva contraria sententiæ: Ideo tales formæ non sunt eductæ, quia non supponunt subjectum tempore præcedens, aut quia non sunt motu successivo, aut quia subjectum non supponunt ex indigenzia agentis; hæc enim motiva sunt, quibus contraria sententia nititur; sed nihil ex his est de ratione educationis: ergo. Probatur min. Eductio formaliter hoc tantum importat, quod sit transitus subjecti ad formam, quam in potentia continebat; sed sine illis conditionibus salvatur iste transitus: ergo. Patet maj. ex ipsis terminis: eductio enim hoc est, erui, & veluti extrahi ex visceribus subjecti; per hoc autem, quod subjectum intelligatur de continente in potentia transire ad formam in actu habendam, ipsa forma è visceribus ejus erui intelligitur. Minor jam patuit prædidente articulo; motus enim tantum in alteratione intervenit, eductio autem substantialis formæ à tota alteratione distinguitur; prædidentia subjecti pro ali-

qua duratione tantum requiri ratione motū; quod item subiectum præsupponatur ex indigenzia agentis, ipsius agentis conatio est, non autem formæ, actionis; si enim agens, quod teria non indiget, velit ipsa & ex ipsa formam eruere, produbio & forma educta crit.

## g. II.

## Solvuntur Argumenta.

293 A Rguit primò No-

Manso tripli-  
tatione ex suprà adducta anti-  
tate P. Augustini; prima ha-  
bitat Formæ Cœlorum cādem ad-  
factæ sunt, ac materia, coquuntur  
Augustinus materiam dicit  
creatam; sed actio factiva ma-  
teria est creatio: ergo. Secunda  
tio hæc est: Formæ illæ factæ  
à solo Deo; sed quod fit à  
Deo, fit per creationem: Minorem probatam supponit  
12. num. 8. & 9. ex P. Aug-  
usto; probationes autem eas  
quas jam suprà expendit  
quod nempe ad educationem  
quiritur materia præsupposita  
indigenzia agentis; Deus au-  
nunquam materiæ indiget: si  
semper creat, nunquam educit.  
Rursus: Licet Deus aliquis  
supponat materiam, semper  
men materiam à se de nihilo

qui tam; at de ratione educationis est  
materiam supponere ab alio  
agente, & aliâ actione produc-  
tam: ergo. Tertia ratio hæc est:  
Ea solum educuntur, que fiunt  
cum transmutatione; sed formæ  
Cælorum in prima productione  
factæ sunt sine transmutatione:  
ergo. Majorem probatam suppo-  
nit q. 12. num. 6. primò ex P.  
Augustino verbis supra datis,  
quod eo Hœva creata dicitur, &  
non educta, quia non aliquo mo-  
tu præexistentium creaturarum:  
ergo in hoc consistit educatio,  
quod fiat per motum. Secundò  
ratione B. Doct. nempè formam  
contineri in virtute activa agen-  
sis nihil est, nisi quod agens pos-  
sit transmutare per qualitates al-  
terantes: ergo eam contineri in  
potentia passiva materiæ, & ex  
ista posse educi, est materiam  
posse transmutari per motum, &  
qualitates alterantes. Minorem  
principalem probat, primò, quia  
quod fit a solo Deo, sit sine trans-  
mutatione. Secundò, quia ad  
transmutationem requiritur, quod  
materia præexistat tempore; sed  
in prima productione tempore  
non præcessit: ergo. Hanc majo-  
rem citat. q. 12. num. 7. sub si-  
nam eo probat, quia motus suc-  
cessivus essentialiter nequit in in-  
stanti fieri: si ergo educatio est mo-  
tus, de ratione ejus est, quod ad  
formam, quæ in instanti termi-  
nativo motus educitur, materia  
præcedat tempore.

294 Ad hæc omnia constat  
solatio ex dictis articulo præce-  
dente; quare breviter ad primam  
rationem dicitur primò, quod  
falsa est major, imo suppositum  
ejus, quod nempè materia fiat,  
aut forma, neque S. Patens ma-  
teriam dicit formæ concretam,  
sed toti. Secundò dist. min. Ac-  
tio factiva materiæ est creatio ip-  
sius materiæ, neg. min. est crea-  
tio totius ex materia, & forma,  
conced. min. & neg. conseq. stat  
enim, quod totum, quia non est  
de præexistente subjecto, creatum  
sit, & de omnino non esse, forma  
tamen educta, quia educio non  
est fieri formæ, sed totius per  
transmutationem subjecti, scilicet  
transitu de potentia continere ad  
habere in actu formam; jam au-  
tem non requiritur, quod subjec-  
tum præexistat, ut iste transitus  
intelligatur, sed eodem instanti,  
quo fit totum, materia transmu-  
tatur; quod est, ut ait P. Augus-  
tinus, formatam creari, ita tamen  
quod forma sit de informi mate-  
ria.

Ad secundam rationem pri-  
mò dicitur, quod ea est contra  
expressum B. D. articulum, nam,  
ut jam diximus, in 2. dist. 1. p.  
1. q. 3. art. 1. de hoc ex institu-  
to quærens triplici ratione pro-  
bat, quod Deus potest utroque  
modo agere, aut per transmuta-  
tionem, aut per creationem; si  
autem Deo sic agere non repug-  
nat, patet, quod sic agere debuit

In prima produc<sup>tio</sup>e, ne<sup>m</sup>pe juxta exigentiam rei facta: forma enim materialis, eo quod in potentia materie continetur, in se, & secluso respectu ad hoc, aut illud agens, exigit connaturaliter transmutatione ipsius materie deduci ad actum. Secundò, datis præmissis, neg. conseq. & suppositum ejus; hoc quidem, quia forma non fit, aut creatur; conseq. autem, quia stat totum creari de nullo præexistente subjecto, & tamen formam educit; quare licet, quod sit à solo Deo, creatione fiat, sequitur quidem, quod totum creatum sit; cum quo stat, quod forma sit educita. Ad probationes ex P. Augustino jam patuit suprà, quod non est de ratione eductionis, quod materia supponatur ex indigentia agentis; et si eam materiam non indigeat, si tamen velit eâ uti, & ipsam transmutare, formam educet. Rursus: Non opponitur creationi eductio; quare ex quo materia non indigeat, sequeretur ad summum, quod non generacione, sed creatione producat; cum quo stat, quod forma sit educita. Patuit similiter, quod non est de ratione eductionis, quod materia supponatur ab alio agente, aut alia actione producta; ad generationem quidem requiritur materia præexistens, & subinde alia actione producta, non tamen ab alio agente; neutrum vero ad eductionem requiritur, sed tan-

tum transmutatio materie, & transitus de potentia ad actu qui stat in instanti, & actione, rotum producitur, sive creante, sive etiam generatione.

Ad tertiam rationem in se su arguentis neg. major, ne transmutationem intelligitum phisice successivum; scilicet sola forma accidentalis citur, substantialis vero in instanti terminativo motus; genera enim mutatio est realiter diffœcta à tota alteratione præcedente; neque dependentia, aut conexio generationis, sive educationis substantialis formæ ad præcedentem alterationem est de ratione eductionis, sed ex necessitate agentis, quod propter limitatum virtutis suæ non aliter posse materia transmutare, quam sicut successivè, & paulatim disponendo; quare illa necessitas motus, & præcedentis alterantis est ad eductionem per adhuc, si nempe contingat, quia materia sit ad hanc formam posita, aut quod agens tam virtutis, quod possit in instanti disponere, in instanti, & sine ulteriore præsufficiione, aut motu transmutatione, & educetur formam, puta, si ab uno agente disponit natura materia, & posse quamvis. Quod si posita est, aliud agens applicet ab hoc secundo educetur formam, in instanti, & sine motu; educit quia ne ergo neque motus est, neque potest motu per se dependet, sed in primis

est transitus materia de potentia ad actum in ipsa præcontum, qui in instanti fit, & proculdubio in prima productione intervenit, cum formas dicat S. Parens non de nihilo esse, sed de informi materia. Ad primam prob. jam patuit suprà sensus, quem intendit S. Parens. Ad secundam ex ratione B. D. contra ipsum est antec. proculdubio enim res, antequam fierent, continebantur in potentia activa Dei; sed Deus non potest materiam transmutare per qualitates alterantes, juxta ipsum: contineri ergo in potentia activa agentis non est præcisè, quod agens possit alterando disponere, sed quod possit quoquomodo producere; quare pariter contineri in potentia passiva non est præcisè, quod materia possit per motum alterationis disponi, sed quod possit utcumque transmutari; quare neg. antec.

295 Arguit secundò idem, quod neque educi potuerunt formæ in prima productione, ex eadem doctrina: Quia ad educendum requiritur subjectum tempore præexistens; sed in prima productione materia non potuit temporis præexistere, tunc enim esset disp. naturaliter sine omni forma: ergo. Quid si ponatur, divinitus extitit esse omni forma, adhuc ex alio fonte capite tunc repugnat educatio; quia nempe nullam esset agens potens educere, cum Cœlum sit ipsum alterans. Hoc argumen-

tum codem nütur principio, & eamdem habet difficultatem, ac præcedens, quod nempe educio aut motus est, aut sine motu esse non potest. Dicitur itaque, quod falsa est maj. transmutatio enim, sive transitus materiæ de potentia ad actum in instanti exercetur, neque materiam requirit præexistentem, sed tantum naturam, & causalitate præcedentem, quod in codem instanti salvatur.

296 Arguit tertio N. Villanova: Modus operandi sequitur modum essendi ipsius operantis, quod principium sape assumit B. Doctor; sed modus essendi Dei exigit, quod non educatione ex aliquo subiecto, sed simplici creatione res produxit: ergo. Probad min. Creatura enim, quia non est ipsum esse, non habet primò communicare esse; unde oportet præsupponere ipsum esse aliquo modo, & non potest de nihilo agere; quare tangit, ut agat; sed Deus est ipsum esse per essentiam: ergo habet primò communicare esse, non præsupponit subiectum, ex quo educat, & consequenter semper de nihilo creat, neque tangit, ut agat, sed potius agit, ut tangat.

297 Resp. primò, quod illo principium tenet de agente creato, non vero de Deo; ubi enim agens habet determinatum esse, & gradum perfectionis, ad determinatum modum essendi sequitur determinatus modus ope-

randi; ubi autem agens habet esse, & perfectionem illimitatam, ad talem modum essendi sequitur nullum habere modum in operando, seu posse quolibet modo operari. Resp. secundò neg. min. Ad prob. ejus neg. conseq. solum enim sequitur, quod possit Deus primò communicare esse, seu de nihilo producere, & non indiget præsupposito subjecto, sicut indiget agens creatum; non autem ex hoc collitur, quin possit præsupposito subjecto uti, & illud transmutare; quod ut jam diximus, ex instituto probat B. D. in 2. dist. I. p. I. q. 3. art. 1. Resp. tertio neg. subillatum consequent. dato enim, quod semper, & per creationem agat, non ex hoc collitur, quin formam educat, cum hoc quippe, quod est rem creari, & de nullo esse præexistente subjecto, stat formam educi, ut sepe in præcedentibus dictum est.

298 Arguit quartò Illustrissimus Palanco ex Sacr. Text. quo dicuntur res creatione incepisse; sed in rigore debet accipi Textus, quando nullum est inconveniens juxta regulam P. Augustini: ergo quandoquidem nullum est inconveniens in eo, quod formæ dicantur à Deo creatæ, dici debet, quod in prima productione non educatæ, sed creatæ sunt. Resp. primò neg. conseq. ex quo enim res creatione incepint, non sequitur formas non esse educatas, quia enim educatio non est de præ-

existente, sed potest esse de existente subjecto, stat rem de nihilo ponit in esse, & habere existentiam post omnino non esse quod est creari, & tamen materialiam transmutari, sive transmutationem creari, & formam esse de informi materia, quod est educere. Resp. secundò neg. suppositione conseq. nempe inconveniens est formas dicere creatas in prima productione, scilicet illa productione à Deo est Authore Naturæ: quare juxta connaturalem rei existentiam; at forma materialis in potentia materiae consideratur: ipsa ergo connaturaliter exigit de potentia materiae, & transmutatione ejus ponit in esse, quare si aliter fiat, non connaturaliter, & à Deo Authore Naturæ: sequitur ergo, si dicatur creatæ, quod Deus in prima productione non operatus est ut Author Naturæ.

299 Arguit 5. idem: Ut forma substantialis educatur de potentia materiae, debet materia præsupponi existens ante educationem; in 1. verum productione non potest supponit existens: ergo. Pro mai. Ad educationem non sufficit materia in pura potentia objectiva; sed nisi præsupponatur existens, est in pura potentia objectiva: ergo. Hæc minor eo non supponit, quia per existentiam extrahitur ex potentia objectiva. Confirmatur primò: Ad hoc, forma educatur, debet mater-

supponi producta pro priori ad formam; sed in prima productio ne nequit ita supponi: ergo. Majorem notam supponit, & minorem probat primò; quia si materia supponitur producta, tunc productio formæ non est prima, sed secunda productio. Secundò, quia, si supponeretur producta, supponeretur existens, cùm productio det existentiam; sed priori ad formam nequit supponi existens: ergo. Tertiò, quia, si supponeretur producta pro priori ad formam, ad solum materiam terminaretur actio productiva; hoc autem implicat, cùm materia non sit ens aliquod se solo producibile. Confirmatur secundo: Actio productiva terminatur ad eandem existentiam rei productæ; sed materia pro priori ad formam nullam habet existentiam: ergo pro priori ad formam non potest terminare actionem productivam.

300 Rsp. neg. maj. Ad probat. n. g. min. & ad rationem ejus dicitur, quòd existentia utique constituit extra potentiam objectivam, sed non oportet præhavere, sed sufficit simili habere existentiam, ut intelligatur potentia subjectiva transmutabilis id formam. Hoc argumentum difficultatem continet, quam coquuntur deborare ipsi Thomistæ: In qualibet naturali generatione forma corrupti non existit in instanti generationis, nec co-

surgatur intrinsecè corruptio; res enim permanentes non desinunt intrinsecè, & per ultimò esse, sed extrinsecè, & per primò non esse; quare in instanti generationis non potest dici nūnc ultimò est forma corrupti, sed nūnc primò non est, immediatè antea erat: si ergo in illo instanti, quo educitur substantialis forma, & fit generatio, non est forma corrupti materia pro priori naturæ, & causalitatis ad formam educendam, neque habet formam corrupti, quæ illo instanti non est; neque geniti, quæ pro posteriori naturæ, & causalitatis educitur, sed à forma existentiam habet; nullam ergo habet existentiam in illo priori. Quod itaque de hoc generationis instanti ipsi dicere coguntur, nos dicimus de primo creationis instanti, quòd nempè pro illo intelligitur materia non præexistens, sed coexistens formæ, quia illa prioritas naturæ, & causalitatis non existentia est, auctoritatis, sed signi; quare est materia existens, & extra causas, non tamen præexistens, quia illa prioritas non est existentia.

301 Ad primam confirmationem responderet Scotista, quòd productione completa, & pro aliqua duratione nequit materia formam præcedere; hoc autem non requiritur ad educationem. Ad primam prob. quòd si supponatur materia actione completa producta ante formam,

tunc eductio formæ non esset prima, sed secunda producio, quia tamen tantum actione incompleta prælupponitur, productio formæ non secunda est, sed completa primam totius productionem. Ad secundam prob. quod supponeretur materia existens incompletè partiali existentia, quæ sibi de se competit. Ad tertiam, quod ad solam materiam terminatur actio productiva inadæquate, & tanquam ad partiale terminum, non autem adæquate, & tanquam ad terminum totalem; & hoc secundo modo ipsa non est se sola producibilis. Similiter ad secundam confirmationem, actio productiva terminatur ad dandam existentiam proportionaliter, nempe actio totalis, & completa dat totalem existentiam, inadæquate autem dat existentiam partiale, & inadæquatam; tunc autem materia non convenit existentia totalis, & completa; quare se sola non potest terminare actionem totalem; quia tamen propriam habet existentiam partiale, & incompletam, actionem potest terminare inadæquatam, & partiale.

302 Hoc via nostris principiis non cohæret, quibus materia negatur actus entitativus, & propria existentia; quare non bene aliqui de Nostris in manuscriptis duplicem illam inadæquatam actionem adiungunt. Itaque, ut ait S. Patens, non materiam Deus

creavit, quam posse formam <sup>difficile</sup> sed formatam creavit; quare non quod est possit materia pro aliquo priori quendam ad formam intelligi, aut actionem, quæ nomen terminare, aut existentiam jeto, habere etiam inadæquate; quod enim sensu actionem terminata aut existentiam habet ante formam, existit, aut producitur in genere mandata. Deinde, ut jam supra dimicimus quæst. præced. producitur aut existentia incompleta aperte implicat: non enim possit, quod producitur, aut extra causas possit nimirum, partim intra partim extra causas intelligi vi productionis si ergo producitur materia, ut existentiam habet, tota ejus mactas extra causas ponitur; quod producitur, & existentia, quæ convenit, completa est; tale autem habere existentiam, ad terminare actionem Dei Authorum Naturæ est impossibile, cùm ipso non sit ens naturæ, sive nature produci, aut existere, sed eis pars. Hinc si dicatur, actionem dici incompletam, aut existentiam, non quia partim extra causas ponat, sed quia id, quod completè extra causas ponit, non est completum, sed incompletum, & partiale; neque hoc possit subsistere, jam pater: eo enim quod incompletum est, & partiale, non sibi competit connatur, nisi produci, aut extra causas ponni, sed toti, sive eanti completo, coquus hoc est pars.

303 Nobis ergo aliter dicere

ad primam confirmationem, quod falsa est maj. absolute loquendo: Cum fieri rei est generatio, quia est de præexistente substantia, ad eductionem formæ præsupponitur materia alia actione producta saltim pro priori causalitate, & naturæ, & ita contingit in generatione vermis ex speciebus Eucharisticis; quia tamen potest forma educi, & totum non generatione, sed creatione produci, ut jam suprà dictum est, ad huiusformæ eductionem non debet materia pro aliquo priori producere, sed in instanti, quo totum de nihilo creatur, hic est ordo naturæ, & causalitatis; quod in priori signo materia est prentia subjectiva vi existentia, quam non pro illo signo, sed pro tuto instanti habet; in secundo signo transmutatur, seu formam habet in actu, quam prius potentialiter continebat; & in tertio totum et materia, & forma sub existentia ponitur, & hunc ordinem realis præcedentia debere accipi in instanti cuiuslibet naturalis generationis, jam patuit suprà num. 300. Probationes min. non suat ad propositum; ipsa enim minor nobis vera est. Ad secundam confirmationem ex diuis patet, concedimus enim conseq. neque ad eductionem simpliciter, & absolute subjectum requiritur priori productum, aut existens.

304 Arguit sextò, & potest tñ replica contra præcedentem

solutionem: Impossibile est intelligere formam de materia educi, quin materia realem prioritatem habeat ad formam, eductio enim realis causalitas est ipsius materiæ: si ergo in prima productione formæ educuntur, pro aliqua reali prioritate materia terminat actionem Dei. Tunc ita: Juxta doctrinam, quam saepè ex B. D. nos ipsi adduximus, impossibile est intelligere actionem sine compositione ex potentia, & actu in termino ejus; nec enim, ut ait Doctor, agens facit, quod potentia sit potentia, aut quod actus sit actus, sed aut facit, quod sit in re extra causas, & conjungit essentiam existentia; aut facit, quod potentia sit sub actu, & conjungit materiam formæ, seu generaliter actum potentia lux: si ergo pro reali prioritate ad formam materia terminat actionem Dei, aliquam conjunctionem ista actio facit, & aliquid communicat ipsi materia; sed non potest in illo priori intelligi communicare formam: communicat ergo existentiam; aut ergo fateamur oportet, materiam præexistere formæ, & sic totum non est creatum, sed de præexistente subjecto, & sic genitum; aut dicamus, necesse est, materiam non habere realem prioritatem, & consequenter forma non est educta.

305 Hoc argumentum non parvam quidem in nostris principiis habet difficultatis apparen-

tiam, quæ tamen tota ntitur in equivocatione prioritatis naturæ, quæ eo quod realis est prioritas, neque potest sine existentia concipi, apprehenditur prioritas existentiarum; quod itaque faciliter percipiatur solutio, instatur argumentum in communi contrariorum doctrina: In instanti generationis materia realē causalitatem habet, & consequenter realē prioritatem ad formam, quæ ex ipsa educitur: pro illa ergo reali prioritate materia ante formam terminat actionem: tunc ergo queratur: Quid ab actione accipit pro illo priori ad formam, neque enim potest formam ipsam pro priori ad formam accipere, neque existentiam, aut corrupti, quod illo instanti non est; aut generati, quæ pro illo priori nondum est: quod ergo in hoc instanti de materia dicant pro illa prioritate reali ad formam sive Nostri, sive Thomistarum, utrique enim propriam existentiam, & actum entitativum materiarum negant, hoc nos dicimus de illo instanti primæ creationis.

Ad formam ergo dist. antec. Quin materia realē prioritatem habeat durationis, aut existentiarum, neg. antec. quin realē prioritatem habeat naturæ, & causalitatis, conc. antec. & neg. conseq. non enim ad actionem comparatur ut prior, eo quod prioritas illa tantum est naturæ, & causalitatis; si enim comparative ad

actionem ordinem haberent prioris, & posterioris materia, & forma, non solius naturæ, sed productionis, & existentiarum illa prioritas esset. Itaque ad actionem non comparantur ipsa partes, totum; hoc enim producitur, & actionem terminat; quare comparative ad actionem non habent materia prioritatē, neque pro aliqui priori actionem terminat; quia mēn in ipso toto partes inter ordinem habent, quod naturæ unius prior est naturæ alterius, causalitatem ad se mutuo continent, causalitate quidem munera habent prioritatem; naturæ vera materia prior est formæ; & quis hic ordo in ipsis repetitur manifeste, non verò comparative ad actionem, materia, quamvis rater prior, non pro priori terminat productivam, nec aliqua ipsa pro priori ad formam videtur accipit; si autem sermo sit non in actione, ut est fieri, & producere, sed de influentia agentis, ut responderet transmutationem, in tamen no hæc duplex potest accipi, prima, qua materia accipit formam, & hæc est eductio, quæ non est late, & impropriæ actio est, & non fit fieri; altera, qua totum primam partem, & forma existentiam accipit, & extra causas ponitur, que fit causa hæc est creatio, & propriæ actio quod tamen & prior quidem transmutationem, quæ primo signo prioritatem ad conteriat ad formam, sed pro secunda signo, do intelligitur educationis formatio, quæ

306 Arguit septimò Noster Aguilera: Dato, quod eæ formæ potuerint educi, congruentius est ponere, quod fuerint creatæ: ergo factæ sunt in prima producione. Prob. anteced. Quando Deus se solo operatur, congruentius est ponere, quod operatur juxta modum suum; sed modus proprius ipsius Dei est operari per creationem, & de nullo præsupposito subjecto: ergo. Confirmatur Superfluit omnino duplex actio, altera, qua creetur materia; altera, qua educatur forma: ergo debemus ponere unam, quæ fuerit tamen materia, quæm formæ cratio.

307 Resp. neg. anteced. Ad probat. ejus primò disting. maj. Ubi Deus operatur se solo, ut Author supernaturalis, congruentius est ponere, quod operatur juxta modum suum, conc. maj. ubi operatur, ut Author Naturæ, neg. maj. Deus enim ut Author Naturæ, se accommodat exigentie rei factæ. Secundò, concessis præmissis, neg. conseq. ex quo cõim res sit creata, non tollitur, quin forma ejus siteducta, ut jam patuit: dato ergo, quod Deus in prima productione operatus sit aut proprium modum, & quod sit creare, sequitur quidem, quod totum sit creatum; non autem, quod forma non siteducta. ad confirmationem jam patuit sibi, quod educatio non est actione, quare neg. supp. antec. quod

duplex sit actio, altera totius creativa, altera formæeductiva.

308 Arguit octavò P. Suar. Ubi non est totius generatio, non intelligitur formæeductio; sed natura ipsa rerum cogit nos discurrere, quod Cœlum non possit dici genitum, elementa verò, & alia corpora corruptibilia genita dicantur: ergo forma Cœli non esteducta, sed creata, aliorum vero formæ non creatæ, sedeductæ. Prob. maj. Eadem actione, quæres conservantur in esse, productæ sunt, cum conservatio sit continua productio, sive productionis continuatio; sed actio, quæ conservatur id, quod generabile est, & corruptibile, talis est, quod alia ad formam, alia ad materiam terminatur: ergo actio talium productiva talis est, quod alia ad materiam, & est ejus aut creatio, aut conservatio; alia ad formam terminatur, & est ejus educatio. Patet hæc min. in talibus enim forma corruptitur, materia manet; quare diversa actio utramque conservat. Min. autem principalis ex hoc jam patet; natura enim Cœli incorruptibilis est, quare non eget alia actione, quæ forma, alia, quæ materia producatur, aut conservetur; at vero aliorum naturæ est corruptibilis; quare sicut alia actione conservatur materia, aliæ forma, ita aliæ debuit materia creari, aliæ forma educi.

309 Resp. neg. maj. stat  
Et 2. enim

enim tūm generatio sine eductio-  
ne formæ, ut in generatione ho-  
minis tūm eductio formæ sine ge-  
neratione, quia eductio non petit  
subjectū præexistēs. Ad prob. ma.  
neg. min. actio enim conservati-  
va, sicut & productiva terminatur  
ad existentiam, sive dandam, sive  
continuandam; non autem alia  
est existentia materia, alia formæ  
in composito corruptibili: non  
ergo duplex actio requiritur pro  
eius conservatione, aut produc-  
tione, sed corruptibile est ex con-  
ditione formæ suæ, & modo, quo  
materiam perficit. Quod itaque  
corruptibile est, natum est gene-  
ratione incipere, & eductione  
formæ suæ, eo quod materia constat,  
& formâ materiali, quæ in  
potentia ejus continetur; non au-  
tem è contra quidquid incipit  
eductione formæ suæ, de necessi-  
tate incipit generatione, neque  
enim ad eductionem requiritur  
subjectum præexistens; quare po-  
terit forma educi, & totum esse  
de nihilo, seu de nullo præexis-  
tente, neque prima productio  
potuit esse generatio; hæc enim  
supponit aliam produc-  
tionem subjecti, de  
quo est.

¶

*An detur forma corporeitatis*

6. I.

*Premittitur, quid est corpus,*  
*referuntur senten-*  
*tiae.*

310 **D**OCEt Descartes

ceptum corporis  
trina dimensione consistere; con-  
tra quem latè agit Baptista  
hamel: Si enim Deus a corpore  
concavo, puta ab aula æternam  
nem anferat, relinquendo  
cum omne spatium, qualia  
quidem parietes in eadem à le-  
vicem distantia relinquentur,  
oportet relinquere dimensionem  
trinam, & tamen ibi non est  
pus: ergo. Præterea; Ea sen-  
tunt, que nullo corpore inter-  
to separantur; sed in causa  
truit Deus interjectum corpore  
ergo parietes sine ullo motu  
manentes in eadem distantiis  
tangunt; quod cum aperte  
plicet, debet poni ibi manere  
quod corpus. Ulterius: Si in  
dimensione consistit ratio corpo-  
ri, ubi dimensio non interrup-  
tibi est unum corpus; at non  
terrumpitur dimensio, cum non  
tur vacuum, quo corpora se-  
gentur; omnia ergo erunt ut

cörper. Insuper: Fide tenemus, quod in Eucharistia nullum relinquitur cörper, & tamen ibi relinquuntur dimensiones: non ergo in his consistit ratio corporis.

311 Quare ipse rationem corporis in eo ponit, quod necessario, & naturaliter exigat extensio[n]em impenetrabilem. Sed minus hoc posse subsistere in principio, quæ ipse cum communi Mōdenorum sensu statuit, quod tempore materia in ipsa consistit extensio[n]e, cuique potest patere: quid enim id est, quod extensio[n]em exigit? Certe corpus est physicum quid; at verò exigens extensio[n]em non nisi conceptus metaphysicus potest concipi ipsius naturæ, si ejus realitas in extensio[n]e consistit. Præterea: Negari non potest, quin aliquo sensu corporeitas consistat in dimensionibus; ferè enim est communis immo conceptio, quod hoc dicamus corpus, quod dimensiones habeat, & ex dimensionibus mensuramus corporeitatem, ut dicamus corpus magnum, aut parvum, altero majus, aut minus.

312 Uterque ergo in hoc deficit, quod non distinguentes quantitatem à substantia, non distinguunt de ipsa corporeitate, & iter solam quantitativam, alteram substantialem accipit, quam tamen non bene potest salvare consequenter ad principia sua. Itaque corpus utroque modo accipitur, & accidentale, & substancial-

tiale: corpus accidentale in tria dimensione consistit, & est in genere quantitatis; quare quantitas dividitur in lineam, superficiem, & corpus: corpus substantiale in ipsa consistit substantia, quæ exigit, radicat, & fundat extensio[n]em, ita quod ens natum in se existere, est conceptus substantia, quod tamen sit natum extendi, est conceptus corporis, sive substantiae corporeæ.

313 Neque rationes, quas contra Cartes objicit Duhamel, quid obstant, quominus tria dimensione corpus dici possit accidentale, & de genere quantitatis; non enim dimensionem objectivam, & pure imaginatam, sed realem, & quæ in re est, dicimus corpus esse. Quare ad primum dicatur, quod in casu non realis dimensione, sed imaginata relinquitur, quare nulla est ibi corporeitas. Ad secundum, si vera est major, ego non video, quare magis Cartesium, quam ipsum Duham. premat illa ratio: neg. itaque maj. non enim quod sit, aut non sit corpus aliquod interjectū, attenditur, ut corpora dicantur se tangere, sed quod partes extremæ sint, aut non sint simili, & distantia relatione est, quæ ex tali partium positione resultat, qua non sunt similis: in casu ergo distarent partes, quia superficies extremæ non essent simili. Ad tertium, interrumpitur dimensione, quoties extrema non sunt unum; ut autem

extremitates non sic uniantur, non oportet vacuum ponere, quo separentur. Ad quartum, in Eucharistia nullum relinquitur corpus de genere substantiæ, relinquitur tamen de genere quantitatis.

314 Ad propositum itaque corpus de genere quantitatis non refert; motivum eam dubitandi est, quod anima definitur actus corporis, quare partes physice compositi non viventis sunt materia, & forma, viventis autem corpus, & anima: queritur ergo: An sit ponere formam aliquam animæ subordinatam, qua tale corpus constituantur, quæ proinde dicenda sit forma corporeitatis; quare corpus, quod est species quantitatis, ad propositum non refert. Not. autem, quod corpus de genere substantiæ duobus adhuc modis potest accipi, nempe aut physice, aut metaphysice: patet enim, quod pars physica non prædicatur *in quid* de suo toto; non enim homo est quidditativè, & essentialiter anima, sed animam habens; at prædicatur *in quid* corpus, ut nemo dubitat: aliud ergo est corpus, quod est pars physica viventis, aliud vero, quod *in quid* prædicatur.

Corpus ergo, quod prædictor *in quid*, & esse diximus genus supremum in Prædicamento substantiæ, materiam significat sub gradu communis formæ spe-

cificæ, sive qua constituitur ipsum vivens, aliter enim non posset *in quid* prædicari: diximusque in Logica, quod gradus metaphysici accipiuntur ex ipsis gradibus formæ, ita quod secundum quod forma accipitur perficit materiam aliter, & aliter, secundum alium, & alium conceptum, accipitur alius, & alius genus; item, quod genus significat totum potestativè, nempe differentia importat gradum formæ & significat formam ipsam; quod non *in quid*, sed *in quale* prædicatur; genus vero non formam, aut gradum ejus, sed totum etiam in materia, & forma, ut possit *in quid* prædicari, potestativè rationem, & sub gradu communis: quod ergo conceptus corporis de genere substantiæ consistit in radicem quantitatem, formam secundum communem conceptum, quo constituit ens natum in se esse, constituit substantiam; secundum illum verò, quo constituit ens natum extendi, & substantiare quantitatem, constituit corpus; & quod illus prior conceptus non significat gradum formæ, diximus, genus: quod supremum non esse conceptum substantiæ, sed corporis. Dicimus: corpore autem, quod est pars physica viventis, queritur, quod importet, sive an sit ponenda aliqua forma alia ab anima, quod constituitur?

315 Prima sententia non sequitur, & permissum est admodum

sed formas multiplicat juxta multiplicitatem partium ipsius viventis; hoc autem dupliciter: nam alii formas multiplicant juxtamultiplicitatem partium essentia-  
lium, ut alia sit forma, qua constituitur corpus; alia, qua constituitur vivens, & ita de reliquis. Pro hac parte citatur Jar-  
dan. & à nonnullis N. Venetus,  
imperito tamen, quia ipse con-  
clus. i. ponit, non multiplicari formas secundum diversitatem praekitorum essencialium. Alter ergo modus, quem tenet citatus Venetus, ponit formas multiplicari secundum diversitatem partium integralium, ut alia sit forma carnis, alia ossis, & sic de reliquis partibus dissimilariibus; has formas dicit animas partiales, qui forte intendit partes ejusdem ratione, additque in 3. conclus. quod in homine est duplex tota- lis anima, altera rationalis, alte- ra sensitiva illi subordinata; qua- te hoc tantum videtur intendere, quod materialis anima divisibilis est, & partes habet, quod nos in lib. de Anima probabi- gimus; quidquid sit, hæc sententia neque quantum ad utrumque modum s. Damfere à Scholis exulat.

Secunda sententia ponit for-  
mam corporeitatis distinctam rea-  
liter à forma specifica, & illi sub-  
ordinatam, qua constituitur cor-  
pus, quod est pars physica viven-  
tis, & in hac triplex est modus:  
primum ponit in omni composito

materiali talem formam dari. Ita tenet Avicenna. Secundus modus ponit, talem formam dari in so-  
lis viventibus; ista enim cum con-  
tent corpore organico, speciale-  
ment formam exigunt, qua tale corpus  
constituatur. Ita Scotus, quem  
sequuntur Discipuli. Tertius mo-  
dus talem formam ponit in solo  
homine, eo enim quod anima-  
tionalis est spiritualis, neque cor-  
pus organicum constituere qua-  
re debet alia forma ponit, qua  
constituitur; addit & aliam ratio-  
nem: Quod nempè forma homini-  
nis a generante non producirur:  
debet ergo alia forma admitti,  
qua generatione producatur. Ita  
tenet Resolutus, & sequuntur  
Discipuli.

Tertia sententia negat for-  
mam corporeitatis, statuens in  
quolibet composito unam tan-  
tum dari formam; & in hoc item  
est triplex modus: primus ponit  
corpus, quod est altera pars vi-  
ventis, solam materiam signifi-  
care. Ita P. Suarez disp. 15. Me-  
taph. sect. 10. quem frequentè  
sequuntur DD. Societatis. Se-  
cundus modus vult tale corpus  
constitui per formam specificam,  
ita quod, quando definitur ani-  
ma actus corporis, debet intelligi  
actus constituens, non autem ac-  
tus informans. Ita communiter  
Thomistæ. Tertius modus inten-  
dit, quod tale corpus neque per  
formam specificam constituitur,  
aut per aliam ipsi subordinatam,  
neque

neque solam materiam, sed materialm cum determinatione, seu modo se habendi, quem habet à quantitate, ita quod corpus organicum neque nudam materiam significat, neque materiam cum quantitate, sed materiam cum effectu quantitatis, qui nihil est, nisi ipsa materia sic se habens, & sita determinata. Ita B. D. tract. de Gradib. form. qui rotus de praesenti controversia instituitur, & est pro ea omnino legendus; tenet item eamdem sententiam B. Doctor in Theorem. de Sacramento Altar. praesertim à propos. 26. ipsum sequuntur Discipuli, Argentinas in 4. dist. 13. q. 1. a. i. Villanovi, Manso, apud quos ceteri, quavis de Gerardo Senensi dubiteat aliqui: pro majori ergo claritate sententiam nostram per conclusiones alias contra singulos dicendi modos probabimus.

## §. II.

**C**orpus, quod est altera pars viventis, non significat solam materiam.

316 **H**EC Conclusio statuitur contra primum modum tertie sententiae, potissimum autem pro examinanda mente N. Gerardi Senensis, quem multi de Nolitis pro hoc modo adducunt, quod nemp

corpus organicum solam materialm significat; quem tamen modum ex instituto rejicit B. Doctor: quare aut Gerardus à sententia Doctoris recedit, aut alius est mens ejus. Itaque in suo quolibet. q. 10. querit N. Gerardi An esse corporeum de genere substantiae sit à materia, vel à forma. Pro hujus dubii resolutione quatuor statuit Conclusiones: primam, quod materia habet aliquid gradum entitatis ex se ipso formaliter, quem non expedita forma. Secundam, quod talis gradus entitatis est de genere substantiae. Tertiam, quod est ingenerie substantiae corporeæ. Quartam, quod talis gradus in genere substantiae corporeæ non potest aliud esse, quam gradus aliquis corporeitatis. Has Conclusiones multis probat, quæ infra expudemus; ex quibus relinquimus quod totum non habet esse corporeum à forma sua, sed potius materia, & quod non materialis formam, sed formam per materiam convenit corporeitas. Ex hoc qui de Nolitis deducunt, quod Prater corpus organicum, quod est illud, secunda pars viventis, solam materialē significat, & hoc de mensurā. à B. D. propugnant; si enim haec proposita est sententia Gerardi Senensis quod certe nullus est ex Discipulis B. refutatur, aut penitus tenet, aut validi sola manu propugnat mentem ejus, quipus; quod Gerardus; quare censenda est suscitatio Doctoris sententia.

317 Sed in primis B. Doctor tract. de Gradib. form. tota 1. p. propugnat, quod corpus organicum, quod est altera pars viventis, non significat solam materiam. Nonnolli de Nostris, qui bus arridet adeo sententia N. Senensis, ut vel ipso relicto Doctori, ipsum sequi velint, respondent, illum tractatum non esse B. Doctoris. Sed de hoc dubitare est proflus ad meridiem cœcutire: nullus in primis de Antiquis de hoc dabitavit: in catalogo Operum B. D. recensetur: nullum est item Opera Doctoris, quod magis sylbum ejus, & Fundamentalem redoleat soliditatem: Doctor ipse in hoc tractatu citat se tūm in sententiariis, tūm in Theorematib. de Sacram. Altar. de quo nullus dubitat Opus ejus esse: patet ergo, omnino non debere dubitari, quin tractatus ille sit Opus Doctoris, maximē cū nulla adducatur vel levis conjectura, quæ faciat rationem dubitandi, nisi quod in eo sententia illa rejicitur, quam putant N. Senensis. quæ Præterea: Non solum in tractatu etiatio, sed passim in Sentent. & ex parte prefæ in Theorem. de Sacram. Altar. à propos. 26. usque ad 30. in propositionem illam habet B. D. quod corpus organicum non significat solam materiam, & quod illa sola materia non potest dici corporis; quare hanc, ut sententiam eius citat, & sequitur N. Argent. n. 4. dist. 13. q. 1. art. 1. citat

item, quamvis non sequatur Tolletan. in 2. de Anim. q. 1. art. 3. non ergo relinquitur dubium, quin hæc sit sententia ejus; quare aut illam tenet item Gerardus, aut dato, quod contrariam tenet, dicendum est in quodlibet exercitii gratiâ, & non ad menem Doctoris tenere.

318 Nihil autem in illis conclusionibus contra sententiam B. D. docet Gerardus: in primis enim corpus organicum in solis viventibus reperitur; at corpus, quod solam materiam significat, in quolibet reperitur ente materiali: non ergo corpus organicum solam materiam significat; instituitur autem prætens difficultas potissimum propter corpus organicum. Deinde: Concupis corporis, sive substantiaz corporeaz in hoc consistit, quod est radicare, & exigere quantitatem; at substantiare quidem quantitatem toti convenit ex materia, & forma; quia tamen quantitas veluti passio est materiaz, toti ratione materiae convenit, & forma habet quantitate extendi, eo quod educitur ex materia, prima radix ipsius quantitatis materia est; quare ab ipsa radicaliter, & primo corporeitas oritur: hoc ergo intendit N. Gerardus, & hoc tantum ex ejus conclusionibus colligitur, quod corpus metaphysicè acceptum, quod de substantia materiali prædicatur in quid, radicaliter oritur à materia; & hoc

sensu materia habet aliquem gradum corporeitatis, nempè radicaliter, seu originaliter, incompletè tamen, & vi cuius non possit dici absolute corpus; sola enim materia non habet fundare quantitatem, nisi tantum mediâ substantiali formâ; quare absolutè relinquitur, quod corpus non significat solam materiam, etiam loquendo de corpore, quod prædicatur *in quid* de qualibet substantia materiali.

319 Prob. itaque præsens Conclusio, quod nempè corpus organicum non significat solam materiam, rationibus B. D. cit. tract. de Gradib. form. & prima ratio hæc est: Transubstantiatio Eucharistica formaliter ex vi verborum fit in Corpus Christi Domini, prout est altera pars viventis; sed non fit in solam materiam: ergo corpus, quod est altera pars viventis, non significat solam materiam. Probat. min. ex verbis Consecrationis primò: Id, in quod fit transubstantiatio, dicitur *hoc*; sed sola materia non potest dici *hoc*: ergo. Min. probat B. D. quia secundam Philosophum, & P. Augustinum materia non est quid, neque habet esse determinatum, quod per ly *hoc* possit significari, sed pura potentia. Addit B. Doctor, quod verba Consecrationis non solum sunt significativa, sed factiva etiam; quod si tantum essent significativa, cum significatio sit ad placi-

tum, posset quis velle, quod hoc assumeretur ad significandam solam materiam; quod autem la materia fiat hoc aliquid, impossibile, cum ipsa de se sit pura potentia, & illius, quod hoc aliquid, pars potentialis.

Secundò eamdem minor probat B. D. Quia principia omnino præcedunt id, cuius suorum principia, neque possunt aliquid rationem subire totius, quod sunt principia, ut lateres, quod sunt principia domus, nullo vero sensu possunt dici domus, sed materia principium est corporis, sive cuiuslibet substantiae corporeæ: nullo ergo sensu praecipue corpus dici, aut corpus sola materiam significare. Tertio: Si la materia quid commune esset, que fit hujus, aut illius nisi accidentia, quibus determinata ad formam, aut per formam; sed illud corpus, in quod transubstantiatio, est determinate Corpus Christi Domini, et citur *meum*: non ergo sola materiam significat. Quartò: Si materia non habet organizationem; sed illud corpus est organicum: ergo. Quintò: Convenit Eucharistica est totius in toto, sed sola materia nullo sensu totum: ergo ea sola non est corpus, in quod fit conversio. P. min. Totum non intelligitur partibus, eo sensu, quo totum est, nempè essentiale, integre potentiale, aut potestatiuum,

nullo sensu materia partes habet, nempè neque integrales, aut es-  
senciales, neque potentias, aut  
species: nullo ergo sensu totum  
dicitur potest.

320 Prob. secundò alia ra-  
tione B.D. Formæ se invicem ex-  
cedunt in perfectione sua, ita  
quod secundùm quod magis, vel  
minus perfectæ sunt, magis, vel  
minus immediatè comparantur  
ad materiam; quare ait Commen-  
tator, quod formæ elementorum  
imperfectiores sunt formis mix-  
tum, quia immediatiùs com-  
parantur ad materiam; & propter  
eam rationem anima perfec-  
tior est quavis alia forma mixti;  
sed si corpus, quod est altera pars  
viventis, solam materiam signifi-  
cat, anima non est perfectior: er-  
go. Pater min. tunc enim ipsa  
immediatè comparatur ad nudam  
materiam. Pater item maj. quod  
est perfectior est forma, subje-  
ctum exigit magis speciale, & de-  
terminatum, & ideo anima ex  
speciali subiecto suo definitur  
*Actus corporis organici*. Notan-  
dum autem, quod B.D. in 2. dist.  
3. & sape alibi docet, quod sub-  
stantialis forma immediatè com-  
paratur ad materiam; hic autem  
intendit, quod alia magis, alia  
minus immediate comparatur, in  
quo videtur sibi contrarius. Sen-  
sus ergo est, quod nulla forma ac-  
cidentalis est materia medium,  
sive ratio recipiendi; quia, ut ibi  
ait Doctor, inter formas non est

ordo situs, sed causalitatis; quare  
unam recipi, mediante alia, est  
unam esse causam, & rationem,  
quare altera recipiatur: quia er-  
go quælibet forma substantialis  
substantiale poterit, nulla recipitur medio aliquo ac-  
cidente, & hoc sensu quælibet im-  
mediatè recipitur in materia; cum  
quo stat, quod materia ipsa ad  
unamquamque formam determi-  
nari debeat, non per accidentia,  
sed per sigillationem, quæ est mo-  
dus se habendi ab ipsa materia  
indistinctus; & hoc sensu quod  
perfectior est forma, amplius exi-  
git materiam determinati, & mi-  
nus immediatè ad ipsam compa-  
ratur.

321 Arguitur primò in con-  
trarium ex Philosopho 7. Meta-  
phys. text. 39. ubi ita habet: Ma-  
nifestum est igitur, quod anima  
quidem substantia prima, corpus  
vero materia, homo vero, vel ani-  
mal, quod ex ambobus. En expres-  
se corpus dicit materiam. Sed  
certè quamvis aliquo sensu mate-  
ria posset dici corpus, nullo ta-  
men corpus viventis, de quo in  
hoc textu sermo est; corpus enim  
viventis organicum est, sive par-  
tes habens dissimilares; at mate-  
ria aut nullas omnino partes ha-  
bet, ut nos in Metaphysica pro-  
babimus; aut dato, quod partes  
habeat, non tamen dissimilares;  
in pura enim potentialitate non  
est, unde habeatur diversitas in  
partibus. Resp. itaque, quod

Philosophus in illo cap. 11. intendit contra Platonem, quod non est invenire in re formam sine materia, neque materiam sine forma, pro quo distinguit materiam in Mathematicis, & in Naturalibus, quo pateat, quod in Mathematicis est forte accipere materiam sine forma, quia Mathematicus abstrahit a sensibili, & a modo, quem res habent in Natura, non vero in Naturalibus, quia Naturalis non abstrahit a sensibili, quare accipit materiam, ut est in re; deinde verba adducta subjungit, quae sic explicat Commentator: *Id est: Et ideo hoc est manifestum in animali, scilicet, formam existere in materia.* Sensus itaque est, quod in animali forma est in materia, nempè in corpore; quare non intendit, quod corpus nudam materiam significat, alioqui sibi contradiceret; assertit enim in 11. & sepe alibi, quod materia non est corpus, sed tantum intendit, quod corpus in animali est subjectum, in quo existit anima, & subinde materia ejus.

322 Arguitur secundò ex fundamentis N. Gerardi: Materia de se habet aliquem gradum entitatis de genere substantiarum corporearum, quem non accipit a forma; sed talis nihil potest esse nisi ratio corporis, qua simplicitate, & proprietate possit dici corpus incompletum, & partiale: ergo corpus, quod est pars viventis, solam sig-

nificat materiam. Majorem portionem singulas partes latè probat: & per substantiam, quod materia habeat deinde gradum entitatis: Ubi forma de omnem gradum entitatis, nullus est, quod ponat in numerum etiam si ad formam; sed manifestum est, quod sub genere ponit in numerum etiam si ad formam: ergo gradum entitatis se habet, & non a forma. Deinde figura; quod talis gradus entitatis sit a genere substantiarum: Quod habet gradum entitatis, aut est ex omni genere, aut in aliquo genere accidentium, aut est de necessitate in genere substantiarum; sed materia neque extra omne genus, neque in aliquo genere accidentium: ergo. Hec minima, quam ad secundum nota est, & quantum ad primum eo probat, quod si ergo materia habet gradum entitatis, nequit esse extra omne genus. Rursus: Quod est de constitutione substantiarum tanquam pars ipsius, distincta a forma, gradum primam substantiarum habet, quem non accipit a forma; sed materia est pars ipsius, substantiarum: ergo. Quod tandem probatur illud in genere substantiarum, non corporearum, sic probat: Quod gradum est sub genere, ad aliquam illius ratione, conseruentiam pertinet; sed sunt deinde materialiter substantiarum corporum, & entitatis spirituale: si ergo notum est, quod anima, & materia non pertinet ad spiritum, nihil, gradus, quem habet in genere, & substantiarum, erit substantia corporis predicatorum. Minor principalis disputationis

nempe supponitur; gradus enim & per substantia corporeæ de necessitate est aliqua corporeitas.

¶3 Hæc ratio falsum in primis supponit, quod nempe materia cadat sub genere; quod enim sub genere cadit, aut est differentia determinativa illius, aut species ex genere, & differentia concomitans; materia autem neque species est, neque differentia: non ergo sub genere ipsa cadit, sed illius, quod cadit sub genere, pars est, & sic non corpus, sed pars corporis. Deinde: Si quid probat hoc tantum est, quod materia gradum habet incompleta, & partiale corporeitatis, quæ sit in genere, & prædicatur inquit; sed corpus organicum alius rationis est: dato ergo, quod materia gradum habeat corporeitatis, non sequitur, quod corpus organicum significet formam materiam.

Direc[t]e neg. maj. Ad prob. primæ partis disting. maj. Ubi corpora dat omnem gradum entitatis, quæ sit in genere, nihil est, si gradus ponat in numerum cum tantum, neg. maj. ubi dat omnem gradum entitatis absolute, & omnis datum, conc. maj. ex quo sequitur, quod materia de se gradum habet, & entitatis in latissima acceptatione, & prout ens accipitur comprehendens nihil, non autem entitatis simpliciter, & prout ens descendit ad prædicamenta. Quo patet ad uniuersitatem probat secundæ partis,

nempe neg. min. & ad rationem ejus dicitur, quod ens, quod descendit ad prædicamenta, & per decem genera adæquatur, est ens simpliciter natum prædicari in quid; materia autem non est sub tali ente: non ergo substantia est, aut corpus, sed ab substantiam pertinet tanquam pars ejus, quod est in genere poni reductivè, & indirectè ratione illius, cujus est pars. Quoad secundam probat ejusdem partis, neg. maj. quod enim gradum substantiæ habet, vi illius potest dici absolute substantia, & ipsam rationem substantia contrahit; at verò quod est pars, neque contrahit rationem substantiæ, neque potest dici absolute substantia, sed aliquid ejus: quia ergo materia pars est substantiæ distincta à forma, non gradum habet, aut rationem substantiæ ex se, & præter formam, sed aliquid substantiæ est, & solum potest dici substantia cum addito, nempe partialis, & incompleta; tale autem additum est omnino distrahens: substantia enim dicitur ab eo, quod est subsistere, & in se esse; eo autem, quod partialis, & incompleta, est omnino impotens subsistere.

Ad prob. tertiarie partis patet etiam ex his: Quod cedit sub genere, eo sensu, quo cedit sub genere, pertinet ad aliquam ejus differentiam, nempe si cedit directè, pertinet directè, & suscipit prædicationem; si autem tantum

reductivē, & indirecte, tantūm hoc modo ad aliquam differentiam pertinet, quare prædicatiōnem ejus non suscipit; at materia tantūm reductive cadit sub genere, ut pars physica ejus: non ergo sic pertinet ad differentiam corporeā, quod possit dici corpus, aut substantia corporea, sed sic tantūm, quod possit dici aliquid corporis. Patet itaque sensus min. principalis discursus, quod nempē dici simpliciter, & absolute corpus, & tamen incompletum, & partiale, est implicatio; incompletum enim, & partiale non corpus est, sed pars ejus; sed corpus organicum absolute est corpus viventis, & totum ejus corpus: neque ergo materia corpus dici potest, sed tantūm pars corporis; neque dato, quod corpus aliquo sensu dici possit, poterit dici corpus organicum.

324 Arguitur tertio ex eodem: Ille gradus, quem de se habet materia, est non receptus in alio, & omnes alias recipiens; sed talis esse non potest nisi gradus corporicitatis: ergo talem habet de se materia. Maj. patet, quia materia est primum recipiens, quare neque aliud supponitur, in quo ipsa recipiatur, neque aliquid est, quod non recipiatur in ipsa. Min. ita ostenditur: Gradus non receptus, & omnes alias recipiens est gradus primus; iste autem in genere substantiæ est gradus corporis. Præterea: Gra-

dus in alio receptus habet g<sup>u</sup>  
dum sibi oppositum, quia pot  
recipi successivè post ipsum  
eodem susceptivo, ut patet  
ductione de omnibus gradibus  
post gradum corporis; gradus  
autem corporeitatis non habet  
oppositum, qui possit ei alterum  
succedere in materia: enī  
iste solum est non receptus,  
alios recipiens.

325 Multiplici æquivocatiō  
ne hęc ratio nititur: in primis  
enim in sensu ejus ante gradus  
corporis est gradus substantiæ,  
ante hunc gradus entis: non ergo  
gradus corporis primus est, si  
non receptus. Rursus: Non solum  
gradus corporis, sed etiam  
substantiæ, aut entis non habet  
sibi oppositum: non ergo ex  
non habeat oppositum, qui  
possit succedere, sequitur, quod  
sit primus, neque enim quod  
ex illis tribus primus est, sed  
tertius tamen; æquè autem sicut  
nil transit de corpore ad non  
corporis, ita nihil transit de substantiæ  
ad non substantiam, aut de ente, quod  
ad non ens. Deinde: Gradus recipiens  
pertinet ad lineam physicam, nisi linea  
physicè recipitur; materia autem non  
est primum recipiens in sensu g<sup>u</sup>  
physica, corpus item, de quibus r<sup>u</sup>  
quimus, physicum est, nequaquam  
pars physica viventis. Præterea  
Corpus metaphysice acceptus p<sup>u</sup>  
sive quod prædicatur in quid sequitur  
dus est, & in nostra sententia: ne  
dus primus, sive genus superstantiæ

generis, quare non gradum ipsa habet, sed aliquid est ipsius gradus, aut illius, quod gradum habet.

Aliter, datâ maj. & misso, quod materia gradum habeat corporeitatis, neg. conseq. primò, quia talem gradum non potest completere habere, vi cujus possit dici corpus. Secundò, quia corporeitas, quæ est gradus, metaphysica est; corpus autem organicum est pars physica viventis; dato ergo, quod materia gradum habeat corporeitatis; imò dato etiam, quod vi illius posset dici corpus, non inde habetur, quod corpus organicum solam significet materiam.

325 Arguitur quartò ex eodem: Ille gradus, ad quem materia non est in potentia, non accipitur à forma, sed illum de se habet materia; sed ea non est in potentia ad gradum corporeitatis; ergo. Prob. min. Potentia materialis ad formam, & ad gradum, quem à forma habet, non intelligitur sine privatione, neque enim materia potest intelligi in potentia ad aliquid, nisi intelligatur illius privationem habere, nemp̄ parentiam, & aptitudinem; sed non potest materia concipi sub privatione gradus corporeitatis; ergo ad illum non est in potentia, & consequenter illum de te habet. Pater hæc min. alioqui posset concipi non corpus, & consequenter spiritus;

Resp.

326 Resp. primò, quod tantum procedit argumentum de corporeitate, quæ est gradus, nempe metaphysica; quare dato, quod talem habeat materia, non sequitur, quod corpus organicum solam materiam significet, sed quia neque metaphysicam corporeitatem habet de se materia formaliter, & in actu. Resp. secundò neg. min. Ad prob. ejus neg. min. ad ejus prob. dicitur, quod ex quo concipiatur non corpus, non debet concipi spiritus; & id rotidem verbis asserit S.P. quod nempe materia est de se non corpus, non spiritus, non tamen omnino nihil. Materia itaque de se, & in proprio conceptu neque corpus est, neque spiritus, sed corporis pars; & quatenus concipiatur in potentia ad formam, & sub privatione ejus, concipiatur in potentia, & sub privatione ad primum formæ conceptum, quo corpus constituitur metaphysicum, seu quod est genus supremum in prædicamento.

327 Arguitur quintò ex eodem: Quod ex se determinatur ad aliquam gradum, illum habet ex se, & non per aliquam formam; sed materia ex se determinatur ad gradum corporis: ergo. Majorem supponit notam, & minorem eo probat, quia alioquin esset indifferens, ut haberet, vel non haberet gradum corporis. Resp. primò, quod pariter nihil probat de corpore organico. Res-

pond. secundò neg. maj. qui placi ipse supponit; determinatur enim substantia embryo ex se ad gradum vitiæ, cut materia ad gradum corporis nec tamen embryo ex se, & si anima vitam habet; & idem per de quolibet subiecto ad aliquam formam disposito. Tertiò possunt negari min. sicut enim materia se non habet formam, & indistincta concipiatur, ut illam habet vel non habeat, ita ex se indistincta concipiatur, ut si transmutatur ad formam, fiat corpus a quod, aut relinquatur non corpus, si intransmutata reliquitur.

328 Arguitur sextò ex eodem: Ille gradus, qui in genere substantiæ sensibilis maximè confusus est, & indistinctus, debet materia ex se, & non per aliquam formam; sed talis est gradus substantiæ corporeæ: ergo. Majorem probat; quia materia est pura potentia in illo genere, quare sibi esset primus, & maximè confusus gradus. Min. item: quia gradus in quocumq; genere est primus, & maximè confusus, quia æquat ipsum genus; sed ita est ratio corporis; omne enim corpus est substantia sensibilis, & omnis substantia sensibilis est corpus, quod. Itislo, quod nihil in hoc refert ad corpus organicum de quo queritur, responderet de cœneg. maj. Ad prob. ejus dicimus primò, quod materia non est genere substantiæ sensibili-

adactivæ, nempè non ut aliqua substantia sensibilis, sed ut aliud quid cuiuslibet. Secundò, quod quod pura potentia est, nullum gradum habet; si enim saltim primum haberet, non in pura potentia, sed in actu primo esset: qui ergo est pura potentia, non habet gradum corporis, sed est in potentia ad illum, & tantum sibi debetur eo sensu, quo sibi debetur forma.

330 Arguitur septimò ex eodem: Gradus, qui competit formatione materiæ, non autem materia ratione formæ, talem de se habet materia; sed ita est gradus corporis: ergo. Prob. min. Falsa aut habet talem gradum, quatenus forma, aut quatenus materialis; sed primum est falsum, secundum autem est, quod ratione materiæ habeat talem gradum. Ergo. Min. quantum ad primum pater, alioqui quilibet formaliter gradum haberet: quantum ad secundum etiam patet, quia forma est materialis ratione materiæ. Confirmatur: Quia si tam gradum haberet materia ex forma, tantum illum haberet, quando est sub forma materiali; et patet oppositum, nempè sub anima rationali illum habet: et ita.

331 Resp. quod item procedet de corporeitate metaphysica, id est qua tamen neg. suppositum maj. quod formæ, aut materiae gradus ille competit formaliter:

Tom. II.

neque ergo materia per formam, neque formæ per materiam competit, sed toti radicaliter quidem, & primò ratione materiæ, formaliter vero ratione formæ, præcissè quatenus forma est; quare materia sub qualibet forma sive spirituali, sive materiali corpus constituit, quo patet ad confirmationem. Itaque gradus corporis substantiam significat natam quantitate extendi; & quia neque sola materia, neque sola forma natura est extendi, sed totum, neque materia per formam, neque forma per materiam habet gradum corporis; quia tamen materia est prima radix quantitatis, quam tamen connaturaliter non suscipit nisi ut perfecta per substantiale formam, totum habet gradum corporis radicaliter, & primò ratione materiæ, formaliter vero ratione formæ; non autem sola materia poterit ullo modo corpus dici.

332 Arguitur octavò ex eodem: Si omnes gradus de linea substantiæ corporeæ essent à forma, sequeretur, quod sola formæ esset principium illius lineæ; sed hoc est falsum: ergo aliquis gradus de illa linea convenit materiæ de se; quo posito, talis non potest esse alius, quam gradus corporeitatis, qui primus est, & maximè confusus. Resp. primò, quod nulla est ratio, quare primus gradus sit ratio corporis, non vero substantiæ; quare dato, quod

Hh

pri-

primum gradum habeat de se materia, & reliquos à forma, sequitur, quòd ipsa sit substantia, non verò quòd sit corpus. Resp. secundò disting. maj. Si essent à forma, tanquam à tota causa, conc. maj. si essent à forma tantum, tanquam ab actu, & principio formalí, neg. maj. Itaque forma actus est determinans, & simùl cum materia constituens omnes gradus; quare ex quo nullum de se habeat materia, non sequitur, quòd sola forma sit principium, sed quòd ea sola sit principium formale, ultra quam est subjectivum, & potentiale com-principium, cuius est radicalitèr, & originalitèr gradus corporis, quia ipsa materia est prima radix quantitatis; formalitèr verò per formam constituitur iste, sicut & reliqui, quia per formam constituitur materia ens naturale, substantia simplicitèr, & connaturale subjectum quantitatis.

332 Arguitur nonò ex eodem: Ille gradus, cum quo materia invenitur in instanti generationis, sibi de se competit; sed invenitur cum gradu corporeitatis: ergo. Maj. nota supponitur; quia in instanti generationis denudatur materia ab omni forma, quare quod tunc habet, sibi de se competit. Prob. min. Forma adveniens aut invenit materiam cum gradu corporeitatis, aut incorporeitatis; sed hoc secundum dici non potest, esset enim mate-

ria substantia incorporea: illam invenit cum gradu corporeitatis. Resp. missa maj. cum ratio probativa falsum supponit quòd nempè materia pro aliis instanti denudetur ab omnima, neg. min. Ad prob. ejusdatur, quòd materia de se nescipit est, nec spiritus, sed potia, & fundamentum corporis; in instanti generationis priori naturæ ad formam habet materia, quod sibi de se competit; quare pro illo priori est non corpus, non tamen dici potest incorporea, quia incorporeum ex communi modo loquendi positivè significat ipsum spiritualitatem: solùm ergo est incorporeum privativè; quo sensu ait S. Petrus, quòd est non corpus. Hoc sunt fundamenta N. Gerardi, ut patet, aut tantum intenda quod non negat B. Doctor, nequòd corporeitas radicaliter oritur à materia; aut nihil probant.

### f. III.

*Corpus, quod est altera partis ventis, non constituitur per formam specificam.*

333 **I** Sta Conclusio statuit contra secundum dum tertiaz sententiaz, quam nent communiter Thomistæ co-

Venimus quidem in negando formam corporeitatis, sed ponunt ipsi, quod corpus organicum per ipsam animam constituitur, quod negat B. Doctor. Prob. primò ex eodem medio, quo ipsi contra Scotitas utuntur: Corpus, quod constituitur per formam specificam prædicatur *in quid* de toto; sed corpus, quod est altera pars viventis, non prædicatur *in quid*: ergo tali non constituitur per formam specificam. Maj. ipsi assument, & ratione patet; tūm, quia tali corpus est genus in arbore predicamentali; tūm, quia si constituitur per animam, significat totum ex materia, & ipsa anima. Prob. min. Corpus, quod est pars viventis, est pars physica; sed tali non prædicatur *in quid*, sed tantum denominative: ergo. Rursum: Corpus, quod est pars viventis, est corpus physicè organicum; sed patet, quod homo non est corpus organicum, sed habet corpus organicum: ergo.

334 Ad hanc rationem resp. nonnulli, quod corpus, quod est pars viventis, non est pars physicè divisa contra animā; quod enim dicitur, viventia consistere corpore, & anima, non autem viventia materia, & formā, ad vulgi sensum dicitur; in reānam partē physicā viventis, sicut & non viventis sunt materia, & forma. Sed hoc in primis liberum dicitur, & sola necessitate tradendi argumentum; ad sen-

sum enim patet, quod viventia habent corpus organicum, heterogeneum, & dissimilare. Deinde: Forma, quod perfectior est, cō subiectum exigit magis speciale, & determinatum; sed perfectior est anima, & quodammodo alterius ordinis à quacumque forma non vitali, nempè habet se mouere: ergo speciale habet subiectum, & sic non materiam nudam, & secundūm se acceptam. Præterea: Anima specialiter definitur ex speciali subiecto suo *Actus corporis physicè organici*; sed subiectum est pars physicè divisa contra formam: ergo.

335 Respondent communiter Thomistæ, quod, quando in definitione dicitur *Actus corporis*, non intelligitur actus informativus, sed actus constitutivus; jam autem actus informativus accipitur ex ordine ad subiectum, & illud respicit ut partem physicā; at verò actus constitutivus accipitur ex effectu, quem tribuit, & quo constituit subiectum in tali esse; quare non dividitur physicè, sed metaphysicè contra ipsum. Sed contra: Eo sensu dicitur anima *Actus corporis*, quo forma substantialis *Actus primus* materia; neque enim ratio diversitatis alia poterit assignari nisi ipsa conclusio; sed forma substantialis est actus materiae informativus: ergo. Præterea: Anima est actus corporis potentia vitam habentis; sed non constituit poten-

tia vitam habens, sed in actu vivens: ergo non est actus corporis constitutivus. Insuper: Quando forma definitur Actus constitutivus, sive ex effectu, quem tribuit, ex speciali effectu definitur, quem potissimum tribuit, in eo quod talis forma est; sed potissimum effectus animae est constituere vivens: si ergo definitur actus constitutivus, non corporis, sed viventis actus debet definiti. Ulterius: Duas assignat Philosophus animae definitiones: alteram, quod est *Actus corporis*; alteram, quod est *Quo primò vivimus*; sed haec secunda datur ex effectu, quem tribuit, & per rationem actus constitutivi: ergo ne dicatur Philosophum superflue, & inutiliter ex eodem respectu iterum definire, dici debet, quod prior definitio est ex habitudine ad subjectum, & per rationem actus informativi; posterior vero ex effectu, & per rationem actus constitutivi. Tandem: Verba ipsa textus illam expositionem non admittunt; sic enim habet text. 4. in 2. de Anim. *Corpus namque non subit rationem eorum, quae sunt in subiecto, sed ut subiectum potius est. Materies: neesse est agitur, animam substantiam esse perinde, ac formam corporis naturalis potentiam vitam habentis. En corpus, ex quo definitur anima, subiectum ejus est, & se habet ut materia.*

336 Prob. secundò ratione

Theologica, qua communis utuntur Scotistæ, & quam latenter Quid pendit B. Doctor citat. trad. idem Gradib. form. estque satis efficiax: Corpus, quod est altera per viventis, ponitur ex vi verborum in Hostia, & est terminus ad quod transubstantiationis; sed corpus quod per animam constituitur non ponitur formaliter ex vi vivorum: ergo. Patet min. quia corpus includit animam, quae constituitur; anima autem non ponitur formaliter ex vi verborum. Confirmatur: Si corpus quod ponitur ex vi verborum constitueretur per animam, forma Consecrationis in triduo esset, neque enim poneret illud idem corpus, quod nunc ponit, aut quando instituta est; sed hoc est inconveniens: ergo illud corpus, quod est corpus organicum non constituitur per animam. Patet sequela maj. in triduo enim non mansit anima, quare ab aliis forma aliud tunc constituebat corpus.

337 Ad hanc rationem respondent Thomistæ, quod Corpus Christi Domini idem maneat in triduo, quia mansit unitus Supposito Verbi, a quo habetur idem esse non interuptum. Secundum contra, primum: Neque Suppositum Verbi, neque esse suppositum le ponitur formaliter ex vi verborum: ergo quod hoc maneat idem, non obstat, quominus id, quod ponitur formaliter ex vi

verborum, sit aliud. Secundò: quod esse participiale maneat idem, non tollit, quin id, quod est tali esse participiali, sit aliud, si essentia, & quidditas nominalis variatur; sed si corpus, quod ponitur ex vi verborum, constituitur per animam, in triduo idem est esse participiale, aliud verò esse nominale, & essentia corporis: ergo aliud est corpus, quod poneretur in triduo. Patet maj. quia per hoc, quod variarit essentia, sit aliud id, quod est. Patet item min. si enim per animam constituitur tale corpus, ab ipsa habet quidditatem, & essentiam, & à Supposito Uerbi suppositale, & existentiale; quantum anima, per aliam formam aliud habet esse quidditatem, & essentiale, licet idem maneat existentiale, & suppositale: si ergo idem manet corpus sub eadem suppositali, eadem restringitur ejus essentia, & sic hæc non constituitur per formam, quæ dicit; imò variata existentia, & existentiale, si tamen quidditas invariata manet, idem est id, quod est, licet aliud sit esse, & ita essentia, sicut materia geniti, & corporis eadem est, quia licet dicitur sit existentia, eadē tamen materialis quidditas ejus; quare patet, quod esse existentiale de materia, & solū dicitur idem, vel aneversum id, quod est ex identitate, vel diversitate essentia nomi-

338 Responderet aliter illustrissimus Palanco, quod formaliter ex vi verborum ponitur in Eucharistia Corpus Christi Domini, præscindens à vivo, vel mortuo, nempe vivum, quando Christus Dominus vivit, mortuum autem, in triduo mortis; tunc autem corpus organicum, ut sic præscindens à vivo, vel mortuo, constituitur per gradum formæ præcisiæ ab anima, vel forma cadaverica, hoc est, per formam secundum illum gradum, quo convenit anima cum formæ cadaverica; quare corpus, quod ex vi verborum ponitur in Eucharistia, sicut præscindit à vivo, vel mortuo, ita præscindit ab eo, quod per hanc, vel illam formam constituitur.

339 Sed hæc solutio neque potest sublinere id, quod assumit, neque solvit difficultatem argumenti. Primum sic patet: Anima juxta Authorem solutionis definitur Actus constitutivus corporis organici; ergo constitutere corpus organicum sibi convenient secundum gradum, & conceptum, quo anima est, & differt ab omni forma, quæ non sit anima; definitio enim differentiationis sumit rei definitæ; sed corpus, quod ponitur ex vi verborum, est corpus organicum, de quo nullus dubitat, est nempe Corpus ipsum Christi Domini: tale ergo non constituitur per animam secundum gradum, quo convenient

cum forma cadaverica. Præterea: Anima est actus constitutivus corporis organici potentia vitam habentis, sic enim definitionem explicant Thomistæ; sed formæ cadavericæ convenit esse actum constitutivum corporis organici potentia vitam habentis, nempè illum eundem gradum ipsa habet, quo anima tale corpus constituit: aut ergo anima erit ipsa forma cadaverica, aut constituere corpus organicum animæ convenit secundum gradum specialem, quo à forma cadaverica distinguitur.

Deinde, illâ doctrinâ non solvitur argumentum: et si enim anima hominis constituat animal secundum gradum, quo convenit cum forma leonis, si Deus de posse absoluto animam hominis auferret, & animam leonis substitueret, aliud proculdubio esset animal, quia ab alia forma constitutum, licet secundum gradum, quo cum priori convenit, & re ipsa aliud est animal hominis, & leonis, quia licet in gradu convenienter formæ, re tamen diversæ sunt: ergo dato, quod per animam constituantur corpus organicum secundum gradum, quo convenit cum forma cadaverica, aliud tamen est physicè, & realiter sub anima, & sub forma cadaverica; & sic data doctrina solutionis, si in triduo fieret Consecratio, non ponetur ex verbis Corpus Christi Domini illud idem, quod in Cœna pos-

tum est, sed aliud realiter, nempè constitutum per aliam formam realiter distinctam: ne ergo hoc dicatur, dici debet, quod corpus organicum non constituitur per gradum formæ specificæ.

339 Dices, & sit primum argumentum contra Conclusionem Hanc instantiam nos ipsi solvetenemur, imò contra nos principale argumentum: Corpus enim, quod prædicatur in quantum ponimus constitui per gradum animæ, sive ipsius formæ specificæ; sed alia in triduo est formæ specificæ: ergo aliud est tale corpus. Resp. conc. conseq. hinc enim aliam habet essentiam illuc totum, nempè prius erat homo in triduo est cadaver, ita alia habet prædicta physica, & mentalia physica: tale ergo corpus non est corpus organicum, neque animam constituit, ut anima est, sed secundum conceptum communem formæ, sive actus primi materiz; quare illud corpus univoce convenit cuilibet materiali, & ab alia, & alia formæ aliud est, & aliter; cum quo si quod corpus organicum id est realiter maneat numero, & essentia, manet nempè eadem materia cum iisdem determinationibus, quibus organizatur.

340 Arguitur secundò ei Augustino de Immort. Anim. 15. quo sic incipit: *Hoc ergo dñe intelligitur à Summa Essentia speciem corpori per animam tri-*

tristis, qua est, in quantum est. Et sub finem capitinis rationem concludens repetit: *Quod si tradit speciem anima corpori, ut sit corpus, in quantum est, non utique tradendo adimit.* Quibus aperte fatur S. Parens, quod corpus in ratione talis constituitur per animam, & ab ea habet speciem, quia corpus est.

341 Resp. quod ibi S. Parsons intendit questionem explicare, quam cap. 13. proposuerat: Non anima sic possit transmutari, quod in corpus convertatur, & corpus fiat? Quare ait, quod, cum corpus per ipsam animam constituatur, si ipsa posset corporiferi, per aliam animam fieri diceret, & ista per aliam posset corpus fieri, & iretur in infinitum: loquitur ergo de corpore, quod est genus; dato autem, quod in aliqua acceptione per animam constituatur, quod tandem hoc loco deducitur, non inde habetur, quod corpus organicum, quod est pars physica viventis, constituatur per ipsam; de quo ad præsens quærimus.

341 Arguitur tertio communione Thomistarum fundamento: Gradus corporis identificatur realiter cum gradu viventis: ergo ab eadem forma, qua constituit vivens, tribuitur gradus corporis. Patet autem vivens enim est essentialiter, & quidditativè corpus. Conf. Per hoc præcise, quod intelligatur materia infor-

mari ab anima secundum omnem perfectionis gradum, quem ipsa anima continet, intelligitur quidquid est de ratione hominis, nempe corpus, vivens, sensitivum, & rationale: ergo superfluit quævis alia forma constitutiva corporis.

342 Resp. dist. maj. Gra<sup>d</sup>us corporis metaphysicus, & qui prædicatur *in quid* de vivente, conc. maj. corporis organici, neg. maj. Itaque corpus organicum est pars physica realiter distincta ab anima ut potè subjectum ejus, & consequenter à gradu viventis, qui ab anima præstatur, identificatur autem cum gradu viventis corpus, quod est gradus metaphysicus, & prædicatur *in quid*: hoc ergo sumitur ab eadem forma, qua constituitur vivens, non autem illud. Ad confirmationem primò neg. suppositum, quod anima rationalis intelligatur informare nudam materiam; in hoc autem distinguitur anima à forma non vitali, quod hæc est actus materiæ, & habet pro subiecto ipsam materiam, sine illa diversitate partium, vi cuius dicitur corpus organicum; anima autem, ut ex ejus definitione constat, sic est actus materiæ, quod exigit in illa heterogeneitatem, vi cuius est corpus organicum: non ergo intelligitur anima rationalis materiam informare. Aliter disting. antec. Intelligitur corpus metaphysicè, sive prædi,

prædicabile *in quid*, conc. antec. intelligitur corpus organicum, quod est pars physica viventis, neg. anteced. Itaque dato, quod anima intelligatur informare materiam, materia cum gradu animæ erit corpus prædicabile *in quid*, sicut prædicatur *in quid vivens*, eo quod significat materialium cum gradu ipsius animæ; sed corpus organicum non potest *in quid* prædicari: non ergo hoc intelligitur, ex quo intelligatur animam informare materiam. Cetera argumenta Thomistarum directè intendunt non dari formam corporeitatis aliam à forma specifica, quod nos admittimus, & probabimus sequenti Conclusione.

## S. IV.

*Corpus, quod est altera pars viventis, non constituitur per formam corporalitatis.*

343 **P**rob. primò: Aut definitio metaphysica hominis non significat totam ejus quidditatem, aut in homine una est tantum forma physica, idem dicitur de quovis alio vivente; sed primum nullus dicit; ergo dici debet secundum, & consequenter nulla datur forma corporeitatis alia à forma specifica. Probat. maj. Partes definitionis

metaphysicæ de toto prædicant essentialiter; sed non potest essentialiter prædicari perfectio, quod sumitur à forma distincta ab illa, qua constituitur totum: ergo aut nulla talis datur, aut perfectio, quæ ab illa sumitur, neque implicitè, neque explicitè significatur per definitionem.. De maj. nullus dubitat, minor autem sic patet. Quod prædicatur essentialiter eamdem essentiam habet cum eadem quo prædicatur; prædicari enim id affirmat, quod hoc est hoc; perfectio autem, quæ ab aliis forma desumitur, aliam habet essentiam, forma enim est ratio essentiaz; quare alia forma aliam essentiam constituit. Consequenter autem principalis discursus manifesta est: Forma enim perfectio nem tribuit, & ex ea sumitur gradus metaphysicus, qui materia significet cum gradu perfectio nis, quem forma tribuit; tunc autem animal rationale explicitè significat gradus sentiendi, & di currendi; quia tamen animal vivens sensitivum, implicitè in animal importatur vivens; quia hoc est corpus animatum implicitè etiā importatur corporis autem omnia ab eadem forma desumi debent, qua homo est homo, ut eamdem dicant hominis essentiam: aut ergo nullum est alia, aut perfectio, quam daret, nullo modo significatur illa definitione, quæ tamen adquiritur est, & totam essentiam significat.

Confirmatur: Si talis forma  
sit, aliquam perfectionem tri-  
buit, & aliquis conceptus meta-  
physicus ex ea formatur; sed talis  
non potest concipi: ergo. Prob.  
343. Talis perfectio deberet esse  
essentialis, siquidem præstata à  
substantiali forma; sed non pos-  
set esse essentialis, siquidem dittin-  
guere realiter à forma specifica, &  
toto constituto per ipsam: ergo.  
Confirmatur ulterius ratione B.  
Dotoris: Quæ de se invicem præ-  
dicantur, aut quia sunt unum,  
aut quia sunt in uno, prædicantur;  
sed quia sunt in uno, tantum  
denominative prædicantur: quæ  
ergo prædicantur essentialiter,  
sunt; tūm sic: Non possunt  
essentia perfectiones, quæ à di-  
versis realiter formis tribuuntur;  
sed perfectio, quæ non est essen-  
tialiter unum cum ipsa hominis  
essentia, extra essentiam est, & sic  
accidentaliter, & consequenter ab  
accidentali forma: si ergo corpus  
organicum non potest essentialiter  
prædicari, quare aliud est à  
corpore, quod est genus, & præ-  
dicatur *in quid*, non aliqua for-  
ma substantiali, sed accidentali  
constituitur.

344. Poterit dici ad hanc ra-  
tionem, quod corpus organicum  
essentialiter convenit homini non  
replicativè, & ratione, qua  
est, quare non eadem for-  
ma constituitur, qua constituitur  
omo, sive à qua sumitur ratio  
homini; convenit autem essen-  
tialiter

tialiter homini sumpto specifica-  
tivè, sive in sensu reali, & secun-  
dum totum, quod dicit in re,  
quare à forma substantiali, & es-  
sentiali sumitur. Sed contra:  
Quod est extra rationem homi-  
nis realiter, non est essentiale, &  
substantiale homini etiam sum-  
pto realiter, & secundum totum,  
quod dicit in re; sed quod consti-  
tuitur per formam realiter aliam  
à forma, qua homo est, est reali-  
ter extra rationem hominis: im-  
plicat ergo, quod substantialis  
est, & essentialis illa forma, &  
quod sit realiter alia à forma spe-  
cifica.

345. Prob. secundò cedenti  
Conclusio: Generatio substantia-  
lis est transitus de non esse ad esse  
simpliciter; sed si corpus, quod  
est altera pars viventis, constitui-  
tur per formam corporeitatis,  
non est transitus de non esse ad  
esse simpliciter, sed tantum secun-  
dum quid: ergo. Patet maj-  
eo enim generatio est via ad esse,  
& facit ens simpliciter, quia sub-  
jectum, cui per generationem  
communicatur forma, intelligi-  
tur non habere esse, & per for-  
mam acquirere esse simpliciter, &  
primum; alteratio vero non dat  
esse simpliciter, neque facit ens,  
sed id, quod est ens, facit tale,  
puta album calidum, quia subje-  
ctum alterationis, quod fortius  
pertinet, intelligitur habere ali-  
quod esse, & per formam tantum  
acquiri determinationem ali-

quam supra esse, quod habet; quare Philosophus has duas mutationes sic explicat, quod altera est fieri, altera vero fieri hoc tale. Prob. itaque min. Subiectum, quod formâ perficitur in generatione viventis, per illam formam constitueretur hoc aliquid, & haberet esse determinatum, supra quod caderet esse, quod tribuit forma viventis generatione acquisita: ergo non transiret de non esse ad esse, neque acquireret esse simpliciter, & primum, sed transiret de tali esse in actu, quod ab illa forma habet, quare generatio non esset generatio: ut ergo salvetur generatio simpliciter, non potest ponи forma aliqua substantialis subordinata, & manens sub forma generatione acquirenda, sed subjectum, quod formam generatione acquirit, est nuda, & sola materia per exclusionem cuiuslibet substantialis formæ.

346 Prob. tertio: Si talis forma datur, ea non amittitur in morte viventis; sed hoc implicat: ergo. Maj. nota est, ad hoc enim illa forma ponitur, ut constituat corpus, quod separatâ animâ relinquitur. Prob. min. Implicat naturalis motus præcissè, & tantum intendens non esse; sed si illa forma ponitur, naturalis motus, quo destruitur vivens, præcissè, & tantum intendit non esse: ergo. Patet maj. tūm, quia, ut communiter dicitur ex D. Dionysio, ne-

mo intendens in malum appetitur; tūm, quia mobile non aqua ex appetitu termini, ad quin movetur, moveri intelligitur; implicat autem appetitus premodus & tantum terminatus ad non genere. Prob. min. Si illa forma ponuntur motus, quo destruitur vivens, præcissè, & tantum intendit non cludere animam; sed hoc est modus: ergo. Patet maj. quia immo, forma ponitur, nulla acquisitione in morte viventis, sed engredi animâ manet materia sub materia tunc autem, mobile non intendit appetere formam, quoniam, neque illam intendit, neque suo: tantum ergo, & prædictum pretendit motus ille expulsum formæ viventis, & sic est constructione, quod nullius est generatio, nullius enim formæ est acquisitionem, quod manifestè est intendere constructionem, & non esse.

347 Prob. quartò: Autem nitur talis forma, ut formatione ipsa tribuat organizationem; aut ut illam exigat; sed ex necessitate capite requiritur: ergo tunc inter perfluitatis rejicienda est. Item maj. constituere enim corpus, quoniam non aliter potest inorganicum non aliter potest inorganum, quam aut formaliter organum formando, aut causaliter exigit organizationem. Prob. ergo quantum ad secundum quod non quia pro dispositione, & divisione materiæ ad formam generatione acquirendam,

opere agitur in materia exigentia non aliqua, sed ipsum agens material quoniam determinat; pro permanentiatur, & connaturalitate ipsius determinationis, exigit formam generatione inducta; sic ad ponitam ignis determinatur materia virginea per calorem, siccitatem, levitatem, & raritatem, quas propter est superior ad generationem agens in re non habet; neque oportet ponere formam, quæ exigit, post generationem vero ipsa forma ignis exigit & connaturaliter conservat: sub quo ergo ad formam vitalem tanquam integrum materia determinatio- quoniam, quæ est organizatio, & heterogeneitas in partibus, illam acili priori ad generationem, & pulsus modum dispositionis inducit: & concurrit, cuius influentia est de- generata ad formam vitæ inducere; neque oportet ponere tamen substantiale, quæ exi- gu, & fundet, quia pro priori ad generationem per modum dispo- nitionis inducit illa determinatio- nes; post generationem vero ipsa ex forma vitalis exigit, & connaturaliter conservat illam dispositio- nes, tam materiæ.

**Corpus.** Quantum ad alteram par- tem iuxta quod nempè non requiritur organa, ut formaliter se ipsa exigit organizationem, probat. ergo item min. Organizatione nihil est, qui si nisi heterogeneitas, & dissimilitudinis partium dispositio, puta, fortioris duritiem habeat, & siccitudinem, caro mollitiem, sanguis

fluiditatem, & unquamque talem extentionem, & in figura disposi- tionem; sed hæc omnia quantita- te præstantur, & aliis accidenti- bus: ergo pro hoc non requiritur forma substantialis, quæ formaliter se ipsa tribuat. Patet minor, quia extensio, durities, siccitas, & alia omnia accidentia sunt. Neque dicas: Corpus organicum adæquate entitatib[us] substancialis est: ergo non per accidentia, sed per substancialis aliquam for- mā constituitur. Non, inquam, id dicas; et si enim materia cum quantitate non sit quid adæquate substancialis, materia tamen ta- lem in entitate sua habens deter- minationem a quantitate, & aliis accidentibus, quid est adæquate substancialis, nec accidentia in- cludit, sed solam materiam sic determinatam, & sic est corpus organicum, ut latius dicemus. sequenti, quare neg. conseq.

348 Probat. quinto contra specialem modum sententia Ba- chonii, quæ talem ponit in solo homine: Talis forma, si datur, substantialis est; sed propter ratio- nem, qua illam adstruit hæc sententia, non poterit esse sub- stancialis: ergo. Patet maj. quia corpus, de quo queritur, est pars physica, & substantialis viventis. Prob. min. Forma, quæ non per se, sed per accidens convenit ho- mini, non poterit esse substancialis; sed illa forma propter ratio- nem, qua adstruitur, per accidens

convenit homini: ergo. Probat. min. Eo ponitur necessaria illa forma, quia aliqua debet ponî, quæ sic terminus generationis, talis autem esse non potest forma hominis; sed hac ratione omnino per accidens homini convenit: ergo. Patet min. quia genitum esse, sive actionem generativam terminare accedit homini, cùm possit esse, & fuerit primus homo per creationem. Confirmatur: Habere corpus organicum homini convenit per se, & essentialiter, sive per creationem, sive per generationem fiat; sed habere illam formam tantum convenientem per accidens, & casu quo generatione fiat: ergo corpus organicum hominis non constituitur illa forma. Rursus: Idem omnino corpus organicum habuit Adam, ac nos omnes; sed in Adam, cùm non fuerit genitus, non erat forma corporeitatis, qua constitueretur illud corpus: ergo neque requiritur in nobis. Præterea, sequitur, quod homo ejusdem substantiæ cum eo, qui nunc est, non potuit creari, quia, ut sit ejusdem substantiæ, debet habere formam corporeitatis; illam autem habet, quatenus terminat generationem. Ulterius: Non homo generatur, sed corpus; quia non forma hominis, sed corporis tantum generationem terminat.

349 Arguunt primò Scotifex: Anima non tribuit esse corporeum; ergo præter animam

ponenda est alia forma constitutiva corporis. Antec. prob. pmo: Quia nemo dat, quod non habet; sed anima rationalis non habet esse corporeum, cùm spiritualis: ergo. Quod si dicatur, animam rationalem habere corporeum eminenter: instant ipsi: Licet sufficiat eminenter, & virtualiter continere effectivam causalitatem, non tem ad formalem; at anima, tribuit esse corporeum, tribuit genere cause formalis: ergo. Ratio maj. est: Quia efficiens causa aliquid à se distinctū; forma vero constituit per sui exhibitionem quare Sol, quia non formaliter, emittit tantum calorem continet, poterit quidem effectivam causare in alio calorem, non tem poterit forma ejus propriam materiam reddere calidam. Præterea: Implicat eminenter contere effectum sibi repugnante repugnat autem animæ corporetas, cùm ipsa sit spiritus. Prob. principale antec. ex prima definitione animæ: Anima est ad corporis, non constitutivus, si informativus, ut nos ipsi probavimus: ergo non constituit, & supponit corpus. Prob. tertio quod alia definitione: Anima est, primò nutrimur, sentimus, loquimur, & intelligimus: et contra non est, qua corpus constituit. Patet conseq. numerantur enim omnes animæ effectus, inter quos debet numerari constitutus

pus, si talem ipsa haberet

350 Resp. neg. anteced. vel claritatis gratiâ, ditting. Non tribuit esse corporeum organicum, & quod est pars viventis, conc. antec. non tribuit esse corporeum absolute, neg. antec. est enim tota forma hominis, & tota ratio quidditatis ejus; quare, cum homo habeat quidditativè, quòd sit corpus, id sibi ab anima tribuitur. Itaque corpus organicum non constituitur per animam, ut præcedente Conclusione dictum est, sed non proinde per substantiam formam corporeitatis, ut sequente Conclusione dicetur; quare hoc sensu neg. conseq. Quatamen anima constituit corpus, quod est genus, & prædicatur in quid de vivente, ad pri-  
mum antec. prob. dicitur primò, quod ea procedit de solo homi-  
ne; illam autem formam ponunt  
Scolz in quolibet vivente. Di-  
citur secundò, quòd ipsis jugulū  
perit: Non minus enim materiale  
& spiritui repugnat sentire,  
ut nutriti, quam corpus esse; &  
tamen anima rationalis gradum  
tribuit vegetandi, & sentiendi.  
Dirècte dicitur, sicut dictum est,  
quod sufficit eminentialis conti-  
nentia: ad primam rationem in  
contrarium dicitur, quòd emi-  
nentia est duplex; altera purè vir-  
tuweis, altera formalis; continere  
eminentè virtualiter requiritur,  
& sufficit pro causalitate effecti-  
vi pro formali autem hæc non

sufficit, sed requiritur continere  
eminentè formaliter, & ita con-  
tinet anima non solum gradum  
corporis, sed viventis etiam, &  
sensitivi. Ad secundam probat.  
neg. maj. cuius falsitatem ostendit ipsa prima ratio: Soli enim  
repugnat calidum esse, & tam  
caliditatem continet eminentè.  
Itaque gradus corporis, ut acci-  
pitur metaphysicè, nihil est aliud  
nisi conceptus, secundum quem  
substantia accipitur nata exten-  
di, & connaturaliter substantare  
quantitatem: quia ergo anima  
potest materiam informare, &  
constituere subjectum connatu-  
rale quantitatis, gradum conti-  
net, quo corpus constituit; quia  
tamen ipsa non coextendit ma-  
teria, non formaliter, sed emi-  
nentè continet; & quia, quod si-  
bi repugnet extendi, scù quòd  
spiritualis ipsa sit, non obstat,  
quominus possit materiam infor-  
mare, & ens materiale constitue-  
re; quòd sibi repugnet corpus es-  
se, non obstat, quominus emi-  
nentè gradum corporis conti-  
neat.

Secunda prob. anteced. de  
corpore organico procedit, ad  
quam conc. cōseq. fatemur enim  
quòd anima non constituit, sed  
supponit corpus organicum ac  
partem physicam, & subjectum  
quod ipsa anima informans ne-  
gamus autem, quòd tale corpus  
ad animam presuppositum aliquæ  
substantiali forma constituatur.

quam



quamvis enim non nudam dicat materiam secundum eisentiam, & entitatem suam, non proinde formam aliquam, sed determinationem dicit, & modum se habendi, quem à quantitate habet, & aliis accidentibus, & quo constituitur partes habens dissimilares, quibus est corpus organicum. Ad tertiam prob. ea procedit ab autoritate negativa, qualiter non sequitur conseq. nempe ex quo hic effectus inter alios non computetur, non sequitur, quod illum non prestat forma, sed ad summum, quod non pertineat ad ipsam secundum specialem conceptum, quo effectus ejus ibi numerantur. Itaque, quia ibi definitur anima ex effectibus suis, ibi assignantur, quos habet specialiter, ut est talis forma distincta à reliquis, nempe vitalis; at constituere corpus non sibi convenit specialiter, ut est anima, sed communiter cum qualibet substantiali forma, quæ est actus materiz: non ergo hic debuit inter effectus ejus computari.

351 Arguitur secundò: Operatio arguit formam; sed in viiente est aliqua operatio, quæ neque mediata, neque immediata potest in animam refundi: ergo alia debet poni forma, quæ sit principium illius operationis. Prob. min. Si homo è turri ejiciatur, motu naturali descendit eodem modo, ac lapis; sed iste motus neque mediata, neque im-

mediate est ab anima: ergo. Prob. min. Ille motus est immediata à forma gravitatis; sed anima repugnat gravitas: ergo. Confirmatur: Si vivens è turri dejectum in medio motu moriatur, non proinde discontinuatur motus, oporteret enim quietem intelligere, qua discontinueretur. Tunc ita: Continuitas motus assumitur, aut saltim de necessitate exigit unitatem mobilis; sed non intelligitur ibi unitas mobilis, nisi ponatur forma corporatis: ergo. Patet min. quia non est idem mobile, nisi sit eadem entitas ejus, & forma, qua constituitur; deficit autem anima: ergo præter hanc est forma corporeitatis, quæ maneat eadem.

352 Resp. quod argumentum in arguentem de facili revertitur: Si enim operatio arguit formam, in aliis ab homine non est operatio, quæ non possit ipsam refundi formam speciam: ergo nulla erit forma corporeitatis in aliis ab homine. Fert antec. quia, cum sola forma hominis sit spiritualis, illi sola repugnat gravitas. Directe ne in me min. ad prob. ejus pariter op. & am min. ad ejus prob. dicitur, quod in non gravitas repugnat anima rationali in se, sive separata à corpore, non autem toti constitutio animam, sicut anima in se repugnat vegetare, aut sentire, non tem constitutere vegetativum, sensitivum: sicut ergo anima

minis vegetativum constituit, & est principium operationis vegetandi, quamvis sibi in se repugnet vegetare, ita constituit grave, & est principium motus gravitandi, quamvis sibi in se repugnet gravitas. Ad confirmationem illa difficultas latius expendetur in sequentibus: interim, concessio assumpto, ad argumentum inde deductum neg. min. ad probat. ejus disting. antec. Nisi sit eadem entitas, & forma, qua constituitur in ratione mobilis, conc. anteced. qua constituitur in ratione entis, neg. antec. Itaque unitas numerica motus requirit unitatem mobilis, ut mobile est, sive real motum comparatur; jam autem ad motum descensus computatur grave in eo, quod grave quare manente gravitate manet idem mobile formaliter, & quantum requiritur ad motum: quiergo, licet mutetur forma constitutiva entis, manet in casu eadem gravitas, manet idem mobile formaliter ut tale. Adde primo, quod idem posset contingere in non vivente, nempè quod in medio motu corrumperetur, & amitteret formam; quare etiam in non viventibus deberent potest formam corporeitatis. Secundò, quod etiam non variata substantiali forma, variatur gravitas, & consequenter mobile formaliter ut tale motu descensus: non ergo in ratione talis constituitur substantiali forma.

353 Arguitur tertio: In morte viventis nulla forma substantialis de novo inducitur; sed non potest materia sine omni forma manere: ergo aliqua erat subordinata formæ specificæ, quæ est forma corporeitatis. Prob. maj. De necessitate oporteret, quod diversa induceretur forma, cum diversæ sint cause, à quibus vivens destruitur; sed videmus, quod semper eadem manet forma cadaveris: ergo non introducitur de novo. Hoc argumentum pro nobis suprà adduximus num. 346. in prob. 3. hujus Conclusionis, & ibi probatum est, quod inconveniens est ponere corruptionem sine generatione, quia tunc subjectum generationis non esset sola materia, sed totum ex materia, & forma, neque generatio daret esse simpliciter, & primo, & motus intenderet præcisus, & tantum destructionem, & non esse, quæ omnia sunt contra Philosophum.

354 Resp. itaque neg. maj. Ad prob. ejus neg. maj. & ad rationem subinductâ dicitur, quod causæ, à quibus destruitur vivens, diversæ sunt materialiter, formaliter verò, sive quantum ad inductionem nova formæ, sive quantum ad expulsionem præcedentis, omnino non differunt: expellunt enim formam viventis, quatenus dispositionem auferrunt, sine qua talis forma non conservatur; novam autem indu-

cunt, quatenus materiam disponunt, & ad educationem ejus determinant; jam autem pater, quod diversitas illa de materiali est, & eodem modo à diversis causis dispositio aliqua tollitur, sine qua non conservatur vivens; patet item, quod ex ordine formæ viventis ad cadavericam materia determinata est, ut hac expulsa, illa, & non alia educatur: ergo de materiali est diversitas agentium, & ea non obstat, quominus semper eadem ponatur.

355 Arguitur quartò argu-  
mento Theologico, quod suprà  
q. 3. pro nobis adduximus: Ni-  
si ponatur forma corporeitatis,  
Corpus Christi Domini, quod  
jacuit in sepulchro, non fuit illud  
idem, quod passum est. Prob. se-  
quela: Quia nisi talis forma po-  
natur, Corpus, quod passum est,  
constituebatur per animam; sed  
quod jacuit in sepulchro, per  
aliam formam debuit constitui,  
cum jam ibi non esset anima: er-  
go. Confirmatur primò: Corpus  
Christi Domini est ex vi verbo-  
rum in Sacramento, Anima verò  
solum ex naturali concomitantia;  
sed si corpus non constituitur per  
formam corporeitatis, anima de-  
bet poni formaliter ex vi verbo-  
rum, nempè ut constitutiva cor-  
poris: ergo. Secundò: Si in tri-  
duo fieret Consecratio, neque ex  
naturali concomitantia ponetur  
anima; sed poneretur tunc  
idem Corpus Christi Dñi: ergo

hoc non cōstituitur pēcātū anima  
356 Resp. ex jam dictis,  
q. sequenti latius dicendis, ne  
sequelam. Ad prob. ejus neg. ma-  
quia corpus organicum non sig-  
nificat materiam sub aliqua for-  
ma, sed materiam sic dispositam  
quod partes habeat dissimilares  
& quia eadem mansit materia  
determinata, idem corpus jacuit  
in sepulchro, quod passum est  
quamvis alia haberet prædicata  
metaphysica, sicut & aliam esse  
tiam, & quiditatem. Quo pac  
ad utramque confirmationem  
ponitur enim ex vi verborum  
Sacramento Corpus organicum.  
Notandum autem, quod B. D. in  
Defens. ad i. p. doct. S. Thom.  
ab argumentis Corruptoris de-  
fendit, quorum alterum erat hoc  
præsens, & ad illud respondebat  
doctrinæ, qua communiter uti  
tut Thomistæ, quod nempè illud  
corpus idem mansit propter idem  
esse Suppositale Verbi, cui man-  
sit unitum. Hanc solutionem su-  
prà rejecimus: nec enim illa con-  
fessio propriâ mente adducit B. D.  
principiis ejus cohæret; quare  
cet doctrinæ S. Thomæ fit con-  
formis, & in principiis ejus pro-  
babilis, quo sensu illam adducit  
B. D. nobis autem ea non pre-  
batur. Notandum item, quod  
3. sentent. idem adducitur ar-  
gumentum, & ex eadem doctrinæ  
Defensorii solvit, quod ali-  
quos de Nostris fecellit, ut eadem  
viâ solvant, putantes, illam doc-  
se o

Gradib. form. & de facili solvit ex doctrina s̄pē à nobis notata, quòd nempè agens neque potentiam facit, neque actum, sed conjungit potentiam actui, & facit potentiam esse sub actu. Ex quo ad formam, concessio toto syllogismo, neg. conseq. subsumptiæ substancialis enim terminus actionis generativæ non est quidem anima se sola ut sub esse ponenda, sic enim est terminus creationis, est tamen anima ut corpori, sive materiæ organizatæ communicanda; quare terminus totalis qui totum est ex corpore, & anima, formalis verò quo ipsa anima, non in se, sed ut communica corpori; imò aliter homo generans, non hominem, sed corpus tantum generaret. Quo pater ad utramque confirmationem, ad primam quidem, quòd, licet actio hominis animam non producat, ipsam tamen introducit in materiam, quatenus materiam disponit. Ad secundam, quòd dupli actioni duplex terminus respondet tam totalis, quā formalis, ut actionis Dei terminus totalis est creatio animæ, sive illius positio sub esse, formalis verò ipsum esse, sub quo anima creatione ponitur; actionis hominis terminus totalis est totum ex corpore, & anima, formalis verò anima, ut corpori communicata.

357 Tandem arguitur fundamento sententia Bachon. Actio substancialis producit substantialiæ terminum; sed humana generatio est actio substancialis ergo aliquem producit substantialiæ terminum; sed non animam, neque materiam: ergo summa corporeitatis. Confirmatur primo: Generatio substancialis substancialis corruptio, & expellit alicujus formæ substancialis ergo debet esse alicujus producio, quia per nos non expelli formæ nisi per alterius inductionem. Secundò: Ubi duo agentes, & duæ actiones sunt substanciales, oportet ponere duas formas; sed ita est in generatione dominis; ergo. Patet min. quia prædicti sunt, Deus actione creativa producens animam, & homo actione generativa producens hominem.

358 Hoc argumentum anti-  
quias est Resoluto, illud contra  
se objicit B. D. citat. tract. de

## § V.

*Corpus, quod est altera pars viventis, significat materiam cum modo se habendi praestito à quantitate, & aliis accidentibus.*

359 **H**ÆC Conclusio ex præcedentibus sufficienter colligitur; si enim tale corpus non est sola materia, nec materia cum gradu formæ, aut forma corporeitatis, relinquitur solum materia extensa, & determinata per accidentia, non quidem concretivè cum ipsis accidentibus, est enim tale corpus adæquatè substantiale, sed per effectus accidentium determinata, & sic se habens; non itaque probatione indiget, sed explicazione. Pro ejus ergo intelligentia notabimas, quod materia se ipsa immediatè perficitur à forma, & forma immediatè se ipsa perficit materiam, ita quod non possumus ullo modo accipere rem tertiam, aut aliquid medium inter materiam, & formam; cum hoc tamen non poterit intelligi materiam perfici, nisi ipsa in entitate sua intelligatur aliter se habens ex conjunctione ad formam; si enim non aliter se haberet, relinquitur ut prius, & consequenter non perfecta, sed perfectibilis, & in potentia.

360 Imaginabimur itaque quod materia de se non habet partes, aut extensionem in entitate sua, ut in Metaphysica probabimus; ex quo autem quantitatè conjungitur, consequenter habere partes, & extensionem nunc ergo, duo tantum ibi sunt materia, & quantitas; nec optinet, aut possumus tertium, quid accipere, ipsa tamen materia, ex quo quantitatè conjungitur, aliter se habet in sua entitate, nempe ante quantitatem non habet partes, neque extensionem, post quantitatem habet partes extensas, ita quod, si alia est entitas materia ab entitate quantitatis, ita alia sunt partes materia à partibus quantitatis, & alia utriusque entitatis extensio; quare non differt extensio materia à materia ipsa, & fert tamen materia extensa ipsa non extensa, & universalis modus non differt à re modicata, sed res modicata à re modicata differt, ut ex intell. dicemus in Metaphysica; intertamen ratio esse potest: Quia modus à re modicata differt, aliquid est ipsis superadditum, ponens in numerum cum ipso quare non modus, sed res est aliqua: non ergo modus distinguatur contra rem modicata, sed est determinatio rei proniens à forma, & res ipsa ita habens ex conjunctione ad formam; & quod dictum est.

quantitate, intelligitur de quavis  
alii forma.

361 Corpus ergo divisum  
contra animam significat mate-  
riam organizatam, hoc est, ma-  
teriam ita dispositam, & deter-  
minatam, seu à quantitate, &  
aliis accidentibus talem haben-  
tem modum in entitate sua, quem  
dicitus organizationem, nempè  
ipsa anima ex gradu perfectio-  
nis, quem habet, tale determina-  
tum subjectum exigit, seu mate-  
riam determinate dispositam,  
& via habentē organa ad opera-  
vite jam autem materiam habe-  
nū illam dispositionem, & organa,  
neque aliquam formam sub-  
stantialem prærequisit, nec ipsa  
accidentia significat, ut jam ex  
precedentibus patuit, sed quòd  
influentia agentis, à quo ge-  
neratur vivens, talia accidentia  
inducantur, & ab eis talem ha-  
bit materia determinationem,  
& modum se habendi, quo orga-  
nizaret, qualia anima requirit.  
Neque oportet intelligere, quòd  
quantitas, & alia accidentia,  
quibus organizatur materia, in  
nuda ejus entitate recipiantur;  
pro nullo enim instanti materia  
est hinc substantiali forma; quare  
subjectum substantiationis est to-  
tum aut corruptum, aut geni-  
uum, nemipè pro tempore altera-  
tionis, & dispositionis materiae  
totum corruptum, ab instanti  
generationis totum vivens.  
Neque item, quòd corpus orga-

nicum est totum per accidens,  
non enim ipsa includit acciden-  
tia, ut jam patuit.

362 N. Alfonius de Uargas  
Toletanus, Archiepiscopus His-  
palensis, qui propter ingenii acu-  
men singulare dictus est suo tem-  
pore Doctor Irrefragabilis, tūm  
in 1. dist. 17. ubi agit de effectu  
formæ, tūm 2. de Anima q. 1.  
art. 2. quo de corpore querit,  
quod est subiectum animæ, latè  
impugnat sententiam B. D. Ipse  
autem in solutione ultimi argu-  
menti explicatur, quid est illud  
corpus, cùm non possit constitui  
per animam, eo quòd physicè di-  
viditur contra animam, neque  
nudam materiam, quia sola ma-  
teria non potest dici corpus, do-  
cet, quòd tale corpus significat  
materiam cum modo se habendi,  
qui est effectus formæ substantia-  
lis, nempè ipsius animæ; quia si-  
cūt se habet formæ accidentalis  
ad dare esse, & effectum acciden-  
talem, ita substantialis ad dare  
esse, & effectum substantiali-  
alem. Hæc positio cum sententia B. D.  
de effectu formæ convenit, differe-  
tamen, quia illum modum ponit  
realiter distinctum à materia, de  
quo in Metaphysica. Differt item  
à sententia Thomistica; quia, li-  
cet ponat, tale corpus per ani-  
mam constitui, & non per for-  
mam corporeitatis illi subordi-  
natam, ponit tamen physicè di-  
visum contra animam, & sic sal-  
vat, quòd corpus, & non anima,

ponitur ex vi verborum in Sa-  
cramento; quod ager potest sal-  
vare sententia Thomistica.

**363** Nihilominus: Licet sal-  
vet hæc positio corpus physicè  
divisum contra animam, quod  
ponatur ex vi verborum in Sa-  
cramento, non tamen poterit  
salvare, quod sit illud idem cor-  
pus, quod passum est, quod ja-  
cuit in sepulchro; non enim se-  
paratâ animâ, potuit manere  
modus se habendi, qui est effec-  
tus ejus, quo ponit tale corpus  
constitui. Rursus: Tale corpus  
non solùm physicè divisum con-  
tra animam, sed etiam subjectum  
ipsius animæ debet salvare; at  
corpus, quod constituitur per  
modum se habendi præstum ab  
anima, nequit esse ipsius animæ  
subjectum: ergo. Patet hæc min-  
isteria enim ex natura rei  
prius est formâ, quam recipit; at  
tale corpus, si per effectum ani-  
mæ constituitur, posterius erit  
ipsâ animâ, & ejus receptione.  
Quæ itaque contra sententiam  
B. D. ipse objicit, videamus, &  
quidem, quæ de effectu formæ  
procedunt, suo loco solvenda  
remittimus; quæ ad præsentem  
pertinent difficultatem, hæc  
sunt.

**364** Arguit primò: Iste mo-  
dus, quem materia consequitur  
ex quantitate, aut est aliquid,  
aut nihil? Si nihil, sola materia  
erit corpus, quod negat B. D.  
quia tunc nihil ponitur præter

## I.

materiam: si est aliquid, non  
tionis; quia conversio Eucha-  
ristica, quæ fit in tale corpus, fieri  
in ens rationis: est ergo ali-  
reale; & tunc, aut distinctum, a  
indistinctum à materia: quod  
distinctum, non admittit B. D.  
ex quo autem sit indistinctum  
multa sequuntur absurdita. Prime  
sequitur, quod ipsa materia ex  
effectus quantitatis, quod patet  
per syllogismum expositorum.  
Iste modus est effectus quanti-  
tatis; sed iste modus est materie  
ergo. Secundo sequitur, quod  
iste modus sit prior, & posterior  
quantitate: nam iste modus est  
ipsa entitas materiæ; sed entitas  
materiæ est prior quantitate: ex  
ergo. Aliunde: Effectus est pos-  
terior causâ suâ; sed iste modus est  
effectus quantitatis: ergo. Te-  
tio sequitur, quod idein poterit  
simil est, & non esse, quod ma-  
nifestissima est contradic̄tio: nu-  
iste modus est effectus quanti-  
tatis, quare sine ea non manet; ut  
poterit Deus sine quantitate con-  
servare materiam: ergo tunc sit  
& non erit ille modus; erit nem-  
pè, quia erit materia, à qua no-  
distinguitur; non erit autem, qui  
non erit quantitas, sine qua no-  
poterit manere. Confirmatur: Ma-  
teria habens tales modum, ne  
habet aliquid, quod non habe-  
bat prius; aut nihil? Si hoc lo-  
cundum, tale corpus solam dicta  
materiam, & nihil amplius: si  
autem dicatur primum, talis mo-

des differt à materia , & corpus  
organicum materiam dicit , & il-  
lu aliiquid , quod non habebat  
prius.

365 Hoc argumentum dire-  
cte procedit contra Conclusio-  
nem effecta formæ ; nihilomi-  
nis , quia ejus solutio pro ple-  
niu[m] hujus explicatione confert ,  
illo hic adducimus . Ad formam  
ergo dicitur , quod ille modus est  
aliiquid reale , non autem realiter  
dintens à materia ; & ad incon-  
veniens inde deducta responde-  
tur : *Ad primum neg.* sequela , &  
*ad syllogismum expositiorium*  
*disting. min.* Sed iste modus est  
materia secundùm se , neg. min.  
materia sic se habens , aut sic  
habere materiæ , conc. min. ex  
sololum sequitur , quod mate-  
riæ sic se habere est quantitatis  
cibus . Ad secundum inconve-  
niens patet eadēm distinc. nam  
ille modus est entitas materiæ ,  
secundùm se , sed ita se ha-  
bens ; entitas autem materiæ , se-  
condum se quidem , prior est  
quantitate ; ut autem ita se ha-  
bet , posterior est ipsa .

Ad tertium inconveniens:  
Poterit quidem Deus materiam  
non conservare sine quantitate , non  
autem sine effectu ejus ; tunc enim  
est , & nullibi esset , quod non  
posset intelligi ; esse enim alicubi  
habet materia per effectum quan-  
titatis : quia ergo posset esse ille  
modus , quamvis non esset quan-  
tus , non sequitur , quod esset ,

& non esset ; neque aliquid est  
inconveniens in eo , quod Deus  
conservaret modum à quantitate  
causatum ; non enim ad hoc de-  
beret materiam informate , aut  
formalem causalitatem exercere ,  
sed influentiâ effectivâ conserva-  
ret determinationem , quam in  
genere formalis causavit quanti-  
tas . Dicitur secundò , quod dato  
non posse illum modum sine  
quantitate conservari , & conser-  
vari materiam sine illo modo  
non sequitur , quod esset , & non  
esset , ut patet ex præmissa distinc-  
tione : non esset enim tunc ma-  
teria determinata , & sic se ha-  
bens , sed nuda , & secundùm se ;  
et ille modus est entitas materiæ  
non nudæ , & secundùm se , sed  
ut ita se habet . Ad confirmatio-  
nem : Materia non habet aliiquid  
quod non habebat prius præcis-  
se ex vi talis modi , sed se habet  
aliter .

366 Arguit secundò : Nulla  
realitas materiæ præcedit mate-  
riam ; sed omnis realitas materiæ  
præcedit extensionem : ergo ex-  
tentio non est aliqua realitas ma-  
teriæ ; sed corpus , in quod sic  
conversio Eucharistica , dicit ma-  
teriam organizatam , & exten-  
sam : ergo dicit materiam , & alia  
quid ipsi superadditum . Ad hoc  
item eodem modo respondeatur ,  
*disting. maj.* Nulla realitas materiæ  
præcedit materiam secundùm se , conc. maj. materiam deter-  
minatam , & sic se habentem , neg.  
*maje.*

maj. Precedit enim naturā , & causalitate materia secundūm se ad ipsam materiam sic se habentem : eti ergo extensio non sit realitas materiæ secundūm se, est tamen realitas materiæ sic se habens ; & quia corpus, in quod sit conversio Euchatistica, significat materiam extensam, & organizatam, non materiam , & aliquid aliud significat, sed materiam sic se habentem. Cetera ex dictis poterunt solvi.

poreitatis , de qua jam patere ita praecedenti articulo, nullam dantem; sed quia posset Deus duas formas simul ponere, pura forma hominis , & leonis , ita quod tera tantum præstaret gradum tactæ, aut sentiendi , altera gradus talis vita: quia ergo in hoc modo est implicatio contradictionis supponitur id posse divinitus fieri , & solū queritur de formis disparatis , sive non subordinatis.

**368.** Supponitur item , non esse difficultatem de formis in diversis materiæ partibus , putum quod eadem portio materiae una parte haberet formam lapidis; in alia formam ligni, deinde enim , & naturaliter id se contingit, ut quando arboris mus arescit , eo quod ex aliis intemperie illas dispositiones amittit , sine quibus formam illis non conservatur , tunc pars formam vitalem animam & aliam acquirit, quare in diversis partibus diversæ sunt formæ similiiter ferrum candens in una parte ignitor , & formam ignis habet , in alia retinet formam ferri , & in illa etiam parte, quae ignescit , non nisi in leviori teria , quæ est in poris ferri, forma ignis inducitur , cetera riori materia sub forma ferrim nente : non ergo est ad propria distincio N. Bonh. utramque nititur concilari testitam; ait nempe , quod in

## ARTICULUS VI.

*Virum plures formæ substanciales non subordinatio possint dividit. natus informare eamdem partem materiæ.*

*Quibusdam præmissis , oligitur pars affirmativa.*

**367.** **N**ON procedit præ sens controversia de formis subordinatis , ideo in titulo queritur de non subordinatis; dicuntor subordinatae ex quarum unius sub altera continetur , ut sensitiva , & rationalis; non quod aliqua sint re ipsa tales , si que enim forma est alteri subordinata, maximè forma cor-

teria una unitate indivisionis in partes poterit esse multiplex forma, ita quod una sit in una parte, alia in altera; in materia vero una unitate partis non poterit multiplex forma esse. Hoc, inquam, non est ad propositum; non enim dubitatur de materia priori modo una, & tantum est controversia de eadem parte materiali; quare de hoc in titulo querimus.

369 Insuper supponitur non esse controversiam de formis entitative, & materialiter acceptis, quare queritur: An possint informare; non enim est controversia: An posset Deus in materia conservata formam, quam habet, aliam inducere, ita quod secunda non informaret, neque aliquam communicaret per seipsum, sed esset ibi pure materialiter, & veluti in loco: de hoc, inquam, non est controversia: repugnantia enim, si quæ est, in eo est, quod utraque perficiat, & laum praestet effectum. Tandem queritur: An possint informare divinitus, naturaliter enim supponitur impossibile; tum, quia videmus, quod naturale agens non aliter formam inducit, quam expellendo præcedentem; tum, quia natura abhorret superflua: quia ergo qualibet portione materia sufficienter unam formam informatur, naturali motu non poterit alia induci.

At casum objicit N. Villa-

nova, & ex ipso Aguilera, quæ videtur id accidere naturaliter, sive naturali motu: nam accidit aliquando monstrum gigni, in quo fœmora, & quæ deorsum sunt, unius essent, pectora vero, & quæ sursum, essent duorum: in tali duas esse animas ex eo patet, quod communis Theologia docet, tale monstrum in utroque capite baptizandum; tunc autem cum anima rationalis tota sit in qualibet parte, utraque illius monstri anima in inferiori parte erit, puta in eodem pede, quia ad utramque pertinet quilibet pes, tanquam pars sui corporis. Nihilominus dicendum, quod naturaliter est impossibile duas formas eamdem materialiter partem informare; in casu autem dicendum, quod semper in his monstribus observatur, quod alterum caput minus est, & quasi ex obliquo adjicitur; quare dubitatur, an propriæ habent animam, & propter hoc dubium baptizandi debet sub conditione; casu quo non possit de veritate constare, poterit enim constare ex sensatione, puta, si hoc tanto alterum sentit, una est anima; è contra vero, si hoc sentiente alterum non sentit, poterit colligi duplex.

Aut itaque una tantum est anima in talibus, aut dato, quod sit duplex, non ad utramque pertinent pedes, sed ad illam, quæ est in principali capite, & altera partem tantum informat principali

pali corporis superadditam; quod si contendat aliquis posse contingere, quod utrumque caput ex sequo procedat, & ad utrumque equaliter debet pertinere pars inferior; tunc dicendum, quod naturalis rerum ordo exigit, quod non simul utraque anima infundatur, & tunc que secundò advenit, illam tantum informat partem, quæ sibi à precedente relinquitur. Neque quid urget motivum Arriagæ, qui disp. 3. sect. 6. subsect. 6. concl. 2. docet nullam esse specialem rationem, qua id negetur naturaliter posse contingere; nos enim illa est difficultas in eo, quod dispositiones ad unam non habeant oppositionem cum dispositionibus ad aliam. Hoc, inquam, nihil urget; eo enim dato, ex sola supertilitate non inducetur naturaliter secunda forma, cùm prior plenè compleat potentialitatem materiæ: relinquitur ergo dubitatio de posse absoluto Dei, quare de hoc in titulo queritur.

370 Duplex est tantum sententia: prima negat. Hanc, uno excepto, vel altero, tenent communiter Thomistæ; eamdem esse Scotistarum communem, ait Merin. contendit tamen Mastrius affirmativam esse de mente Scotti. Secunda sententia affirmat, id posse divinitus fieri. Ita frequentius Doctores Societas, cum P. Suatio disp. 15. Metaph. sect. 20. Ex nostris hanc tenent Luisilius.

tan. Arim. & problematicè Unnova, & Manso, quamvis in negativam inclinare videntur. Mihi quidem nulla relingtur dubitatio, quin sententia affirmativa sit de mente B. Doctoris; quamvis enim de substantiis libus formis nullibi ex insinuacione determinet, imò non leviter gativam indicet in Hexam. verba infra adducemus; et tamen, quæ de duplice formaliter solo numero diversa docet in Quodlib. sufficientem ejus colligitur pro affirmativa, cùm aliunde, nisi manifestissima appareat contradictionem esse pro potentia Dei, doceat S. Patens, cujus ratio adducit B. Doctor.

371 Dicendum itaque: I test duplex forma, substantia non subordinata divinitus insimulare eamdem partem materiæ. Hæc non aliter probari potest quam communi in similibus fundamento, ad quod nos remittit S. Patens, nempè: Quod nullum involvit contradictionem, potest à Deo fieri; sed ita est hoc, de quo querimus: ergo. De majori nullus dubitat, min. autem probatur solvendo, quæ objiciuntur, contradictionem implicantur. Nihilominus locum expendens B. Doctoris, ex quo possit mens ejus constare.

372 Itaque in Quodl. 4. r. querit Doctor: An plurae deontia ejusdem speciei possunt

sol in eadem parte subjecti? Selp, affirmativè, loquendo de potentia Dei; & postquam §. *Sat* statuit, quòd semper tenuum est Deum posse, nisi manifesta appareat contradic̄tio, in situatione ad primum, cùm argumentetur, quòd subjectum per unum albedinem ita perficitur, quod omnino non relinquitur in potentia ad aliam, quare si aliqua coegeretur, esset actus sine potentia, respondet, quòd naturale agens requirit in facto potentiam, quia agit transmutando; Proutem, sicut subjecto non insit, ita neque potentia ejus, que id totum potest, quod coniunctionem non involvit, & subjecto non repugnat; eamdem hoc doctrinam in Quodlib. 5. q. 10. nam §. *Ex hoc patere pos* docet, quòd, quia Deus manifestabit conservare in proprio informas reales, quam agens animale habeat conservare intentiones causatas in medio, si videntur, quòd in eodem puncto modi conservantur intentiones uno numero diversæ, at si ex adverso ponatur duplex album, in eodem punto concurrit utriusque intentio, multò magis dici debet, quòd possit Deus duas informas reales conservare.

Ex hac doctrina præsens Conclusio sufficienter colligitur: Nam enim sine illa implicatione a duplice albedine eadem pars subjecti consequeretur duplex

album esse, & esset una omnino entitas, duplex autem album, quare esset, & non esset unum, nemp̄ esset unum materialiter in ratione entis, esset duplex formaliter in ratione albi; ita in proposito duplex forma substancialis eidem parti materiae tribueret duplex perfectum esse, & constitueret duplex compositum, quod esset, & non esset unum individuum, nemp̄ materialiter, & unitate, quæ est principium numeri, esset unum ex indivisione, quæ est negatio divisionis continua, qua sit numerus; at vero formaliter, & unitate, quæ cum ente convertitur, esset duplex ex dupli essentia. Ratio autem est manifesta: Sive enim comparemus formas ad se invicem, sive ad materiam, nec maiorem inter se repugnantiam habent duæ formæ substanciales, quam duo accidentia ejusdem speciei, cùm substantia substancialiæ non opponatur; neque magis per primam formam substancialiæ repletur capacitas materiae, & constituitur ens naturale, quam per primam albedinem repletur capacitas subjecti, & fiat album omnino, quantum potest dealbari; si ergo hoc potest à Deo ulteriore fuisse albedinem, & album fieri, & materia poterit ulteriore recipere substancialiæ formam.

## S. II.

## Solvuntur Argumenta.

373 Arguitur primò ex B. D. in Hexam. p. 1. cap. 4. ubi ita habet: *Nullius agentis est facere id, quod contradictionem implicat, quia tunc simul esset, & non esset: cum ergo omnes formae substantiales habeant aliquam oppositionem ad invicem, impossibile est, unam, & eamdem materiam esse sub diversis formis, ut quod simul sit sub forma ignis, & sub forma aquæ, vel sub quibuscumque duabus formis.* En verba, quæ nulla possunt tergiversatione eludi; expressissimè enim ait, contradictionem implicare duas qualcumque substantiales formas simulponi; quare id facere nullius est agentis.

374 Respond. nihilominus, quod loquitur Doctor de potentia naturalis agentis, & hoc sensu ait implicare, & quod nullius est agentis id facere, nempe, quod eadem indivisa materia duas habeat substantiales formas, quod autem hoc sensu loquatur, in ipso patet contextu: itaque in illo cap. 4. intendit Doctor, quod materia secundum nudam essentiam suam est eadem in omnibus corporibus, ita enim

habet titulus illius cap. ad hoc autem explicandum assumit doctrinam Commentatoris, quod aliam, & aliam formam recipit materia, quatenus quantitate dividitur, & in alia, & alia partem aliam, & aliam habet; si autem indivisa maneret, non posset unam habere, & plures tantum successivè, & in diversis temporibus: & postquam verba Commentatoris adducit ad hoc in Substant. orb. cap. 1. subiungit Quia nullius est agentis &c. per ergo, quod intèdit implicare illud eodem sensu, quo loquitur Commentator, nempè conaturaliter.

375 Arguit secundò N. Villanova ex frequenti B. Doctoris principio: Plura, ut plura sunt nequeunt in unum convenire, qua enim ratione conveniunt non plura sunt, sed unum; qui convenire, ut plura sunt, aperte implicat. Hoc principium Philosopho desumitur in 7. M. taph. text. 49. ubi ita habet: *In possibile enim substantiam substantiis esse inexistenter, sic ut actu; duo namque sic distribuuntur, nunquam sunt unum actu;* illud sèpè assumit B. Doctor, & ex illo in 3. dist. 1. p. 1. q. 1. articulo probat, plures Divinas Personas secundum subsistentiam relati, vam, qua plures sunt, non potest assumere eamdem naturam, manam, bene autem secundum plures E. subsistentiam absolutam, et solent convenire, & jam autem de istis

substantiales formas eamdem materialm informare est plura, ut plura sunt, in unum convenient; non enim aliqua ratione una, in qua convenient, uniuntur: er-

376 Hoc argumentum non nullam nostris ingerit difficultatem propter principium B. Doctoris, quo ntititur; me tamen judice, nullam habet; qua enim ratione plures formas accidentales in unum convenire susceptivum non implicet, neque sit plura in unum convenire; sit autem, quod plures formæ substantiales in eadem materia ponantur, ego non video, cum æquè hic, scilicet ibi plures formæ, ut plures sunt, & distinctæ, ad unum subjectum competent: itaque neg. min. quod plures formas in eadem materia ponit plura in unum convenire; ponuntur quidem, ut plures sunt, & distinctæ, quod tanta ratio subinducta probat, non tamen ex hoc in unum convenient, non enim, ut unam essentiam constituant, aut unum tribuant perfectum esse, ponuntur: hoc ergo implicat, & hoc est in unum convenire, ponit, ut idem tribuerent perfectum esse, & unam essentiam constituerent. Quo patet ad paritatem subinductam de Personalitatibus; assenserent enim eamdem naturam plures Personæ ad unitatem Personalē, quare plures Personæ, ut plures sunt, constitue-

rent unam Personam, & convenirent in unum esse Personale; at in proposito plures formæ non constituerent unam essentiam, aut unum compositum, quod esset in unum convenire; & ille est sensus, quem intendit Philosophus, quod ex pluribus in actu, sive ut plura sunt, nequit fieri una essentia, sed sit tantum ex potentia, & actu, quæ plura sunt, non tamen ut plura sunt, sed ut sunt potentia unum, uniuntur.

377 Arguit tertio idem: Illa habent repugnantiam ad invicem, ex quibus nequit fieri unum; sed ex duplice forma substantiali nequit fieri unum: ergo. Maj. patet; nam repugnantia est negatio convenientiarum, quare quæ convenire possunt, secundum quod hujusmodi non habent repugnantiam. Patet item minor; quia unum ex multis solùm potest imaginari, aut quatenus sunt actus, & potentia, aut quatenus aliquo nexus colligantur; plures autem formæ neque aliquo nexus colligari possunt, neque sunt actus, & potentia. Hanc rationem ita confirmat N. Manso: Vel illæ formæ immediate simul conirent eidem materiæ, vel successivæ, & una post aliam; sed utroque modo implicat: ergo. Prob. min. quantum ad primam quidem: Quia, si simul immediate conirentur, confunderentur, & ex duplice forma fieret una: quantum ad secundum item: Quia

tunc prima forma fieret materia respectu alterius.

378 Resp. ad argumentum conc. præmis. disting. conseq. Ergo nequeunt simul ponи, ut faciant unum compositum, aut unam essentiam, conc. conseq. nequeunt simul ponи in eodem subiecto, ut duplex perfectum esse tribuant, & duas essentias constituant, neg. conseq. Itaque per ipsam argumenti rationem albedo, & calor repugnantiam habent, neque enim aut sunt actus, & potentia, aut aliquo nexu inter se colligati intelliguntur; ponuntur nihilominus in eodem susceptivo, quia illa repugnantia est ad se invicem, ut ex eis fiat unum quid, aut ut tribuant unum perfectum esse, non autem ad subiectam: pariter ergo multiplex substantialis forma, ad se quidem repugnantiam habet, neque una cum altera poterit uniri, non autem repugnat, quod utraque eidem unitatur susceptivo. Ad confirmationem dicitur, quod utroque modo posset fieri. Ad rationem in contrarium, ad primam neg. assumptum; sicut enim de facto non confunditur multiplex forma accidentalis, ex quo immediate, & simul eidem subiecto communicetur, neque de posse absoluto duplex albedo deberet confundi, & fieri una, ut poneretur simul, & immediate in eadem superficie; ita in proposito simul poneretur du-

plex forma substantialis, & quilibet ipsi materia immediate proprium perfectum esse tribueret. Ad rationem secundam partis primitur neg. assumptum; si enim una forma recipereatur in alia, aut in materia mediante ali oporteret unam respectu alterius habere rationem potentiarum materiarum; at vero, ex quo successivae, & una post aliam unitas non sequitur, aut quod una recipetur in alia, aut quod una dividante alia, sed utraque immediate ipsi materiae communicare etiam suum.

379 Arguitur quartum: Materia sub duplice forma est, non esset duplex individuum, hoc aperte implicat: ergo. Pro maj. quod esset quidem: Quod duplex essentia non potest esse duplex individuum; at in se esset duplex essentia: Quod autem non esset duplex individuum, prob. item de his. Quia unico individuationis principio unum individuum constituitur; at in casu unum individuationis esset principium, non una materia quantitate significativa modo.

380 Resp. neg. maj. Ad primum dicuntur, quod esset duplex individuum formaliter, & quantum ad unitatem, quae est potentis, quamvis esset unum materialiter, & quantum ad unitatem, quae est principium numeri; autem implicat, quod in di-

receptione unitatis individualis paratur ad essentiam, & entitatem.

que habeat, & non habeat unitatem. que, ut in Metaphysica latius dicimus, unitas, quæ passio entis, & cum ente convertitur, alia d, & ab alia ratione sumitur, ac unitas, quæ est principium numeri: quia ergo numerus est in genere quantitatis, resultat ex divisione continua; quare unitas, quæ est principium numeri, individualiter unitate, quæ est passio entis, immo naturaliter sæpe contingit; cum enim ramus arboris arescit, formam vitalem amittit, & aliam acquirit, quares aliud sit ens; quia tamen non se paratur, non amittit unitatem, quæ est principium numeri, nec facit numerum, qui resultat ex divisione continua. In casu itaque argumenti illa materia esset duplex essentia, & consequenter duplex entitas, & duplex individualium; ad rationem autem in contrarium, cum dicitur, quod unum est principium individualis, dicit assumptum: Unum est materialiter, & unitate, quæ est principium numeri, formaliter vero, & unitate, quæ est passio entis, neg. Illa enim materia relinquitur indivisa divisione continua; per ordinem vero ad entitatem est multiplex formaliter, aut virtualiter, quantum duplo aequivalet, & cum duplo forma duas essentias constituit.

381 Arguitur quinto: Sicut eo quod in eodem subiecto sunt albedo, & dulcedo, valet prædictio;

catio: *Album est dulce*, ita si in eadem materia essent duas formæ, puta, lapidis, & ligni, valeret: *Lapis est lignum*; at hoc implicat: ergo. Prob. min. Aut enim quidditativa esset prædicatio, & tunc lapis in ratione talis constitueretur formâ ligni, siquidem de eo prædicatur quidditative; aut prædicatio esset denominativa, & tunc forma ligni esset accidentalis, siquidem accidentaliter prædicaretur: quandoquidem ergo implicat utrumque, sequitur, quod implicat talis prædicatio, & consequenter duplex forma in eadem materia,

382 Respond. neg. min. Ad prob. dicitur, quod prædicatio esset denominativa; non enim, quia essent unum, sed quia essent in uno, prædicarentur de se invicem. Ad probat. neg. assumptum, & ratio, quia nítitur; non enim ex quo accidentaliter prædicetur, sequitur, quod sit forma accidentalis, ut dictum est in Logica, & multis patet exemplis; subsistentia enim accidentaliter prædicatur, non tamen est accidentalis forma, & Uerbo accidentaliter convenit habere humanitatem sibi unitam, quia tamen non proinde poterit dici accidentis:

383 Arguitur sextò: *Forma substantialis est quidditativè actus primus materiæ*, ita quod ex quidditate sua habet nudæ materiæ advenire, & non habenti esse

ab alia forma, quare quæ adveniuntur habenti esse ab alia forma, est forma accidentalis; sed in casu altera forma adveniret materia facta in actu per priorem formam: ergo ea esset accidentalis, & sic casus implicat,

384 Resp. N. Mauso, quod essentia formæ est, quod sit actus primus exactivè, hoc est, quod exigat ita advenire materię; casu autem, quamvis exercitetur non haberet, Deo prohibente exigeret tamen nudæ materiæ advenire, quo salvatur ejus quiditas. Non placet hæc solutione quantumcumque enim exigere primum esse dare, & nudam materiam informare, exerceat Deus prohibente, non primum, sed secundum esse tribueret. Respondit itaque neg. min. non enim materiæ, ut habenti priorem formam & ea mediante, communicant secunda, sed nudæ materiæ, si ipsi immediate secundum quidditatem suam; quare esset actus primus, & daret primum alio.

385 Arguitur septimò: Supponit posset duplex forma poniri diversitatem in eadem materia, posse quia non duplex anima in eodem corpore, sed ex hoc multa sequuntur, quod absurdum: ergo. Probat. min. Namque secundum sequitur, quod idem se dicuntur, possumus posset simul velle, nonne idem sub eadem ratione hoc autem aperte implicat. Præsequela, quia haberet duas distinctas, quarum neutra alio mil-

subordinaretur. Rursus : Illud suppositum posset altera voluntate peccare, alterâ bené operari, quare posset una anima damnari, altera salvare ; tunc autem cogitur Deus ad injustitiam, quod est maximè absurdum ; aut enim corpus damnaret, & tunc illud corpus jus habet, ut cum anima salvetur, cum qua benè operari est ; aut illud corpus salvatur, & tunc beatificaretur corpus, quod cum anima damnata male operatum est.

386 Resp. primò, quod non oportet quascumque duas formas posse simili poni, neque ex quo aliqua specialem habeant repugnantiam, licet inferre, quod nulius formæ possunt divinitus gaudi; quare, licet detur repugnancia duplicis animæ, non sequitur intentum, & sic neganda est mag. Quia tamen in casu duplicitatem, datâ maj. neg. min. ad primum absurdum neg. suppositum, quod in casu esset unum sibi suppositum, duas enim haberet naturas, & esset duplex homo; & postea neuter alteri subordinaretur, posset utique alter velle, si aliquid alter nolle. Ad secundum sequela, ad rationem ejus dicitur, validè esse rationabile, illo corpus juxta bona merita, cum altera anima habuit, salvatum iri, neque in hoc aliqua iniquitia : Deus enim est de misericors, de nostro justus,

hoc est, iustitiam non exerceat de se, sed quatenus nostra opera exigunt; at in casu ex parte illius corporis nihil esset Deum cognens ad iustitiam, à quæ enim se haberet ad utrumque extremum: illud ergo Deus pro sua bonitate cum iusta anima salvaret, neque enim corpus de se culpâ inficiatur, sed quatenus animæ conjungitur peccatum habenti; quare ab illa separatum, quæ peccavit, nihil obstaret, quominus posset cum anima iusta salvare.

387 Arguitur octavó frequenti Thomistarum fundamento, quod ex Complutensibus desumit Illustrissimus Palanco: Licet possit Deus suspendere effectum secundarium formæ positivum, at effectum negativum, licet sit secundarius, non potest Deus suspendere; sed quod una forma alteram expellat, est effectus negativus: ergo. Maj. quantum ad id, quod supponit, quod nempè possit Deus suspendere effectum secundarium, nota est, nempè suspendit Deus localem extensionem, quæ est effectus secundarius quantitatis; quantum ad id, quod asserit, sic prob. maj. Posita causalitate, non potest non sequi effectus, poterit quidem effectus suspendi, si suspendatur causalitas causæ, sed cum causalitas sit ipsum exercitium ponendi effectus, aperte implicat causalitatem ponî, & non sequi effectum; at causalitas, qua-

for-

forma alteram expellit, est ipsum informare: ergo implicat formam informare, & expulsionem non sequi.

Confirmatur primò: Forma essentialiter afferre alterius privationem: ergo, etiam divinitus, nequit cum altera ponи. Conseque patet, quia, etiam divinitus, fieri nequit, quod aliquid simul sit, & non sit tale; hoc autem sequitur, si ponantur simul forma, & privatio. Antec. prob. autoritate D. Thomae in 11. Metaph. lect. 12. & ratio esse potest, quia unumquodque aequè essentialiter habet esse id, quod est, & non esse aliud. Conf. secundò: Forma reddens compositum rationale essentialiter, negat irrationalitatem in composito; sed qualibet forma alia ab anima ponet irrationalitatem: ergo, posità anima, quævis alia repugnat.

388 Rcfsp. quod argumen tum ipso, quod assumit, exemplo instatur aperte: Nam expellere aliud corpus à loco est effectus negativus non minus, quam expellere aliam formam à materia; suspenditur autem expulsio alterius corporis, & possunt à Deo ponи duo corpora in eodem loco. Directe, neg. maj. Ad prob. ejus dicitur, quod siquidem poterit suspendi causalitas, ex qua sequitur effectus negativus, poterit proculdubio hic suspendi; at effectus negativus semper ex aliquo positivo sequitur: quan-

doquidem ergo supponit argumentum, posse effectum ponendum secundarium suspensi, non est, unde absolute dicatur, non posse suspendi effectum negativum. Deinde, neg. min. nam effectus de necessitate sequitur causalitatem, qua ponitur; at pars propositio precedens formæ non sequitur, sed precedit informacionem: nam corruptio praecedens compositi extrinsecè tantum mensuratur instanti generationis, quo primò est informatio hujus formæ: non ergo ipsa formatio est causalitas, qua precedens forma expellitur, sed inductionis dispositionum, cum quibus hæc forma conservari novetur. patet autem, quod à dispositionibus non essentialiter, sed con naturaliiter tantum hæc formæ dependet.

Ad confirmationem de cili patet instantia: quia enim qualibet essentialiter est id, quod est, qualibet essentialiter importat non esse alterius, ut materia essentialiter est materia, quod essentialiter non est forma; & bedo essentialiter non est dulcedo, & essentialiter importat non esse dulcedinis; ex hoc autem sequitur quidem, quod ipsa alba non possit fieri dulcedo, aut res non possit fieri alia, non tem quod non possint duas c jangi; quare neg. antec. in su, quem intendit arguens, ne pe in ordine ad subiectum.

prob. S. Thomas in illo loco tandem intendit, quod, quia forma importat non esse alterius, non potest una esse principium operationis, quæ alteri convenit, ex quo nihil ad propositum: ratio autem subinducta non probat cognitiam in eodem subjecto; sicut, licet albedo essentialiter importet non esse dulcedinis, ponitur in eodem subjecto cum ista. Ad secundam confirmationem disting. min. Poneret irrationalitatem in eadem materia, commun. in eodem composite, anima. Itaque anima, eo quod contineat rationale, essentialiter cognoscit, quod hoc compositum non materia, & ipsa anima habeat rationalitatem; hoc autem non est, quin ipsa materia cum alijs anima faciat aliud composite, non habeat esse non rationale, non subiectum albedinis cum anima facit aliam compositionem, & vi illius habet esse non ab alijs.

389 Arguitur nonè: Virtus, ex natura sua est impotens ad aliquem effectum, nisi ei aliquid addatur, relinquatur impotens; sed materia est virtus de se impotens habere duas formas simul: ergo nisi ei aliquid addatur, relinquatur impotens. Tunc rem: Si aliquid debet addi, quo sit potens, aut hoc aliquid de eisdem rationis cum materia, aut diversa? Si eisdem, si ex materia de se est impotens,

ita hoc addito impotens relinquitur; si autem diversa, jam non ipsa materia duas formas recipit, quia per hoc additum fit alia. Adde, quod nequit intelligi, quod materia sit potens recipere per aliquid sibi additum, cum ejus quidditas sit potentia receptiva.

390 Hanc rationem fundamentalē dicunt Complut. mihi autem ea apparet debilissimata primò ea instatūr, quia humanitas de se est impotens subsistere alienā subsistentiā; item accidentis de se est impotens sine subiecto existere, & alia sunt hujusmodi molta: quid ergo additur, aut humanitati, quo possit alienā subsistentiā terminari; aut accidentibus, quo possint sine subiecto esse? Præterea: Aliquando virtus dicitur impotens ab intrinseco, & ex defectu ipsius virtutis; aliquando ab extrinseco, & ex aliqua conditione requisita; quando priori modo est impotens, debet aliquid addi, quo virtus augeatur; quando vero posteriori modo, sufficit illam ponere conditionem, quæ requiritur. Jam autem: Materia impotens est duas formas habere simul, non ab intrinseco, & defessa perfectibilitate in ipsa, sed ab extrinseco, & ex incompatibilitate duplicitis formæ simul; quare si hac tollatur, quin aliquid materia addatur, poterit simul recipere.

Mm                    Resp.

Resp. itaque disting. maj. Relinquitur impotens secundum eamdem potentiam, sive in eodem ordine, mitto maj. absolute, neg. maj. & disting. min. Materia est virtus impotens recipere duas formas simul, naturaliter, mitto min. quia neque hoc est ex defectu virtutis in ipsa materia, supernaturaliter, sive secundum potentiam obedientiale, neg. min. Itaque, nisi supponatur, quod est in questione, argumentum nihil probat; ex quo enim naturalis virtus sit insufficiens, quæ nempe, si nihil sibi addatur, non sufficiat, non sequitur, quod nullo addito non possit fieri absolute, sed tantum, quod non possit fieri in illo ordine, & secundum potentiam naturalem; quo dato, poterit fieri secundum potentiam obedientiale: ut ergo directe procedat argumentum, debet esse sensus minoris: Sed materia secundum potentiam obedientiale est impotens; & tunc sequitur, quod nisi aliquid addatur, etiam obedientialiter relinquitur impotens, tunc verò assumit, & sine probatione relinquit illud ipsum, de quo queritur.

391 Arguitur decimò: Una causa nequit habere duos effectus virtuti suæ adæquatos, idque etiam divinitus; sed si poneretur duplex forma in eadem materia, una causa haberet duos effectus sibi adæquatos, & idem effectus

esset à duplice causa exercitè totali, & in actu secundo adæqua-ta: ergo. Maj. patet; quia tunc quilibet effectus esset, & non esset adæquatus; esset quidem, si supponitur; non esset autem quia non adæquaret, cum præ illum haberet causa aliud. Min item patet; quia totalis, & adæquatus effectus cujuslibet portionis materia est unam formam recipere, & quælibet ex illis formis totalis causa esset perficiens eamdem materię virtutem: ergo una causa duos effectus habet adæquatos, nempe una materię duas formas, & idem effectus à duplice causa totali causa, nempe eadem perfectio, & informatio materia à duplice forma.

392 Resp. quod de majori specialis dubitatio instituitur disputat. sequenti, interim dimus, quod exercitè, & in actu secundo non esset in casu questionis, neque effectus à duplice causa, neque causa duos habet effectus. Ad rationem in contrarium, tunc una causa duos habet effectus exercitè, & in actu secundo adæquatos, quando quilibet adæquat causalitatem; tunc enim etiam non adæquat, si illa causalitati alter effectus respondet; similiter tunc effectus est à duplice causa exercitè adæquatus quando duplice causalitatibus adæquatae respondet; quod enim una causa aliá, & aliá causalitatem aliud, & aliud effectum habet

hunc, & adæquatum, pâsim occurrit, & talis effectus dicitur in actu primo, sive intensivè adæquatus; similitè non implicat, quod idem effectus uni adæquata causalitati respondeat, quæ potuisse hujus, vel illius causæ. In quo in casu questionis materia habet duos effectus, nempe duas formas recipere, non autem una causalitate, sed duplice receptione; duplex item forma unam materiam informaret, non autem una informatione, neque unum estum causaret, sive per se esse, sed duplex esset modus habendi, & effectus duplicitas.

193 Tandem arguitur: Si per una materia plures formas capere, posset pariter una forma plures informare materias; hoc secundum implicat: ergo. Min. patet; eadem quippe ratio cum materia uni formæ, atque una forma uni materia adæquatur. Min. item patet; tûm, quia una esset quidditas duorum, si una numero forma duas materias portiones informaret; tûm, quia idem posset a se ipso separari, cum una portio materia posset separari ab alia, quod utrumque aperte implicat.

194 Resp. primò neg. maj. quia materia divisione multiplicatur, & sit alia, & alia, eo quod dividitur; forma vero non divisione, sed ordine ad aliam, & aliam materia portionem; quare

cum hoc, quod simùl, & sine divisione ponatur duplex forma, relinquitur duplex ex ordine, & exigentia diversæ materia; at materia per hoc, quod simùl ponatur sub una forma, divisionem amittit, qua siebat duplex; quare non potest sub una forma ponî, & duplex intelligi. Resp. secundò ex B. D. in Quodl. 4. q. 1. neg. min. potest enim Deus duas materiae portiones servata earum distinctione, penetrare, aut etiam servata distinctione, quam ex divisione habuerunt, sub eisdem dimensionibus ponere, & tunc ista duplex portio materiae unam posset formam habere. Ad rationes in contrarium patet ex jam dictis: ad 1. quod in illo casu non una esset quidditas duorum, nec ullo modo esset duplex ens, sed duplex materia cum uno actu unam tantum compositionem faciens; & unum compositum constituens. Ad 2. utroque modo potest dici, aut quod per accidens, & ex suppositione unius formæ non posset illa duplex materia separari; aut quod casu, quo separarentur, non jam idem a se ipso, sed unum ab alio separaretur, fieret enim tunc ipsa forma duplex numero; minus enim hoc est difficile, quam Dei potentis aliquid negare: patet itaque, quod nulla objicitur contradictione adeo manifesta, quæ cogat nos negare, quin possit Deus duas formas in eadem materia ponere.

# QUÆSTIO QUARTA

## DE UNIONE, ET TOTO.

### ARTICULUS I.

*An Unio distinguatur realiter ab extremis?*

*Relatis sententiis, nostra probatur.*

395 **M**IRUM sane, quoniam sit de re nulla dissidium, ferè enim est per se notum, quod in artificialibus, eo quod partes non sunt actus, & potentia, requiritur nexus aliquis, quo copulentur, ut colla, vel clavus; at in naturalibus, siue physicis, siue metaphysicis partes sunt actus, & potentia, ex quibus sit per se unum: querere ergo aliquid distinctum ab extremis, quo uniantur, est, ut ajunt, nodum in scirpo quartere; neque minus materia, & forma, quam genus, & differentia sunt actus, & potentia; nullus causa hucusque quæsivit unionem distinctam

inter genus, & differentiam. Unio itaque tripliciter accipitur: primò causaliter pro actione, influentia copulante, unum actum, & sic potius est unitio; secundò accipitur formaliter propter ipsum, quo ex partibus fit unum; & tertio veluti effectivè per compositionem, quæ ex unione contigerunt; ex quo enim partes ununtur, una se habet quodammodo ad alteram; hæc autem non vera relatio secundum esse, modus quidem relativi; sicut ratio secundum sicut; ipsa entitate sua intransitive ad quævis aliud intelligitur, sic secundum esse. De unione quartice secundo modo, siue formaliter accipita.

396 Prima sententia negat modum unionem ullo modo dilinacitum ab extremis. Hanc præter Non unianales tenent ex Thomisii et Cajetano Joannes de S. Thomas Ortiz, Parra, Froylan. Monachus, alii apud N. Manso; ex aliis foliatus, quem Discipuli sequuntur apud Eliseum; ex Nostris Arim. Lusitan. Gavardi apud

N. Villanov. h̄ic. Secunda assenti, unionem distinguī realiter in extremis; & h̄ec communior est, adeo ut multi supponant de he nullam esse controversiam, solum dubitari quo genere distinctionis, nempe, an ut modus, vel relatio, aut entitas aliqua distinguatur. Multiplex itaque est hac sententia dicendi modis primis, isque communis inter Thomistas, ponit, unionem est modum realiter distinctum in extremis. Ita cum Zamor. Complut. Palanco, apud quos et Nostris Toletan. Franc. Christi; ex aliis Hurtad. Arriag. Avers. Echal. Quir. Lync. In dicendi modo singularis est sententia Spin. disp. 4. lect. 2. hoc docet enim, quod in compoto, cuius forma est materia, conatur unio, quæ sit modus distinctus, datur vero in compito, cuius forma est spiritualis. Ratio est duplex: altera, quod forma materialis se ipsa dependet à materia, forma autem spiritualis non se ipsa, quare induget modo distincto: altera, neque quod in compito, cuius forma actus spiritualis, nec forma est terminus generationis, nec materia; cum pure oportet ponere modum unionis, qui sit terminus generationis.

N. Villanova pro eodem dicendi modo citat Suariorum disputas. Metaph. sedl. 9. sed Suavisibi docet quidem, unionem

formæ spiritualis cum materia singulariæ esse, & alterius rationis ab unione formæ materialis; at solum intendit, causalitatem materia ad formam materialem non esse aliud ab unione, secùs ad formam spiritualem, quia, cum forma materialis educatur, ipsa educatione unitur; at forma spiritualis non educitur, sed inducitur in materiam; quare materia causat materialiter unionem ipsam, non autem formam: hoc vero non tollit, quin utraque unionis modus, quod aperte ipse visetur intendere. In eodem dicendi modo per oppositum discurrit Bonasp. quod nempe inter materiam, & formam materialem ponit deber modus unionis, non autem inter materiam, & formam spiritualem.

397 Sed utraque diversitas sine sufficienti fundamento inducitur: quod enim forma sit spiritualis, diversificat quidem actionem, qua in docitur, & causalitatem materiae, quod nempe non transmutatione materiae, & ex ejus potentia est, de cetero autem, semel posita in materia, eodem modo haec, & illa materiam perficit, & unum cum ea constituit ens; quare eodem modo unitur. Neque, eo quod non educitur, dici debet, quod non ad ipsam formam, sed ad unionem tantum habeat materia causalitatem materialim, ut intendit P. Suarez, quasi causalitas materiae

terialis sit, quod forma ex ipsa educatur, aut unio concipi possit educta. Itaque causalitas materialis est perfici, sicut formalis perficere, seu informare, & materia causat recipiendo id, quo perficitur; at quemadmodum perficitur utraque forma, & quemadmodum recipit; non autem potest aut unionem recipere, aut ea perfici: ad utramque ergo formam, non verò ad unionem habet causalitatem materialem, licet ad materiale formam amplius habeat, quam eam recipere, & eam perfici.

Neque motiva Spin. quid urgent: primò quidem, quia, quod forma materialis dependeat à materia, hoc solum facit, quod sine materia non possit esse, sicut potest forma spiritualis; quod non tollit, quin utraque per se ipsam sit actus materiae, & per se ipsam constitutum unum cum materia. Secundò item, quia formam esse terminum generationis non est formam ipsam produci, sed materiae conjungi, qua conjunctione totum dignatur; at quemadmodum ista, & illa forma materiae communicantur, & in materia ponuntur per actionem agentis, quamvis altera transmutatione materiae ex potentia ejus educatur, altera ab extra adducatur: utraque ergo est terminus formalis generationis, & forma generandi.

398 Alter dicendi modus in

hac sententia ponit, unionem esse relationem secundum esse, subinde realiter entitative ab tremis distingui, sicut qualibet relatio à fundamento suo. In communictè Scotista apud Matrionum disp. 5. q. 9. In quo item dicendi modo singularis est N. Aguilera q. 12. qui ponit contra 4. quod unio est relatio, quantum fundatur in unitate compasci. Sed hoc in primis valde inintelligibile; unitas enim compositi unionem ipsam importat & unione partium fit unum ex ipsis, quod est compositum: ergo unio pro priori ad illam relationem, si ea fundatur in unitate compositi. Præterea: Relatio uniti ipsam supponit unionem & eo, quod partes uniuersitatis ad alteram ita se habet, quod habet relationem unitate: non in illa relatione consistit unitas. Insuper: Illa relatio non potest accipi aliquid extremis superadditum; eo enim, quod uniuersitati conjungitur, in ipsa suae unitate, quovis alio secluso, intelligitur ita se habere, quod uniuersitati unitum est: non ergo relatio est secundum esse, sed tantum secundum dici. Ulterius, Relationem non esse aliquid fundamento superadditum, probatum est in Logica. Adde, etiam in præcedenti modo difficultatem: Unio una est, ne pè una compositio, & non utriusque extremi; at verò in

sicut modus se habendi , du-  
plex de necessitate erit , nempè  
materia ad formam , & forma ad  
materiam habet relationem , aut  
modum unitæ.

399 Tertius dicendi modus  
ergo quidem modum , aut rela-  
tionem , ponit verò , unionem es-  
se quidditatem realiter ab extre-  
mis distinctam. Ita N. Villanova,  
quem sequitur Manso , & pro hac  
sententia adducunt B. Docto-  
rum immixtio tamen , præter-  
quicquid enim ostensum est in  
Logici distinctionem secundum  
modum quidditatis non esse  
realiter , clarius loquitur ipse Do-  
ctor de præsente difficultate ,  
cum quòd ulla indigeat inter-  
ventione in illis eisdem locis ,  
apro se ipsi adducunt , ut mox  
pertinet. Neque intelligi potest ,  
quid sit purum quid , & tantum  
qualitative differat , quod re ip-  
sae est , & realiter distingui-  
tur : nam quid , ipso etiam ap-  
probante , & ita explicante N.  
Manso , ex ordine ad intellectum  
pertinet ; quare est pure , & tantum  
& subinde quidditativé  
pertinet id , quod tantum habet  
place in ordine ad intellectum ; jam  
non , quod realiter differt , se-  
cundum ordinem ad intellectum , est  
pertinet ipsa aliud : non ergo est pu-  
rum quid , sed realitas aliqua.

400 Dicendum nobis est  
cum prima sententia , quòd inter  
materiam , & formam non datur  
modo distincta realiter ab extre-

mis. Hanc esse longè probabis-  
liorem stando authoritati Divi  
Thomæ , & Philosophi , fatetur  
N. Manso ; & quidem de mente  
Philosophi , nulla relinquitur du-  
bitandi ratio legenti textum , nam  
8. Metaph. in ultim. cap. de hoc  
dubitatem instituit , quo mo-  
do , aut qua ratione unum fit ex  
genere , & differentia , & univer-  
saliter ex potentia , & actu ? Quam  
per hæc verba resolvit : *Quod si ,*  
*quemadmodum dictum est , hoc*  
*quidem materia , hoc verò forma*  
*est , hoc quidem potentia . hoc verò*  
*actus , profectò non videtur am-*  
*plius dubitatio esse , quod queri-*  
*tur , nempè non debet queri ali-*  
*quid , quo actus , & potentia*  
*uniantur , seu faciant unum ; qua-*  
*re concludit : Quare nulla alia*  
*causa est , nisi si quid fuit tan-*  
*quam ex potentia in actum mo-*  
*vens ; quam propositionem ex ip-*  
*so Philosopho sæpe assumit B.*  
*Doctor , quòd nempè unitas , &*  
*unio inter potentiam , & actum*  
*non habent aliam causam , nisi*  
*motorem . Ubi notes , velim ,*  
*quòd eodem modo loquitur Phi-*  
*losophus de unione inter mate-*  
*riam , & formam , ac inter genus ,*  
*& differentiam ; de hoc enim*  
*querit , nempè de unitate defini-*  
*tionis , cùm ea sit ex genere , &*  
*differentia , & hanc ex unitate ex-*  
*plicat compositi , & unione inter*  
*materiam , & formam ; at nullus*  
*dubitabit , quin genus , & differen-*  
*tia ita se ipsis uniuntur , quòd*  
*non*

non est ibi unio ullo modo extremitis superaddita: ergo pariter de materia, & forma.

401 Prob. secundò ex B. D. locis, quibus pro se ipsum citant Villanova, & Manso, & primus est in 3. dist. 2. q. 2. art. 3. quo querit: An natura humana fuerit assumpta à Verbo, mediante gratia? Notat autem, quod gratia potest significare Divinam voluntatem, quatenus quidquid sit, sit ex gratiâ Dei voluntate; & hoc sensu ait, quod assumpta est, mediante gratia, quia media Dei voluntate, sed tale medium est antecedens, & causale; altero modo gratia significat donum habituale; & hoc sensu ait, quod non potest dici assumpta, mediante gratia, quia nihil omnino potest ibi accipi medians inter naturam assumptam, & Uerbum assumens; & hoc ostensurus subjungit: Fuit enim ibi duplex unio, & secundum nullam potuit ibi cadere medium aliquod. Primo enim fuit ibi anima unita tanquam forma cum sua carne tanquam cum materia; inter materialiam autem, & formam nullum potest cadere medium, & talis unio secundum Philosophum non habet causam, nisi motorem.

Hoc ibi latissimè inculcat, & inde deducit, quod scut inter materialiam, & formam non potest ponere unionem medium, sed eo quod sunt actus, & potentia, posita actione agentis applicante non

unum alteri, & móvente materialiam, ex ipsis fit unum, & se int̄ uniuertur; ita non oportet posse aliquid ullo modo medians inter naturam assumptam, & Uerbum assumens, sed posita actione assumptiva, quæ antecedens humanitas se ipsa Uerbo conjungitur, ex quo sequitur relatio secundum dici, seu modus intuitivi. Neque est ad propositione communis solatio, quod excedit medium quod, non auctor medium quo. Præterquam enim unio realiter differens est medium quod, expressè ait Doctor, quod non cadit ibi aliud medium, & quod non aliam habet causam, nisi motorem; qui autem nullum medium cùm asserit, non potest medium admittere, hoc quippe est perculdubio aliquod medium.

402 Alter locus B. Doctor est in eodem 3. dist. 5. q. 1. 1. quo querit: An unio Unionis ad naturam humanam sit ex creatum? Pro resolutione distinguunt de unione, & ita ait: Unius enim, quod unio dicit actionem quandam, ex qua adhibebatur esse relatio quedam unitorum ad invicem. Hoc enim unire aliqua, conjugere illa, facere illa esse unita, & coniuncta, ex qua factio resultat, latio quedam unitorum ad invicem; propter quod unio pertinet ad actionem, qui unitum aliquam, vel ipsam relationem,

alivicem referuntur unita. En-  
tiam agnoscit unionem præter  
positionem, qua unio causatur, &  
relationem, quæ ex unione se-  
catur. Pergit autem ostendere,  
quod utroque modo illa unio est  
quid creatum, & de actione qui-  
da ostendit; quia actio aut su-  
mum causaliter pro influentia  
agentis, aut formaliter pro fieri  
in & in proposito, actio assum-  
pta sumpta causaliter est ipsum  
imagine, & velle Dei, de quo  
non erit; sumpta vero for-  
maliter actio est ipse terminus  
agentis; quare actio as-  
umptiva sumpta formaliter est  
causatura prout assumpta, quæ  
vere quid creatum: de rela-  
tione item ostendit esse quid  
cum, quia relatio uniti in na-  
turali secundum dicitur, quæ est  
unita ipsa res habens de se mo-  
tus secundam relativi; quare in  
proposito relatio unitæ est ipsa  
unita, quæ ex actione assumpti-  
va conjugatur Verbo, ha-  
bitu modum relativi: nullam ergo  
agnoscit unionem ullo modo  
realiter distinctam.

Rursus ibidem deb. 1. late-  
rit docet, quod illa unio est om-  
nia maxima, quod postquam  
illia probavit ex immediatio-  
ne replicat: Sed dices, quod  
illa unio erit tale medium.  
quod dici potest, quod unio, ut  
relationem, magis sequitur  
unionem Suppositi Divini  
unitarum humanam, quam præ-

cedat ipsam::: nihil ergo interpo-  
nit se tamquam medium inter  
suppositum, & naturam Divi-  
nam unitam supposito. Unio ve-  
rò realiter distincta interponit se  
tamquam medium quo. Rursus,  
dub. 2. later. querit: An unio  
differat ab assumptione? Resp.  
quidem affirmatiè, sed in toto  
processu nullam agnoscit unio-  
nem præter actionem assumpti-  
vam, & relationem secundum di-  
cī, quæ inde consequitur: velle  
ergo hinc deducere unionem rea-  
liter ab extremis distinctam, est  
aperissime contra mentem Do-  
ctoris; & quandoquidem his tan-  
tum locis pro contraria sententia  
adducitur, nulla relinquitur du-  
bitatio de mente ejus.

403 Prob. tertio Conclusio  
ratione, unica quidem, sed quæ  
est tatis efficax: Quidquid ponan-  
tur realiter distinctum à materia,  
& forma, est aliud ab ipsis, & po-  
nit in numerum cum ipsis; sed  
implicat aliquid tale accipere  
ergo. Patet maj. distinctio enim  
facit aliud, neque potest intelli-  
gi distinctio sine multiplicitate  
distinctorum, aut multiplicitas  
sine numero. Prob. min. Impli-  
cat enim non se ipsis uniti mate-  
riam, & formam; sed si unio ali-  
quid est realiter ponens in nume-  
rum cum ipsis, non se ipsis uniu-  
natur; ergo. Maj. patet: Tunc enim  
neque forma se ipsa perficeret,  
neque materia se ipsa perficeret,  
sed eo quo unirentur, &

consequenter neque materia esset materia, neque forma esset forma, nempe non esse se ipsis, & in propria quidditate perfectibile, & perfectivum. Rursus: Non unirentur ut actus, & potentia, si non se ipsis facerent unum. Min. item patet: Uniuntur enim, & faciunt unum unione ipsa; quare si hæc est aliud, non se ipsis, sed alio uniuntur.

Confirmatur primò: Sic uniuntur in genere metaphysico genus, & differentia, sicut in genere physico materia, & forma; sed inter genus, & differentiam nullus ponit unionem in suo genere distinctam: ergo neque inter materiam, & formam ponenda est. Patet maj. Physica enim, & realis identitas nihil refert, pariter enim in genere metaphysico genus, & differentia distinguuntur, & se habent ut actus, & potentia, atque in genere physico materia, & forma. Minor item patet: Deberet enim esse illa unio tertia formalitas metaphysice distincta à partibus definitionis, quam nullus hucusque agnovit. Confirmatur secundò: Præcisè intellecta actione transmutante materiam, & ponente in illa formam, & modo se habendi, quod est perfectum esse, à forma communicato, intelligitur essentia compositi; hæc enim in hoc consistit, quod forma perficiat, & materia perficiatur; sed in hoc nulla importatur unio realiter

differens ab extremis: ergo.

404 Ex hoc patet, nullus esse momenti tūm replicam, quæ hic occurrit, tūm unicam contrariorum solutionem; replicat quidem hæc est: Non possumus intelligere unionem materie et formæ, quin intelligamus utramque in entitate sua aliter se habere, quam prius; sed aliter habere est modus: ergo unionis modus est. Posset dici, quod de tā consequentiā, nihil sequitur contra Conclusionem nostram, quia modus non differt à re materiali, ut in Metaphysica probabimus. Nihilominus ex dictis patet, quod neganda est consequentia. Utique aliter se habet tā materia, quam forma, sed hoc aliter se habere non est ut ipsa, sed quid ad unionem pertinet, nempe in materia percutum esse, quod forma causat, in forma perficere, & informare.

Solutio communis ad auctoritatem, & rationes propositae Concl. est: Quid inter materiam, & formam non est aliquod quod se habeat ut quod, sicut in artificialibus colla, vel clavis, hoc intendit Philosophus, & hoc probat ratio facta; hoc autem non tollit, quin sit aliquid quod, nempe unio ipsa; admodum quo effectus immediate procedit à causa sua, & hoc quidem excludit medium quod, nempe aliquid per modum ultius virtutis, aut causæ; non autem

Excludit actionem ipsam , qua procedit, & quæ se habet ut *quo*. Sed certe, si actio est aliquid realiter distinctum à causa , & effectu , non erit quidem *quod* , sed pro effectus procedit , non potest tamen non esse , quod mediat , seu quid medium inter effectum , & causam . Rursus : Quia causalitate , & actione procedit effectus , neque causa se ipsa causat , neque effectus se ipso procedit , sed actione causat causa , & procedit effectus ; at materia , & forma uniuersit se ipsis.

Hec itaque solutio ex dictis manet rejecta: primò quidem , quia unio realiter distincta ab unione est aliquid de se , & separab extremis , atque inter ipsa anima: non ergo iolūm est , *quo* anima copulantur , sed etiam quod est inter ipsa , *quod ipsa copia* , & *quod utriusque unitur*. Secundò , quia textus Philosophus excludit medium , sive *quo* , sive *qui* ; ait enim , quid est ibi aliquid faciens unum , si forte aliquid est movens: præter actionem ergo conjungentem nullam agnoscit unionem distinctam . Ratio item utrumq; modi excludit : quomodo cum enim medium ponatur , sive *qui* , sive *quo* , materia , & formam se ipsis , sed hoc medio coniunctur , & faciunt unum ens; materiam , & formam se ipsis unum ens constituere , probat ratio: ergo.

## S. II.

## Solvuntur Argumenta:

405 **A**rguitur primò ratione , qua aliqui supponendum dicunt , quid aliqua datur realis distinctio , & solum querendū esse , qualis esset : Impossibile est aliquid praedicatum alicui de novo competere sine aliqua mutatione in ipso; sed materia , & forma de novo competit aliquid praedicatum reale , nam re ipsa forma unitur , & perficit , & materia pariter re ipsa unitur , & perficitur : ergo aliqua intercedit realis mutatione talis autem nequit intelligi , nisi ponatur unio realiter distincta ab utraque : ergo. Confirmatur: Quia materia , & forma possunt in natura existere , & non esse unita , sicut existit in Cœlo anima D. Petri , & existit ejus materia sub alia forma : ergo unio separatus ab extremis , & consequenter realiter differt.

406 Hoc argumentum , quod à multis putatur evidens demonstratio , mera æquivocatione nititur. Ad illud in primis neg. maj. de qua B. D. in Quodl. 5. q. 13. & 14. Itaque album re ipsa incipit esse simile , & re ipsa incipit habere hoc praedicatum , quod non habebat prius , quin oporteat

teat aliquam mutationem in ipso fieri; per hoc enim, quod aliud fiat album, incipit hoc illi esse simile. Deinde, concessio syllogismo, neg. subsumptum; intelligitur enim mutatio materiae per effectum formæ, sive perfectum esse, quod consequitur à forma, & formæ, eo quod informat materiam, & cum ea totum constituit. Ad confirmationem neg. conseq. separantur enim materia, & forma, & unionem non habent, quam habebant; hoc autem non est unionem ipsam separari, ut late in Logica ostensum est, & multis exemplis confirmatum de relatione, & fundamento suo: v. g. materia acquirens formam non habet privationem, quam habebat prius, neque inde licet inferre, quod privatio sit aliquid à materia distinctum, quod separari possit, aut acquiri.

407 Arguitur secundò ratione, quæ ex D. Thoma desumitur i. p. q. 76. art. 1. ad 6. ubi ait: Secundum se convenit anima unius corpori, sicut secundum se convenit levi esse sursum; sed leve non est sursum sine modo ubicationis: ergo anima non unitur corpori sine modo unionis. Quamquam nostrum non est mentem D. Thomæ expendere, hoc adduxi, ut patet, quo fundamento ex ipso deducunt non nulli Conclusionem illam; intendit itaque S. Doctor, quod sicut

leve per se, & per suam levitatis exigit locum sursum ita anima per se ipsam exigit unius corpori; quare non de in unione loquitur, sed de determinacione, & habitudine animæ corporis; datâ tamen majori, min., quod esse sursum impossimodum aliquem ubicationis ubicatio enim solam dicit habitudinem secundum dicti, ut dominus disputatione 3. si autem datus se habendi accipitur, ubicatio ipsa est, sed circumspectio, seu ubicatio circumscriptiva, & talis modus se habendi effectus quantitatis, nempe extensio localis, seu commensuratio ad locum; ex qua nihil propositum.

408 Arguitur tertio: Quod se est indifferens ad pluri nihil addatur, manet indifferens; sed forma de se est indifferens ad hanc, aut illam materiali, & materia ad hanc, aut illam formam: ergo indifferens ad unionis, quo determinatur. Confirmatur: Ideo corpus superadditum, intelligatur esse in loco, qui se est indifferens ad hunc, multis illum locum; sed pariter manifestetur est indifferens ad formam, dicuntur ad materiam: ergo.

409 Resp. neg. conseq. enim aliquo determinante integrantur, non hoc est unio, in priori ad unionem debet geria ad hanc formam, & sum

al hanc materiam determinari: determinatur ergo materia ad formam per dispositiones, & forma ad materiam per ipsam actionem agentis hanc materiam ad hanc formam transmutantis. Ad confirmationem neg. utrumque suppositum, & quod ubicatio sic nodus, aut aliquid superadditum corpori locato, & quod per ubicationem determinetur corpus ad locum: determinatur ergo per motum localem, quo huic, vel illi applicatur, & ubicatio nihil est nisi habitudo praesentia, que ex illa applicatione sequitur, & est habitudo secundum circumscriptiva autem ubi addit commensurationem, si est effectus secundarius unitatis.

410 Arguitur quartò: Id, quod essentia non consistit in actu exercitio, sed in aptitudine illud, reducitur ad exercitium per aliquid sibi superadditum; sed essentia materia, aut formæ non consistit in exercitio unionis: ergo ad illud reducitur per unionem superadditam. Minor patet ex terminis; maj. autem multis prob. primò: Id, cuius essentia in sola aptitudine consistit, si ei nihil addatur, relinquitur ut antea, nemque aptum, in potentia. Secundò: Ideo una efficiens reducitur ad exercitium operandi per actionem distinctam, quia ejus essentia non consistit in ipso agere, sed in pos-

tentia agendi. Tertio: Ideo in creatura colligimus distinctionem essentia ab actu existendi, quia ea non est per essentiam suam existens: ergo pariter, quia essentia materia non consistit in actuali exercitio unionis, in actu unitur per unionem distinctam.

Confirmatur: In quacumque re creata exercitium, & actus secundus debet esse quid distinctum, & superadditum ad actum primum, & potentiam; sed unio est exercitium, & actus secundus ergo distinguitur realiter ab ipsa essentia materia, quæ est actus primus, & potentia ad unionem. Maj. ostenditur: Quia idemtificare actum secundum arguit perfectionem infinitam, est nempe idemtificare à primo subjecto usque ad ultimam actualitatem, & proinde totam lineam continere, quod idem est, ac esse purum actum in tali linea. Ulterius: Quod idemtificat actum secundum, à se habet esse in actu; sed nulla res creata habet à se esse in actu: ergo.

411 Resp. disting. maj. Reducitur ad exercitium per aliquid sibi superadditum causaliiter, aut formaliter, conc. maj. præcisè formaliter, neg. maj. Requiritur itaque, quod ab alio ponatur in exercitio id, quod de te est in potentia, & aptitudine, non autem oportet, quod ipsum exercitium sit aliquid superadditum: quia ergo forma non est ipsa

sum exercitium informandi, ab aliquo reduci debet ad exercitium, non autem hoc exercitium est aliquid formæ superadditum; quare, ut sit in actu unita, requiritur aliquid, eo quod ex quiditate sua est potens uniri, nempe requiritur motus, & actio agentis transmutativa materiæ, non autem unio, quæ sit aliquid ullo modo superadditum entitatibus materiæ, & formæ.

Retorquetur autem de facili argumentum in adversarios: Magis enim à causa distinguitur effectus, quam causalitas, mediat enim causalitas inter effectum, & causam; at effectus formæ juxta ipsos est ipsa forma communicata subjecto, causalitas autem est unio: si ergo effectus omnino non distinguitur, neque ipsi agnoscunt effectum realiter distinctum, neque actionem, causalitatem, seu unionem agnoscere debent. Ad rationes maj. patet ex jam dictis: ad primam, quod requiritur aliquid, quo essentia formæ reducatur ad exercitium, non autem unio, sed actio agentis. Ad secundam neg. suppositum, quod actio sit quid realiter distinctum, & superadditum efficienti, nam influentia agentis, seu activum movere, quod est actio sumpta causaliter, non est aliquid entitati ejus superadditum, & pariter sicut rei, quod est actio sumpta formaliter, non est aliquid aliud à re, quæ sit, sed ipsa

ejus entitas sub motu, & habita prodidine ad agens. Ad tertiam, quod creatura non est per essentiam suam in actu existendi, est per notum; quod autem existens distinguatur realiter ab essentiæ negatur à multis, negatur itaque causalis; eo enim existentia distinguuntur, quia realitas quadam de se est, cuius sit passio realis distinctio; & quia non est realis ipsa essentia, sequitur, quod alia, & distincta realiter.

Ad confirmationem neg. maj. et si enim nulla res crevit habeat per quidditatem suam exercitium, ad quod est potentia, quod solùm convincit proportionatio, non proinde oportet, quod aliqua realitas sit ipsa exercitium, neque ex quo exercitium non distinguatur realiter sequitur, quod identificet ipsa exercitium; identificare enim exercitium est per essentiam suam esse in actu secundo: quamvis itaque materia, & forma non identificant sibi unionem, ideo unio est aliquid ab utraque distinctum; eo enim quod nullus est unio media, neque identificatur, neque distinguitur.

412 Arguitur quintò: In generatione hominis aliquid producit generans; sed non formam aut materiam: ergo unionem. Resp. conc. conseq. producent autem unionem non est producere realitatem aliquam medium inter materiam, & formam, sed prode-

producere totum ex materia, & forma faciendo formam esse in materia, & hoc tantummodo potest **conjunction**, sive unio triusque produci; quare genus non facit animam, facit autem animam esse in corpore, disponendo ipsum corpus, & hoc generare hominem.

413 Arguitur sexto multis, ex quibus paritas sumitur, primo: Accidens non potest uniri subiecto sine modo inhesionis: ergo neque forma materialis sine modo unionis. Secundo: Partes communia uniuntur medio puncto: ergo partes compositi medium modo unionis. Tertio: Materia, & forma uniuntur mediis propriis causalitatibus; sed iste qualitates non sunt ipsa utriusque entitas: ergo uniuntur medium aliquo superaddito. Quartio: Quod accidentaliter predicatur de tempore, importat aliquid reale, distinctum sibi contingentem convenientem; sed unitum esse accidentaliter predicatur: ergo. Quinto: Implicit aliquid transire de contradictorio in contradictionem sine aliquo re ipsa superaddito; sed forma transit de non esse ad esse unitam: ergo.

414 Resp. ad primum neg. nec inherentia enim non est aliquid ullo modo accidenti superadditum, sed ipsa ejus informatio, que nihil est nisi intima presentia, ex qua subiectum consequitur perfectum esse. Ad se-

cundum neg. consequent. partes enim continui neque sunt in actu multa, neque comparantur ut actus, & potentia. Præterea: Si partes continui accipiuntur ut distinctæ, & unitæ medio puncto, ipsum punctum quo alio medio intelligitur partibus uniri? Sicut ergo punctum partibus, quas unit, se ipso copulari intelligitur, ita partes compositi, eo quod sunt actus, & potentia, se ipsis unionantur. Ad tertium neg. antec. eo enim quod unionantur, exercent causalitates suas, nempe forma perficit, & materia perficitur. Secundo neg. conseq. etsi enim causalitas utriusque non sit ipsa ejus entitas secundum se, non tamen aliquid est superadditum, ut dicemus disputat. seq: Ad quartum neg. maj. quia enim contingens est, & extra quidditatem formæ motus, quo ponitur in materia, de ipsa dictu contingentem, quod est unitas; quia tamen hoc predicatum non significat realitatem aliquam, non oportet esse aliquid superadditum. Ad quintum neg. item maj. jam enim patuit sopra, quod subiectum transit de non esse ad esse simile sine ulla sua mutatione.

415 Arguit septimo Illustrissimus Palanco: Materiam, & formam, ut sunt separatae, aliquid deficit, ut sint unitæ; sed hoc nihil esse potest nisi modus unionis: ergo. Minorem ipse supponit,

nit, & majorem eo ostendit, quia si nihil deficeret, essent unitæ. Missa solutione, quam ipse latè impugnat, neg. min. deficit enim actio agentis conjungens unum alteri, qua posita, eo quod sunt actus, & potentia, se ipsis faciunt unum.

416 Contra hanc solutionem ex his, quæ ipse habet n. 15, potest argui: Quia esse simùl per actionem agentis, quatuor modis potest concipi; aut collectione, aut tempore, aut loco, aut tandem compositione, & hoc tantum quarto modo intelligitur unio. Tunc autem arguit: Hæc simultas importat modum distinctum realiter ab extremis: ergo. Prob. ant. primò: Quia hæc simultas importat materiam, ut sub hac forma, & formam, ut in hac materia existit; sed hoc importat modum ab ipsis entitatis materia, & formæ distinctum: ergo. Secundò: Actio unitiva nequit esse conditio, ut partes intelligantur unitæ, nisi præter illam intelligatur modus unionis: ergo. Prob. antec. Quia nequit esse conditio, ut intelligantur unitæ, nisi sit conditio, ut adveniat id, quo formaliter constituantur unitæ; sed hoc est unio ipsa: ergo. Tertiò: Actio, quæ non ponit aliquem terminum, est omnino superflua; sed si non datur modus unionis, actio unitiva non habet terminum: ergo. Prob. min. Nihil potest es-

se terminus ejus, nisi aut partiant aliquid præter partes; si partes supponuntur: ergo unio est aliquid præter partes aut illa actio nullum habetur minimum.

417 Resp. quod simultas, quæ est terminus actionis, ipsa est positio ex potentia, & actu. Argumentum inde formatum agatur antec. Ad primam prob. neg. conseq. modus enim, et in eo importatur, est perfectus esse, quod materia consequitur, quodquæ est effectus forma. Ad secundam neg. antec. & ad ejus prob. negatur suppositum, quod id, quo constituuntur unitæ, si aliquid partibus adveniens per hoc enim, quod una pars adveniat alteri, se ipsis constitutum unum, eo quod sunt actus, potentia. Ad tertiam neg. Ad prob. ejus neg. conseq. præter partes enim est totum extitibus compositum, & hoc est minus actionis, nempe ex parte actio ponit formam in materia intransitivè ad quodvis aliis constituitur compositum, quod hoc est terminus totalis actionis.

418 Arguitur octavò ex dem: Ista propositio: Existit ratio, aliquid aliud significat parte objecti, ac ista: Existit unitaria, & forma; sed hoc aliquid nihil est nisi unio: ergo. Per maj. quia potest esse falsa propositio, vera autem alio-

feldo enim existunt separatae  
anima D. Petri, & ejus materia,  
non autem existit homo, qui  
constituebatur ex illis. Min. no-  
ta supponitur, sed ea debuit  
probari; illud enim aliquid est  
autem, quod ex partibus unitis  
constat. Ad formam ergo neg.  
m.

419 Arguunt nonò Scotis-  
ta, quòd unio est formaliter re-  
latio extrinsecùs adveniens: Si-  
ce esse simile non significat ali-  
quid in se, sed alteri dicitur, ita  
unum esse non in se, sed alteri  
intelligitur; sed eo similitudo est  
ratio: ergo paritèr unio. Con-  
futatur: Quia omne absolutum  
potest intelligi quocumque alio  
modo; sed unio formæ non in-  
telligitur non intelligendo ma-  
teriam, & è converso, unio ma-  
teria non intelligendo formam:  
Q. Quid autem sit relatio ex-  
trinsecùs adveniens, eo probant,  
quoniam resultat ad positionem  
unius absoluti; in continuo  
enim est indivisibile, ad cuius  
positionem resultat in partibus  
ratio unitatum; at inter mate-  
riam, & formam nihil tale potest  
essere ergo in his unio est relatio  
extrinsecùs, & quæ ad positionem  
fundamenti resultet, sed per mo-  
dum agentis inducitur, estque  
ratio extrinsecùs adveniens de  
predicamento actionis, & pas-  
sim, non quidem ut actio est  
realitas efficientis, sed forma-  
& est relatio transmutati ad

Toni. II.

transmutans. Quòd si dicas, do-  
cere Philosophum, quòd ad re-  
lationem non datur motus. Res-  
pond. loqui Philosophum de re-  
latione, quæ resultat, quæ, eo  
quòd ad positionem fundamenti  
consequitur, non alium requirit  
motum, quam quo fundamen-  
tum ponitur.

420 Sed hoc in primis est  
liberrimè textum Philosophi ter-  
giversari; ipse enim clarissimè  
intendit, & ex instituto probat,  
ut infra patebit, quòd motus  
tantum terminatur ad quantita-  
tem, qualitatem, & ubi. Deinde:  
Quòd aliqua actio directe, &  
per se ponat habitudinem, est  
prorsus iniungibile; non enim  
relationem transmutati ponit  
actio, nisi in quantum per for-  
matum inducit mutationem, & ali-  
ter se habere in materia, ex quo  
sequitur relatio transmutati.  
Præterea: Formalis unio, de qua  
quærimus, præintelligitur rela-  
tioni transmutantis, & transmu-  
tati: non ergo in his potest con-  
sistere. Prob. antec. Eo materia  
est transmutata, & aliter se ha-  
bens, quia formam habet sibi  
unitam, informantem, & perfic-  
cientem; est enim transmutatum  
esse effectus forma, & pariter for-  
ma non intelligitur transmutans,  
nisi quia informat; at relationes  
transmutantis, & transmutati ad  
ipsum consequuntur transmuta-  
re, & transmutari; non enim in-  
telligitur materia ad alterum se

Q.

habet

habere, ut transmutatum ad transmutans, nisi quia in te ipsa intelligitur transmutata ab illo: ergo.

421 Ad argumentum itaque neg. maj. nam unitum esse ex modo quidem significandi est ad alterum, objectivè autem in re significata est in se quid absolutum, nempe unum cum altero constituere; quare non est relatio, sed absoluta unitas compositionis, ex qua extrema unita consequuntur quedam modum relativi, seu relationem secundum dicitur. Ad confirmationem neg. conseq. ex quo enim non intelligatur unitum esse intelligentio solam materiam, aut solam formam, sequitur quidem, quod unio non sit sola entitas cuiuslibet, non autem quod sit relatio unius ad alteram: est ergo similitas utriusque, quod nihil est, nisi utrumque simul.

Ad rationem, qua probant, relationem esse extrinsecus advenientem, neg. in primis suppositum illius, quod assumitur, nempe in continuo unionem partium relationem esse, quæ resultet ad positionem indivisibilis, quo partes copulantur; neque enim tale aliqua actione ponitur, ad quam sequatur partium unio, neque tales partes esse unitas relatio est; idem namque est formalissime partes esse unitas, & unum esse ex partibus; unum autem esse est absolutum quid. De-

inde, neg. assumptum; eo modo, quo illi convenit relationi, ea consequitur ad absolucompositi unitatem, & eo quod materia perficitur, & forma perficit, habent modum relationis seu relationem secundum ita quod sic se habere consequitur intelligitur ad esse unitas, transmutare, & perficere unitas & transmutari, ac perfici arius. Adde, quod causalitas materialis, & forma incongrue dicuntur actio, & passio, & multo non natus de praedicamento; non enim in illis intelligitor fieri, auctoritas aliqua. De hoc autem disp. seq.

422 Arguit tandem N. Maeso pro sua reali quidditatibz distinctione, ex P. Augustino lib. 22. de Civitat. Dei cap. 4. docet S. Patens, unionem animalem cum corpore esse comunitatem; ex quo arguit, quod non est modus, quia modus perficit; anima autem, eorum spiritualis, incapax est illius, quod tribueret modus communis. Deinde arguit, quod distinguuntur quidditative: Non quod est corporeum, distinguitur ab eo, quod est spiritualis, sed illa unio est corporalis, anima autem spiritualis: ergo distinguuntur; non entitative, aut materialiter: ergo quidditative. De autem, quæ hinc difficultas distinguuntur, nempe quomodo qualitas unionis potest esse quæ

corporeum, & qua ratione corporeo quidditas potest efficere unam spiritualem, non autem corporeus modus, ipse explicat: immo quidem, quia quidditas non habet aliud esse, quam illum, cuius est quidditas; quare modo habet esse extremorum; & quia denominatio sequitur debitorem partem, ea dicitur corporeo sicut & totus homo: alterum enim, quia modus dat esse rei, cuius est modus, quidditas vero non dat esse, immo accipit; at regnat quidem, quod subjectum spirituale recipiat esse a modo corporeo, non autem quod totum habeat alteram partem spiritualem, alteram vero corpoream, quare tota ejus entitas dicit corpora: corporeitas et unionis spiritualitati animæ repugnat, si ea est quidditas.

Sed præterquamquod nomine modus dicitur perficere, dare esse, quod enim perfectus, est essentia aliqua, modus autem ipsum perfectum esse, & posivam determinationem significat; præter hoc, inquam, non coninxitur, quare spiritualitati non repugnet modus corporalis, non autem quidditas corporalis, si quidditas, ut ipse potest realitas est aliqua extremis operaddita, vere enim, & re ipsa alio; quod autem dicitur non aliud habere esse ab eo, cum illa quidditas, id de relatione

docet B. Doctor, et quod non significat aliquid in se, puta, in subjecto esse simile nihil significat, nisi esse album; at vero unitum esse non nisi ex modo significandi, & secundum dicti est ad alterum, ut ostendit B. Doctor locis §. præced. adductis; in re autem est absoluta unitas compositi ex partibus unitis; & præterea patet dicitur, quod modus non habet entitatem aliam a re, cuius est modus.

424 Ad argumentum ergo neg. assumptum, quo tota nititur difficultas, quod nempe S. Patens unionem dicat corpoream, non enim de unione, sed de extremo loquitur, cui anima unitur; nam in illo cap. disputat contra mundi sapientes, qui putant, terrena corpora non posse in Cœlum transferri, & veluti à simili arguit, quod si nobis in statu separationis a corpore corpus esset ignotum; si quis nobis vellet suadere fieri posse, ut anima corpori uniretur, multo fortius argueremus id esse impossibile, quod *spiritualis anima ligamento corporeo vincaretur*; & tamen id factum videmus: pariter ergo debemus credere possibile, quod corpus in Cœlum transferatur. Patet itaque, quod per *ligamento corporeo* corpus ipsum intelligit S. Patens. Præterea, argumentum potius probat oppositum, quod nempe uero negat esse quid medium realiter

differens ab extremis; tale namque in homine non posset utrumque extreum afficere, aut enim esset corporeum, & non posset afficere animam; aut esset spirituale, & non posset afficere corpus: unio ergo ipsa est compositionis unitas, quæ in ipsis partibus consistit se ipsis unum facientibus, eo quod sunt actus, & potentia,

## ARTICULVS II.

*An totum differat à partibus unitis?*

S. I.

*Relatis sententiis, nostra probatur.*

425 **T**otum, aliud est integrale, seu cuius partes non sunt actus, & potentia, & qualibet sublata, manet essentia totius; aliud vero est essentiale, cuius partes sunt actus, & potentia, quod eo essentiale dicitur, quia qualibet parte mutata variatur essentia totius: integrum est in genere quantitatis, & cuius partes sunt unum, aut continuitate, ut linea, vel corpus quodlibet; aut ordine ad unum, ut exercitus; aut mera aggregratione, ut acervus lapidum: totum essentiale, aliud est substantiale, ut homo; aliud acci-

dentale, ut album; aliud est physicum, cuius partes sunt substantia, & forma; aliud est mensum, & corporis, cuius partes sunt genitus, & diffusio. Nobis quidem eadem est ratio de quolibet quandoquidem autem Scotius cum quibus potissimum haec difficultas controvertitur, specialiter de toto essentiali ex materia, forma loquuntur; de hoc senserit, & quod de hoc dicetur, ceteris dictum accipe.

426 Non queritur: Aut totum differat à partibus, neque an differat à partibus, & unioni sed an differat à partibus unitis si enim intellectu accipias partes, atque etiam unionem, non eo accipis totum, nisi accipies unionis materiam perfici, etiam perficere, quod est accire partes unitas. Prima sententia docet, totum esse entitatem à partibus unitis, quæ ex illis quiritur tanquam ex adequata causa. Ita tenet Scotorus, quemque quantur Discipuli, uno, aut altero dempto; ex Thomistis pro eadem Cipreol. Sone. Heraclio ex DD. Societ. Conimb. Fonsca: ex Nostris Argent. Venetiis Lusit. apud N. Uillanov. Altera sententia negat, totum à partibus unitis distinguiri. Hec communior est, eam tenent communiter Thomistæ; ex DD. Societ. quoniam Suar. disp. 36. Met. 3. Arriag. Alfonso, & alii istos; hanc habet expretè B. B. te cog.

Physic. text. 17. quem NN.  
sequuntur Gregor. Gerar. Land.  
Sion. & communiter Moderni.  
Villan. Manso, Gavardi.

427 Nobis ergo dicendum,  
quod totum a partibus unitis  
non differt. Prob. ex B. D. cit.  
i. Physic. lect. 4. ubi ita habet:  
*Nam, ut Commentator ait, quæ-  
vis pars per se est aliud a toto,  
si omnes partes simul sumptæ  
a toto esse non possunt. Ver-  
la autem Commentatoris in cit.  
ut 17. hæc sunt: Et sermo oppo-  
sus isti non exprimitur propter  
famositatem. Quid est: Quod  
pars est alia a toto, & to-  
tum nihil est aliud, quam congre-  
gatio partium: ergo totum est  
a se. Et istud sophisma est  
compositionis, & divisionis: quo-  
rum unaqueque partium dicitur  
aliud a toto; sed omnes insi-  
ma non possunt dici esse aliud a  
toto. Tendit Philosophus in il-  
lumin. 17. quod pars a toto dif-  
ferat a toto, sequitur, quod si pars non  
differat a toto, sequitur, quod  
partes non differant inter se;  
hujuscem autem Commentator,  
quod argumentum ab opposito,  
nempe sequeretur, totum  
a se differre, omittitur prop-  
ter famositatem, hoc est, quia  
manifestissima est aequipotio,  
quod manifestum est, quod  
tum a partibus unitis differre  
potest. Supponant quidem  
sostilla, Commentatorem tene-  
re contraria sententiam, sed*

supponere item debent, quod  
illam reputat manifestissimam.

428 Prob. secundò a ratio-  
ne: Quod formaliter dicit esse  
unum unitate per se compositionis  
ex actu, & potentia, formaliter  
dicit ipsum totum, seu compo-  
situm; sed partes unitæ forma-  
liter important ita unum esse: et  
go. Patet maj. Quia unumquod-  
que per idem habet esse, & unum  
esse. Patet item min. Quia actus,  
& potentia se ipsis faciunt onus;  
quare hoc ipso, quod uniri in-  
telliguntur, intelliguntur unum  
esse. Confirmatur primò: In hoc  
consistit essentia compositi, quod  
intelligatur materia per formam  
perfici, & ab ea habere hoc tale  
esse; sed formalissime per hoc,  
quod intelligantur partes unitæ,  
id intelligitur, hoc enim addit  
partes accipi unitas ab eo, quod  
est accipere partes, & unionem;  
ergo. Confirmatur secundò: Uni-  
tas compositi non est simplicitas,  
sed compositionis ex actu, &  
potentia; sed compositio est dis-  
tinctorum unio: ergo per hoc,  
quod intelligantur partes unitæ,  
intelliguntur compositæ, seu in-  
telligitur ipsum compositum.

429 Resp. Mastrius, quod  
non est idem formaliter unio, &  
unitas compositionis: quia com-  
positio duobus non odis accipitur;  
alio, quasi causaliter, & est par-  
tium unio, ex qua resultat uni-  
tas compositi; alio modo accipi-  
tur formaliter, & est ipsa unitas

compositi resultans ex unione: cuius signum est, quod unio non de toto, sed de partibus habet prædicationem; non enim totum dicitur uniri, sed partes; è contra verò unitas non de partibus, sed de toto, totum enim dicitur unum: aliud ergo est formaliter unio ab unitate. Sed hæc in primis ratio tota causa est æquivationis; sufficit enim distinctio in modo significandi, & sola ratione ratiocinante, ut diversimode suscipiant aliqua prædicationem: v. g. definitio est explicatio essentia, non verò essentia explicata; è contra verò definitum est essentia explicata, non verò explicatio; nec tamen differunt formaliter definitio, & definitum: solum ergo illa diversitas prædicationis arguit, quod differunt in modo significandi, & quantum ad conceptum explicatum unio, & unitas compositionis.

Deinde: Sicut compositione accipitur formaliter, ut est terminus actionis; aut causaliter, ut est actio ipsa; ita unio accipitur, aut causaliter, ut est unitio, seu actio aggregans unum alteri; aut formaliter, ut est ipsum unitum esse terminus illius actionis; at partes unitæ non unionem, seu unionem causaliter, sed unitum esse important, seu unionem formaliter: ipsa ergo unio, quam important partes unitæ, est unitas compositionis, seu unum es-

se, & compositum. Præterea Aut unio partium accipitur applicatio formæ ad materiam, qua sequitur formam informans & perficere, & materiam perfici & informari; aut accipitur ipso conjunctio, vi cuius formaliter materia perficitur, & forma perficit: primò quidem: non unitas compositionis, sed velocius causa ejus, sed non id est partes accipi unitas, sed unitio partium; at verò partes accipi unitas est accipi: secundò: ipsa ergo unio, quam important partes unitæ, est unitas compositionis.

430 Prob. tertio ipso fundamento, quo potissimum nascitur Scotista: Si totum differt partibus unitis, partes unitæ sunt adæquata causa, ex qua sequitur totum; sed id proorsus impliatur ergo. Majorem ipsi assumunt, eo quod aliqua debet alsina causa totius adæquata, nec a potest nisi partes unitæ, deducunt conclusionem suam; cunctus enim à causa sua differt. Minor itaque ostenditur: Si partes unitæ sunt adæquata causa totius, in aliquo genere causantur, sed in nullo possunt: ergo. Prob. min. Genera causalium communia Philosophorum consensu sunt quatuor, materialis, formalis, efficiens, & finalis; sed in nullis his partes unitæ sunt causa adæquata totius: ergo. Patet min. Quia adæquata causa materialis est sola materia, adæquata so-

malis est sola forma, efficiens, & finalis extrinsecæ sunt, partes vero unitæ non possunt ad totum copari, ut causa extrinsecæ: In hoc ergo multum æquivocantur Scotistæ, quod unam causam volunt ex omnibus adæquari, saltem iunctis; istæ autem quando uniuntur, & unum faciunt, non unam causam, sed unum casum faciunt.

431 Prob. quartò: Si totum distinguitur à partibus unitis, indequæ distinguitur, & tanquam includens ab inclusu; sed non ita: ergo omnino non distinguitur. Maj. patet; tūm, quia supponit Scotistæ; tūm, quia non possumus accipere partes & seorsim à toto; vere in ipso sunt toto materia, forma unitæ, & ipsum constituentes. Prob. itaque min. Quod hinc distinguitur tanquam inclusu in se, & illud importat, quo distinguitur, & aliqd addit, quo distinguitur; sed totum nihil addit supra partes unitas: ergo. Min. patet; quia totum dicit essentiam, quæ ex hoc constituitur, quod hæc forma hanc materiam perficit, & tale esse tribuit; sed partes unitæ hoc important: ergo.

432 Ad hanc rationem respondunt Scotistæ, quod totum non differt à partibus unitis aliquo addito, quod sit veluti forma, & ratio distinguendi, sed tota entitate sua, qua unum est

simplicitè; partes autem unitæ non per se, & simplicitè sunt unum, sed sunt simplicitè multæ, & unum ratione unionis: quod in eo explicatur, quod nos assertimus; dicimus enim, totum differre à partibus, & unione; non autem differre potest aliquo superaddito, sed tota entitate sua: quod ergo nos dicimus de toto relatè ad partes, & unionem, ipsi dicunt de toto relatè ad partes unitas.

433 Sed contra: Si non se habet tamquam addens aliquid, sed tota sua entitate differt, non differt tamquam includens ab inclusu; patet enim, quod includens ipsum importat inclusum, & aliquid amplius, saltim modum se habendi, quo alia est entitas; & quia totum partes importat, & unionem, ita tamen quod vi unionis forma perficit, & materia perficitur, ex hoc modo se habendi alia entitas est totum à partibus, & unione, nempe ipsas includit partes, & unionem, & ulterius modum se habendi, quem partes vi unionis habent; at supra partes unitas nequidem modum se habendi importat totum: ergo. Patet hæc min. quod enim ipsi imaginantur, partes unitas esse in actu, & simplicitè multæ, unum autem tantum ratione unionis; id, inquam, omnino est commentarium: unitas compositionis est unitas unionis ex actu, & potentia,

tia, & eo actus, & potentia faciunt per se unum, quia se ipsis uniuntur, & actus se ipso perficit potentiam suam, & perficiendo constituit unam essentiam: neque ergo unitas per se composita aliud potest accipi, quam quod partes ejus se ipsis uniuntur, & una perficit, alia perficitur, nec partes unitae multa in actu dici possunt, aut unum per accidentem, sive per aliud, quia unum ratione unionis; eo enim quod sunt actus, & potentia, se ipsis uniuntur, & esse unum ratione unionis est esse unum se ipsis.

**434** Probat. quintò: Nunquam effectus includit causam suam, sed semper causa aliud à se causat; sed totum includit proculdubio partes unitas: non ergo partes unitae causa sunt, ex qua totum sequitur; at si totum à partibus unitis differt, partes unitae causa sunt, ex qua totum sequitur: ergo non ita differt. Patet maj. quia enim materia, & forma in toto includuntur, toto quidem principia sunt, causa vero non totius, sed ad se invicem. Alia pretermitto, quoniam ex his potest sufficienter patere conclusio.

6. H.

Solvuntur Argumenta.

**435** **A** Rgitur primò Philosopho aliquibus in locis, quia tamen caret ipsis etiam Scotistæ, dissidunt, cunctis, unus est, quo clarissime patent suam sententiam confneri, nempè 7. Metaph. text. & eadem sententia habetur in Metaph. text. 14. his itaque locis Philosophus substantiam dividit in materiam, formam, & compositum, & assertit tres substantias. Neque dici potest, totum ratione unionis diffire à materia, & forma; ait enim tres esse substantias, quare totum sic differt, quod est tertia substantia; at non erit tertia substantia ratione unionis, cum ea non substantia sit, sed modus aut relatio: erit ergo tertia substantia ratione entitatis sui, sic hæc alia est a partibus unitis.

**436** Resp. quod totum tertia substantia alia à materia & forma, nempè ipsa essentia unione constituta, puta, lapidem. Cum autem dicitur, quod non non est substantia, sed modus aut relatio, jam patuit præcedente art. quod onus nihil est partibus superadditum, sed partes, quod sunt actus, & potentia.

ipsi uniuertur , & se ipsis consti-  
uant tertiam substantiam ; se-  
quunt ergo, quod totum est ter-  
tiæ substantia ratione entitatis  
is, quæ alia est à partibus, non  
men à partibus unitis ; imò si  
du esset à partibus unitis, non  
tertiæ esset, sed quarta substanc-  
ia, ipsæ enim partes unitæ sunt  
una causa adæquata totius, qua-  
re non una substantia ; & sic  
prima substantia erit materia, se-  
unda forma, tertia partes uni-  
tæ, & quarta totum inde resul-  
tu.

437 Arguitur secundò: Si to-  
tu non distinguitur à partibus  
unitis, sequitur, quod totum es-  
sentiæ non distinguitur à toto  
accidentali, quod est unum per  
siddens ; sed hoc est inconve-  
nienter ergo. Prob. sequela: Quia  
non accidentale est simpliciter,  
ut plura, unum autem tan-  
tum legandum quid, & ratione  
unionis ; sed hoc modo esset unū  
ipsum totum essentiæ , si non  
differret à partibus unitis , nem-  
pe esset ipsæ partes unitæ , quæ  
simpliciter plura sunt , & solum  
unum ratione unionis: ergo. Ne-  
cesser refert, ait Merinero, com-  
muni solutio, qua dicitur, quod  
si hoc differt totum essentiæ à  
toto accidentalì, quod in toto  
accidentalì partes sunt actus , &  
potentia. Nam querit: Hoc quod  
est partes esse actum , & poten-  
tia , aut sufficit , ut totum  
quilius resultans sit tertia entitas

in se una , licet non simplex ; aut  
non, sed in eo manent partes, ut  
simpliciter plura, & solum unum  
ratione unionis ? Si primum, ha-  
betur intentum ; si autem secun-  
dum , non relinquitur distinctio  
totius essentialis à toto acciden-  
tali , quia etiam in hoc partes  
sunt unum ratione unionis.

438 Ante solutionem nota;  
quod non est idem totum acci-  
dentalè , ac totum per accidens ;  
totum accidentale dicitur, quod  
formâ constituitur accidentalî,  
hoc autem per se est totum , &  
unum quid , quia partes sunt ac-  
tus , & potentia , quæ se ipsis  
uniuertur , & faciunt unum ; est  
item essentiæ in ratione totius,  
sive ex partibus consistat, quæ es-  
sentialiter ad totum requirun-  
tur , sive quatum qualibet subla-  
ta non manet essentia totius , ut  
sublata abedine , non manet al-  
bum , quamvis maneat homo,  
quare ipsi subiecto accidentalis  
est illa forma : totum per acci-  
dens eo tale dicitur , quia partes  
ejus non se ipsis uniuertur , &  
faciunt unum, ut partes lineaæ, non  
se ipsis , sed eo , quod communi  
termino communicant , nempè  
puncto contingativo, sunt unum  
totum ; dicitur item accidentale  
in ratione totius , seu ut distin-  
guitur contra totum ex potentia,  
& actu , quia qualibet parte su-  
blata , relinquitur eadem totius  
essentia , & solum variatur acci-  
dentaliter , nempè fit minor, ut

soblata parte relinquitor linea,  
& idem de quovis toto integrali; quare partes accidentaliter toti convenient, quia quavis sublata relinquitor essentia totius, sequitur autem utrumque totum nihil est nisi partes unitæ,

Resp. itaque primò neg. min. Ad propositum enim praesentis controversiae nihilo differt hoc totum ab illo, nempe utrumque est partes unitæ, licet diversa sit utriusque unio, quare diverso modo sunt unum, nempe hoc est unum per se, & compositione ex actu, & potentia; illud verò est unum per aliud, & aut continuitate, aut ordine, aut quovis alio modo; utrumque tamen totum est partes suo modo unitæ. Resp. secundò neg. maj. Ad prob. neg. min. totum enim per accidens eo est unum secundum quid, non quia unum ratione unionis, sed quia partes non per se, & se ipsis, sed per accidens, & aliquo tertio copulantur; quare, quod totum per se sit unum ratione unionis, non facit esse unum per accidens; illa enim unio non est aliud à partibus, sed, eo quod sunt actus, & potentia, se ipsis uniuntur, & per se faciunt unum. Quo patet ad instantiam; partes enim unitæ non sunt simpliciter plura, alioquin non unitæ accipiuntur: eo ergo, quod sunt actus, & potentia, se ipsis uniuntur, & unitæ constituunt unum per se ens, & unam

per se essentiam; & forte æquivalēt nimirū in eo, quod pars unitæ significantur ut plura, non pè partes, sed hæc pluralitas tantum in modo significandi, in re significata respondet ipsa totius compositi essentia,

439 Arguitur tertio: Causa intrinseca sit, sive extrinseca, distinguitur realiter ab causa suo; sed partes unite sunt causa realis intrinseca totius: ergo Maj. patet; quia ex P. Augustino 1. de Trinit. cap. 1. nullus potest causare se ipsum, ut si Minor item patet; quia partes componunt ipsum totum, & non aliter certè, quam unitæ. Quis sit hujus argumenti vis, jam prout supra, neque enim potest terminari, aut quo genere causæ, aut quo genere unitatis una causa. Respond. itaque neg. min. & suppositum ejus, quod totum habeat unam causam intrinsecam; causa enim intrinseca cuiuslibet sunt de necessitate materialis, & formalis, quæ in vicem causæ sunt, totius item principia. Ratio autem minoris potius probat oppositionem non enim distinguitur constitutivum adæquatum à constitutis partibus autem sunt principia, quibus adæquate constituitur totum, & non aliter constituitur quam unitæ.

440 Arguitur quartò: Materia substantialis est per se una, ergo terminus ejus debet esse

esset, & una substantia; at non materia, quia hæc est ingenerabilis, & generationi supponitur subjectum; neque forma, cum, quia hæc non sit juxta Philosophum; cum, quia aliquando generationi presupponitur alia actione producta, ut in generatione hominis; neque item potest esse unio, quia hæc aut est modus, aut relatio, aut nulla est realitas, quæ possit generationem terminare; tandem neque partes unitæ, quia non sunt unum per se, sed in actu plura, & solum unum ratione unionis: requiritur ergo tertia entitas ex partibus unitis resultans.

442 Resp. quod consequens se verum, male ex antecedenti deducitur; sâpe enim actio se una non habet terminum suum. Deinde, neg. subsumptum quantum ad ultimam partem, quod nempe totalis terminus illius actionis non sint partes unice; non enim alio destruitur totum, quam sublata unione, ut patet in morte hominis; quare non alio generatur, quam unio partium, & partes unitæ sunt totalis terminus generationis, neque aliud generans intendit, quam ponere formam in materia, qua totum constituantur; & ideo forma est formalis terminus generationis. Ad rationem in contrarium jam patuit, quod partes unitæ non sunt in actu plura, & eo quod se ipsis uniuntur,

443 Arguitur quinto: Si totum non differt à partibus unitis, non est assignabile subjectum, à quo passiones fluant, & cui convenient operationes; sed hoc est absurdum: ergo. Prob. maj. nam ridere, ædificare, & similia non sunt solius formæ, aut materiæ; sed aliunde neque convenienter partibus unitis: ergo. Hæc min. èdem ratione prob. præcedentis argumenti: quoniam operationes,

nes, & passiones unius sunt entis ; at partes unita non sunt unum ens , sed plura in actu : ergo.

444 Respond. neg. maj. Ad probat. ejus neg. min. Ad ejus prob. neg. item min. jam enim patuit, quod partes unione constituant unum ens, & unam essentiam. Cetera alia est unitas compositionis ab unitate simplicitatis, neque alio , nisi quia unitas

compositionis in unione plenum consistit. Præterea : Partes elementa sunt , quibus totum constituitur, neque aliter, quam unita possunt constituere ; item omnes partes omnia sunt constitutiva; at constitutum sola relatione ratiocinante differt a suis constitutivis ut talibus : non ergo aliter distinguitur totum a partibus unitis. Cetera, si que sint, ex dictis poterunt solvi.



# DISPUTATIO SECVNDA DE NATURA, ET CAUSIS.

**P**OST QUAM in 1. lib. determinavit Philosophus de elementis, seu partibus intrinsecis corporis, quod est subjectum Physicæ considerationis, in 2. determinat de Causis; quia tamen eorum, quæ sunt, alia à natura sunt, alia propter alias causas, determinat priùs de Natura, & Naturali; de Violento, & Arte; deinde de Causis: de his ergo hæc Disputatio instituitur, de Natura, Arte, & Violento, de Causis, tūm in communi, sūm in particulari, tūm ad se invicem, tūm ad esse, & tūm suos comparatis, & tandem de Causis per accidens.

# QUÆSTIO PRIMA

## DE NATURA, ARTE, ET UIOLENTO.

### ARTICULUS I.

*An Philosophus reētē definit  
Naturam?*

S. I.

*Expenditur definitio Naturæ.*

1 **P**Hilosophus in 2. Phys. text. 3. sic definit Naturam: *Principium, & causa moveendi, & quiescendi ejus, in quo est, primum, per se, & non secundum accidens*; seu, ut alia habet translatio: *Principium, & causa, ut moveatur, & quiescat; ex quo nonnihil oritur controversiae, de qua sequente articulo.* Igitur sensus definitionis hic est: Dicitur primò *Principium, & causa loco generis*, ut denotetur non esse naturam id, unde motus incipit utcumque, sed tantum, quod principium est cum aliquali causalitate: quod enim moverit, est motus passivum principium, poterit autem, aut ita quod non exigat sic moveri, sed

tantum habeat non repugnatiam, & sic erit principium, non vero causa; aut ita, quod sic moveri exigat, & sic erit principium, & causa, quia per illum exigentiam aliqualem causalitem habet: dicitur ergo *Principium, & causa*, quo denotetur quod non sufficit utcumque esse principium, sed requiritur alius qualis conatus, sive activus, sive passivus, de quo postea; & hoc potissimum excluditur privatim, licet enim ea sit aliquomodo ratio, quare materia moveatur formam; & hoc sensu principium motus, non ex quo privatenus habet, sed ex quo aptius exigit materia sic moveri, ut non parentia, sed aptitudinem principium, & causa motus.

2 Dicitur deinde: *Motus & quietis.* Quo circa duo notanda sunt: alterum, quod ly motu non debet accipi de motu sensu physice successivo, ut aliis perperam volunt; proculdubio enim natura est principium generationis, & ipsa generaturalis est, & à natura, non men motus physice successiva-

motus ergo hic accipitur ut exercitium mobilitatis, quæ est prima passio subjecti Physicæ; talis autem est, aut ad locum, aut ad vitam, aut ad formam substantialem, vel accidentalem, de his enim omnibus per se considerat Physica; constat autem, quod mobilitas ad vitam, aut ad formam substantialem non est ad merum successivum. Alterum, quod notare oportet, quodque non uno modo ab omnibus accipitur, est, quod non dicitur motus, & quietis disjunctive, ita quod natura sit in aliquo principium motus, in alio quietis, in uno utriusque, sed in unoquoque natura principium motus, & quietis; neque quies accipitur, si præcise est carentia motus, sed dicit mutatum esse terminum motus; quare ait Philosophus *Principium motus, aut statutum*, quare sensus est, quod est natura principium motus ad formam, & amentem sub ipsa, nepe quando motus est a natura, mobile quietis, & in facto esse manet sub termino acquisto.

3 Dicitur deinde: *Eius, in quo est*, quod non ad motum debet referri, sed ad subjectum habens naturam; quare sensus est, quod est principium, non ejus, in quo est motus, sed ejus, in quo est natura, seu ipsum principium; calefaciens enim secundum naturam suam calefacit, & talis natura est principium, &

causa illius motus, non tamen ejus, in quo est motus, hic enim est in calefacto, sed ejus, in quo est ipsum principium calefacientis; quare natura Cœli est principium, & causa motus ejus, non quidem Intelligentia motrix; hæc enim, quamvis sit principium, & causa motus, non tamen in eo, cuius dicitur natura, nempe in ipso Cœlo, sed est natura illud principium, quod in ipso Cœlo est ratio, & causa, quare sic moveatur.

4 Dicitur deinde: *Primum*; appellando ipsum principium, nempe principium motus formale, & secundum, non natura est, sed naturæ virtus; quare natura est id, quod hanc virtutem radicat, quod proinde est radicale, & primum motus principium. Quo patet, quod ly ejus, in quo est, non inherentiam significat, non enim inheret radicalis, & prima ratio, sed tantum, quod natura non est, propriæ loquendo, totum subjectum; distinguit enim Philosophus text. 3. & 4. naturam ab habente naturam, sed habens naturam est id, quod in se habet principium, & rationem, secundum quam mover, aut movetur, & natura est ipsum principium, & causa motus ejus, in quo est.

5 Dicitur deinde: *Per se*, quia non sufficit principium motus habere, etiam primum, sed

opor-

oportet tale principium habere in eo, quod sic moveret, aut movetur; nam poterit contingere, ut ipse exemplificat Philosophus, quod Medicus agrotet, & poterit se ipsum curare, tunc in se habet principium illius motus, quo sanatur, non tamen proinde illa sanitas est à natura, sed ab arte, quia habet principium illius motus, nempé Medicinam, in eo, quod est Medicus, moveretur autem ad sanitatem in eo, quod est agrotus; quare habere principium motus non sibi convenit per se in eo, quod est mobile.

6 Tandem dicitur: *Et non secundum accidens, quæ particula videtur superflua: quod enim per se convenit, patet, quod non convenit per accidens; quare posito, quod natura est principium motus per se, superfluum est addere, quod non per accidens.* Hanc difficultatem tangit B. D. in dub. Super hunc textum, & respondet, quod *per se* latius patet, quæ non per accidens; poterit enim aliquid esse per se, indifferens tamen, & indeterminatum: v. g. per se est ad generationem privatum, ut quod album fiat ex non albo, quia tamen sub quocunque alio colore est non album, siquidem per accidens est, quod album fiat ex viridi, & rubro, poterit idem esse per se, & per accidens, ut per se, quatenus est non album; per accidens,

quatenus est rubrum; quatenus est album per se, & non secundum accidens, seu, quod idem est, per se, & primò, ex eo quod est pertinientia album: oportuit ergo utrumque poni in definitione, quia non sufficit principium primum motus habere per se, oportet illud habere per se, primò.

Relinquitur ergo ex hoc quid est natura, & qua ratione unoquoque movere, aut movere dicitur secundum naturam, non ex arte, violentia, aut a causis, quod potissimum per definitionem intendit Philosophus nempè quando in eo, quod movet, aut movetur, per se, & primò, seu per se, & non secundum accidens est principium primum motus, talis motus est secundum naturam, & illud principium de natura; habens autem tale principium motus dicitur habens naturam. Nonnulla objicia communiter contra datam definitionem, quæ ex dictis per se facili solvi, illa tamen faciemus, tunc, quia non uno modo solvuntur; tunc, quia id pro pleniori definitionis intelligentia fert,

## 9. II.

## Salvantur Argumenta

**A**rguitur primò contra primam definitionis particulam, quod superfluit *ly causa*: Idem explicatur per *principium motus*, quod per *causa* omisit: ergo superflua est definitio. N. Villanova concedit con-  
tra, & ait, quod ideo B. Doctor in definitione naturæ omisit *ly causa*, & tantum posuit *principium motus*, quia, ut ipse Doctor habet in 1. dist. 29. q. 1. n. 1. in Divinis principium non *causa*; at verò in creatis quidam principium est, est etiam *causa*; quare principium, & *causa* synonyma in creatis, & supposè unum alteri additur. Alii concedunt quidem, quod idem significatur per *ly principium*, quod per *ly causa*, negant tamen conseq. quia majoris explanationis gratiâ additur *ly causa*. Sed qua ratione magis expliq. si tamen idem significat, non facile est determinare.

Nobis ergo neg. anteced. non enim idem significat, etiam in creatis, principium, quod *causa* neque hoc intendit B. Doctor loco, quem adducit Villanova, sed tantum, quod in Divinis sic repetitor ratio principii, quod

Tom. II.

non est ibi ratio *causa*, quod non tollit, imò de necessitate arguit, quod diversa est ratio principii à ratione *causa* metaphysicè, & ex terminis, alioquin non posset una sine altera repe-  
riri; item patuit disput. præced.  
q. 1. quod principium multis modis accipitur, & quod mate-  
ria, & forma aliâ ratione sunt *causa*, aliâ principia: patuit ergo num. 1. qua ratione additur in definitione *ly causa*. Neque B. Doctor illam particulam omittit; verba enim ejus hæc sunt: *Dicit ergo, quod sic differunt naturalia à non naturalibus, quia habent inse principium mutationis, & statutus, tamquam existente natura, principium aliquod, & causa mouendi, & quiescentis ejus, in quo est, primum, per se, & non secundum accidens.*

Arguitur secundò, quod non bene ponitur *motus*, & *quietis*: Quia aliqua, quæ naturam habent, non habent principium motus, & quietis: ergo. Prob. antec. primò: Cœlum sic habet principium motus, quod non quietis; non enim quiescit. Secundò: Cœlum Empyreum sic habet principium quietis, quod non motus; non enim moveretur. Tertiò: Terra etiam non move-  
tur; quare etiam habet principium quietis, non verò motus. Confirmatur: Quia motus, & quies privative opponuntur; sed forma, & privatio non conve-

Q. q. niunt;

nunt : ergo natura non est simul motus, & quietis principium, sed disiunctive motus, aut quietis.

10 Ad hoc argumentum Illustrissimus Palanco, & esse communem solutionem, ait N. Manso, respondebat, particulam illam definitionis debere accipi disiunctivè, ita quòd natura in aliquibus erit principium móvis tantùm, in aliquibus tantùm quietis, in aliis utriusque ; & in confirmationem adducit illud Joan. 4. *Nisi signa, O prodigia videritis*, & alia id generis, in quibus ly O facit sensum disiunctivum, & idem valet, ac aut, & hanc esse solutionem Avicenna, ait B. Doctor dub. 2. Sed ceteris communiter ea interpretatio non placet, tūm, quia argumenta non cogunt sic exponere, tūm, quia, et si alicubi possit ita accipi, in definitione tamen sermo esse debet maximè proprius, & clarus; quare exponere copulativam per disiunctivam est improaria usuratio.

N. B. D. citat. dub. 2. adducit quidem præcedentem solutionem Avicenna, & aliam Commentatoris, quòd nemperatio naturæ analogicè dicitur, & ubi ea accipitur propriè, est principium motus, & quietis; ubi autem tantùm est principium motus, aut quietis, impropriè accipitur; neutrā improbat solutionem, quia in re parvi ponderis superfluum duxit tempus

terere, aliā tamen viā responderet. Ex ipso itaque ad argumentum neg. antec. ad primam prob. dicitur primò, quòd Cœlum movetur, & quiescit: pro cuius intelligentia nota, quòd motus calis, aut est à centro, aut ad centrum, aut circa centrum; & quod Cœlum neque grave est, neque leve, neque à centro, neque ad centrum moveretur, moveretur autem circa centrum: tunc ergo Cœlum secundum se totum non moveretur, quia non mutat distantiam à centro, secundum partem moveretur, quia unaquæque locum mutat, & quia utrumque est secundum exigentiam formæ sua natura ejus est principium motus, & quietis. Dicitur secundò quòd Cœlo non competit quies, quandiu generationes durant, quiesceret tamen post mundanum; & quia tunc quiescere in secundum exigentiam suæ naturæ, natura in eo est principium motus, & quietis. Dicitur tertio quòd quies non significat præsearentiam motus, sed motum esse terminum ejus; quod ait Philosophus motionis, O fitus; natura autem Cœli non est lumen est principium motus, etiam cui connaturale est motum esse, quod tali motu acquiritur.

Ad secundam prob. Cœlum Empyreum non est corpus. Physicam considerationem pertinens, cum non sit corpus

ille, quare non debet illa defini-  
tiorē comprehendēti. Ad ter-  
tium: Natura non est p̄cīs-  
e, & tantum principium motū  
localis, sed motū cuiuslibet; da-  
mā autem, quod terræ non con-  
venit motus localis, convenit  
tamen motus ad formam, alte-  
ratur enim, quare natura ejus est  
principium illius motus. Rarsus:  
Tota non movetur de facto, eo  
quod est in centro, hoc autem  
contradic̄t, quin sit corpus grave  
naturam moveri ad centrum, si ex-  
tri centrum poneretur; quare  
natura ejus est principium illius  
motus, quem posset habere, &  
poteris, quam de facto habet.  
Et confirmationem dicitur pri-  
us, quod motus, & quies non  
habent p̄cīsē, ut forma, &  
sitio, sed ut via, & terminus,  
Vicitor secundō, quod ad op-  
pia etiani privativē repugnat  
in idem potentia simultatis,  
nemp̄ potentia ad illa simūl ha-  
benda; non autem repugnat si-  
multas potentias, nemp̄ simūl  
habere potentiam ad illa succes-  
sive habenda; & hoc modo est  
natura principium motū, &  
poteris.

ii Arguitur tertio, quod  
non benē ponitur *Ejus*, in quo  
Nam Cœlum non habet in se  
principium sui motus, movetur  
nam ab Intelligentia; sed ille  
motus naturalis est, & conse-  
quenter à natura: ergo ea non  
est principium motū ejus, in

quo est. Resp. disting. maj. Non  
habet in se principium sui motus  
activum, conc. maj. non habet  
absolute principium, neg. maj.  
Itaque hanc difficultatem tangit  
B. D. in dub. i. & responderet,  
quod habere in se principium  
activum motū, qui in circa cen-  
trum, tantum convenit viventi-  
bus, quæ co dicuntur se move-  
ntia; natura autem non est p̄cīs-  
e, & tantum principium acti-  
vum motū, sed in movente na-  
tura est principium movendi, &  
sic activum, in moto vero est  
principium, quare movetur, &  
sic passivum: quia ergo Cœlum  
rationem habet in se, quare sic  
movetur, ea est principium, &  
causa motū ejus, in quo est, &  
Cœli natura.

12 Arguitur quartò, quod  
non benē dicitur *Per se*: Motus  
gravium naturalis est, sed licet  
sit à principio, quod est in ipso  
gravi, non tamen per se, sed per  
accidens: ergo. Probat. minor:  
Motus gravium est per se à gene-  
rante, quia, licet grave ha-  
beat in re gravitatem, ea tamen  
non est illius motus principium  
nisi removendo prohibens, alioz  
qui grave esset se movens, si ipsa  
gravitas esset principium acti-  
vum motū directe, & per se: so-  
lū ergo est principium per ac-  
cidens, & indirecte, in quantum  
removet prohibens, & est natu-  
ra: ergo.

13 Resp. B. D. dub. 3. quod  
Q. q. 2. mos

motus, quo homo movet lapidem suum, est violentus, quia sic movens nullam formam imprimit, secundum quam sit talis motus, & qua sit ejus principium in ipso lapide; è contra vero motus, quo Sol elevat vapores, est naturalis, quia Sol vaporebus imprimit levitatem, qua est illius motus principium, nempe formale, effectivum enim est ipse Sol: quia ergo grave habet à generante formam gravitatis, ab eo effectivè moveatur tamquam à principio per se, & ipsum grave non est principium effectivum illius motus, nisi per accidens, & indirectè, in quantum removet prohibens, est tamen in ipso gravi per se, & non secundum accidens principium formale illius motus, seu ratio, quare sic moveatur, nempe ipsa gravitas. Quare ad formam neg. min. Ad prob. disting. assumptum: Motus gravium est per se effective à generante, & ab ipso tantum per accidens, conc. assumptionem; est absolutè, & per omne modum, neg. Itaque non est ab ipso gravi moveare se, nisi quatenus pellit impediens, moveri autem est secundum formam, quam in se habet, & qua est illius motus principium per se, & non secundum accidens, nempe principium formale, & passivum, seu quare moveatur.

14 Dices: Eo motus ille est naturalis, quia est secundum for-

mam gravitatis, qua est illius principium; sed ea non est principium primum: ergo non beatum, sed quodammodo est natura principium, primum, & quietis. Patet min. quod forma accidentalis non est principium radicale, & primum; gravitas est forma accidentalis ergo. Resp. utique verum quod gravitas non est natura, hoc argumentum convincit; enim non est principium primum, sed virtus quadam, & ipsa ipsis principii primi; tamen motus ille est secundum formam, qua est in ipso gravitate, nempe gravitatem, bene dicitur naturalis, & secundum naturam quia ipsa forma, qua est formata, & immediatum principium, rationem supponit, quare talis forma huic subjecto conveniat, hæc est natura, & radicalis, prima causa motus, quietis, secundum talem formam, nempe ipsa substantia, & quidditas subjecti.

15 Arguitur quinto, id superflue additur: Et non secundum accidens: Quod enim est per se, non est secundum accidens, posito ergo, quod est principium motus per se, superflue additur, quod non secundum accidens. Resp. B. D. dub. 5. neg. antea quod enim est per se secundum quodammodo est secundum accidens, ut subjectum, ex quo debet fieri album, per se, & de necessitate debet esse non album;

an autem sit album per se, & primò, quatenus est non album, sed quatenus est aptum fieri album; quare si posset concipi potens fieri album sine non albo, ex eo fieret album; & hoc sensu secundum accidens, quatenus non per se, & primò, sive in quantum taler ad hoc ergo oportet utrumque ponere. *Per se*, Et non secundum accidens, quo patet, quod non sufficit principium per se, sed requiritur per se, & primò.

16. Arguitur sextò: Prædicta definitio convenient formæ artificiali; sed ea non est natura, neque motus secundum talem formam est naturalis: ergo. Probutur maj. Quia formæ artificiales potest esse principium motus, in quo est per se, & non secundum accidens: ergo. Prob. iudic. primò: Quia videmus, qualiqua figura magis est apud motum, quare poterit figuræ principium motus; at figura per artem inducitur, & potest esse forma artificialis: ergo. Secundò: Musica, vel ars saltandi illius motus, qui est in psalmando, vel saltando, principia sunt: ergo idem.

17. Resp. B. D. dub. 10. quod in motu est duo considerant, & motum ipsum, & modum eius, puta, quod sit tardus, aut velox, continuus, aut interrupsus; tunc autem: Forma artificialis potest esse principium motus

quantum ad modum, non vero quantum ad substantiam, ut quod figura sit apta ad motum, causat ejus velocitatem, ars saltandi causat artificiosam dispositionem in motu saltandi, non vero motum ipsum, qui est à virtute naturali; at natura est principium motus: ergo. Adde, quod natura est principium radicale, & primum; at vero ars, dato, quod possit esse principium motus, non poterit esse principium radicale, & primum, cum sit forma accidentalis: ut ergo motus, qui est secundum formam accidentalem, posset dici naturalis, oporteret in ipso subjecto talis forma aliquam esse rationem, & principium hujus formæ; & haec non vero ars, dici debet natura, nempe haec esset principium radicale, & primum illius motus.

## ARTICULUS II.

*Quibus convenient ratio Naturæ?*

DE multis dubitatur: An, & quomodo habeant rationem naturæ; quia tamen non multum difficultatis, quamvis de aliquibus non nihil est controversia, omnia hoc articulo comprehendimus, de quibus late Complutenses, Rubio, Mastrius. Dubitatur itaque primò: An definis-

tio naturæ debeat accipi de principio activo motus, nempé de eo, quod movet; an tantum de passivo, sive de eo, quod moveatur? Dubitatur secundò: An, & quomodo materia, & formæ conveniat ratio naturæ? Tertiò: An omni formæ? Quartò: An toti, vel solis partibus conveniat? Quæ pro majori claritate scorsim determinabimus.

## S. I.

*Expenditur prior dubitatio.*

18 **S**Cotistæ communiter tenent, quod definitio debet accipi de principio passivo, nempé est ratio, & causa, secundum quam unumquodque movetur; quare formæ convenit quidem ratio naturæ, non autem, ut ea est principium activum, & ratio, quare totum mover, sed ut est principium passivum, & ratio, quare movetur. Pro hac sententia citantur Simplic. & N. Barle. apud Conimb. eam ita explica Mastrius, quod absolute quidem ratio naturæ tam de activo, quam de passivo principio accipitor, sed secundum Physicam considerationem, principaliter dicitur, & primò de principio passivo. Opposita sententia communis est, quod nempe natura de principio mo-

tus accipitur tam activo, quam passivo.

19 Hæc probatur primò et Philosopho hic text. 3. quo cum in definitione naturæ dicere, quod est principium per se, & non secundum accidentem, subjungit, quod contingit Medicum si ipsum curare, & esse sibi ipsa sanitatis causam; non autem illi motus, quo sanatur, est secundum naturam, quia per accidentem est, quod ipse sit Medicus, & non sanatur in eo, quod Medicus, sed in eo, quod agrotans tunc autem patet, quod sanari comparativè ad principium passivum naturale est: loquitur ergo de motu illo comparative ad principium activum, & eo sit, quod non est naturalis, quia non per se, sed per accidentem tale principium est causa motus: esse ergo naturalis, si esset à principio per se, non obstante, quod esset principium activum. Pan conseq. si enim teneret Philosophus, quod definitio propriæ cipienda est de principio passivo motus, neque congrue exemplificaret de principio activo, neque illud excluderet, eo quod non per se, sed eo quod adiuvum.

20 Prob. secundò ex B. D. hic dub. 8. quo corollarie deducit, quod definitio data de natura est æquivoca, & hoc secundum ostendit per hæc verba: *Rarus etiam principium non accipit*

tribi uniformitèr , quia aliqua  
id est in se principium motus,  
prout principium dicit quid acti-  
vum, & sumitur pro forma , ali-  
qua verò habent hujusmodi prin-  
cipium, prout dicit quid passi-  
vum, & sumitur pro materia.  
Confirmatur ex Commentatore,  
qui citat. text. 3. air : *Manifes-  
tum est, quod si hic esset aliquid,  
quod moveret se , quod illud esset  
ignis habere hoc nomen Natura  
mundum hanc descriptionem,*  
tempè, si elementa moverent se ,  
haberent in se principium ac-  
tivum sui motus , magis , & dig-  
nus haberent rationem naturæ:  
ergo ea non dicitur primò , &  
principaliter de principio passi-  
vo motus.

ii Probat. tertio ratione:  
Non minus naturale est, & secun-  
dum naturam genito generari,  
alterato alterari , quam gene-  
rare , & alteranti alte-  
ri sed eo est secundum natu-  
raliterati alterari , quia in se  
habet principium passivum mo-  
tus, quo alteratur : ergo eo est  
naturale alterare alteranti , quia  
in se habet principium activum  
motus, quo alterat , & sic hoc  
principium æquè ad minus ratio-  
num naturæ habet , ac princi-  
pium passivum. Confirmatur:  
Quod ignis debitè applicatus  
in combureret , esset violen-  
tum , quia contra naturalem in-  
clinationem : ergo naturale est,  
secundum naturam , quod

comburat , & sic natura est prin-  
cipium activum combustionis.  
Confirmatur secundò : Ratio na-  
turæ magis dicitur de forma,  
quam de materia , ut docet ex-  
presse Philosophus, & ipsi faten-  
tur Scotista ; sed ratio principiū  
passivi magis dicitur de mate-  
ria : ergo ratio naturæ non de  
principio passivo accipitur pro-  
priè , & per se. Patet conseq. ma-  
gis enim deberet esse natura;  
quod magis est principium pas-  
sivum. Patet item min. tūm, quia  
quod est primò tale , est maximè  
tale ; est enim materia prima in  
genere passivo , & non ea à for-  
ma , sed potius forma à materia  
habet pati ; tūm , quia fatentur  
ipsi, quod forma determinat tan-  
tum principium passivum.

22 Arguitur primò ex Phi-  
losopho , qui in ipsa definitione  
naturæ secundum aliam transla-  
tionem habet : *Principium, &  
causa , ut aliquid moveatur, &  
quiescat ; at principium , ut mo-  
veatur, est principium passivum:*  
ergo. Rursus text 71. & 73. dis-  
crimen assignat motus physici à  
non physico penes principium  
passivum ; ait enim, quod physi-  
cum est, quod habet principium,  
unde moveatur ; non physicum  
verò , quod non motum moveret,  
& sic habet principium activum,  
ut moveat, quod non habet pas-  
sivum, ut moveatur: ergo sentit,  
quod natura , ut ad Physicum  
spectat , est principium motus  
passi-

passivum:

23 Resp. ad primum quidem, quod eo antiquior translatio communiter despicitur, quod habetur minus accurata; in Graeco quidem textu ponitur *Kniseos*, quæ vox motum significat, aut motionem; quare magis propriè vertitur: *Principium motus, Status;* & quandoquidem intentum est explicare, quis motus naturalis est, quis violentus, aut secundum artem: principium motus debet accipi in definitione naturæ communiter ad activum, & passivum, quia, ut de se patet, tam est naturale moventi movere, quam moto moveri. Ad alterum neg. conseq. supponit enim, quod Physicus agit per se de naturali in eo, quod tale est, quod jam supra rejecimus in q. proœm. Itaque, quia Physica consideratio est de mobili, quæ non mota movent, non sunt per se de consideratione Physici, eo quod non sunt mobilia, quod non tollit, quin natura, ut est de consideratione Physici, sit principium motus tam activum, quam passivum; et si enim per se, & ut subjectum consideret id, quod movetur, quatenus moveatur, considerat item ratione ipsius mobilis, id, à quo movetur; quare accipit naturale esse non solum quod mobile movetur, sed etiam, quod movens movet. Præterea: Ipse Physicus curacionem dicit, non secundum natu-

ram, sed secundum artem; comparative ad principium passivum est naturalis motus alterationis: ergo ipse Physicus accipit naturale per ordinem ad principium activum, & naturam dicit principium motus sive activum, sive passivum.

24 Arguitur secundò à ratione: Eaténus natura est principium motus, quatenus motus naturalis dicitur, prout naturæ opponitur violento; sed id habet præcise, quatenus est principium passivum: ergo. Prob. minor: Ille motus naturalis est, prout naturale opponitur violento, quo passum mutatur, sicut natum est mutari, à quocumque fiat agente; sed est natum mutari præcise secundum principium passivum: ergo. Prob. major: si aqua calida mutatur in frigidam, à quocumq; fiat hæc immutatio, naturalis est; è contra vero, si frigida mutatur in calidam, quocumque fiat, hæc mutatio violenta; sed hoc eo est, quod prior mutatio sit secundum inclinationem principii passivi, posterior verò contra: ergo de materiali se habente principio activo, attenditur naturale, & violentum ex principio passivo.

25 Mirum certè, quod hoc potuerit aliquem movere; eodem enim argumento probatur, quod natura tantum dicitur de principio activo: eo enim naturale est moyenti movere, ut mo-

male dicitur contra violentum, quia est secundum inclinationem ipsius activi; v. g. ignis inducere calorem, eo naturale est, quia, quocumque sit passum, secundum activam inclinationem ipsius ignis calorem inducere contra verò, quod applicatio non induceret calorem, esset violentum, quia contra naturam ejus inclinationem: ergo utrum attenditor naturale ex principio passivo. Rursus: Sicut datur natura, & naturale, sicut datur violentum; sed non minus violentum est moto moveare contra suam inclinationem, quam moventi movere; violentiam enim est, quidquid est contra inclinationem subjecti; ergo minus naturale est, & secundum naturam moventi moveare, quam moto moveri.

Directè neg. min. Ad prob. 1. maj. Ille tantum motus naturalis est, quo passum moveatur secundum suam inclinationem, neg. maj. ille naturalis est, ille etiam, quo movens motu, conc. maj. Quo patet ad prob. nempe ipsi aquæ motu naturali est moveri ad frigiditym, à quocumque moveatur, & violentum est moveri ad calorem, à quocumque item moveatur: ex quo sequitur, quod ad hoc, ut motus sit naturalis, auctor violentus ipsi moto, de materia est, quod sit, vel non sit secundum inclinationem principii ac-

tivi, & solum attenditor principium passivum; ex quo rursus sequitur, quod erit natura in moto principium passivum motus; at verò, quamvis violentum sit aquæ calefieri, si tamen ab igne calefiat, ipsi calcifacienti non violentum est, sed naturale calcificare: sicut ergo in calefacto attenditur natura ejus ex principio passivo natus, de materiali habente principio activo, ita in calcifaciente attenditur ex principio activo, de materiali habente capacitate principii passivi; & consequenter natura ut sic, & in communi est principium motus praecissive ab activo, vel passivo, & motus erit naturalis moventi, quatenus habet principium, quare moveat; erit verò naturalis moto, quatenus habet principium, quare moveatur.

### Resolvitur secunda dubitatio.

**D**e priori parte dubitationis: An, nempe materia, & forma convenientiat ratio ostendit prima sententia est Valles. apud Rub. hic q. 2. dicentis, quod natura solum de forma dicitur propriè, & per se, de materia vero tantum ex analogia ad formam. Secunda per oppositum ponit, quod sola est mate-

ria , & hanc refert Philosophus ipse hic text. 7. Tertia , quam tenet ipse Rubio , docet , quod nona solum materia , & forma per se convenit ratio naturae , sed privationi item. Communis sententia ponit , quod privationi quidem non convenit ratio naturae , per se tamen convenit materia , & forma.

27 Hanc habet Philosophus text. 10. quo sic ait : *Uno igitur modo natura sic dicitur prima, cuique subjecta materies eorum, quae motus in se, mutationisque principium habent; alio vero modo ipsa forma, & species, que rationi accommodatur.* Ratione item patet de facili, quantum ad primum quidem , quod privatio non habet rationem naturae: quia ut ex precedentibus potest patere , privatio non est principium , & causa motus ; et si enim ea sit condicio per se requisita , ut subiectum moveatur ad formam, non verò est ratio , quare moveatur , neque per se movetur , eo quod non tale , sed eo quod aptum fieri tale. Quantum ad secundum , quod materia conveniat : quia generatio substantialis motus naturalis est, & secundum naturam , non solum quatenus generans movet , sed etiam quatenus materia movetur ad formam : si ergo ipsa materia naturaliter movetur , principium , & causam habet in se, quare sic moveatur , nempē ipsa ejus potentia

ad formam , & huic propriè conuenit ratio naturae . Quantum ad tertium item de forma : Quia unumquodque movet , aut movetur naturaliter secundum essentiam formarum , qua constituitur hoc tale ens.

28 Pro intelligentia tamen & solutione eorum , que obseruantur in contrarium , notandum , quod ut Philosophus ipse observat , tum hic , tum 5. Metaphys. text. 5. natura multipliciter dicitur , ad praesens autem duobus potissime modis: uno pro ipsa rei substantia , & quiditate , quo sensu dicimus , quod natura hominis est , quod sit rationale animal ; alio modo tumuntur pro eo , ratione cojus aliquid dicitur naturale , aut secundum naturam , & non violentum , aut ab arte ; & hoc sensu significat rationem illam , quæ est modum principium per se , & non secundum accidens; sic item distinguuntur natura ab habente naturam , quod expressè habet Philosophus text. 4. quo sic ait: *Id igitur est natura , quod dictum est naturam autem habent quaecumque tale principium habent;* habent itaque naturam est ipsum movens , aut mobile , natura vero ipsa ratio , secundum quam movet , aut movetur , & quæ est motus principium ; & hoc sensu accipitur , quo nempē motus , & quo potissimum intendit Physicus tamquam de prima passione sub-

jet sui, naturalis dicitur, & ab artificiali, aut violento distingui-

tur.  
19 Arguitur primò ex Philosopho citat. 5. Metaph. text. 3, quo ita concludit: *Ex dictis itaque prima, & quæ propriè dicitur natura, est substantia eorum, que in se ipsis, ut ipsa sunt, motus principium habent, materialim, eo quod hujus est susceptiva, dicitur natura.* En classimè materia tantum habet rationem naturæ secundùm quid, si quatenus est susceptiva formæ. sed sensus planè ex dictis habetur; ponit Philosophus eo textu triplicem naturæ acceptiōnem, & excludit, quod ex his potissimaceptio est, qua dicitur natura in se ipsisque propria ejus forma, qua est ratio substantiæ; materia verò non dicitur natura, tempore hoc sensu, nisi quatenus formam recipit, quod non tollit, quo sibi convenientia ratio naturæ in alia acceptiōne propriæ, & per se, siquidem per se, & proprie ipsa materia movetur ad formam naturaliter, seu, quod idem est, secundum naturam suam, quare sibi convenientia ratio naturæ, prout natura est principium motus ejus, in quo est.

20 Arguitur secundo à ratione: Natura est principium motus; sed materia non est principium motus, cùm non possit secum causare: ergo. Confirmatur: Quia materia rei naturalis

principium est, non tamen est principium motus: ergo. Prob. antec. Quia illius est principium, cuius potest dici materia; at rei naturalis materia est, non verò motus: ergo. Adde, quod est fundamentum naturæ, & clementum cuiuslibet entis naturalis: ergo totam naturam præcedit.

31 Resp. neg. min. cuius ratio æquivocatione nititur, quasi idem sit principium, quod producens: natura itaque est principium, & causa motus utroque modo, nempe, aut ratio, qua movens movet, aut qua motum movetur; materia verò neque est ratio, qua movens moveat, neque talem rationem habet, cùm ipsa non sit movens; quia tamen per se movetur naturaliter ad formam, rationem in se habet, & causam, quare sic moveatur, & haec est in ea principium passivum motus. Ad confirmationem etiam ea æquivocat acceptiōnem principii: materia non est principium motus, eo sensu, quo est principium entis naturalis, nempe elementum, & pars constitutiva; ideo non motus, sed entis naturalis materia dicitur; non autem hoc sensu natura est principium motus, neque motus illa habet principia hoc sensu, nempe partes, & elementa. Ad alterum, æquivocat item de acceptiōne naturæ, prout natura est ipsum ens naturale, materia est elementum, & totam præcedit

naturam, sed hoc sensu idem de forma dicitur; ut autem natura est principium motus, materia non est ejus elementum, & hoc sensu hic accipitor.

33 Arguit tertio Rubio pro eadem sententia: Materia nihil confert ad motum, neque ullam habet influentiam in naturalem mutationem: ergo non est principium motus. Prob. ant. Quia solum se habet tamquam subiectum, quod mutationem in se recipit: recipere autem nullam dicit influentiam. Confirmatur: Si materia habet proprię rationem naturae, quilibet motus erit naturalis; sed hoc est absurdum: ergo. Prob. maj. Quia in quolibet est materia, & v.g. calefactio aquæ principium habebit, & causam, ipsam nempe aquæ materiam; quare erit motus naturalis.

33 Resp. neg. ant. Ad prob. neg. maj. habet enim materia aptitudinem exigentia ad formam, & transmutationem, quare non solum recipere, pro quo sufficit non repugnantia, immo neque hæc requiritur, cum posset violenta, & repugnans recipere, sed connaturaliter recipere habet formam, & transmutationem; hoc autem utique non dicit influentiam, dicit autem causalitatem aliquam, quod sufficit ad rationem naturae. Ad confirmationem neg. maj. Ad prob. dicatur, quod natura est principium

motus, sive in moto, sive in movente per se, & in quantum tale est; jam autem in generatione mobile est per se materia, in aliis autem mutationibus non materia, sed totum ex materia, & forma, & sicut entitas totius potissimum per formam conlinetur, ita potissimum ex ipsa attenditur principium motus: qui ergo calefactio aquæ, & idem similibus, est contra exigentia formæ, toti, quod movet violentia est.

34 Argoit quartò ipse Rubio, quod privatio habet rationem naturæ, ex Philosopho, quod text. 15. ita babet: Forma igitur est natura; forma autem, atque natura duplicitè dicitur, ipsa namque privatio forma quandomodo est. Deinde à ratione confirmat: primò ex ipsa naturæ definitione habetur, quod natura est principium motus; sed privatio est principium motus: ergo. Patet min. quia est tenet principium entis in fieri. Secundò, quia corruptio naturalis est terminus per se ejus est privatio: ergo.

35 Resp. ad argumentum quod sensus Philosophi patet legenti textum; cum enim dixisset quod natura dicitur non solum de materia, sed de forma item, & quod magis, & potissimum de forma, subiungit, quod forma est duplex, alia perfecta, & quod nihil habet privationis admittit.

alia imperfecta, & quæ quodammodo habet admixtam privationem; & de hac ait, quod privatio est quodammodo forma, quare Commentator ita hanc extum exponit: Cùm declaravit, quod natura dicitur de forma, incipit dividere, secundum quodmodos dicitur forma, & dicit eum dici duobus modis; dicitur enim de formis perfectis in esse, cum quibus non conjungitur privatio, & dicitur de diminutis, an quibus conjungitur aliqua privatio. Patet itaque, quod textus non est ad propositum paleantis difficultatis; quare solutiones mitto, quas ipse adduxit, & impagnat.

Ad confirmationem, ea quidem nascitur communi sententiæ de eo, quod privatio est tertium principium mutationis, nobis autem nihil probat, qui privationem diximus non esse principium mutationis: est ergo natura principium motus per se, & non secundum accidens; at vero privatio, per se quidem, ad mutationem requiritur, non vero per se primum, neque in eo quod privationem habens mutatur subjectum, quare ea non est causa mutationis, sed conditio ad mutationem requisita. Ad secundum, neque motus dicitur naturalis ex termino ad quem, sed ex ea, quod in movente, aut motione motus principium, nec corruptione est per se naturalis motus,

sed sequela mutationis, quia non potest unum generari, quin aliud destruatur; quare non corruptionem intendit naturale agens, aut ad illam movet directè, & per se, sed movet ad generationem, & hanc intendit; quia tamen non potest formam inducere, nisi aliam expellat, indirectè, & ad aliud intendens movet ad corruptionem; quare non illa, sed generatione est naturalis mutationis.

36 De altera dubitationis parte, quomodo nempe ratione naturæ conveniat materia, & forma, nulla est controversia; quia expressè habet Philosophus text. 12. quod magis, & potissimum formæ convenit; tum, quia materia nullius entis natura dici potest, & in unoquoque etiam moveri ex forma accipitur, quatenus ea quidditatem constituit, & ejus exigentiam tam ad mouere, quam ad moveri determinat. Quo patet ad aliud, quod solet hic queri: An nemp̄ definitio sit univoca? Si enim non æquè primum de materia, & forma dicitur ratio naturæ, patet, quod illis non convenit univocè definitio. Si autem comparative ad principium activum, & passivum motus queratur: An magis significet natura principium activum, an magis passivum, an æquè vrumque? Dicendum, quod æquè, & univocè naturale est, & secundum naturam suam in movente movere, & in moto

moveri; quare natura univocé significat utrumque, licet Physicus magis per se attendat principium passivum, quia non de natura intendit, sed de mobili.

g.

III.

*Duplex altera dubitatio reficitur.*

37 **D**ubitatio tercia instituitur potissimum propter animam rationalem: An nempe, quod sit principium motus vitalis, & præsertim intelligendi, sufficiat ad rationem naturæ? Prima sententia est Avicennæ, pro qua citantur etiam Simp. & Albertus Magn. docet, quod non solum, ut est principium vita rationalis, sed etiam vegetativa, & sensitiva non habet rationem naturæ. Secunda sententia docet, quod quatenus est principium vita vegetativa, & sensitiva, habet rationem naturæ, non autem, quatenus est principium vita rationalis. Ita aliqui apud Tolet. & pro hac Mastrius citat ex Scotist. Vulp. ex aliis Cajetan. Ferrar. Suesan. Tertia sententia distinguit in ipso gradu intelligendi operaciones, quas habet anima dependenter à phantasmatibus, & ut est harum principium, habere dicit rationem naturæ; at vero

habet anima operationes allatæ independenter à phantasmatibus, ut quæ sunt de subiecto supernaturali, morales item, & beras, &, ut est harum principium, non habet rationem naturæ. Pro hac cit. Mastr. Amal. tract. 8. dub. 2. & hanc videbatur intendere Perer. lib. 7. de Naturâ cap. 12.

38 Communis sententia A cet, animam absolute, & secundum dūm omnes gradus suos habet rationem naturæ. Hæc quidem non multa probatione opus habebet, quare ab ea breviter expodiemur: vide, si placet latior disputatione, citatos Mastrium, & Rubio. In primis itaque quare: An anima habeat rationem naturæ, ut ea est principium operationis supernaturalis, egegrediens inveniatur; esset enim quæstio. An operatio supernaturalis, sit naturalis; idem feretur operatione libera, liberum est dicitur contra naturale. Deinde De natura hæc agitur, quam motus per comparationem principium dicitur naturalis, solum, ut naturale dicitur contra violentum, sed etiam, ut dicitur contra artificiale. Nunc igitur que: Quod forma est physica hominis ipsa anima, definitum est in Concil. Lateranensi, & Vicensensi; quare est ratio quidditas ejus, & principium, & causa omnium operationum, & mutationum, quas homo habet: quilibet

es alius est naturalis est, & secundum naturam, quatenus a principio intrinseco, & anima, sequitur, & cum quod talium est principium, & causa, erit propriè natura; neque debet alicui dubium esse, quin operatio intelligendi videtur arte est, aut violenta, sed de Naturâlis, & secundum naturam intelligentis.

Arguitur autem in concreto: Anima est actus corporis physici, seu, quod idem est, quid naturæ: ergo supponit anima ipsius corpore rationem naturæ, & experimide ipsa quid posterius est, & natura superius. Confitemur, & per primum: Natura est principium motus, & quietis; sed animalia, sicut quantum ad operationes intellectivæ partis, non principium motus: ergo. Paret, quia tales operationes sunt motus. Secundò: Animalium partem rationalem operationes habet, quibus cum corpore non communicat ut supernaturales, & liberas: ergo est unum genus entis præter Physicis, non considerationem, & consequenter propriè, & per se neque naturale, neque natura dici possunt.

Ad hæc, & alia, quæ latè Rubio, de facili patet so- Vieni. Ad primum instatur de fa- itate. Materia enim est subiectum operationis, de quo nullus du- citur; item generatio est motus, liberatio naturalis; forma igi-

tur quælibet naturam supponit, siquidem naturaliter recipitur; quare nulla forma habebit rationem naturæ. Cum ergo dicatur, quod anima est actus corporis physici, sensus est, quod non nudæ materiæ, sed materiæ organizatae actus est; quia tamen materia organizata non est naturæ aliqua, neopè ens naturale, hoc non tollit, quin anima etiam hoc sensu constitut naturam, ut scilicet natura significat rei substantiam, & quidditatem; in præsentis autem natura accipitur pro principio motus radicali, & primo; sic autem, quod aliud supponatur, cui ratio naturæ conveniat, non tollit, quin ipsa sit etiam radicale, & primum principium motuum hujus, quod ipsa constituitur per se, & in quantum tale est.

Ad primam confirmationem, neque generatio per se, & seorsim ab alteratione motus est, & tamen est proculdubio naturæ: in definitione ergo, cum dicatur *Principium motus*, non accipitur motus strictè pro motu physico, sed pro quacunque mutatione, & hoc propriè significat vox, quæ est in textu originali, ut jam supra diximus. Ad secundam, jam patuit, quod supernaturales, & liberae operationes, ut tales, non dicuntur naturales, neque comparativè ad has anima dicitur natura: rursus: Aliud est querere, an natura sit aliud verò,

an talis, de qua Physicus consideret; ad hoc secundum requiritur, quod sit corpus naturale, aut aliquid ejus; quare anima per se, & seorsim à corpore non est de consideratione Physici, sed tantum quatenus est forma corporis; quia tamen, etiam ut rationalis est, & quantum ad operationes intelligendi, corpori communicat, & ab eo dependet, ut loeo dicetur, absolute, ut est forma physica, habet rationem naturæ.

41 Ad ultimam dubitacionem, Rubio, Mastrius, & alii docent, quod toti, sive formæ totius convenit ratio naturæ. Philosophus autem satis expresse habet oppositum, nam text. 4. distinguit naturam, quod habet naturam, & quod est secundum naturam; & ait, quod natura est id, quod est motus principium, & causa; habens naturam id, in quo est tale principium, nempe ipsum totum; secundum naturam verò, ea, quæ toti convenient, ut igit ferri sursum: non ergo ipsum totum est natura, sed habens naturam. Præterea: Hoc ipsum definitio ostendit satis aperte; dicitur enim natura principium motus ejus, in quo est; at totum non est in aliquo, sed in quo sunt omnia: non ergo natura est, sed in quo est natura.

42 Tota forte equivocatio contraria sententia in hoc est, quod natura uniuscujusque dicitur.

tur tota ejus substantia, sive ipsa forma totius, ut natura hominis jam sibi dicitur humanitas. Sed ex ipso personice Philosopho, tunc hic, tunc facili, ex Metaph. jam patuit, quod aliud Deus dicitur natura accipitur, quando interfic, dicitur natura hujus, aut illius, & significat totam substantiam, ac quando dicitur motus, mutatio naturalis, sive secundum naturam; & sic significat in ipso substantia id, quod est principium, & causa, quare moveatur, aut moveatur. Quod tandem habet subiectum solet queri: An definicio sic quidam plenum dicitur, nullius est difficultas, sed est facil enim rationem dubitandi, quoniam in quod motus est quoddam accidentem, at non per motum, sed per principium ejus natura definitur, quare illam dubitationem minimus.

## ARTICULUS III.

*Quid sit Ars, & quomodo illa natura differat?*

43 **L**eviori calamo, quod ad hunc articulum pertinent, attingemus, parquemque sunt ponderis, & de quibus nulla est controversia. At itaque est: *Habitus cum ratione factivus*, quam definitionem in Proem. Logicæ explicimus potissima ergo Artis ratio in isto consistit, quod præconceptum

secundum quam ignis agit; ac  
vero opus artis non assequitur  
virtutem principii sui, quia non  
formam ejus realem, sed imagi-  
natam assequitur.

Non itaque consistit ratio artis, aut opus ex arte esse dicitur ex hoc præcisè, quod agens habeat operis faciendi idem; aliud enim est opus præconcepere, aliud verò agere ex præconcepta operis idea: nam homo v.g. hominem generat naturaliter, & homo genitus, non artis, sed naturæ opus est; & tamen præconcepit homo opus, quod generatione intendit: agere ergo ex præconcepta operis idea, & secundum artem in hoc consistit, quod forma, secundum quam agit, & quæ est ratio agendi, sit ipsa idea operis faciendi; & quia agens naturale agit, ut est in actu per formam realem, motus naturalis est ad formam, & aliquod ens causat; quia verò artifex agit, ut est in actu per formam imaginatam, & quæ non habet realem influentiam, realem quidem immutationem inducit motus artis, non verò realem formam, aut aliquod ens potest causare, sed tantum modum te habendi, & dispositionem aliquam in materia sua.

44 Duo sunt, quæ in præsen-  
ti-materia dubitantur, alterum:  
An opere artis possit fieri ali-  
quod verum ens naturale? Alterum:  
An forma artis differat rea-

liter à materia sua? Ad primum respond. negativè: Quia forma, secundum quam agit artifex, ut tale, & quæ est sibi ratio, & virtus agendi, neque est forma realis, sed imaginata, neque realem influentiam habet, sed intentionalem tantum; quare motus artis tantum ad sicum transmutat, non verò ad formam; præcisè autem ex situali partium positione non constituitur novum ens.

45 Aliqua tamen sunt, quæ potissimè difficultatem faciunt; pro quorum solutione notandum, quod ars tantum habet ad sicum mouere, & unum alteri conjungere, aut separare; aliquando autem hæc, quæ conjunguntur, sunt ad se iuvicem activa, & passiva, & ad se invicem agunt, & tunc ex hac actione resultat novum ens; tale autem non artis, sed naturæ opus est, neque ad causalitatem artis pertinet ejus generatio, sed ad causalitatem illius activi, quod arte applicatur: hoc modo, quæ est prima difficultas, arte Medicinæ inducitur sanitas; nempe ibi est duplex actio, altera artis, quæ est applicare medicamenta, & altera naturæ, tūm nativi caloris in alterando medicamentum, tūm virtutis activæ ipsius medicamenti in transmutando humores; quare patet, quod naturale opus, quod ibi intervenit, non artis, sed naturæ est.

46 Secunda difficultas est de

multis, quæ ope artis fiunt, thomatis, seu se moventibus, dicitur de statuis Dedali, Memnonis, & de columba Achitæ; at se mouere est opus naturæ, & quidem ceteris omnibus perfectius: ergo. Respondet quod talia non se movent, neque alium habent motum, quād gravitati competit, de quo disputatione seq. hic ergo ope artis habet quamdam continuatam, aut etiam perpetuitatis dispositionem, quatenus per artem se pondus disponitur, & ad elasticitatem alicujus ita aptatur, ut perpetua quadam vicissitudine amoveatur, & recurrat probens; grave enim pondere se removet impediens, & hoc elasticitate sua, seu resiliendi vincitur, & utriusque artificia dispositione fit continuus hiscursus, & perpetuus motus; quare in his ars nulli tribuit vim movendi.

47 Tertia difficultas est de operibus, quæ Magi faciunt, ut dicitur in Sacro Textu, quod Magi Pharaonis projectas virgines instanti fecerunt in serpentes converti, sicut miraculo Dei cerat Moyses; sive enim id opus Demonis, sive arte quadam fit hinc videtur, quod ope artis est quod naturale ens fiat. Ad hanc missa controversia, quæ est inter Expositores: An veri serpentes illi fuerint, an apparentes tantum, & dato vero serpente

dicitur, quod transmutatio  
materiæ ad substantiam  
naturam sic in instanti, & tempus  
incomitum in generatio-  
ne, quantum requiritur pro dis-  
positione materiæ; quare si agens  
majoris sit activitatis, citius ma-  
teriam disponit: Diabolus ergo  
De permittente, potest sic ap-  
plicare activa passivis, quod ce-  
ntricæ materia disponatur, &  
sensibili mora fiat transmu-  
tatio ad formam substantialem;  
sic pociū illa transmutatio fie-  
tive autem sic, sive alio modo  
fuerit, non aliud ipse po-  
sit, aut ars qualibet, etiam ope-  
ris, nisi applicare activa passi-  
vis.

48 Quarta difficultas est de-  
per Chimiam formato: di-  
cione enim ope illius artis verum  
aurum fieri. Ad hoc dici posset  
ad præcedens, quod dato  
aureo ope artis fieri, ars  
habet docere modum,  
quod applicentur activa passivis.  
De hoc tamen querit B. Doctor  
mod. 3. q. 8. & negat per attem-  
pum verum aurum, quod sic os-  
tendit: Videmus enim, quod ali-  
qua entia, quod perfectiora sunt  
in genere suo, determinant sibi  
sociale agens, à quo fiat, spe-  
cilem materiam, & etiam speci-  
alem locum, in quo ea dispo-  
nit, & fiat generatio: ut in ge-  
nere animalium perfecta anima-  
lia determinant sibi activam vir-  
tutem, à qua fiat generatio, ut

semen matris, & materiam, ut  
matris sanguinem, & locum, ut  
uterum, neque possunt aut ab  
alio, aut in alio loco, aut de alia  
materia generari; imperfecta ve-  
rò neque agens, neque materiam,  
neque locum sibi de necessitate  
determinant, sed possunt ex pa-  
refactione generari.

Tunc autem: Aurum in ge-  
nere metallorum est ens perfe-  
ctissimum, quare determinat sibi  
agens, ut quod non possit fieri  
nisi virtute Solis, & locum, ut  
quod non nisi in viceribus terre,  
& forte etiam materiam, ut quod  
non nisi ex tali; at ars, quantum-  
cumque posset applicare activa  
passivis, nunquam poterit ap-  
plicare activum tantæ virtutis;  
quantæ est influentia Solis, neque  
item in loco, quem sibi determi-  
nat aurum, & forte neque mate-  
riam accipere, quam requirit:  
poterit ergo ars aliquam trans-  
mutationem causare applicando  
activa passivis, & aliqua acci-  
dentialia auri in materiam induce-  
re, nunquam tamen verum au-  
rum conficeret. Nec refert, quod  
perfectius est quodlibet vivens  
quocumque metallo; quare si vi-  
vens aliquod non determinat si-  
bi agens, aut locum, sive mate-  
riam, & posset ab arte fieri ap-  
plicando activa passivis, non  
est, cur aliter dicatur de auro.  
Ad hoc responderet B. D. quod  
genus gentri comparando per-  
fectius est vivens quocumque

metallo ; ut comparando ens enti, aurum in genere suo tenet supremum locum , quare præ cæteris metallis determinat sibi agens , & locum suæ generatio- nis.

49 Ad alterum dubium Ru- bio, rejecta Nominalium senten- tia , quæ ponit , talem formam nullo modo distingui à materia sua , docet distingui realiter , & probat: primò , quia ars est habi- tus realis realiter diff. res , tūm ab anima , tūm à reliquis habitibus , qui in anima sunt : ergo ef- ficitur habet realem sibi pro- prium , & à materia sua distin- ctum. Secondò: Imagines in pla- no pictæ realiter differunt , tūm à coloribus , quibus formantur , tūm ab ipso piano , in quo for- mantur: ergo idem. Patet ante- erant enim colores , & planum ante opus artis , & arte fiunt ima- gines. Tertiò: Representatio est realis relatio imaginis ad proto- typum ; sed ea debet habere rea- le fundatum: ergo cum tale esse non possit tabula , aut colo- res , erit imago aliud realiter ab his.

Mastrios disp. 6. q. 4. do- ceat , quod nec est omnino indis- tincta , ut docet sententia Nominalium; neque est forma aliqua abso luta de prædicamento quali- tatis , ut videtur intendere Ru- bio , sed est relatio proportionis partium ad se invicem. Pro pri- pria parte nullam assiguat ratio-

nem , sed tantum duos mode- rejicit , quibus sententia Nom- inalium defenditur. Secundam probat , quia incredibile esse alicuius quacumque forma artifi- ciali novum accidens reale indu- catur in naturam , eo enim quod incisione à quacumque figura se- paretur pars aliqua , variatio- gura ejus ; neque tamen proin- aliquid producitur , aut illa- ditur , immo autetur ; deberet a tem nova forma artificialis ad- si ipsa esset realis aliqua form de prædicamento qualitatis.

50 Sed in primis Philolo- phus quartam sp̄ciem qualitat̄ as signat formā , & quæ circa eam conilit , figuram ; quare negari non potest , quin figura sit quali- tas ; est autem forma artificialis figura quædam. Deinde , quod ip̄i videtur incredibile , nec quid difficultatis habet , neque potest vitare : primum de se pa- tet ; quid enim , quod realis actio reale aliquid accidens causet ? autem operatio artis realis- tio ; immo magis est incredibile , quod realis actio nihil agat , ne- non habeat realem aliquem ter- minum. Secundum de facil ob- tenditur : Relatio enim de præ- dicamento est apud ipsum realis pro- accidens , & in communi Scilicet tarum sententia entitative diffe- rientia fundamento suo ; talis autem est , quæcumque ex fundamenta suo resultat ; ast , eo quod actiones artis detrahatur qualibet par-

modo limitetur figura, infinitæ resul-  
tantes relationes, tūm æqualitatis,  
amētūm inæqualitatis; tūm distantiaæ,  
ille at- tūm indistantiaæ ad alia corpora:  
atque. Adde, quod imago non si-  
gnificat relationem, sed aliquid  
individuum, in quo fundatur si-  
gnificatio ad prototypum: non  
quod in relatione consistit forma  
materialis.

Nobis itaque dicendum,  
quod talis forma non differt à  
materia sua: est enim modus qui-  
us se habendi, quem partes ex-  
actione artis consequuntur, &  
quem sequitur tūm propor-  
tūm ad se invicem; tūm  
discrepantia ad idem, quæ est in-  
modis artificis; at modum se ha-  
bendi non differre à re modifica-  
tione, probabimus in Metaphysica.  
Quoniam autem talis forma sit  
realitas de quarta specie, & ta-  
nundus sic se habendi, nec  
tamen addat realitatem supra  
tamen suam, satis potest con-  
ducere ex dictis in Logica; non  
nam prædicamenta significant  
realitas, aut realitates physicas,  
modos essendi, ex quibus su-  
perficie prædicatio generalis, &  
reducta in aliam, & ex qui-  
bus proinde intellectus format  
concepsum specialem, qui sit  
realitas aliqua metaphysica;  
autem ex tali modo se ha-  
bendi, qui per actionem artis in-  
ducitur, nova accipitur prædi-  
cio pertinens ad quale esse, ut  
tamen habere figuram, aut dis-

positionem: ergo.

52 Ad motiva in contraria  
rūm respondetur, & ad primum  
Rub. neg. subillatum conseq.  
Ars quidem est realis habitus, &  
realem habet actionem, atque ef-  
fectum, hic tamen non est ali-  
quid addere materia suæ, sed fa-  
cere eam sic se habere. Ad secun-  
dum neg. anteced. Ad rationem  
ejus dicitur, quod erant colo-  
res, non autem sic se habebant;  
quare hoc tantum facit ars, co-  
lores sic se habere, aut sic in ta-  
bula collocari, & hoc tantum ad-  
dit imago supra colores secun-  
dum te. Ad tertium dicitur,  
quod illa relatio habet utique  
reale fundamentum, sed non rea-  
litatem aliquam, quæ ponat in  
numerum cum materia tua, sed  
materia ipsa, quæ secundum se  
non fundat relationem, ex quo  
sic disponitur, habet illam fun-  
dare.

## ARTICULUS IV.

*Quid sit Violentum?*

§. I.

*Expenditur definitio Violenti.*

53 **V**iolentum, coactum,  
& invitum quo-  
dam ordine opponuntur eidem  
motui secundum naturam; que  
enim

enim habent in se principium sui motus, aut communiter habent, ut est in non viventibus, & hæc, quia non habent speciale nomen, retinent sibi nomen commune, & dicuntur moveri naturaliter; aut tale principium est appetitus, & dicuntur moveri spontaneè; aut est appetitas rationalis, & dicuntur moveri voluntariè: quæ ergo moventur contra principium, quod est natura, & naturaliter movet, aut moveretur, dicuntur moveri violenter; quæ verò contra appetitum, quo spontaneè moventur, dicuntur coacta; quæ autem contra voluntatem, & voluntarium, dicuntur invita moveri: de coacto, & invito agere pertinet ad lib. de Anima, ubi agitur de spontaneo, & voluntario; quare his tantum agitur de violento.

54 Violentum definitur ex Philosopho in 3. Ethicor. Cujus principium est ab extra passo nullam conferente vim. Pro cuius intelligentia notandum, quod per se est, & de necessitate violenti, quod principium sit ab extra, & distinctum ab ipso moto; in natura verò, & naturali motu neque est de ratione ejus, quod principium movens sit extra, & aliud a moto, neque oppositum, sed poterit utroque modo motus esse naturalis, ut in viventibus principium moveris non est extra, et autem in non viventibus, & tamen viventia, quam non vi-

ventia moventur naturaliter. N. ideo in definitione naturalis motus tantum debet poni, quod violentia habeat principium per se, non autem quod sit movere extorcionem vel intra passum: in definitione autem violenti ponitur, quod principium movens est extra, quod violentia ab exteriori principio inducitur passo.

Convenit itaque violentiam, quæ cum natura, & arte perducere principium motus; distinguitur vero per habere illud ab exteriori, et si enim possint ars, & natura habere principium extra, hoc autem non est de ratione sui, ut utriusque accidit, potest enim exterior in se requiri moventibus; & de artificiali movens Medico curante se; at verò violentum ita habet ab extra principium movens, quod ita prærequisitum, & hoc est de ratione ejus. Per hoc autem non scienter explicatur quidditas violenti, neque ad violentiam sciens est, quod ab extra movens, quare additur velut quædam dittativa differentia: Passo conferente vim; cuius pars gravitas duplex potest esse sensus: alterum quod principium movens sit extra, et extra, ita quod passum nihil movens operetur motui; alter, quod principium sit ab extra, ita quod in forte principium nullam vim conferat passo, hoc est, nullam unam eam inducat, secundum quod officiabit talis motus.

N.B. D. in quod. 6. q. 14. Nihilominus poterit utroque modo accipi, si passum non cooperari, aut nullam conferre vim latè accipiatur, & non præcissè pro eo, quod est non coinfuere, sed pro qualibet causalitate, modo quo in definitione naturæ diximus, quod principium est causa motus, non præcissè significat principium influens, sed si mobile exigit, & positivè inclinatur in motum, per hoc illum recipit naturaliter, & est principium, & causa ejus: si ergo bac latitudine accipiatur, non conferre vim, sufficit ad rationem violenti, quod motus sit ab extra, passo non cooperante, nempè non connaturaliter, & per illam inclinationem causante; quia tamen hoc, quod est passum nou ita cooperari, potest duobus modis accipi, aut nempè quod nullam habeat inclinationem, qua connaturaliter recipiat, non autem habeat inclinationem in contrarium, aut ita quod inclinationem in contrarium habeat, difficultas relinquitur: An ad rationem violenti sufficiat, quod motus non sit secundum aliquam iuclinationem illius, quod movetur; per hoc enim passum non confert vim; an requiratur etiam, quod sit contra aliquam ejus inclinationem? Sufficere quidem primum videtur innuere Philosophus in 4. Phys. texr. 67. quo ait, quod

secundum quam sit ille motus.  
55 Nihilominus poterit utroque modo accipi, si passum non cooperari, aut nullam conferre vim latè accipiatur, & non præcissè pro eo, quod est non coinfuere, sed pro qualibet causalitate, modo quo in definitione naturæ diximus, quod principium est causa motus, non præcissè significat principium influens, sed si mobile exigit, & positivè inclinatur in motum, per hoc illum recipit naturaliter, & est principium, & causa ejus: si ergo bac latitudine accipiatur, non conferre vim, sufficit ad rationem violenti, quod motus sit ab extra, passo non cooperante, nempè non connaturaliter, & per illam inclinationem causante; quia tamen hoc, quod est passum nou ita cooperari, potest duobus modis accipi, aut nempè quod nullam habeat inclinationem, qua connaturaliter recipiat, non autem habeat inclinationem in contrarium, aut ita quod inclinationem in contrarium habeat, difficultas relinquitur: An ad rationem violenti sufficiat, quod motus non sit secundum aliquam iuclinationem illius, quod movetur; per hoc enim passum non confert vim; an requiratur etiam, quod sit contra aliquam ejus inclinationem? Sufficere quidem primum videtur innuere Philosophus in 4. Phys. texr. 67. quo ait, quod

motus aut est naturalis, aut violentus: sufficit ergo ad rationem violenti, quod non sit naturalis, seu secundum aliquam inclinationem.

56 Nihilominus communiter supponitur, quod ad rationem violenti non sufficit, quod non sit secundum inclinationem, sed requiritur, quod sit contra inclinationem. Idque ex Philosopho deducitur aperte, qui in 1. Cœli text. 18. statuit, quod corpus rotundum in plano rotans, neque naturaliter moveatur, neque violenter; non quidem naturaliter, quia naturalis ejus motus est ad centrum, illa autem relatio est motus circa centrum; non item violenter moveatur, sape enim sine impulsu violentante rotat: non ergo sufficit ad violentiam, quod motus non sit secundum inclinationem. Præterea in 5. Metaph. text. 6. ait, quod violentum est contristans; non autem contristat, nisi quod est contra inclinationem. Insuper, sapientissime habet, quod violentum est contra naturam; quod autem nos est secundum inclinationem, non est contra, sed præter naturam. Tandem, motus artis, atque etiam supernaturalis, non est juxta inclinationem, alioquin foret naturalis; sed non prouinde est violentus: ergo.

57 Ad textum Philosophi, missis aliquotum solutionibus, patet ex eo, quod ibi intendit: po-

suerat enim in precedentibus, quod repugnat vacuum, & hoc iterum probatur ex eo, quod in eo non posset motus fieri, tam rationem intendit: Omnis motus aut naturalis est, aut violentus; sed in vacuo nec naturalis esse posset, nec violentus: ergo nullus. Procedit deinde ostendens minorem; patet autem quod non alio sensu potest major vera esse, quam accipiente violentum latè, & negativè, potest idem est violentum, quod non naturale: hoc ergo sensu accipit, quod non tollit, quin ad violentum proprium sumptum amplius requiratur, quam quod non in naturale, nempe quod sit contra inclinationem.

58 Sed an contra omnem inclinationem debeat esse, sufficiat, quod sit contra quam, altera est difficultas: qua ex una parte videtur vel Philosophus, quod violentum contra omnem inclinationem in 5. Physic. text. 56. videtur supponere, quod tantum motu locali reperitur violentum propriæ tale, eo quod in aliis motibus, quod contra inclinationem inducitur, & videtur proinde violentum, & destruendum, naturale est, eo quod est secundum inclinationem miraria, ut si aqua fiat calida; & id videtur intendere B. D. superius text. lect. 10. ex alia autem parte videtur negari non posse.

qui violentum sit, quod aqua calefit, tunc, quia est contra inclinationem naturæ suæ, & tenet in ejus destructionem; tunc, quia ex natura rei mansivum est, quod est naturale, violentum autem non permanet; at videmus, quod si aqua calefiat, non manet naturaliter, sed amoto calefaciente, se restituit ad frigiditatem: est ergo violentus motus, post calida, & ad hoc sufficit, quod sit contra inclinationem.

59 B. D. ibi hanc solvit distinctionem, notat, quod violentum aut sumitur simpliciter, & proprie, aut secundum quid, & quodammodo: proprie violentum dicitur, quod per omnem modum violentum est, quod tempore sic est contra inclinationem ejus, cui inducitur, quod secundum nullam rationem ei cooperatur; id verò est violentum quodammodo, quod est sicut contra rationem ejus, inducitur secundum aliquam rationem ei cooperatur, ratione est naturale; tunc autem violentum priori modo solet reperitur in motu locali; & tantum ibi intendit Philosophus, quod non tollit, quin posteriori modo reperiatur violentum in aliis motibus; quare doctor B. D. in dub. ad illum textum, quod non ita propriè reperiatur violentum in aliis motibus, in motu locali; quia altera-

tio, qua disponitur materia ad generationem, naturalis est, & tamen violenta est, & contra naturam corrupti, quare est violenta secundum quid, & ita violenta dicitur calefactio aquæ: patet ergo, quod ad violentum secundum quid sufficit, quod sit contra aliquam inclinationem; violentum autem simpliciter debet esse contra omnem inclinationem illius, cui inducitur.

60 An autem sufficiat, quod sit contra inclinationem passivam, vel requiratur ad violentum, quod sit etiam contra inclinationem activam? P. Vazquez communiter citatur pro hac secunda parte: motivum autem ejus ad quatuor inconvenientia reducitur, quæ ex opposito sequuntur: nam primò sequeretur, quod aer esset violentus, dum non habet lucem, siquidem ad lucem habet inclinationem passivam: si ergo ad violentum sufficit, quod sit contra passivam inclinationem, sibi violentum non habere lucem. Secundò sequeretur, quod Cœlum violenter quiesceret, si quidem habet inclinationem passivam ad motum. Tertiò sequeretur, quod materia sub qualcumque forma sit violenta, quia habet passivam inclinationem ad aliam. Quartò, quod Humanitas Christi Domini esset violenta sub Personalitate Verbi, quia habet inclinationem ad propriam.

61 Sed vix credere addu-  
Tt cora

cor, P. Vazquez aliud intende-  
re, quād id ipsum, quod ponit  
communis sententia: si enim mo-  
bile contra inclinationem suam  
moveatur, proculdubio violen-  
tiam patitur; patet autem, quōd  
inclinatio mobilis non est activa  
ad movere, sed passiva ad mo-  
veri: & quē ergo movens, & mo-  
tum poterit violentiam pati, &  
violentum est, quod est contra  
inclinationem sive activam, sive  
passivam illius, cui inducitur.  
Intendit itaque, quantum ego  
capi, P. Vazquez, quōd ad vio-  
lentiam non sufficit, quōd id,  
cui inducitur, mērē passivē se  
habeat ad id, quod inducitur,  
sed quōd positive contradicat  
per inclinationem in contra-  
rium, & hoc etiam requirit com-  
munis sententia.

62 Ad inconvenientia in  
contrarium, quatenus possunt  
difficultatem inducere, dicitur,  
ad primum, quōd præsente lu-  
minoso, violentum esset aëri non  
illuminari, & ipsi luminoso non  
illuminare; at nullo præsente lu-  
minoso nulla est violentia, quia  
aëris non habet inclinationem, sed  
solam non repugnantiam, ut il-  
luminetur. Ad secundum, Cœ-  
lum potest considerari, aut se-  
cundūm se, aut in ordine Uni-  
versi, & secundūm quod cum re-  
liquis componit Universum: hoc  
secundo modo exigit moveri ra-  
tione ordinis ab Authore statu-  
gi, quo est primum alterans; cœl-

sarent enim generationes, celo  
sante motu Cœli; quare ex sup-  
positione ordinis à Deo statutis  
esset sibi violenta quies; at non  
eo præcisè, quia est principium  
motus pulsivum, sed quia ex illa  
suppositione motum exigit, qua-  
re non moveri est contra exigen-  
tiā suā; at verò priori solam  
habet non repugnantiam ad mo-  
tum; aliud enim est, quid casu  
quo moveatur, exigit ex dispo-  
sitione naturæ suæ moveri circo-  
lariter, & circa centrum, non au-  
tem à centro, vel ad centrum  
aliud verò, quōd exigit perpe-  
tuò moveri, & sibi repugnet non  
moveri: secundūm se ergo, &  
præcissivè ab ordine Univer-  
sali non esset illi quies, ei  
quōd contra nullam esset incli-  
nationem.

Ad tertium inconvenientia  
dicitur, quōd esset materia vio-  
lentum sine omni forma tele-  
qui, eo quōd ipsa habet exige-  
tiam alicujus; quia tamen non  
hanc determinate exigit, sub-  
terea est connaturaliter, & quan-  
vis determinata per dispositio-  
nes exigit determinatè illam, al-  
quam disponitur, quare altera-  
habere sit contra ejus inclinatio-  
nem, hoc est violentum secun-  
dūm quid, quia quidditativa ejus  
inclinatio est ad quamlibet. A  
quartum, an in miraculis, &  
his, quæ sunt supra naturam, &  
feratur naturæ violentia, dif-  
ficultas est, quæ aliquantò conve-

stitutur, quare infra expendenda  
sit seorsim, interim Humanitas  
Chrilli Domini non habet sub-  
tilitatem Verbi secundum natu-  
ralem capacitatem, qua ad pro-  
rium inclinatur, sed secundum  
obedientiam. Pro pleniori vio-  
lenti explicatione duplex relin-  
quuntur difficultas; altera: An  
posit motus aliquis nec natura-  
lis, nec violentus, sed neu-  
trum, ita quod potentia ad illum  
notum sit potentia neutra? Al-  
ter: An Deus in miraculis infe-  
rit naturam violentiam? De qui-  
bus, quia non nihil est contro-  
versie, seorsim agemus.

§. b6p II.

*Dicitur potentia neutra, sive ad  
natum, qui neque naturalis  
sit, neque violen-  
tus.*

**P**RO sententia negante potentiam neutrum, & motum, qui nec natura-  
lis sit, nec violentus, Mastrius  
q. 3. refert Thomistas com-  
muniter cum Cajetano opusc. de  
potent. neutr. & Soto in 2. Phy-  
s. ex aliis Avers. q. 9. sect. 8.  
tundem tenet N. Manso q. 1. §.  
Sed communis est sententia  
affirmativa; & quod ad Thomis-  
mattinet, Joannes de S. Thom.  
q. 9. art. 4. licet aliquos sup-

prello nomine citet pro negativa, affirmativæ subscribit, & expressissima verba S. Thomæ adducit ex 1. de Cœlo lect. 4. Hanc docet B. D. in 2. dist. 14. q. 1. art. 3. dub. 3. later. & colligitur ex Philosopho in 1. Cœli textu 18. quo docet, quod corpus circulare, qua tale, nec à centro, nec ad centrum movetur, sed circa centrum.

64 Prob. itaque ex hoc conclusio affirmativa satis manifesta; Pila lignea super planum rotans motu neutro movetur; sed ad illum habet aliquam potentiam, saltim passivam: ergo datur potentia neutra, & motus secundum illam, qui nec naturalis sit, nec violentus. Prob. major: Ille motus nec est naturalis; nec violentus; naturalis enim est descendere, siquidem natura illius corporis gravitatem habet, quia talem motum exigit, violentus item esset ascendere, quia hic tantum est contra naturalem inclinationem: ergo. Præterea: Forma, secundum quam est ille motus, & quæ est in moto principium, & causa illius motus, non sibi conuenit per se, sed per accidens; talis enim forma est rotunditas, quam per accidens habet corpus illud: ergo non est in moto principium motus per se, & non secundum accidens, & sic ille motus non est naturalis, sive secundum naturam; sed aliunde neque est contra naturam, an-

naturalem inclinationem: ergo.

65 Prob. secundò: Motus naturalis ille est, qui est secundum aliquod principium per se, & non secundum accidens in eo, quod movet, aut movetur; violentus autem ille tantum, qui est contra naturalem inclinationem; sed est sapissimè motus, qui nec principium habeat per se, & non secundum accidens, nec sit contra naturalem inclinationem: ergo. Major quantum ad primam partem ex definitione naturæ constat, quantum autem ad secundā partem, quia ad violentum simpliciter requiritur, quòd sit contra omnem inclinationem; ad violentum secundum quid, quòd sit contra aliquam; id autem, ad quod subjectam habet non repugnantiam, non poterit dici violentum. Min. itaque ostenditur: Motus, quo lignum in scandum formatur, non habet in ipso ligno principium aliquod per se, & non secundum accidens, nec lignum habet in se aliquam rationem, quare sic moveatur; sed aliunde nec sic moveri est contra aliquam ejus inclinationem: ergo talis motus comparativè quidem ad móvens est artis; comparativè autem ad motū est neuter, hoc est, nec violentus, nec naturalis; & cùm multa alia hoc eodem modo ad motū se habeant, in multis est motus neuter.

66 Arguitur primò in contrarium ex Philosopho texr. sup.

adducto, nemipè 4. Physic. texr. 67. quo motum adquædat diuidit in naturalem, & violentum ergo nullus est neuter. Respondeatur, quòd sensus Philosophi jam patuit suprà; non enim violentum accipit propriè, sed ut idem est, quod non naturalis, quo sensu artificiali comprehendit, præternaturalem, super naturalem, & contranaturalem, sive violentum, nec aliter posse accipi, cuique debet esse manifestum; motus enim artificialis, talis est, non est naturalis, quare deberet esse violentus; quod si idem accipiatur violentum, quod non naturale, tunc superficie queritur, an sit motus neuter, patet enim, quòd nihil est, neque imaginari potest medium inter naturale, & non naturale; accipitur ergo violentum propriè, est contra naturam.

67 Arguitur secundò à notione: Qualibet potentia habet proprium actum, à quo spectatur, & per quem definitur; ergo nulla potest esse neutra. Antec. quia potentia alicuius actus potentia est. Conseq. omnis potest habi- ditur, quia ad proprium actum con habet potentia qualibet inclinativa tionem, quare respectu illios etiam per potentia naturalis; at ad actum alium à proprio actu habet repugnantiam: ergo comparativè ad alium quemlibet erit violentia. Resp. neg. conseq. Ad prius ejus neg. min. quæ nulla ratione ei proba

tex, di-  
ntum  
spon-  
lophi-  
n vi-  
ed, ut  
curd,  
mpri-  
super-  
ralen-  
pae-  
alis, a-  
quo-  
quod  
per-  
pote-  
eute-  
us verò neutram.

68 Arguitur tertio: Potentia inter se quilibet est à natura indica: acci-  
goactus ejus erit juxta natura-  
tie, in-  
clinationem, & sic natura-  
lē. Resp. conc. conseq. hoc au-  
tū tollit, quin præter ac-  
tum, ad quem habet natu-  
rae in-  
clinationem, possit ha-  
bitu alium, ad quem se habet  
disparè, & respectu proprii ac-  
tus autem potentia naturalis, res-  
ulta hujus erit neutra. Mastrius  
actum contendit, quod potentia  
inclinationis potest esse neutra, non  
poterit enim potentia activa; quia po-  
tentia activa dicit perfectionem in  
actu, quare semper est ad actum  
consentaneos. Sed ego nullam  
potest repugnantiam in eo, quod  
potentia activa possit esse neu-  
trā; et quidem de se ad actum

consentaneum, sed hoc non tol-  
lit, quin possit in aliquem influe-  
re, ad quem se habet disparate, & per solam non repugnantiam.

## ¶. III.

*Deus in miraculis non infert na-  
ture violentiam.*

69 Post explicatam vio-  
lenti quidditatem, fere non relinquitur de hoc dif-  
ficultas; est nihilominus nonnihil controversia. Prima sententia absolute affirmat. Pro hac citatur Vazquez, quem sequitur Ar-  
riaga, & citat pro se Suar. Tan-  
ner. & alios; eamdem tenet no-  
vissimè N. Aguilera. Per opposi-  
tum communis sententia negat  
absolutè, Deum natura violentiam inferre. Tertia autem sen-  
tentia, quam tenent cum Joanne de S. Thom. multi Thomistæ, medià viâ procedit; affirmat, quod Deus, ut Author est uni-  
versalis, non infert natura vio-  
lentiam, infert tamen, ut est Au-  
thor particularis; quid autem in-  
telligent per hoc, quod est Deum agere, ut est Author particularis, non satis explicant; in miraculis enim, de quo est difficultas, spe-  
cialiter operatur Deus.

70 Dicimus ergo absolutè cum communi sententia, quod Deus in miraculis non infert na-

turæ violentiam; displicet tamen via, quæ communiter probatur; ponunt enim in creatura naturalem inclinationem ad obedientium Deo, quia, eo quod creatura est, debet esse illi subiecta; tunc autem propria cuiuslibet inclinatio cedit illi inclinationi, qua natum est obedire: et si ergo sit contra propriam inclinationem id, quod Deus operatur, non proinde violentum. Explicatur hæc doctrina: Videmus enim aquam ascendere per fistulam, si quovis modo aer occupans fistulam extrahatur; tunc autem ab aqua non tollitur propria inclinatio, quia per gravitatem exigit descendere, nec proinde motus ille violentus est, quia particularis inclinatio aquæ, qua exigit descendere, cedit universali inclinationi, qua vacuum nititur impedire: pariter ergo in miraculis.

Hæc, inquam, via non placet: in primis enim falsum est id, quod assunit, quod nempe detur in creatura illa naturalis inclinatio: debet utique obedire Deo; hoc autem nihil est nisi potentia obedientialis, que non aliqua inclinatio est, aut positiva exigentia, sed mera non repugnantia. Deinde: Illa data inclinazione, nihil esset miraculosum, & supernaturale, sed quodlibet tale opus esset simpliciter naturale; quod enim est secundum inclinationem mobilis, naturale

est, & patet in ipso exemplo agnoscendentalis per fistulam; secundum quid enim, & comparative ad particularem inclinationem violentus est ille motus, & contra naturam; comparativè autem ad inclinationem generalem ad bonum Universi, connaturalis est ille motus, & connaturalis aquæ convenit.

71 Deus ergo, quando operatur, ut Author naturæ, operatur juxta ipsius naturæ exigentiam; quando autem non operatur secundum exigentiam naturæ, operatur, ut Author Supernaturalis; at sic de materiali habet inclinationem naturalis, quia Deus, ut Author Supernaturalis, non operatur in naturali capacitate, sed in obedientiali: ex hoc ergo Deus violentiam non infert, quia violentum est contra inclinationem potentias, saepacitatis, cui inducitur; at Dei in naturali capacitate operatur, agit, ut Author naturæ, sic non contra illam; si autem Author Supernaturalis, operatur in potentia obedientiali, quia cum sit non repugnantia, nulla habet inclinationem: nunquam ergo Deus violentiam infert, neque ad hoc salvandum oportet inclinationem ponere ad id quod Deus operatur.

72 Arguitur primò in contrarium: Quidquid sit à creatura efficienter, potest à Deo fieri sed creatura efficienter movi-

culat violentiam : ergo & Deus potest. Confirmatur : Deus constituit cum creatura inferente violentiam : ergo & illam potest inferre. Patet conseq. si enim Deo repugnat violentia, non potest ad illam concurrere. Resp. illud. maj. Potest a Deo fieri eodem modo, neg. maj. diverso, conc. maj. Itaque opus ipsum, quod a creatura fit, potest utrumque Deo fieri, puta, quod laetatur, quia tamen creatura operatur juxta naturalem capacitatem, cui talis motus repugnat, id a creatura factum violentum est ; at vero Deus illud ageret juxta obedientiam capacitatem, in qua nulla est exigentia ad oppositum, aut repugnancia ad talem motum, quare ad idem fit a Deo sine violentia. Deus enim, aut operatur, ut Author naturae, & sic juxta id, quod natura exigit, aut, si constat, quod natura exigit, tunc accedit ut Author Supernaturalis, & sic juxta capacitatem obedientiam.

Ad confirmationem, ea innotescunt aperte : Deus enim constituit ad actum peccati : ergo ille poterit se solo ponere. Sicutque actus, qui a creatura positus, est peccaminosus, si a Deo solo ponetur, non esset peccatum; ita motus, qui a creatura positus, violentus est, si a solo Deo causetur, non erit violentus: ratio est jam data, quod

creatura operatur secundum naturalem capacitem subjecti, cui talis motus repugnat; Deus autem se solo illum motum causaret secundum obedientiam capacitem. Ad formam neg. conseq. & ad rationem ejus dicitur ; quod Deo se solo repugnat violentia, quia, si ut Author naturæ agit, se accommodat exigentia rei; si vero non secundum rei exigentiam agit, tunc utitur obedientiali capacitate, cui nihil repugnat; non vero Deo repugnat cum creatura concurrere ad motum, quo violentiam inducit, quia tunc concursus Dei motum attingit sub ratione generali, qua motus est, & a creatura est sub ratione speciali, qua est violentus.

73 Arguitur secundò : Ideo creatura inducit violentiam, quia movet contra naturalem inclinationem ejus, quod movetur; sed potest Deus contra naturalem inclinationem mouere: ergo. Patet min. quis enim Deo negabite potestatem movendi lapidem sursum. Confirmatur : Damnati in inferno violenter torquentur; sed illam poenam Deus infligit: ergo. Rursus : Idem aperte docet B. D. in 2. dist. 25. q. 1. art. 3. dub. 1. later. ubi in solutione ad 4. docet, quod compelli non est contra rationem corporis; at vero cogi est contra rationem liberi arbitrii, quare hoc secundum non potest Deus; ergo potest

primum; corpus autem compelli est violentia.

74 Resp. neg. min. eo enim quod à Deo fit, non erit contra naturalem inclinationem, nempé id, quod de se est contra naturalem inclinationem, si à Deo fit, fit ut ab Authore Supernaturali, quare fit secundum capacitem obedientiam, cui non repugnat, non quod alia sit entitative potentia obedientialis à naturali, est enim ipsa naturalis potentia secundum habitudinem ad Deum Authorem Supernaturalem, sed quod secundum istam habitudinem de materiali est qualibet inclinatione potentiae naturalis. Ad confirmationem, primo dicitur, quod illa violentia, non à Deo immediatè, sed ab igne causatur. Secundo, quod non est violentium, de quo agimus, sed invitum; sapissimè autem nostra voluntas non conformatur Deo, & invita patitur afflictiones, quas Deus sibi offert. Ad alterum, intendit ibi Doctor, quod liberum arbitrium non potest cogi, etiam à Deo, quia id est contra ejus rationem; & quia compelli non est contra rationem corporis, sequitur quidem, quod possit corpus à Deo compelli; id autem factum à Deo non esset violentum, quia fieret secundum potentiam obedientiam.

75 Arguit tertio N. Aguilera: Si Deus lapidem moveret

sursum, talis motus non esset naturalis; sed aliunde nec esset neuter, aut supernaturalis: esset ergo violentus. Patet conseq. quia nullus motus relinquitur, ad quem possit esse reduci. Patet item maj. quia lapis non habet rationem, quæ possit esse principium, & causa illius motus. Minor autem ostenditur, quoniam ad ipsum quidem: Quia motus muter, sive præternaturalis est, neque est contra inclinationem, neque secundum illam; at ad lumen motum ponit nostra sententia inclinationem, quam nempē habet lapis, ut obediatur Deo quantum ad alteram partem patet eadem minor: Supernatura enim est, quod est supra totam naturam ordinem; ac lapidem sursum moveri non est contra tum naturam ordinem: ergo.

76 Resp. quod arguunt eo, quod assumit, instaurate: Violentum enim est, quod contra inclinationem; sed motus non est contra inclinationem, siquidem ponit argumentum lapide inclinationem, ut obediatur Deo: ergo non erit violentus. Directe neg. min. est enim motus supernaturalis. Ad rationem in contrarium dicitur, quod lapidem moveri sursum non est supra virtutem naturam, movere sursum, non renidente, motum retardante gravitate, est supra totam naturam virtutem, sic autem moveretur à Deo, nem

secundum capacitatem obedientiam, secundum quam nullum habet lapis inclinationem in contrarium.

77 Arguit quartò idem, & recte est replica ad præcedentem solutionem: Violentum, pata definitionem suam, nihil aliud habet, nisi quod sit à principio extrinseco passo non conseruatum; sed ita esset ille modo ergo: Patet min. quod enim dicit principio extrinseco, non nescit; aliunde passum non conservatur, immo resisteret per inclinationem suę gravitatis in contrarium. Resp. neg. min. Ad modis. ejus jam patet ex præceptibus, quo sensu debet accipere rationem violenti noui cōseruim, nempe non sufficit negative se habere, sed requiritur posse resistere; jam autem lappon resisteret illi motui, eo immo à Deo moveretur, secundum naturam capacitatem, que per gravitatem movere in contrarium, sed secundum obedientiam moveretur, quia nullum habet inclinationem, parvitas, & cui est de materia naturalis inclinatio orta à graviate.

78 Arguitur quintò ex quo loco P. Aug. qui, licet non finiera conclusionem, est tamen aperte contra modum, quem nos; itaque lib. 26. contra ultimum cap. 3. sic ait: *Densis auctor, & Conditor om-*  
Tom. II.

nium naturarum nihil contra naturam facit; id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, & quo est omnis modus, numerus, ordo nature; quod item habet sententia 283. ex decerpis. Ex hoc loco deducitur aperte, quod in miraculis, de quibus ibi agit S. Patens, debemus ponere in natura inclinationem ad obediendum Deo, vi cuius nihil est contra naturam; sed quod Deus facit, est naturale, quod hinc deducit N. Manso; quare non bene eam nos negamus.

78 Resp. quod locus S. Parentis plus deducit, quia in intendit arguens; sequitur enim, si locus accipiatur, ut sonat, quod nihil est supernaturale, & miraculosum: si ergo debemus sic accipere naturale, quod non solum à violento, sed a supernaturali item distinguamus, oportet sensum S. Patris ex eo, quod ibi intendit, investigate. Itaque arguerat Faustus in 1. cap. illius lib. quod Jesus, si non est purus homo, non potuit mori. Ad hoc respondet S. Patens, quod ipse Faustus nescit cognoscere, quid est secundum naturam, quid contra naturam, quia lumine Fidei delitatus errat; & id dicit secundum naturam, quod est secundum rerum ordinem, quem videmus; contra naturam vero, quod non est secundum hanc ordinem; & subjungit, quod Deus, etiam in his, quae non sunt fe-

cundum usitatum ordinem, quem videmus, non agit contra naturam, quia hoc est cuilibet rei naturale, quod Deus facit: patet ergo, quod naturale accipit, prout idem est, quod non contranaturam, seu non repugnans, tūm, quia hoc Faustus intendebat, quod contra naturam est, & repugnans, Iesum mori, si non est purus homo; tūm, quia ait, hoc ipsum dicere contra naturam, quod non est secundum usitatum rerum ordinem.

Paret itaque, quod ex hoc loco S. Patis non potest deduci illa inclinatio, vi cuius dicatur

connaturale id, quod Deus miraculosè operatur, sed tantum non repugnantia, vi cuius id non sit violentum; & quidem de hoc nulla deberet esse controversia, omnes enim agentes de potentia obedientiali statuunt, quod nihil est nisi subjectio creature ad Deum, seu ordo quidā transcendentalis, vi cuius sibi congruum est quidquid Deus voluerit operari, in quo nulla inclinatio importatur, sed mera non repugnantia; at nihil est id, secundum quod Deus in miraculis operatur, nisi ipsa potentia obedientialis; ergo.



## QUÆSTIO SECUNDA

## DE CAUSIS IN COMMUNI.

## ARTICULUS I.

*Quid sit, & quotuplex causa?*

*S. L.*

*Expenditur prior pars.*

**M**Ultum quidem Doctorum torquet causam communam definitionem assignare, nec mirum, eam quippe nullum definit Philosophus, nec in definitionibus, quæ communiter assignantur, ullam repetit, quæ quidditativè explicet rationem causæ, singulas expenditure pro�us inutile reputo: accipitur autem, aut habitudo causæ, quod rempè ipsa dat esse effectui; aut habitudo effectus, quod scilicet dependet à causa; aut otrumque: ex priori acceptione causam definit P. Suarez, quem multi sequuntur; ex secunda N. Villanova, & Manso, qui contendunt, hanc esse mentem B. Doctoris; alii cum Joanne S. Thoma volunt, utrum esse de quidditativa ratione

causæ, & eam ex tertia acceptio-ne definiunt.

81 Sed, quod nullâ ex his acceptationibus possit cauta definiiri quidditativè, poterit consideranti constare: in primis enim ex parte causæ consideratur influentia, & causalitas, quæ dat esse efficiū; sed si modum uniuscujusque consideres, patet, quod non poterit accipi unus conceptus communis: materia enim, quæ prima est, & fundamentum naturæ, non dat esse, sed recipit, & ejus causalitas est recipere formam, & cù perfici, quod enim entitate sua totum constituit, & hoc sensu illi videretur entitatem aliquo modo dare; hoc non ad rationem causæ, sed ad rationem principiū pertinet; quantum autem hoc, quod est perfici, distet ab efficienti, & modo, quo ea dat esse, nemo non videt. Deinde: Formalis cum efficiente magis convenit, utraqùe enim sua modo dat esse, non autem ita quod possit unus communis conceptus accipi attendendo præcisè modum ipsum causæ; formalis autem tantum habet exhibere se ipsam, seu poni inti-

mē in materia, ex qua sola præscaria materia consequitur perfe<sup>tum</sup> esse, quod est effectus formæ; efficiens autem adhibet acti-  
vum conatum, & influentiam ali-  
quam, qua effectum causat; finis  
item non aliter dat esse, quam  
alliciendo, quod nihil est nisi  
quoddam placere, quare movet  
ut desideratum, & amatum: pa-  
tet ergo, quod considerando ex  
parte cause id, quod est dare es-  
se effectui, non potest accipi unus  
conceptus omnibus quidditativè  
communis.

Deinde: Ex parte effectus  
accipitur, quod procedit, & esse  
habet a causa, atque ab ea de-  
pendet; neque sic autem poterit  
accipio unus conceptus, & ex eo  
communis definitio: à materia  
enim nihil procedit, aut esse ha-  
bet, ut ea est causa. Rursus: A  
natura procedunt passiones, à  
fundamento relatio, & à Patre  
procedit Filius; & in his non ac-  
cipitur ratio cause, & effectus:  
debet ergo accipi procedere de-  
terminato modo per influentiam,  
& tunc patet, quod hæc tantum  
convenit efficienti; quare neque  
est recipere ex parte effectus ali-  
quid, ex quo possit formati unus  
conceptus communis. causa ut  
sic. Si autem neutrum omni can-  
sa ita convenit, quod possit ex  
aliquo accipi conceptus commu-  
nis, patet, quod neque ex utro-  
que simul poterit accipi.

82 Ideo aliqui ponunt ratio-

nem cause esse analogam, & que  
non possit definiri una definitio  
ne omnibus communis; hoc enim  
quod est causata, ex terminis si  
gnificat dare esse, quod propri-  
efficienti convenit, ceteris u-  
tem non nisi improprie, &  
quadam similitudine. Idque  
Philosopho colligitur, qui in  
libi causam ut sic definit, atra-  
tionem communem accipit, &  
hic acturus de causis statione-  
gulas in particulari definit, &  
aplicat; & hanc viam inire vult  
Mastrius, siquidem de causa  
in communia non determinat, sed  
de singulis agit in particulari.

83 Sed hoc late rejiciunt  
multi, Joannes de S. Thomas  
guit primo, quod magis istam  
logia ratio principii, quam ca-  
sa; & tamen principium in com-  
muni definit Philosophus in  
Metaph. Præterea: Analogia  
sunt una definitione definiti  
quodammodo unam rationem  
habent, cum de illis possit  
scientia, & patet de ipsa ratione  
entis, quæ unam habet rationem  
specificativam Metaphyse, &  
de sano, de quo agit Medicina.  
Præterea: Falsum est, quod ratio  
causa sit analoga: influere enim  
in quo ratio causa conflictat, non  
accipitur stricte, qualiter in  
convenit efficienti, sed latè, &  
ut dicit quocumque modo sit  
esse, & sic omnibus convenit  
quare, licet in ratione entis  
logicè convenientia, in ratione

tamen causa convenienter univoca. Ratio autem ejus ad hoc unica est haec: Quia qualibet causa habet rationem causae, & proprium modum causandi ex se, & non per participationem, aut dependenter ab alia: ergo non analoge, & ex attributione, sed propter, & univocè qualibet dicitur, & est causa.

84 Itaque ab hoc ultimo insipientes statuamus, primam rationem causæ esse analogam: quod ex dictis, satis potest patet; causa omnis ab eo dicitur, quod est causare, seu dare esse; hoc autem proprie convenit etiā dienti, aliis autem late, quodammodo, & ex similitudine ad efficiens. Præterea: Id manifestè colligitur ex P. Augustino lib. 8. Quest. q. 28, cùm enim esset quatio: Cùt Deus mundum fecerit Resp. S. Parens, quod non est querenda causa voluntatis; quod eo probat, quia omnis causans est; sed efficiens maior est eo, quod sit: ergo cùm nihil possit esse maior Deo, non est querenda causa voluntatis ejus. Patet autem, quod, cùm ait: Omnis causa efficiens est, sensus esse debet, quod omnis causa dat esse ei, cuius est causa; he autem, quod est dare esse, paret, quod non nisi ex quadam analogia potest omnibus causis conveire; hinc, quia in Divinis accipimus unum ab altero procedere, ita quod non possumus

ibi accipere dare, & recipere esse, accipimus ibi principium, & principiatum; non autem possumus ibi accipere dependentiam, aut passionem causæ, vel causati.

85 Neque obstant ea, quæ objiciuntur in contrarium: ad primum dicitur, quod ratio principii, ut communis est ad omnia principia in quacumque acceptatione, magis est analoga, quam ratio causæ; hanc autem non definiit Philosophus, neque in illa generalitate habet unam rationem, aut potest una definitione comprehendendi; ratio vero principii in determinata acceptione, puta, pro principiis intrinsecis, definitur una definitione; sic autem non analoga, sed univoca est. Dicitur secundò, quod non obstat analogia, ut possit una ratio accipi, & una definitione explicari, sed talis determinata analogia, qualem habet causa, ut mox patebit. Quo patet ad secundum; quamvis exemplum de fano potius sit ad oppositum, quam ad propositum argentis, non enim una potest definitio sanitatis assignari communis omnibus analogatis, sed definitur tantum sanitas hominis, cùm dicatur, quod sanitas est adiquatio humorum, neque in pulsu, aut cibo est accipere talem adæquationem, sed analogiam tantum ad illam, ut quia cibus causat, pulsus indicat.

Ad alterum, quo intendi-

tur univocatio causæ: in primis eo deducitur, quod ratio est analogæ, quia, ut omnibus conveniat, oportet latè accipere, nempe proprie accipiendo hoc, quod est causare, influere, aut dare esse unitantum convenit, & aliis tantum ex quādam proportione, aut similitudine. Deinde: Neque appetat, aut explicatur, quid illa latæ acceptio responderet, quod possit omnibus commune esse, nec potest influentia, quantumcumque latè accipiatur, materiae convenire. Ratio autem probat, quod non est analoga participatione, aut dependentia; non autem obstat, quia sic analoga proportionis, aut similitudinis; certè cibus non ab homine participat id, quo sanus dicitur, sed ex se habet causare sanitatem; & tamen non univocè, sed analogicè dicitur, quia id, quod in se habet, non est sanitas, sed ad sanitatem, quam causat, attributionem habet: pariter ergo, licet materia v. g. de se habeat id, quo causa dicitur, quia tamen id, quod de se habet, non est vere influere, sed quādam proportionem habet, quatenus causatum ab ea dependet, & ex ea suo modo habet esse, analogicè tantum, & ex hac proportione causa dicitur.

86 Posito itaque, quod ratio causæ est analogæ, restat explicare: An possit una omnibus communis definitione explicari; ens

enim analogum est ad substantiam, & accidentem; & tamen cum dicatur, quod ens est, quod potest realiter existere, tamen substantia, quam accidentem comprehendit, quamvis non univocè, & ex aequo. Itaque recolendum est, quod in Logica diximus ex D. Doctore, quod nempe unitas analogi non est unitas communis, aut prædicationis, sed attributionis: non enim est dicens quod ratio analogi non admittit communitatem, sed quod illa communitas est de materiali, quia, licet possit ratio ipsa, qua est analogæ, reperiri in omni suo particulari, & sic habere quamdam communitatem, non tamen minus principale dicitur tale propter illam rationem in se, sed ut attributam principali, & sic propter ipsam rationem, qua est in principali: v. g. ens quamdam habet communitatem ad substantiam, & accidentem, vere enim accidentis habet in se rationem entis; quia tamen accidentis non dicitur ens, nisi quia ens, nempe quatenus est aliquid substantiae, & propter entitatem ipsius substantiae, unitas, quam habet ratio entis, non est communitas, sed ipsa ratio substantiae, cui accidentis attribuitur.

Aliquando itaque ratio analogæ sic habet attributionem ad unum principale, quod ipsa ratio reservatur in reliquis, in quod possit formari unus conceptus,

deponit, quare cum attributione habet communitatem, saltim quantum ad conceptum explicatum, ut patet de ratione entis; aliquando vero ita habet attributionem ad unum, quod in re quis aut non reservatur illa ratio, aut non uno modo, quare nullam habet communitatem, nec potest formari unus conceptus communis omnibus: quando se habet priori modo, poterit sibi una definitio, quæ omnibus suo modo conveniat, & ita definitur ratio entis; quando autem posteriori modo, non una communis definitio accipitur, ut patet de sano, sed aut unummodoque propria definitione explicatur, aut definitur principale, & per ipsum cætera notificantur.

Nunc itaque: Hoc postmodum se habet causa; non enim possumus accipere, quid elevarere ut sic, & communiter ad omnes causas, sed quia causare significat dare esse causato, hoc propriè convenit efficienti, alii autem suo modo magis, ut minus propriè: non ergo nam dabimus definitionem causarum communi, sed aut ex definitione efficientis causæ, & per analogiam ad illam aliæ notificantur, aut unaquæque propriam habet; si enim dicatur causa, ad cuius esse aliud sequitur, latior est hic conceptus, & multa comprehendit, quæ rationem causæ

non habent; si autem strictius velimus accipere, quod tali modo sequitur, non sic poterimus formare unum conceptum omnibus communem: singulas ergo in proprio loco definiemus.

## S. II.

## Explicatur altera pars Articlei.

87 **D**E secunda dubitatione nulla est controversia. Philosophus causam multipliciter dividit: primum in causam per se, & per accidens: causæ per accidens sunt fatum, & fortuna, de quibus infra: causa per se dividitur in mediatam, & immediatam; principalem, & instrumentalem; primam, & secundam, de quibus determinatur, cum de causis in particulari agitur: principalis autem, & per se causa dividitur in quatuor genera, quæ sunt materialis, formalis, efficiens, & finalis. Hac divisio ab omnibus admittitur, & ejus sufficientia sic patet: Nam in qualibet re est accipere potentiam, seu subjectum, quod perficitur, & fit hoc aliquid; & actum, quo perficitur, & in ratione talis constituitur; & iste sunt causæ intrinsecæ materialis, & formalis: insuper, cum sit per se notum, quod nihil potest se ipsum facere.

facere, ut sit, oportet agens pone-  
re, à quo res producatur, & fiat,  
& est causa efficiens: ulterius,  
quia agens per se aliquid inten-  
dit, dum agit, oportet finem po-  
nere, à quo moveatur ad agen-  
dum; sed quidquid possumus  
concipere ad esse rei concurrere,  
ad hęc potest revocari: ergo qua-  
tuor tantum sunt causæ. Hęc  
min. non aliter ostenditur, quām  
in expendendo, de quibus posset  
esse difficultas.

88. Primo itaque potest dif-  
ficultatem facere ea, quæ dicitur  
causa ad quam: nam v. g. relatio  
ex fundamento suo resultat, pas-  
siones ad naturam consequun-  
tur, cujus sunt passiones, & alia  
id generis; at hujusmodi causa-  
litas ad nullam ex illis quatuor  
causis pertinet: ergo. Prob. min.  
quia solum poterit fundamen-  
tum respectu relationis pertinere  
ad efficientem causam, quatenus  
ab eo procedit relatio; aut ad  
materialē, quatenus in eo quodammodo  
recipitur; sed neque  
efficiens est, neque materialis: et  
go. Prob. min. quantum ad pri-  
mum: Quia efficiens exercetur  
per influentiam, fundamentum  
verò nullam habet influentiam,  
neque albedo facit similitudinem  
sed agens, à quo albedo causa-  
tur; similiger natura nullam in-  
fluentiam habet in passiones  
suas: quantum ad secundum  
item: Quia fundamentum non  
perficitur, aut recipit relatio-

nem, neque relatio est forma per-  
fectiva. Præterea: Materialis cau-  
sa est simul principium, sive pars  
constitutiva; fundamentum za-  
tem non est pars relationis.

89. Resp. quod causa ad  
quam non constituit diversum  
genus causæ, sed ad unam ex illis  
reducitur. Ad rationem in co-  
trarium disting. min. ad nullam  
pertinet formaliter, & propri-  
concernit. per reductionem, ne  
min. Itaque causa ad quam non  
est propriæ causa, & sic nullius  
modum tenet propriè, & forma-  
litè; quatenus autem quodam-  
modo id, quod consequitur, esse  
suum ex tali principio trahit, re-  
ductive, & per quamdam simili-  
tudinem ad unam ex illis revo-  
catur, nempe ad efficientē, quatenus  
ab ea procedit; & ad mate-  
rialē, quatenus in ea manet id,  
quod resultat. Ad prob. prime  
partis dicitur, quod eo non est  
propriæ causa, quia non habet  
influentiam, reducitur autem  
quia habet aliquem modum. Ad  
rationem secundæ partis,  
quod eo non est propriæ causa  
materialis; quia tamen relatio in  
ipso fundamento est quodammodo,  
quatenus ipsum denominat,  
ipsa relatio habet modum formæ,  
& fundamentum habet modum  
materialis. Ad alteram rationem,  
materia non est principium, aut  
pars illius, quod recipitur, id  
totius constituti ex materia, &  
forma; sic autem fundamentum

q. 90 pars ipsius relati.

90 Secundò facit difficultatem idea, sive exemplar, de quo multi dubitant: An constitutus speciale genus? Nam artifex auctum formaturus, idem ejus mente concipit, & arcam format, quatenus hanc idem exequitur, quare illa idea causa est; non autem materialis, aut formalis, cum non sit intrinseca; nec item talis, cum sit ratio, secundum unum agens agit, & forma constitutiva ejus in ratione agentis; nec tandem efficiens, quia non habet veram influentiam: est ergo alterum genus.

91 Ad hanc difficultatem, modis idea non constituit specie-  
genus causæ, communiter supponitur, patet enim, quod non  
sit, & propriè dat esse; quid  
quid idea, de quo nonnulli hic  
disputant, non est hujus lo-  
ci, pertinet enim ad lib. de Ani-  
mæ, cum idea sit conceptus ipse,  
quæ de re formatus: solùm er-  
go est dubium: Ad quodnam  
genus causæ debeat reduci? Me-  
sim. hic disp. 2. q. 4. citat B. D.  
theorem. 37. pro sententia asser-  
tione, quod ad genus causæ for-  
malis; & pro cùdem citat Albert.  
Magn. Henr. Durand. Cajet.  
M. tenet, quod pertinet ad ge-  
nus causæ efficientis, & citat pro  
iuris parte, præter Scotum, Alen-  
con, Bonavent. & ex Modernis  
sunt ex Philosopho 7. Mæ-

taph. text. 23. quod sit, quod ex-  
terna sanitas, & externa domus  
effective procedunt à domo, &  
sanitate, quæ sunt in mente. Rur-  
sus: In 5. Metaph. text. 2. docet,  
quod Statuarius est causa effi-  
cientis statuæ per artem, quam ut  
Statuarius habet; at ars non est  
principium efficiens, nisi ut de-  
terminata per idem: ergo.

Ratio autem hæc est: Sicut  
agens naturale in ratione effi-  
cientis principii constituit per  
formam naturalem, ita artificia-  
le per formam apprehensam, si-  
ve idem; sed eo forma naturalis  
pertinet ad genus causæ efficien-  
tis, ut principium quo: ergo pa-  
ritè idea. Maj. ostenditur: Quia  
sicut agens naturale per formam  
naturalem continet actu similitu-  
dinem, quam intendit actio, ita  
artifex per idem, seu formam  
apprehensam; & præterea, si de-  
finitio artis est, quod sit habitus  
cum ratione factivus, artifex in  
ratione talis constituit per hoc  
quod est ratione operari, seu  
idea operis faciendi.

92 Sed quod attinet ad B.  
Doctorem, in illo theoremate in-  
tendit, quod quidquid potest  
Deus cum creatura, potest se so-  
lo; & exemplificans de generis  
bus, in quibus Deus cum creatu-  
ra potest aliquid causare, in gene-  
re causæ formalis adducit idem,  
sive exemplar: ex quo sequitur  
quidem, quod idea pertineat ad  
genus causæ formalis, non au-

tem, quod non pertineat ad genus cause efficientis; quare poterit secundum aliam, & aliam considerationem ad utrumque genus reduci: id est ergo, secundum quod artifici comparatur, ad genus cause efficientis reducitur, quatenus est ratio, secundum quam agens agit; at vero ut comparatur ad artificiatum, reducitur ad genus formæ, & dicitur causa formalis extrinseca quatenus est ratio quidditatis ipsius artificiati.

Quantum autem ad Philosophum, quod hæc sit mens ejus, ex ipsis patet locis, quæ pro se adducit Merlin. nam in 7. Metaphyl. cit. text. 23. ita habet: *Ab arte autem fiunt, quorum forma in anima; formam autem dico, quod quid erat esse uniuscujusque; in 5. vero text. 2. sic habet: Causa vero uno modo dicitur, ex qua in existente aliquid sit, ut es statua, & argentum pateræ, & horum generæ: alia vero forma, & exemplar, hec autem est ratio ipsius quid erat esse.* En causas dividens, & de forma exemplificans adducit exemplar, sive idem: quod ergo ait, artem esse causam, unde motus, quo modo ipse explicat efficientem causam; & in altero loco, quod sanatio est effectio ad sanitatem, & quod sanitas extra fit quodammodo à sanitate, quæ est in anima, arguit quidem, quod idem aliquâ ratione reduci debet ad efficiens, ut

nempè est ratio, secundum quam agens agit, non tollit vero, quin alia consideratione reducatur ad formam, scilicet, ut est ratio quidditatis ipsius artificiati. Quod patet ad rationem; nou enim regamus, quin idem pertinet etiam efficiens, sed pertinet etiam ad formam.

## ARTICULUS II.

*Quæ sint prærequisita in causa ad causandum?*

93 **I**N omni causa requiriatur primum sufficientia virtutis ad causandum, sive quod habeat plenam potestatem causandi id, quod causare debet, non enim exercetur, nisi quod potest, & prout potest exercetur, aliqui ita explicant, quod in libet causa requiritur virtus proxima, & remota, seu radix & formalis, ut sit radicalismus ipsa entitas causæ; formalismus id, quo proximè sit potens causare: displicet hæc explicatio, quia solùm in causa efficienti distinguitur virtus proxima, & remota; forma enim ipsa suæ suæ informata, & plenissimè potest; & materia entitate, & quidditate sua recipit; & ius

94 Requiritur secundò intentionis; quia, quod non est, non

articulo; dum autem est in potentia objectiva, nondum est: hoc autem qualiter debet accipi, explicabimus articulo seq.  
non enim eodem modo in qualitate causa requiritur. Aliqui de multis ponunt tertio rationes animales, sed immerito; has enim tantum requiri in genere efficientis, satis patet ex dictis disputatione præced. Requiritur unde prioritas; non autem est ratione cause prioritas durationis, etiam in efficiente, sed id est per se de ratione cause prioritas naturæ, seu naturalis intelligentiæ, quæ sufficienter explicata est in Postprædicamentis. Imito est: Quia solum præedit causa effectum suum duratione aquatione motus, qui intervenit in ejus causalitate; at motus solum per accidens intervenit in positione, & resistenter. Primum eo patet, quia id est, quæ sine motu exercitare, in eodem instanti intelliguntur applicari, intelliguntur causare effectum suum, ut eo instanti, quo forma intelligitur essentia materia, intelligitur perfectio; & eo instanti, quo finis apprehenditur ut conveniens, allat, & movet. Secundum autem suam ratione, quod magis, aut minus difficultate executio effectus, secundum quod passum est magis, aut minus dispositum, et si passo major, & minus disposito idem applicetur, citius in illo,

quam in isto effectum exequitur, quare si applicetur passo summe disposito, in instanti, & sine præcedentia durationis causat.

95 Insuper requiritur approximatio, & propinquitas proportionata virtuti causa, quia in diverso genere diversa applicatio requiritur, ut forma requirit intimam communicationem, efficiens autem in aliqua distantia causat, & in eodem genere, secundum quod causa est magis, vel minus virtuosa, causat in majori, vel minori distantia, ut videmus in efficiente; aliquam tamen virtuti sua proportionata requirit approximationem causa creata, de qua loquimur, quia, cum sit finita virtutis, determinatam sphæram habet actiuitatis, ultra quam non se extendet ejus causalitas. Ulterius requiritur distinctum aliquid, in quo exerceatur; nihil enim ad se ipsum causalitatem potest exercere. Et tandem possibilis effectus; nulla enim causa poterit causare, quod causari non potest.

96 Ultra hæc, quæ conditio[n]es sunt intrinsecæ, & quodammodo se tenent ex parte ipsius causa, requiritur veluti extrinsecæ concursus Dei, & influentia supercoelestium corporum; concursus quidem Dei requiritur, quia, sicut à Deo cuncta dependent in esse, & conservari, ita in exercere quamcumque causalita-

tem suam; influentia autem supercelestium corporum, quia partes Universi sibi invicem copulavit Deus, & hæc inferiora quantum ad motum, & vicissitudinem fecit dependere à motu superiorum, quare supremum Cœlum dicitur primum Mobile, & primum alterans, & Angelus in Apocalypsi juravit per Viventem in sæcula sæculorum, quia tempus non erit amplius, quatenus cessante motu Cœli, cessabit motus, & vicissitudo in corporalibus.

97 De his conditionibus nonnulla dubitantur, de quibus oportebit agere in sequentibus: primò queritur: Quid est ipsum exercitium, sive per quid constituitur causa tam in actu primo, quam in actu secundo? De hoc autem commodiùs agetur, dum de singulis in particulari; neque enim uno modo potest pro omnibus responderi. De prioritate nihil dubitatur; satis enim de se constat hæc conditio. De approximatione queritur; An aliquid possit agere in distans; quod, cum de sola efficiente causa queratur, inferius, dum de ea agatur, determinabimus. Solùm itaque in hac questione determinandum restat de existentia, quomodo requiratur in causa ad causandum? De concursu Dei: An Deus immediate cum omni causa concurrat? Qualis item sit iste concursus? Et de possibili-

te effectu: An ea conditio requiratur de necessitate metaphysica? De his ergo consequenter agemus.

## ARTICULUS III.

An, & quomodo requiratur in causis existentia ad causandum?

98 DE singulis opere

seorū detinere, quoniam non una est ratio de omnibus. In primis itaque causa finali omnes supponunt, non requiri realem existentiam, cum enim finis moveat mediā apprehensionē, & secundūm quod cognitione proponitur, quare ejus ratio non physica est, sed moralis, non requiri realē in re existentiam, sed in apprehensionē tantum; unde contingit sāpe, quod finis non constat in re, quando movet; illa enim, quem intendit Melius, est sanitas, quæ in re non constat, quando ab ipso intenditur, & ipsum movet. Posset autem facili difficultatem, quod frequenter ex Commentatore habet B. Dector, quod nempe movens, agens, est forma in anima; movens vero, ut finis, est forma in re extra; cuius sensus est, quod finis potest considerari, aut secundūm esse, quod habet in-

prehensione; aut secundum esse, quod habet in re extra; tunc autem, ut est in apprehensione, movet ut agens, quatenus forma apprehensa est ratio, secundum quam agit artifex; ut verò est in re, movet ut finis, quia nullus appetit bonitatem intentionalem, sed realem. Dicendum tamen, quod movet quidem ipsa bonitas physica; ad hoc autem non requiritur, quod ea physicè existat, sed quod apprehendatur existere, ut patet frequentissimâ experientiâ.

¶ De causis materiali, & formali major est difficultas, & omnihil controversia; earum enim causalitas realis est; quod utrum non est, non causat, nec intelligi possunt exercere causalitatem suam, dum intelliguntur in potentia objectiva manere: dum ergo per existentiam extrahunt à potentia objectiva, eam perquirunt, ut intelligantur causare, & ideo multi concedunt materię propriam partialem existentiam. De hoc sufficienter determinatum est disputatione præcedente q. 2. ubi illam existentiam materię negavimus: ratio quidem argumenti probat, quod existentia est conditio concomitans, non verò prærequisita, nempe, debent quidem materia, & forma existere eo instanti, quo intelliguntur exercere causalitatem suam, sed non existere, ut causent, sed causare, ut existant,

& in illo instanti pro priori natura est causalitas ad existentiam.

Ratio, ibi etiam adducta, hæc est: Quia existentia est actus essentiaz non cuiuslibet, sed illius, quæ est essentia simplicitè, & ens naturæ, natum produci, & extra causas ponî; at causalitate ipsa materię, & formæ talis essentia constituitur: est ergo natura prior causalitas utriusque, qua essentia totius constituitur, ipsâ existentiâ. Nec pro illo priori intelliguntur materia, & forma in potentia objectiva, ut ibi etiam diximus, quia illa prioritas non est alicujus instantis, pro quo rei competit esse aut in potentia objectiva, aut in re extra, sed est prioritas naturæ, seu naturalis intelligentia pro aliquo signo, pro quo rei non competit existere, aut esse in potentia objectiva, sed se habet ad existentiam præcisivè, & illam habet realiter pro toto instanti, non verò formaliter, & reduplicativè pro illo signo; quod quia ibi latè expendimus, non oportet in hoc amplius immorari.

Nihilominus, quod magis hoc possit percipi, comparabimus prioritatem materię, & formæ ad effectum suum cum prioritate efficientis, quæ non præcedit duratione aliqua; quod enim per se, & ex natura rei possit efficiens effectum habere eo instanti, quo esse incipit, dicimus

mas latè tractatu sequente q. 1. agentes de æternitate mundi, habet expressé S. Patens ibi adducendus: siquidem alio, quod si pes ex æternitate esset in pulvere, ex æternitate ei subesset vestigium, quod à calcante factum nemo dubitaret, & patet de Sole, ex quo est illuminante: itaque Sol in eodem instanti, quo primò est, habet illuminationem à se procedentem, & tantum naturā præcedit; ita tamen, quod præintelligitur existere, & in illo priori naturæ existentiam intelligitur habere, ut illuminet: quia operari, & efficienter causare sequitur ad esse; cùm enim sit dare alteri esse, & aliud à se producere, debet præintelligi, tale esse in se habere id, quod ita causat: similiiter materia in eodem instanti, quo habet formam, intelligitur existere, nec pro aliquo instanti potest intelligi, aut cum forma sine existentia, aut cum existentia sine forma, loquendo connaturaliter; ita tamen, quod non intelligitur existere, ut formam recipiat, sed è contra, formam recipere, ut existat.

Ratio est: Quia informari, aut informare non est alteri dare esse existentia; quare non tale esse prærequisitur in eo, quod informat, aut informantur, imò est eos constituere natum habere esse existentia, quare ex natura rei præintelligitur ad tale esse. Ex hoc relinquitur, quod existentia

in causis materiali, & formalib[us] conditio concordans natura posterior causalitate earum; in causa verò efficiente est conditio prævia, saltim naturā prior ejus causalitate. An autem ita requirat præviam existentiam, quod debeat effectui coexistere, sive existere, sive in ipso instanti existere, quo effectus ponitur; vel sufficiat pro aliquo priori existisse, quamvis eo non existat, quo ponitur in re effectus, difficultas est, de qua major est controversia.

100 Docet prima sententia, quod causa efficientis debet existere eo instanti, quo effectum ponit, nec sufficit pro priori existisse. Pro hac citat N. Manso Suarez disp. 14. & alios; hanc item tenet Mastrius disp. 7. q. 4. art. 1. & quotquot docent, Sacra menta non causare physicè instrumentaliter gratiam; qui et potissimum moventur, qui quando gratia causatur, jam non est Sacrementum. Alia sententia docet, quod in successivis usus esse est causam causare, quando jam non est. Hanc tenent communiter Thomistæ, & tenentes Nostris Villanova, & Manso, qui eam probat ex opposito modo incipiendi, & desinendi permanentium, & successivorum, quod nempè successiva desinunt extrinsecè, & non habent ultimè esse, sed primò non esse; unde et illud P. Augustini: Tunc omni-

annī erunt, quando nulli  
erunt.

101 Sed neque hæc doctrina  
ad propositum, neque oportet ad illam recurrere, aut conclusionem coarctare ad sola successiva: non quidem illa est ad propositum, quia quantum ad dñm esse permanentia non dñm intrinsecè, nec habent utmō esse, non enim forma corporis attingit intrinsecè instans generationis, sed extrinsecè tantum, & tunc primò non est, parte temporis immediatè præcedenterat, quare pro nullo nunc alio est: non item ad illam recurrere opus habemos, cùm viam ibeamus ex B. Doctore plau-  
g. de Esse, & Essentia, & quæ multis solvendis difficultatibus nobis usui erit: Quòd nempe causalitas efficientis, quæ est ipsa actio, poterit duobus modis considerari; aut causaliter, & prout se tenet ex parte causæ; aut formaliter, & prout se tenuit ex parte termini: imaginabimur enim, quòd aliter activa est causaliter, ac efficiens; formalis autem activa est, & dat esse, ita tamen, quòd solā intimā præsentia sua perficit, & dat esse quid-

ditativum, neque intelligimus ex parte ejus aliquem conatum, aut influentiam; at verò efficiens sic est activa, quòd non sufficit præsentia ejus, ut intelligatur causalitas, & sequatur effectus; sed oportet nos accipere ex parte ipsius causæ conatum, & influentiam, seu activum movere, de quo ait Philosophus, quòd motio moventis prior est motu mobilis ratione, & causa.

Actio itaque uno modo significat influentiam agentis, & hanc dicit Doctor actionem causaliter, sive secundum prædicationem causalem; alio modo significat actio ipsum fieri rei, prout ab agente; ipsum enim moveri possi, & ipsa inducere termini, sive ipse terminus in exercitio inductionis in subjecto, prout ab agente, est actio; prout in passo, est passio; & hæc dicitur actio formaliter, sive secundum prædicationem formalem: tūm, quia actio significat ipsum fieri; tūm, quia ait sape Philosophus, quòd agentis, & possi unus est actus, nempe hoc fieri aliter, & aliter consideratum; quia verò hoc fieri veluti causaliter sequitur ex illa influentia, illa dicitur actio secundum prædicationem causalem. Hanc doctrinam expendimus item in Logica de Prædic. activ. & illam oportebit iterum in sequentibus expendere.

103 Dicendum itaque absolu-  
tè, quòd causa efficiens non requiri

requirit existentiam pro eo instanti, quo effectus ponitur, sed sufficit, quod illam habuerit antecedenter. Quod ex prænata doctrina probatur de facilis: Cum enim motio moventis sit prior motu mobilis ratione, & causa, poterit ex illa influentia agentis relinqui in passo motus ipse, qui sit successivum fieri termini, & consequenter quo pro sequenti aliquo instanti terminus ponatur in esse, quo instanti poterit jam non existere causa influens: videntur enim, cum quis projicit lapidem, quod darat motus lapidis, postquam quiescit projectans, & poterit durare, cum jam non existit; quod autem ad sensum patet de motu lapidis secundum locum, veritatem habet de quolibet motu ad formam: ille ergo transitus, quo forma educitur, & totum, quod est effectus illius influentie, ponitur in esse, est in instanti terminativo motus, quo poterit jam non existere agens; quare requirit existentiam, quando influit; non vero, quando effectus producitur.

104 Quia autem objiciuntur in contrarium, ex præmissa doctrina solvuntur de levi. Arguit primò Mastrius ex Philosopho in 2. Physic. text. 37. & 5. Metaph. text. 3. Causa, & effectus simul sunt, & non sunt: ergo causa requirit existentiam, quando causat. Prob. conseq. Causalitas causæ est fieri effectus; ergo

tunc est effectus, quando causa causat: si ergo debet esse causa, quando est effectus, sequitur, quod ea esse debet, quando causat. Confirmatur: Quia causa, & effectus sunt relativa; sed relativa sunt simili: ergo.

105 Resp. quod in utroque loco ( eisdem enim verbis utroque idem habet Philosopher) intendit, quod aliter comparatur ad effectum causa in potentia, puta, ædificator ad ædificium; aliter causa in actu, puta, ædificans, necpè contingit ædificatorem esse, quin ædificet, & nullo existente ædificio; at vero ædificans non, nisi cum ædificet; & quia ædificatione ponitur edificium, ædificans est simul cum ædificio; at patet, quod non in instanti, quo iacipit ædificare, est ædificium, immo non est, quando durat ædificatio: non ergo sicut, & pro eodem instanti debet accipi illa simultas, quare ne conseq. Ad prob. ejus neg. quia causalitas causæ est influentia ejus, vel disting. claritas gratiæ: Causalitas causæ formaliter, & ut se tenet ex parte effectus, est fieri, conc. maj. ut se tenet ex parte causæ, neg. maj. quia sic est influentia ejus: tunc autem causa est, quando est ejus causalitas, prout hæc sumitur acti; ut se tenet ex parte ipsius causæ effectus vero est, quando est causalitas formaliter sumpta, prout est ipsum fieri, & se tenet ex parte

effectus:

Ad confirmationem, ea nisi probat; sequitur enim, quod non poterit manere effectus, perente causa, cum effectus sit relatus ad causam, & relativa debeat esse simili: sicut ergo perente causa, manet effectus, & amittit relationem, quæ definita termini sit secundum dici, si posset dici, quod casu, quo esset causa in instanti, quo produceretur effectus, tunc non liberet relationem secundum causam, sed tantum secundum dici. Per se itaque relativa causa, quæ est de prædicatione de secundo modo relatum, fundatur in potentia actionis determinata per actionem, et verò relatio fundatur in potentia passiva determinata per actionem: sicut ergo, quia in instanti, quo causa incipit influere, non est effectus, per accidens definita termini non resultat illa ratio, ita per accidens, quia poterit jam non esse causa in instanti, quo ponitur effectus, definitu termini non resultabit relatio; & quod per se est relatum de secundo modo, per accidens erit relativum tantum secundum dici.

106 Arguit secundò idem: quod non est, quando non est, non producit; sed causa causans producit effectum: ergo debet esse, cum causat. Minor ex mininis tota est, & maj. ostend-

dicitur: Quod producit, quando producit, dat esse ipsi productos; sed nemo dat, quod non habet: ergo. Confirmatur primò: Quia imperfectius nequit producere perfectius; sed imperfectius est id, quod non habet esse, eo, quod esse habet: ergo, cum effectus habeat esse, quando producitur, debet item causa habere esse, quando producit. Secundò: Si potest effectus à non existente produci, poterit à non existente conservari; sed hoc implicat: ergo. Maj. patet, quia conservatio est continuata productio, seu continuatio productionis. Min. item patet, quia causa conservans est, sine qua non manet effectus.

107 Resp. dist. maj. Quod non est, quando non est, non producit, prout productio sumitur activè pro influentia productoris, conc. maj. prout sumitur formaliter pro ipso fieri, neg. maj. & ad prob. dicitur, quod causa dans esse debet illud habere, quando ipsa causa dat, non verò oportet, quod habeat, quando effectus recipit; & quia influentia causæ potest duratione præcedere ipsum fieri effectus, non implicat, quod causa, quæ pro aliquo priori influentiâ suâ produxit, pro hoc posteriori, quo effectus ponitur in esse, jam non existat. Q. o patet ad primam confirmationem, quod causa debet utique habere esse, quan-

do ipsa producit; cum quo stat, quod illud non habeat, quando producitur effectus. Ad secundam neg. maj. non enim quævis causa producens habet conservare, sed prima tantum, cuius est dare esse; quare secunda causa producit quidem, quatenus transmutat ad formam, & ipsam causat essentiam, non verò ipsa habet conservare; cuique enim patet, quod manet effectus, perenne causa sua, quare non ab ea conservatur; quod autem dicitur, quod conservatio est continuata productio, sensus est, quod est continuatio illius esse, quod productione communicatur; quare illius est conservare, cuius est dare tale esse.

108 Arguit tertio idem: Quod actu causat, dum causat, habet potentiam causandi non solum logicam, sed etiā physicam; sed licet quod non est, possit habere potentiam logicam, physicam tamen non habet: ergo. Maj. patet, siquidem physicè causat. Min. item, quia non habet physicam entitatem: ergo neque physicam potentiam causandi. Confirmatur: Quia, si posset elevari à Deo ad causandum, quando non est, aut fieret per auxilium extrinsecum, aut per intrinsecum; sed utrumque implicat: ergo. Prob. min. Quia, quod non est, non habet potentiam obedientialem, quæ elevetur. Rursus: Illa impressio,

qua elevatur, aut fieret causa, quando est, & tunc superflue, quia tunc non causat; aut fieret quando non est, & tunc implicat, quia, quod non est, non est elevabile: ergo etiam de posse ab soluto, & per elevationem implicat causam producere, quando non est.

109 Resp. dist. maj. Dic causat, prout causare sumitur, & causaliter, conced. min. prout sumitur formaliter, neg. maj. Quia itaque influere ad physicum exercitium, deber physicè esse, & physicam potentiam habere causa, dum influit; quia tamen hæc influentia recipitur in passo, & ipsum ex ea successive disponitur, non oportet causam habere esse, & physicam potentiam pro illo instanti, quo est transmutatio, & fieri termini, sed poterit jam pro hoc instanti non esse. Ad confirmationem dicitur, quod nullâ opus est elevatione; casu autem, quod adhuc supra naturam suam elevatur, elevaretur instanti, quando fluit, & tunc est, & habet potentiam elevabilem, licet possit non esse instanti, quo effectus ponitur in esse.

110 Arguit quartò N. Manso ex Hurtado: Magis requiri causa efficiens existentiam, quam causa materialis; sed materia causa nequit recipere, quando non est, et si prius extiterit: ergo neque efficiens poterit causare.

Mihi patet, quia operari iequitur  
ad esse, & super ipsum esse tun-  
datur, non autem recipere. Min-  
ima est ex terminis, & conseq.  
per locum à majori; si enim exis-  
tentia requiritur in eo, qui mi-  
nus indiget, potius requiritur in  
eo, qui magis indiget. Confir-  
matur: Quia res in instanti ini-  
tiativo sui esse, antequam intel-  
ligatur existere, non poterit in-  
telligi causare: ergo nec in ter-  
minativo, postquam extitit. Rur-  
sus: Si potest causare in instanti  
immediate sequenti ad duratio-  
ne, qua exiliebat, poterit in  
reliquis, quia eadem est ratio de  
omnibus: cave itaque, ne te  
nordet canis mortuus.

III. Resp. disting. maj. Ma-  
gis requirit causa efficiens pro-  
causalitia, & actione sumpta  
causaliter, conc. maj. magis re-  
quirit absolute, neg. maj. &  
cussa min. neg. conseq. Ita-  
panmaterialis causa non exerce-  
bit per motum, neque influen-  
tiam habet, quare in instanti,  
quo recipit, & pro causalitate  
qua quomodocumque sumpta re-  
quirit existentiam, minus qui-  
dem, quam efficiens, quatenus  
materia non existit, ut recipiat,  
modo recipit, ut existat; quare in  
existentia est conditio conco-  
nitans; efficiens autem existit,  
magis, quare in ea existentia  
est conditio prævia; at verò effi-  
cients per motum exercetur, &  
influentiam habet, qua motus

inducitur in passo, & effectus  
producitur: licet ergo quantum  
ad illam influentiam æqué, ac  
materia, aut etiam magis exis-  
tentiam requirat, quantum verò  
ad produci ipsius effectus, quod  
ad illam influentiam sequitur,  
non illam requirit, & poterit  
non habere, quando effectus pro-  
ducitur.

Quo patet ad utramque  
confirmationem: ad primam  
quidem, quia ad influentiam pre-  
requiritur existentia, & ex in-  
fluentia sequitur effectus produc-  
tio, antequam intelligatur exis-  
tere, neque influentia intelligi-  
tur, neque productio; quia tan-  
tem potest hoc instanti, quo est,  
influere, & duratione immediate  
sequenti, qua passum movetur  
ad formam, perire, poterit non  
esse, quando est fieri effectus,  
prout à causa. Ad secundam pa-  
tet item, quod non est eadem ra-  
tio de duratione immediate se-  
quenti ad instans, quo causa in-  
fuit, ac de reliquis, nempè mo-  
tus illâ influentiâ causatus in  
passo, qui est via ad formam, du-  
rat immediate post ipsam influen-  
tiam, non autem reliqua dura-  
tione. Præterea: Canem mordere  
est influentia, & activa causa-  
litas, pro qua fatemur existen-  
tiam requiri; quare dato, quod  
eadem esset ratio de hac, & se-  
quentibus durationibus, nihil  
deberemus timere à cane mor-  
tuo.

112 Arguit quinto idem Manso ex aliis: Actio est modus realis; sed modus sine subjecto non intelligitur: ergo, quando non existit causa, non potest intelligi actio ejus. Respond. dato, quod actio sit motus, dist. maj. eadem jam data dist. Actio sumpta causaliter pro influentia, est modus ipsius efficientis, & haec utique nequit intelligi, quando causa non existit; actio vero sumpta formaliter, ut est fieri rei, si modus est, non efficientis, sed facti modus est, quare poterit haec intelligi, & esse, quando non est causa.

113 Arguitur sexto ex communi Thomistarum fundamento, contra alteram partem, quod nempe causa efficiens requirit existentiam, quando influit: Sacra menta Novae Legis physicè instrumentaliter causant gratiam, in sententia B. Doctoris; sed ea non possunt influere, quandiu existunt: ergo nou requirit causa efficiens, saltim successiva, existentiam, quando influit. Prob. min. ex quidditate entis successivi, consistit nemque ejus quidditas in fluxu, & successione partium, quare aut accipitur, quando fluit, & tunc nondum est; aut quando finitur, & tunc jam non est: unde est, quod supra diximus ex P. Augustino in 11. lib. Confes, quod tunc omnes nostri anni erunt, cum nulli erunt: quod expedit B. Doctor in 2. dist. I.

Præterea: Partes successivi sunt præteritum, quod jam non est & futurum, quod nondum est, copulantur indivisibili, quo non est aliquid ejus, sicut præsumtum non est quantitas: nihil ergo est in actu, quo successivum possit existere, quando influit v. g. Sacra menta verbis percipiuntur, quorum prolatione successivè transit, & solùm ei quando jam finita est prolatione aut ergo accipimus influentia in ipsa successione, & tunc nec est forma Sacramenti, nec Sacramentum, quare esse poterit influentia; aut accipimus in termino successione, & tunc jam non existit, sed existit pro priori Sacramentum.

114 Respond. neg. min. Ad prob. ejus dicitur, quod successiva non existunt permanenter, in facto esse, ita quod sit accipere aliquod instantis, pro quo velletur, nunc existit hoc successivum, sed tantum existunt transiuentè, & in fluxu; quare possunt intelligi inflaere, & usare permanenter, & similiter, in quod pro aliquo instanti fluxum dicere, nunc influit, & causat, sed causant tantum transiuentè, & ut sunt, & quando sunt. Ad rationem in contrarium dicitur, quod Sacra menta causant & influunt in successione, qui proferantur verba, & fit id, quod verba significant; cum autem dicitur, quod in illa successione

sum quidam est forma, resp. quod  
est in facto esse; sic enim  
est, nisi quando jam  
non est, est tamen in illa successio-  
ne fieri, & transirent, atque  
influit: pro cuius intelligentia  
nota, quod verba prolati,  
sunt forma Sacramenti, secun-  
dum quod proferuntur ex inten-  
tione significandi; & quia ab ini-  
tio, quo incipit prolatione, est  
intentionis, ab ea determinan-  
te verba prolati, ut in ipsa pro-  
latione sint in fieri, & per mo-  
rum viz formam Sacramenti, &  
influant; quare patet, quod,  
sunt, & modo, quo sunt.

## ARTICULUS IV.

*Deus concurrat immediatè  
cum omnibus causis?*

## §. I.

*Indicitur difficultas, de qua  
in titulo.*

**D**E concursu Dei mul-  
ta dubitantur; nam  
quæritur: An dependentia  
maturarum à Deo sufficienter  
litteretur per hoc, quod per vir-  
tutem causet à Deo participa-  
re, an requiratur ulterius, quod  
ipso exercitio causandi Deus  
suum moveat, & cum ea concur-  
ra, quod est concurrere non so-

lum mediate, nempè mediâ vir-  
tute causandi, quam illi dedit;  
sed etiam immediatè? Deinde:  
Posito, quod requirit causa con-  
cursum Dei immediatum, queri-  
tur, qualis esse debeat: An simili-  
& concausando, an præviè, &  
applicando, & movendo ipsam  
causam? Insuper: An cum causis  
item materiali, & formali, de  
quibus est specialis difficultas,  
concurrat Deus? Ulterius: An  
eadem, vel diversa actiones? Tan-  
dem: An etiam ad actum pecca-  
ti? De secunda quidem dubita-  
tione, quæ acerrimè controver-  
titur, scorsim agemus duobus  
sequentibus articulis; de reliquis  
in hoc determinabimus divisim,  
quò majori possit claritate fieri.

**I** 16 Durandus in 2. dist. 1.  
q. 5. & specialiter de concursu  
ad actum peccati dist. 37. q. 3.  
negat, Deum immediatè concur-  
rere cum causis creatis, sed ea-  
rum à Deo dependentiam suffi-  
cienter salvari per hoc, quod à  
Deo habent esse, & virtutem cau-  
sandi; eamdem sententiam tenet  
Aureolus in 2. dist. 38. q. unica,  
& fuisse suo tempore sollemnem  
testatur Mag. inò illius meminit  
P. Augustinus in de Genes. ad  
lit. quare tunc aliqui ita opina-  
bantur; eamdem ex Modernis la-  
tè propugnant Ludovicus Dola  
opusc. de Concurso Dei, & La-  
lem. disp. 4. Physic. partit. 4.  
Alii omnes tenent, Deum imme-  
diatè concurrere cum causis crea-  
tis;

tis; quare superfluum est pro hac Authores referre.

117 Dicendum itaque: Deus concurrevit immediate cum quilibet causa ad effectum suum. Hinc docet B. Doctor in disp. de Esse, & Essentia q. 3. 4. & 5. in quodl. 5. q. 1. & in 2. dist. 19. q. 1. art. 2. dub. 3. lat. & de concurso ad actum peccati in eodem 2. dist. 37. q. 1. art. 3. Prob. primò ex P. Augustino lib. 15. de Genes. ad lit. cap. 20. quo latè, & datâ operâ eam probat, & loca adducit nonnulla ex Sacro Textu, in quibus eam haberi ostendit, sic itaque incipit: *Fam nūn ergo discernamus opera Dei, quæ usque nūn operatur, ab illis operibus, à quibus in die septimo requievit. Sunt enim, qui arbitrantur, tantummodo mundum ipsum factum à Deo, cetera jam fieri ab ipso mundo, sicut illo ordinavit, & jussit; Deum autem ipsum nihil operari. Contra quos profertur illa sententia Domini: Pater meus usque modò operatur. Et nè quisquam putaret apud illum aliquid operari, non in hoc mundo: Pater in me manens, inquit, facit opera sua: & sicut Pater suscitat mortuos, & vivifcat, sic & Filius, quos vult, vivifcat.*

Clariora hæc sunt, quam quodd aliqua possint tergiversatione eludi; ipsam enim proponit opinionem, contra quam agimus, & ait, contra illam pro-

ferri sententiam Evangelii, & aliam, quam inferius adducit ex 1. ad Corinth. 15. Deinde solutionem expressè rejicit, qua ad hunc textum respondet Lalem, in solut. ad 15. ait enim intelligi hunc locum Joannis de processionibus Divinis, quibus aeternis liter Deus operatur ad intra, quod ex eo deducit, quia non ait, Deum operari, aut Spiritum Sanctum, sed Patrem, & Filium. Hanc, inquam, solutionem rejicit S. Paren̄s, quando ait, quid ne aliquis putaret, Patrem apud se operari, non autem in mundo, subiungit opera, de quibus loquitur, quæ nempe in mundo sunt.

118 Nihilominus respondet aliter citatus Lalem, in solut. ad 2. intelligi debere S. Patrem, sicut & alios, qui ita loquuntur aut de adjutorio Dei mediato, & præsupposito in opere creationis; aut de adjutorio ad opera supernaturalia. Priorem panus expressè rejicit S. Paren̄s, seddem ait, textum esse contrarium, qui arbitrantur, tantummodo mundum factum à Deo, cetera jam fieri ab ipso mundo, posteriorem, paucis interjectis ibidem excludit ex alio loco Apocalypses, quo ita ait: *Stute tu, quod seminas, non vivifcatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas? Non corpus, quod futurum est, seminas, sed nadas granum ferè tritici, aut luciu-*

gurorum; Deus autem dat illi  
quomodo voluerit, & uni-  
versum seminum proprium corpus.  
Vero credamus, vel, si possu-  
mus, etiam intelligamus, usque  
ad operari Deum, ut si conditis  
in rebus operatio ejus subtra-  
atur, intereant. Mitto alia lo-  
ratis Patris, quoniam hoc satis  
concluere continentur conclusio-  
ne, si placet, apud N. Villa-  
gi.

119 Prob. secundò ratione  
Doctoris: Nulla causa creata  
geniti ponendo effectum suum  
esse; sed nulla potest virtus  
quam à Deo accepit, ponere  
esse, seu esse tribuere: ergo  
operatione sua qualibet indi-  
concursu Dei, cuius est dare  
Maj. ex terminis patet, &  
notorem probat B. D. primò  
uctoritate tūm Divi Dionysii,  
ut lib. de Causis, quo sāpe  
dicit, quod esse est per creatio-  
nem, catena verò per informa-  
tione. Deinde à ratione: Nulla  
causa amplius potest, quam id, ad  
quod se extendit forma, secun-  
do quam est in actu, & quæ est  
ratio agendi; sed in nulla  
creatura esse est ratio agendi:  
nisi ergo aliud habet, quam  
conlimitare ad formam, & face-  
re totum ex materia, & forma;  
autem esse, & facere hoc to-  
tum existere, pertinet ad actionem  
Dei coiffluentem; & hoc  
est Deus producit sub ratione  
suis, & quatenus est illud idem,

quod creatura producit sub ra-  
tione talis, & quatenus est hoc  
tale. Hac ratione probat Doctor,  
quod creaturæ nequit communi-  
cati virtus creandi, quia sicut es-  
se nullius potest esse quidditas,  
ita in nulla potest esse ratio  
agendi.

120 Resp. Lalem. in solut.  
ad 9. quod esse, & tale esse in  
creatura non distinguuntur, qua-  
re si creatura potest causare esse,  
poterit etiam tale esse. Sed con-  
tra: Licet esse, & tale esse de eā-  
dem linea nominali, & essentiae  
non distinguuntur realiter, at dis-  
tingui realiter ab essentia crea-  
turæ esse existentia, probabimus  
in Metaphysica. Præterea: Sal-  
tim ex natura rei distingui, per  
se notum est; nulla enim creatura  
est per essentiam suam existens;  
at patet item, quod nullius est  
ratio agendi ipsum esse, aut ad  
virtutem pertinet, quæ est ratio  
agendi, nisi tantum ut condicio  
requisita ad agendum: relinqui-  
tur ergo, quod esse termini non  
poterit haberi formaliter, & ex  
terminis ex influentia cause crea-  
turæ, & consequenter ipsa indiget  
concomitante concursu Dei, à  
quo effectus habeat esse.

121 Prob. tertio communi-  
catione, quam etiam habet B.  
Doctor citat. lect. de Esse, & Es-  
sentiæ: Quodlibet ens creatum  
immediate conservatur à Deo;  
sed non conservatur, nisi imme-  
diatè producatur: ergo. Majo-  
rem

rem ipsi supponunt contrarii; & ea habetur aperte tūm loco suprā dato P. Augustini, tūm lib. 4. cap. 12. de Genes. ad lit. & ſepe alibi, quōd si Deus ſubtraheret latentem operationem ſuam, cuncta protinus interirent. Min. prob. 1. Quidam cōſervatio eſt con-tinuata productio: ergo quod nullo modo prodacit, nullo mo-ndo conservat. Patet conseq. quia illius eſt continuare productio-nem, ſeu eſſe productione acquiſitum, cujus eſt producere, & ta-le eſte dare. Rursus: Pro nullo instanti potest creature concepi-ſe independens à Deo, quia pro talli non eſſet creature; fed si à Deo non producitur immediate, pro aliquo instanti non dependet à Deo: ergo. Prob. min. tūm, quia pro instanti, quo producitur, tantū dependet à producente; tūm, quia conservatio non intel-ligitur pro instanti, quo produc-tur, fed pro ſequenti duratio-ne. Præterea: Posset quidem Deus facere, quōd cauſa non cauſet, ex ſupositione autem, quōd cauſat, eſſet extra Dei dominium effectus ejus, ſi Deus ad ejus eſſe non concurredit in productio-ne ipſa: ergo effectus ille imme-diate per ſe ipſum non depen-de-ret à Deo, fed tantum mediata. Inſuper: Ejusdem rationis eſt eſſe creature, & quæ deſectibile pro primo instanti, & reliqua dura-tione; fed pro reliqua dura-tione immediate per ſe ipſum depen-

det à Deo: ergo & pro instanti, quo producitur.

122 Ad hanc rationem re-pondet Lalem, in ſolut. ad 2. ri-tionem, quōd effectus, ex quo eſſe intelligitur, dependet à Deo, fed non per productionem, ſed per conservationem; negat au-tem, quōd conservatio ſit con-tinuata productio, ad quod addicit tres Aureoli rationes: pri-ma, quia productio in instanti, quo res incipit, non eſt conser-vatio, ſiquidem eo instanti non durat, fed incipit; fed eſt conser-vatio pro ſequenti duratione: ergo conservatio non eſt ipla pro-ductio continuata. Secunda: Si conservatio eſſet continuata pro-ductio, ipſa productio de ſe ha-beret, quōd eſſet continua; fed hoc eſt falſum: ergo. Tertia: Pro-ductio non eſt à ſolo Deo; ſi conser-vatio eſt à ſolo Deo: ergo conser-vatio non eſt ipla produc-tio continuata; & conſequens ex quo Deus conſervet, non quiccar, quōd producat.

123 Sed in primis ſo-lo relinquit controverſiam de ſo-lo nomine; ſi enim ipſo instanti, quo res producitur, à Deo de-pendet, non ſolum mediata cauſa ſua, & quatenus Deus cui ſe dedit virtutem, & illam con-servat, fed per ſe ipſum imme-diate à Deo dependet pro in-stanti, quo primò incipit la-cause dependere; in teſignitu per voceſ convenimus, & ſo-lo

Alio controvèrsia, an dependentia pro primo instanti dici debet comproductio, & concursum cum causa producente, an prius conservatio. Deinde: Per plam primam rationem Aureoli, quam ipse assumit, patet, quod immediata dependentia effectus à Deo pro illo primo instanti sui si non potest dici conservatio, ergo ita dependet, ut continet solutio, pro illo instanti non conservatur, sed comproductur. Patet antec. quia conservatio ex terminis, & ut ratio intendit, est continuatio, & minutenientia in esse; sed pro illo primo instanti non continuatur, et incipit, ut ipsa etiam ratio inducit: ergo.

Deinde: Rationes Aureoli fidelissimæ sunt, & tantum prout, quod conservatio non sit productio, non autem, quod intenditur, nempe quod non est continuatio ejus. Ad primam consequentem enim influentiam pro primo instanti esse datum, sive productio, & pro sequenti duratione continuatio; nec ex hoc sequitur, quod ita, sed quod aliam habeat denominationem. Ad secundam. quam ipse debuit aliquatione probare, nec enim levein habet apparentiam. quippe, quia productio non habet de se, quod conservetur res producta, non habet de se, quod continua. Ad tertiam: Pro-

ductio, quantum ad dare esse, quod conservatio continuat, est à solo Deo, quamvis absolute non à solo Deo sit, quia productio duas mutationes importat, & materię ad formam, qua constituitur essentia; & essentia ad esse, quo sit existens: prima sit à creatura, secunda à Deo, & totum productum à Deo concurrente cum creatura, sive à creatura dependenter à concursu Dei.

124. Resp. aliter ad probata min. tūm in solut. ad 3. quod naturaliter loquendo, non potest Deus impedire causalitatē causæ, posset tamen de posse abso luto; & tunc non suspendendo concursum, sed per voluntatem suam impediret; tūm in solut. ad 7. quod sufficienter salvatur dominum Dei, & dependentia effectus per hoc, quod causas, & eorum virtutem Deus conservat, & potest ex qualibet facere, quod sibi libuerit. Sed contra: Potest Deus causalitatem impedire per suum velle: ergo ab illo dependet causalitas causæ; sed Dei concursus nihil est nisi velle, nec ex parte Dei ulla alia influentia potest concipi: si ergo dependet causa in exercitio causandi à concurrente Dei voluntate, dependet à concursu Dei. Contra secundum: Non solum dependet à Deo causa, & ejus virtus, atque etiam causalitas, sed etiam effectus ipse, quandiu est, & à primo instanti

instanti sui esse , per se enim , & in se ipso est ens creatum : ergo non solum potest Deus impedire causalitatem , sed etiam immediate in se ipso esse tollere ipsi effectus ; & consequenter non sufficienter salvatur dominium Dei per hoc , quod causam conservat.

125 Arguit primò Lalem. ex fundamentis Aureoli : Potuit Deus talē dare virtutem creatis causis , quod se solis , & sine concursu Dei producerent effectus suos ; sed si potuit , de facto dedit : ergo . Prob. min. quia indecens est ponere , quod Deus mancum , & diminutum reliquit beneficium creationis ; sed si non contulit creatis rebus id totum , quod sine inconvenienti potuit , mancum reliquit , & diminutum illad beneficium : ergo . Major principalis , quam ipse supponit , eo potest patere , quia in hoc nulla est contradic̄io & maximè potentiam Dei commendat.

126 Resp. primò neg. maj. quam ipse male supponit , & ad rationem pro ea inductam dicitur , quod sequeretur aliquod ens creatum à Deo non dependere , ut jam patuit , nec hoc potentiam Dei commendat ; posse enim , quod non convenit , magis defec̄tus est , quam potestia . Resp. secundò neg. min. non enim , quod Deus potuit sine contradictione concedere , sed quod voluit , & sibi visum est congrue-

rebus de facto dedit ; quia enim contradictio , aut inconveniens in eo , quod homo haberet alia . Neque ex eo , quod illas non habet , dici debet mancum beneficium ; non enim quidquid potest habere , sibi beneficium est , sed quod sibi congruit secundum ordinem à Deo statutum.

127 Arguitur secundò : Deus ad omnes effectus immediate concurreat , superfluit influentia causæ creatæ ; sed hoc inconveniens : ergo . Prob. min. Aut Deus totum effectum influentiâ suâ causat , aut tantum aliquid ejus ? Si primum , habet propositum ; si autem dicatur alterum , tunc illud aliquid , quod Deus non producit , non erit immediate à Deo : ergo qua ratione hoc solvat rationem creati dependentiam à Deo , quia immediate producatur , poterit totum , & quilibet effectus cōsus.

128 Resp. neg. maj. rationem ejus dicitur , quod totum Deus influentiâ suâ causa totum nihilominus etiam creatura , quia sub diversa ratione creatura nempè totum causatur est tale ens , quatenus causa transmutationem ad formam Deus item totum causat , ut & esse habet ; quare influentia suâ movet , & applicat creaturam causam , & ab utroque totum quia , quamvis posset Deus solo producere , voluit creaturam

Ex exercitium producendi relinque, quatenus creata virtus patitur, nemp̄ transmutando ad formam; & quia non potest hujusmodi causalitas exerceri, quin terminus ponatur sub esse, ex suppositione hujus dispositionis tenetur Deus titulo primi motoris concursum suum præstare, quem proinde de lege ordinaria nulli denegat.

119 Arguitur tertio: Ordo agentium respondet ordini finium; sed non possunt esse duo fines immediati unius rei: ergo neque duo agentia; & sic Deus, & creatura non concurrunt immediatè ad eundem effectum. Maj. est propositio Philosophi, quam omnes supponunt ex ordine causarum, quia agens agit propter finem, & à fine movetur. Min. item patet: Si enim duo possint ad aliquam operationem, aut bonitas unius ordinatur ad bonitatem alterius, & tunc non immediatè; aut non ordinatur, & tunc disparate se habent, & tunc quantum ab uno movetur ad hanc partem, ab illo movetur ad aliam; quare à neutrō sufficienter movetur agens, neque poterit operari, nisi ab altero tantum moveatur.

120 Resp. neg. min. Ad probat. dicitur, quod duo fines disparati non possunt ad unam operationem movere, bené autem duo subordinati; quod autem bonitas unius ordinetur ad

bonitatem alterius, non tollit, quin uterque finis propriam habeat bonitatem, & se ipso immediate moveat: sicut ergo bonitas, quæ est in creatura, per se ipsam immediate movet, & hoc non tollit, quin à Deo, & ejus bonitate simul in eadem operatione moveatur agens, quatenus bonitas, quæ est in creatura, à Deo participatur, & ad ipsum ordinatur; ita agens in agendo Deo subordinatur; & quamvis immediate agat, hoc non tollit, quin immediatè etiam, & simul cum ipso Deus concurrat.

121 Arguitur quartò, & est replica ad præcedentem solutionem: Si Deus concurrit simul cum creatura, creatura subordinatur Deo in agendo; sed non potest subordinari: ergo. Probat. min. Eorum, quæ se habent disparatè, neutrum alteri subordinatur; sed Deus, & creatura se habent disparatè: ergo. Probat. hæc min. quia agens per naturam, & per voluntatem disparatè se habet; sed Deus est agens per voluntatem, creatura est agens per naturam: ergo.

122 Resp. neg. min. Ad probat. etiam neg. min. Ad hujus prob. disting. maj. Agens per naturam, & per voluntatem in eodem ordine disparatè se habent, conc. maj. in diverso ordine, nemp̄ primum, & secundum, neg. maj. & ita se habent Deus, & creatura. Itaque in cau-

sis secundis , sive creatis agens per naturam ; & per voluntatem , sive à consilio disparate se habent , sicut artificiale , & naturale ; at verò primum agens , quamvis agat per voluntatem , & à consilio , titulo primi subordinat sibi quodlibet secundum , sive à consilio agat , sive per naturam .

133 Arguitur quinto : Si creatura indigeret concursu Dei , non esset causa principalis , sed instrumentalis ; sed hoc est inconveniens : ergo . Patet major , quia causa agens , ut mota , & applicata ab alia , non principalis , sed instrumentalis est ; indigens autem concursu alterius agit , ut mota , & applicata . Respond . quod creatura est utique instrumentum Dei , per hoc autem non tollitur , quin sit causa principalis . Itaque instrumentum , ut infra dicimus ex B. Doctori , propriam actionem habet , ut res quædam est , & hæc , quia insufficiens est de se , assumitur à principali agente , & virtute ejus attingit effectum , quem de se , & propria actione non poterat attingere : v. g. ferræ de se , & ut est res quædam , habet talem speciem modum contactus ex artificio dispositione , & iste ab agente principali assumitur ad actionem scindendi lignum ; respectu itaque illius , quod de se habet instrumentum , non instrumentum est , sed causa principalis ; instrumentum autem est ad

id , ad quod assumitur ultra id , quod de se potest . Tunc autem in productione cuiuslibet effectus creati duo est accipere , & quod transmutatur materia à formam , & quod totum ponitur sub esse ; ad hoc secundum creatura est instrumentum Dei , cum hoc tamen est causa principalis & virtute agit , quam in se habet ad illud primum .

134 Hæc sunt fundamenta , quæ ex Aureolo , & Duran congerit Lalem . quibus ipsius hil addit , nisi solutiones ad consonam rationem , de quibus se præ , atque iterum infra oportet aliquid attingere . Utimur argumentum ex tribus formis difficultatibus suprà insinuat , nempè : Si Deus concurrit immediate , concurrit item cum causa materiali , & formali ; sed hoc implicat : ergo . Rufus : Autem , aut diversa actione concurrit cum creatura ; sed utrumque implicat : ergo . Præterea concurrit , concurrit item instrumentum peccati ; sed ad hunc non potest : ergo . De his , cùm ad dum sit sequentibus dubitationibus , ibi querenda est solutio .

10

I.

II.

An Deus concurrat cùm causis  
materiali, & for-  
malis?

135 **P**ater Fonseca in lib.  
5. Metaph. cap. 2.  
partem affirmativam te-  
net; & quamvis, ut etiam notat  
Suarez, non satis mentem suam  
expicit, videtur intendere, quòd  
causalitas materiae non solum est  
formam recipere, & ab ea perfici-  
re, sed etiam formam substantia-  
nem; & licet illud primum dicat  
imperfectionem Deo repugnan-  
tiam, non autem hoc secundum:  
habet causalitas formæ non  
solum est informare, sed etiam  
unire in esse materiam, & pa-  
tronum secundum nullam im-  
perfectionem dicit; quare Deus  
non utraque concurrit in pro-  
prio genere coexercendo id, in  
quo non est imperfictio.

136 Sed in primis illam  
substantiationem formæ jam su-  
perioritatem negavimus: substan-  
tia enim dicit dare esse, & quam-  
dam importat superioritatem  
habentantis, ut patet in sub-  
stantia substantante accidentia;  
materia autem neque dat esse,  
neque ullam habet superiorita-  
tem ad formam; quare omnino  
potest intelligi substantiare

formam. Forma item nihil aliud  
habere intelligitur nisi perficere,  
& informare materiam; neque  
enim materia est, aut in esse con-  
tinetur, sed totum est; & in toto  
materia; non autem aliter totum  
materia constituit, nisi quatenus  
perficitur: non ergo aliud est ma-  
teriam in esse contineri, quam  
perfici, & totum constituere.  
Præterea: Quantumcumque im-  
perfectionem dicat illud infor-  
mare, & informari, non extra-  
hatur à ratione creati, defectibili-  
lis, & à Deo dependentis imme-  
diatè per se pro quocumque sig-  
no; quare non solum ad hoc al-  
terum exercitium, sed ad ipsum  
informare, & informari requiri-  
tur concursus Dei.

Cæteri ergo, & ex instituto  
P. Suarez disp. 22. Metaph. secc.  
1. & Rubio tract. 4. q. 7. senten-  
tiā illam rejiciunt, & absolute  
negant concursum Dei cum cau-  
sis materiali, & formalis. Sed ne-  
que absolute negandum esse pro-  
xima ratio sufficienter ostendit.  
Præsente enim, & intimè com-  
municata forma, poterit Deus  
eam cohibere, né informet, nec  
aliqua est ratio, cur hoc poten-  
tia Dei negetur: ergo cā positi  
in materia, ut ipsa informet, &  
perficiat, & materia informetur,  
requiritur concursus Dei. Quòd  
autem imperfectionem dicat  
utriusque causalitas, probat qui-  
dem, quòd non poterit Deus  
concurrere cum materia reci-  
pienti

piendo, aut cum forma informando; non autem, quod non concurrat, quinquam ipsum informare non dicere imperfectiō nem Deo repugnantem, ostendemus infra, dum de causa formalī.

137 Nobis itaque ex doctrina iuprā notata num. 101. distinguendus est concursus Dei: Aut enim sumitur active, & causaliter, ut se tenet ex parte Dei, & est ipsa ejus influentia; aut sumitur formaliter, ut se tenet ex parte creaturæ; tunc autem priori modo concursus Dei est ipsum velle, neque enim alia est in Deo potentia, quam voluntas; aut aliud influere, & dare esse, quam velle; posteriori modo est id, quod ex tali velle sequitur in creatura, quod, prout à Deo, est actio Dei. Dicimus itaque, quod si concursus Dei sumitur active, concurrit Deus cum causis materiali, & formalī, æquè ac cum efficiente; si autem concursus Dei sumitur formaliter, cum talibus causis non concurrit. Prior pars sic patet: Dependere à concursu Dei sic sumpto nihil est, nisi dependere à Dei voluntate, & non nisi Deo volente exerceri; sed ita dependent materia, & forma: ergo in earum causalitatibus intervenit, & exigitur concursus Dei sumptus active, & causaliter. Major ex Theologica dēpendet quæsiōne: An nempē potentia Dei distinguitur ab ejus volun-

tate? Quandoquidē autem id existimare non est hujus loci partem negativam pro nūc supponimus suo loco probandam. Minor et terminis nota est; nihil enim, nisi Deo volente, contingit, & quandoquidem forma est perfectio creata, Deo plenissime subiecta, non solum, ut sit in re, sed etiam dato, quod sit, ut exercet munus suum, & materiam perficiat, cui communicatur: quod non, nisi volente Deo, id cunctet, & consequenter tamen ipsum, ut perficiat, quam materia, ut perficiatur, à concursu Dei dependet, prout talis significat ipsam Dei influentiam.

Posterior autem pars, comparando causalitatem formæ, & materiae cum causalitate efficientis, de levi constat: In causalitate enim efficientis reperitur pars termini non solum transmutatio materiae ad formam, quod creatæ cause respondet, sed etiam transitus essentiae esse, sive positio ejus subiecta, quod responderet influentie Dei, quare ibi reperitur terminus prout ab agente, sive fieri rei prout ab agente, non solum creature sed Deo etiam respondsit; hoc autem est actio, & causalitas efficientis sumpta formaliter; quæ in efficiente ponimus actionem & concurredum Dei, non solum causaliter, ut dicit influentiam, sed formaliter etiam, ut dicit fieri termini; at in causalitatibus

materiæ, & formæ nihil est præter id, quod ipsis respondet, quod possit Deo respondere; neque enim in materia aliud est, quām perfici; aut in forma aliud, quām perficere: non ergo in his possumus accipere concursum, & causalitatem Dei formaliter, & ex parte termini.

138 Ex his motiva utriusque partis solvuntur; argumentum autem, quod inde sumit sententia regans concursum Dei immediatum. Ad hoc enim in primis dicitur, quod dependentiam à Deo habent causa materialis, & formalis, & què ac efficiens, non solum quantum ad esse, sed item quantum ad causare; quare & què cum his, & cum illa concurrit Deus, sumendo concursum acti-  
væ, prout se tenet ex parte Dei, significat influentiam, aut qualitatem Dei; at verò quia hinc, qui respondet causalitate efficientis aliquid, est Deo respondens, & quod non possit causa respondere, nempe illæ in causalitatibus autem materiæ, & formæ nihil reperitur in effectu, quod possit causalitati Dei respondere, aut non possit causalitati earum; ideo cum efficiente concurrit Deus non solum causaliter, sed formaliter etiam sumendo concursum; cum causis autem materiali, & formaliter, non verò formaliter.

139 Deinde, ad argumen-

tum communis sententiæ negantis absolute concursum Dei cum causis materiali, & formali, quod unicum est, quod nempè talis causalitas imperfectionem importat Deo repugnantem, jam supra patuit, quod eo tantum probatur de concursu sumpto formaliter, quod nempè Deo repugnat conrecipere, aut conformatre, quia neque in forma recepta, neque in materia informata aliquid est, quod possit Deo respondere; non autem probat illud argumentum de concursu sumpto causaliter, nulla enim est imperfectio in eo, quod Deus influentiâ suâ, & per suam voluntatem faciat materiam informari, & formam informare.

140 Superest ergo funda-  
menta solvere P. Fonseca. Ar-  
guit primò: Causæ subordinatæ ad idem genus pertinent; sed Deus non potest pertinere ad genus causæ materialis, aut for-  
malis: ergo illæ non sunt Deo subordinatæ, & consequenter Deus cum illis non concurrit. Maj. eo patet, quia quæ non sunt ejusdem generis, non se habent per ordinem, sed disparate. Con-  
firmatur: Si materia, & forma Deo subordinantur in causando, non erunt in suo genere cau-  
sa prima; sed ex communi Phi-  
losophorum consensu utraque est in suo genere prima: ergo.  
Major patet, quia, quod aliud supponit, cui in causando sub-  
ordi-

ordinetur, aliud habet in causando prius. Hoc probat priorem partem, quod nempe ad causalitatem recipiendi, & informandi Deus non concurrit.

141 Resp. disting. maj. Causæ subordinatae objectivæ, & for. malitèr pertinent ad idem genus, conc. maj. subordinatae tantum activæ, & causalitèr, neg. maj. Itaque quæ sic subordinantur, quod in effectu sibi respondet alia, & alia ratio, sicut istæ rationes in effectu se habent per ordinem, & una est sub alia, ita actiones sumptæ formalitèr debent per ordinem se habere; quare tales in causando sunt ejusdem generis; at verò, quando subordinatio tantum est activæ, & quia causalitas unius dependet ab alterius influentia, non oportet, quod sint in eodem genere; patet enim, quod efficiens mouetur à fine, & forma ab efficiente; jam autem tantum hoc secundo modo materialis, & formalis causa subordinantur Deo. Quo ad confirmationem patet, quæ enim objectivæ, & formaliter alteri subordinatur, aliud supponit sui generis, quare non est in suo genere prima, & ita Deo subordinatur efficiens; quæ autem tantum subordinatur activæ, & causalitèr, aliud quidem supponit, à quo dependet; quare non est primum absolute, non autem aliud supponit sui generis, quare est in suo genere prima.

142 Arguit secundò ad alteram partem, quod quantum ad aliquid Deo subordinantur, & a Deo dependent: Omnis causa in suo genere dat esse effectui, suo modo, hoc enim est causare effectum, illi dare esse; sed materialis, & formalis veræ sunt, & realis causæ: ergo dant esse effectibus suis; sed dare esse sine Deo, prorsus repugnat, est enim à Deo omne esse: ergo. Confirmatur: Omnes causæ debent à prima dependere; sed efficiens, & finalis, eo quod à prima dependent, si subordinantur, ita quod à cursu ejus dependent: ergo pars materialis, & formalis.

143 Resp. missa maj. disting. sublumptam: Dare esse sine Deo formaliter, aut causaliter concurrente repugnat, conced. min. præcisè formaliter, neg. min. Itaque diximus q. 1. quod ratio causæ est analogæ, quia dare de quod videtur significare quod propriè loquendo, soli communè efficienti, cæteris autem latus impropiè; quare solùm per quamdam analogiam, ideo minoratur maj. etiæ autem data, solùm sequitur, quod dependeat à Deo quævis causa, & quod requiri concursum causalem, influentiæ nempe, qua Deus facit causam exercitè causare, non autem quod ei subordinetur formaliter, sive quod in ipso exercitio causandi debeat intervenire formalis causalitas Dei. Ad confirmationem

ditionem; ea in primis pro-  
bit contra ipsum, quod non so-  
lo concurrit Deus, sed in co-  
dem genere concurrit cum causis  
materiali, & formalis; ita enim  
concurrit cum finali, & efficienti.  
Directe, neg. min. non enim  
eo quod dependent, sed eo quod  
non solum causaliter, & ab in-  
teriori ejus, sed formaliter item  
dependent; seu clarius, non so-  
lo dependent tanquam à prima  
causa, sed tanquam à primo sui  
genitis; at verò materia, & for-  
ma non ita: solum ergo depen-  
dunt ab influentia, & concursu  
causalili, non autem à concursu  
formali.

144 Arguitur tertio: Si quid  
est, quominus Deus cum cau-  
sa materiali, & formali in pro-  
prio earum genere concurrat,  
nunquam imperfectio, quæ in ea-  
m causalitatibus intervenit;  
sicut in toto eo, quod dicit  
causalitas, imperfectio sit,  
hanc obstat, quin possit Deus  
in proprio earum genere concur-  
re: ergo. Prob. min. Quia, ut  
Deus in proprio earum genere  
concurrat, sufficit, quod in utro-  
que genere aliquid sit Deo po-  
nas convenire; sed ita est: ergo.  
In eo prob. quod jam supra  
tum, quod nempe materia  
non solum habet recipere, sed  
etiam subsistente formam; for-  
ma item non solum informare,  
et etiam contiactare materiam;  
subsistare autem, & continere

Deo non repugnat:

145 Resp. primò neg. maja-  
mplius enim requiritur, quod  
in effectu aliquid relinqueretur  
causalitati Dei. Resp. secundò  
neg. min. Ad prob. neg. min.  
cum sua prob. jam enim patuit,  
quod materia nihil habet nisi  
perfici, neque forma aliud ha-  
bet, quam informare; quod si  
materialis causa accidentium non  
solum eis perficitur, sed etiam ex-  
istentiam, hoc secundum non  
habet, ut est materialis cau-  
sa, neque ad genus causæ mate-  
rialis pertinet, sed ad efficientem  
reducitur; quare nihil est in ge-  
nere materiali, aut formalis, quod  
Deo possit convenire.

146 Arguitur quartò: Deus  
potest supplere causalitatem ma-  
terialis, & formalis causæ; sed  
non potest supplere, nisi posset  
exercere: ergo. Maj. quantum ad  
causam materialem fide tene-  
tur; existunt enim in Eucharis-  
tia accidentia sine subiecto, quo  
supplet Deus ejus exercitium;  
quantum ad formalem est com-  
munis sententia, quod posset  
Deus materiam sine forma con-  
servare, quo pariter exercitium  
ejus suppleret.

147 Resp. primò neg. maja-  
Ad prob. ejus dicitur, quod in  
neutro supplet Deus exercitium,  
sed necessitatem ejus tollit, in  
eo enim, quod accidentia sunt si-  
ne subiecto, nulla est materialis  
causalitas, & pariter in eo, quod

materia existat sine forma, nulla est causalitas formalis; tunc itaque Deus suppleret utriusque causalitatem, quando sine forma faceret materiam informari, aut sine materia formam recipi. Respond. secundò neg. min. ex quo enim posset sine forma effectum formæ causare, non sequitur posse exercere munus informandi; posset v. g. effectivè causare in materia perfectum esse, quod causalitet forma, & tunc suppleret formam, & ejus causalitetem, non autem informaret. Respond. tertio neg. conseq. ex quo enim possit de facto manus causæ exercere, non sequitur, quod cum causa concurrat exercendo, nisi in effectu aliquid sit causalitati Dei respondens: v. g. potest utique munus finis exercere, non tamen exercitè movet finaliter in motione cuiuslibet finalis causæ, sœpe enim allicit bonitas creata secundum se, & quin ullo modo moveat bonitas Dei.

148 Contra præcedentem solutionem nonnulla ipse opponit: Primò: Causalitas unius generis nullo modo continetur in causalitate alterius: ergo nequit effectivè suppleri causalitas formæ; & consequenter, si potest Deus eam supplere, potest eam exercere. Resp. quod non oportet causalitatē ipsam in alia contineri, sed sufficit, si effectus hujus in illa causa continetur; & quia effectus, quem forma tribuit,

nempe illud perfectum esse, sic se habere perfectio quadam est, in Deo continetur, & potest Deus illum effectivè causare, sic supplere causalitatem formæ, nempe præstare, quod illa prætabat.

149 Arguitur ulterius contra eamdem solutionem: Cai, quo Deus formam sine materia conservaret, aut eodem concuso effectivo, quo prius conservabat in materia, aut novo concubarvet; sed utrumque impliatur non effectivo, sed materiali aliquo concursu substantaret. Prob. min. quantum ad primum quidem, quia idem manens idem semper facit idem: ergo prior concursus idem manens eodem modo conservaret, nempe in materia. Quantum ad secundum item, quia nova causalitas hoc novo effectu non datur; sed formam conservari non est aliquis novus effectus, imò est ex terminis eamdem manere, & subdem esse: ergo sic non posservari novo concursu effectivo.

150 Resp. quod utroque modo poterit dici; quare ad nationem primæ partis dicitor, quod illud principium tenet de agente creato, quod sui mutatione agit, & quia limitatum est, ut aliter agat, aut aliud, debet aliter se habere; imò neque de hoc tenet illud principium, idem enim manens idem, & eodem

modo influens aliud causat secundum aliam passi dispositio-  
nem: Deus ergo eodem concur-  
rit aliud, & aliud potest causare  
prolibo suæ voluntatis. Ad ra-  
tionem alterius partis, ea in pri-  
nis contradicit præcedenti; si  
enim idem est effectus, eodem  
poterit conservari concursu. De-  
inde: Idem est, non tamen co-  
dem modo, quo prius, quare  
aliam poterit terminare concur-  
sum, non alium causaliter, &  
active, sed alium formaliter. Ex  
his de facili solvuntur cætera,  
quæ ea mitto.

## S. III.

*Deus eadem, vel diversa ac-  
tione concurrat?*

**A** Liqui de hoc aliis  
terminis queruantur:  
tempore Deus ad extra opere-  
tur actione secum identificata,  
vel actione ipsa creatæ causæ,  
cum qua concurrit? Si enim ac-  
tione secum identificata opera-  
tur ad extra, patet, quod non  
idem, sed diversa actione con-  
currunt cum causa creatæ; si autem  
idem ejus actione, patet, quod  
non diversa. Sed sive sic, sive sic  
queratur, ego quidem difficulta-  
ti, aut controversiæ de re ni-  
l video, quamvis nonnihil sit  
confusionis, aut æquivocatio-

nis in modo loquendi.

N. Manso hic vult, contro-  
versiam in hoc esse: An actio cum  
Deo identificata, & ex parte Dei  
se tenens sit velle Dei, an exerci-  
tium aliquod Omnipotētia? Sed  
hac controversia ad præsens in-  
stitutum non pertinet; queritur  
quidem in Theologia: An Omni-  
potentia sit attributum distin-  
ctum ab intellectu, & voluntate?  
Sed sive hoc dicatur, sive illud  
ad præsens ponenda est in Deo  
influentia, & causalis actio, quæ  
est proculdubio alia ab influen-  
tia creatæ causæ. Ponit ipse, Sua-  
rez tenere, quod influentia illa  
Dei non se habet ut actio, sed  
ut principium, ex quo procedit  
actio causæ creatæ; & de hoc,  
ait, controversiam esse. Sed nec  
locum Suarezii citat, nec ego id  
absolutè invenio apud ipsum;  
solum enim, posito, quod actio  
est fieri rei prout ab agente, do-  
cet, influentiam Dei non esse ac-  
tionem, sed actionis principium;  
hoc autem non est absolutè ne-  
gare, quod sit actio, sed quod sit  
actio sumpta formaliter, quod  
quilibet pariter negabit.

Posset fortè sensus contro-  
versia institui: An influentia illa  
Dei terminetur ad causam crea-  
tam, ut faciat illam causare, an  
simil cum causa creatæ terminetur  
ad ejus effectum? Priori mo-  
do cädem actione creaturæ con-  
curret, & faciendo ipsam causa-  
re causabit effectum ejus; poste-

riori modo diversa actione simul cum creatura causabit effectum sub diversa ratione. Sed hoc in primis pertinet ad sequentem articulum, quo queritur: An concursus Dei sit praeius, & movens ipsam causam creatam? Deinde: Quod non ad causam, & ejus causalitatem, sed simul cum causa ad effectum ipsum terminetur influentia Dei, non tollit, quin diversa sit actio, aut eadem; si enim actio est fieri effectus prout ab agente, relinquitur difficultas: An ab utraque illa influentia unum sit fieri, aut duplex?

152 Nobis ergo ex distinctione actionis superius notatum. 102. dicendum primo est, quod si actio sumitur causaliter pro influentia agentis, concursus Dei est actio immanens cum Deo identificata, & ab actione creaturarum distincta, nobis quidem ipsum velle, quia potentia Dei ipsa est voluntas; in sententia autem afferente, potentiam Dei esse attributum a voluntate distinctum, erit exercitium illius potentiae. Hec quidem nulla indiget probatione; est enim per se notum, tum quod efficiens exercetur influentia, & activo conatus se tenente ex parte ipsius causae; tum, quod diversum efficiens diversam influentiam habere debet: planum ergo est, quod alia erit influentia Dei, & huc quidem eterna, & cum ipso.

Deo identificata, ab influenti causa creatarum.

153 Dicendum secundum, quod si actio sumitur formaliter, uno modo est ipsa actio, sive influentia creaturarum prout a Deo; alio modo est effectus ipse, fieri ejus, sub diversa tamen ratione a Deo, & a creatura. Hoc quantum ad primum articulo sequenti probanda est; quantum ad secundum ex dictis confit. §. 1. Itaque probabimus sequenti articulo, quod Deus moveat & influentiam suam applicat causam creatam ad agendum; quare fieri, quod illi influentia hoc sensu respondet, est motus ipse, & influentia creaturarum prout a Deo, & hoc sensu motio moventis in moto est motus ipse. Rursum, probatum est §. 1. quod in effectu est accipere transmutationem materiae ad formam, qua constituitur haec essentia, & essentiam ponit sub esse, & prior creaturam, posterior respondet, cum ea concurrenti: est ergo actio sumpta formaliter fieri, haec essentia sub esse ponitur, prout ab utraque causa; sed fieri, quo sit hoc tale, est actio cuiusque creaturarum fieri, quo sit existens, est actio Dei; quare a Deo sit substantiatione entis, & quatenus est a creatura sub ratione talis, & quatenus est hoc tale ens.

154 Quatenus autem hoc amplius pateat, quae in utramque partem adducit N. Manso,

efficiemus, & solvemus. Arguit  
primo, quod non agit Deus ac-  
tione secum identificata: Quia  
nec ad actionem daretur actio;  
ad hoc est inconveniens: ergo.  
Pater major, quia illa actio cum  
Deo identificata causat actionem  
creaturæ. Resp. quod actio ipsa  
causat, ut sumitur causaliter,  
et influentia ejus, causat ac-  
tionem formalem, ideo illa dici-  
ta actio secundum prædicatio-  
nem causalem: dicitur ergo,  
quod ad actionem non datur ac-  
tio, loquendo de actione forma-  
li, quod nempè ad eam non da-  
tur alia actio formalis; sicut au-  
tem ad hanc datur actio causalís,  
influentia creatæ causæ, ita ad  
iam influentiam alia potest da-  
ri, quia creatæ causa, eo quod  
alii est movens motum; de quo  
et seq.

Arguit secundò: Actio  
immanens Dei æterna est; sed ad  
temporalem ad extra-  
mum deseruit immanens, & æter-  
na actio: ergo non per illam, sed  
per transiuntēm ab illa proce-  
derem concurrit Deus. Minor  
tum, quia sola actio transi-  
tus producit effectum ad extra-  
mum, quia effectus non erit tem-  
poralis, nisi ejus productio sit  
temporalis. Resp. quod ab illa  
enim Dei influentia cum ipso  
identificata processerunt res in  
creature, non obstante, quod ea  
æterna, & immanens, eo enim  
dicitur virtualiter transiens; neg.

itaque min. & ad ejus primam  
rationem dicitur, quod vera est  
de actione sumpta formaliter, ut  
est fieri, aut de actione creature,  
qua est tantum immanens, aut  
tantum transiens; actio vero Dei  
est formaliter immanens, & ob-  
eminentiam perfectionis sua est  
virtualiter transiens; quare acti-  
væ, ut se tenet ex parte Dei, est  
immanens, nempè velle æternum;  
formaliter, ut est fieri, est trans-  
iens. Quo patet ad aliam ratio-  
nem, quod productio, nempè  
ipsum fieri, temporalis est, quam-  
vis influentia sit æterna.

156 Arguit tertio: Ad unicū  
cum effectum unica actio suffi-  
cit; sed si Deus cum creatura  
concurrit actione secum identifi-  
cata, ad unicū effectum ponit  
tū duplex actio: ergo. Patet mi-  
nor, quia prater actionem crea-  
ta causa ponitur actio Dei alia  
ab ita. Confirmatur: Quando  
agentia sunt subordinata, potest  
ab eis oriri eadem actio, sicut  
oritur idem effectus; sed Deus, &  
creatura sunt agentia sui ordina-  
ta: ergo. Resp. distin. maj. Suffi-  
cit una actio formaliter sumpta;  
& prout actio est fieri, & produ-  
ctio, conc. maj. una actio causa-  
liter, ut est influentia, subdist.  
Si producatur à primo agente,  
conc. quia primum agens à nul-  
lius influentia dependet: si pro-  
ducatur à causa creatæ, neg. maj.  
Itaque fieri, seu actio sumpta  
formaliter, non est duplex, quia

hic est effectus ipse prout à causa; quare sicut effectus est unus, qui sub alia, & alia ratione ab utrâque procedit, ita unum est fieri; at verò influentia, si sit primi agentis, una sufficit, non solum ad unum effectum, sed ad omnes, quia primum agens a nullo dependet; & sicut unâ influentiâ cuncta produxit, ita posset sine influentia causâ omnes effectus producere; at verò ex suppositione, quod voluit, effectus à causa creata produci, sola causâ creatâ influentia non sufficit, quia ea secundæ est, & dependens à co-influentia primæ. Quo ad confirmationem patet, quod causæ subordinatæ non unam influentiam habent, eo quod duas sunt, sed unum fieri, eo quod effectus est unus.

157 Arguit quartò efficaciatione P. Suatii disp. 22. Metaph. sect. 3. n. 4. Si Deus, & creatura diversis actionibus concurrunt, aut ista actio creaturæ est à creatura sola immediatè, & per se; aut est etiam à Deo? Si primum, sequitur positio Durandi, quam intendimus excludere, quod nempè aliiquid est à creatura sine immediato Dei concurso, nempè ista actio: si autem dicitur secundum: ergo actio creaturæ non ejus tantum actio est, sed Dei etiam, siquidem à Deo etiam immediatè procedit, & sic Deus, & creatura eadem actione concurrunt.

158 Resp. quod actio non est aliquis effectus causatus, & productus, quare non ad illam, sed ad terminum ejus quæritur concursus Dei. Ad formam itaque dicitur, quod actio, qua diversa est, est influentia, & hæc non est à sola creatura, sed à Deo etiam movente, & applicante ipsam. Ad rationem in contrarium negatur sequela consequentis; ex quo enim sit Dei etiam illa actio creaturæ, non quitur, quod non habeat Deus aliam propriam, qua hanc creaturæ applicat. Itaque causa principalis instrumento utitur, & actionem ejus assumit, atque applicat ad effectum suum; quare actio, & influentia instrumenti fit etiam principalis causæ, quantum eam assumit, & per eam effectum suum causat; non autem hoc tollit, quin propriam influentiam habeat causa principalis aliam ab influentia, & actione instrumenti, qua hanc assumit, applicat.

159 Sed contra hanc divisionem instat: Aut ista influentia Dei non est actio, sed actionis principium; aut oportet ponere processum in infinitum: nam aut illa influentia, qua Deus causat actionem creaturæ, est ipsa Dei voluntas, & hæc est complementum quoddam ipsius potentiz, decretum nempè, quo voluit omnipotentiam. preparare ad concurrentem; aut est actio ali-

et inde procedens , & tunc de  
dit fit idem argumentum : Aut  
tempore alia actione procedit , &  
aut in infinitum ; aut se ipsa pro-  
cedit ; & tunc , qua ratione hæc  
ipsa procedit , eadem poterit  
esse creaturæ.

160 Resp. neg. sequelam.  
Adprob. ejus , ut præscindamus  
de controversia Theologica ,  
quoniam , quod influentia illa  
exercitum omnipotentiae , &  
quod Dei voluntas est tantum  
suum , quo omnipotentiam  
apparet , seu præparatam offert  
concurrentem ; at non proin-  
ter exercitum illud active , &  
ut se tenet ex parte Dei , pos-  
sumus ponere temporale , & de  
tempore adveniens , nihil enim tale  
est in Deo , nequidem relatio : est  
tempore , & ab æterno in  
tempore , ex quo tamen effectus se-  
patur in tempore , nempè in-  
fluentia causæ creaturæ , & ex illa  
causæ : sicut itaque hæc influen-  
tia creaturæ se habet ad effec-  
tum , & formalem actionem , sive  
effectus , ita se habet influen-  
tia Dei ad actionem , sive in-  
fluentiam causæ creaturæ ; at non  
sufficiunt intelligere effectum , &  
causam , qua sit , à causa creata  
procedere , ita se ipsa , quod non  
est à parte causæ influentia , &  
causare : pariter ergo  
sufficit Deus influentiam creaturæ  
quatenus ipsam movet , & fa-  
cere agere , ita tamen quod  
sufficit ex parte Dei accipere

influentiam , qua id facit , & ex  
hac Dei influentia causatur non  
solum motus , & influentia causæ  
creatæ , sed etiam effectus ejus.

161 Quæ deinde ad alteram  
partem adducit N. Manso , quod  
nempè diversis actionibus con-  
currunt Deus , & creatura , pro-  
bant tantum de actione sumpta  
causaliter , & pro influentia , non  
autem de actione sumpta forma-  
liter , ut est fieri rei . Arguit pri-  
mò , quod concursus Dei est ac-  
tio immanens cum Deo identifi-  
cata ; quod probat primò ex eo  
quod S. Parens illum Dei con-  
cursum dicit motum providum  
in singulari ; si autem non esset  
actio immanens Dei , non mo-  
tum in singulari , sed motiones  
diceret , secundum quod multi-  
plex est actio creaturæ . Secundò :  
Ex quo in sexta Synodo definis-  
tum est contra Monothelitas ,  
duas esse in Christo Domiuo ope-  
rations , & ratio est , juxta Div.  
Thomam disp. unic. de Vnit.  
Verbi art. 5. Quia ex una opera-  
tione sequeretur una natura ; sed  
Deus , & creatura duæ naturæ  
sunt : ergo duplici operatione  
concurrunt.

162 Resp. quod actio im-  
manens Dei est actio causaliter ,  
ut se tenet ex parte Dei , & est in-  
fluentia ejus , præter quam datut  
utique influentia alia creaturæ ;  
hoc autem non tolit , quin ex  
utriusque influentia sequatur unus  
effectus , & ejus sit unum fieri , &

et quando duplex creata causa concurrit ad unum effectum, duplex est influentia; quia tamen unus est effectus, unum est fieri ejus ab utrâque. Pariter ad secundam prob. dicitur, quod duplex natura arguit duplēm influentiam; si autem effectus ab utrâque procedit unus, ejus erit unum fieri ab utrâque, & sic una actio formalis.

163 Arguit secundò: Quidquid Deus ad extra operatur, agit per virutem infinitam: ergo per actionem secum identificatam. Prob. conseg. Quia potentia infinita nequit agere per actionem à se distinctam, sicut nec potentia finita per actionem secum identificatam. Resp. quod procedit item de actione sumpta causaliter, ut est influentia agentis, formaliter enim, ut actio est fieri, seu terminus ipse prout ab agente, patet, quod creatio est quid temporale, à Deo distinctum, & idem dicendum de concursu.

164 Ad argumentum itaque Durandi, cuius gratiâ hæc difficultas hic inducitur, patet ex dictis: arguit enim, quod Deus neque eadem, neque diversa actione potest cum creatura concurrere: non eadem, tamen, quia ea potest à sola creatura esse, quare superflue dicetur esse etiam à Deo; tamen deinde, quia, si ponatur calefactivum ut sex passo applicari insufficienter disposito, calcinat

ut sex: tunc sic: Aut illâ actione aliquid agit Deus, aut nihil? Si prium, id erit aliquid caloris: non ergo calor applicatus est calefactivus ut sex: si secundum, ergo non agit Deus illâ actione, & sic non concurrit, quia non agit, quod nihil agit. Non item diversa actione concurrit Deus, quia diversus effectus deberet correspondere; nihil autem effec- tu nisi calor productus, lo- lori producenti respondens.

Ad hoc, inquam, ex dictis patet, quia uno modo est eadem, alio modo diversa actio. Ad rationem primæ partis neg. alium ptum, tamen, quia creatura est movens motum, à quo proinde non procedit motus se solo, nisi ab altero moveatur, & applicatur tamen item, quia creatura non potest dare esse effectui, esse enim est per creationem, ut addom. B. Doctor ex lib. de Causis: quia terminus per actionem nuncitur in esse, non potest a sola causa creata procedere concursu Dei, cuius est daretur. Ad secundam rationem dicitur, quod illâ actione agit Deus, non quid, non aliquid caloris, sed totum calorem in re esse. Ad rationem secundæ partis dicitur, quod diversa actioni formaliter & ut est fieri, responderet diversus effectus, non diversa influentia actioni sumpta causaliter, quamvis quodammodo sit diversus effectus utriusque actionis.

timpè esse hoc tale ens, & esse in  
ter & sicut distinguitur de effectu,  
ia de actione sumpta formaliter.

§.

IV.

*Ad Deus concurrat ad actum  
peccati*

institutum non patitur, neque tam  
men possumus omnino præter-  
mittere; quare pro solutione ar-  
gumenti, quod inde sumit Du-  
randus, breviter licet, nostram  
sententiam insinuabimus. Itaque  
N. Manso q. citat. docet, quod  
ante prævisionem causæ liberæ  
dataæ à creatura Deus non præ-  
determinat ad materiale peccati,  
quia hoc esset deserere creatu-  
ram, priusquam ab ea deseratur,  
quod Deo repugnat; at vero  
prævisa causa ex parte creaturæ  
Deus prædeterminat ad materiale  
peccati, nempe præviso, quod  
ad vocationem, qua à Deo alli-  
citur, dissentit, quo negativæ  
consentit suggestioni ad malum,  
quatenus tali consensu creatura  
liberè deserit Deum, Deus illam  
deserit, & prædeterminat ad ma-  
teriale peccati.

166 Sensus quidem hujus  
conclusionis probamus omnino,  
verba tamen non placent: in illo  
enim consensu negativo plenè  
exercetur libertas, est enim de-  
terminatio, qua voluntas alte-  
rum eligit, & ut ipse docet Mana-  
so, voluntas, ut est liberum arbitri-  
um, exercetur illa determina-  
tione, qua dissentit vocationi, &  
sinit se trahi à suggestione, &  
postea solum relinquitur exerci-  
tium ejus, ut est voluntas: idque  
docet expreßè B. Doctor in 2.  
dist. 25. qua late agit de exerci-  
tio voluntatis, & modo, quo ea  
movetur ab objecto; nempe

165 HANC difficultatem  
ex instituto deter-  
minat B. Doctor in 2. dist. 37.  
q. att. 3. &, ut ipse ait, licet  
tempore Magistri fuerit adeo ce-  
lebris, ut ipse noluerit alteram  
partem determinare, tamen tem-  
pore B. Doctoris jam pro com-  
erto habebatur, quod Deus ad  
actum peccati concurrit; quare  
autem, quod de hoc non licet  
concluere: difficultas est nihil  
non levius inter Modernos  
etudo, quo Deus concurrit:  
et nempe determinans, & mo-  
do, vel potius determinatus à  
creatura; & qua ratione ad ac-  
tum peccati possit Deus concur-  
re, quin ipi attribuatur pecca-  
tum, quippe in his saltim, quæ  
aut ab intrinseco mala, forma-  
tio malitia connectitur cum actu  
peccati.

Difficultas est Theologica,  
& quæ multum dependet ex di-  
videndis duobus sequentibus arti-  
bus, eam latè versat N. Manso  
efficaci Dei Gratia q. 12. eam  
no dignitate expendere præsens

Tom. II.

Bbb

qua

quandiu movetur ab utrâque parte, non sufficienter movetur, & indifferentia habet ad utrumlibet; ut autem sufficienter moveatur, & fiat in actu, debet ab altero tantum moveri, puta, ab honesto, vel à delectabili: quia ergo ipsa est domina sui actus, pro sua potestate determinat, à quo moveatur, avertendo se ab altero, puta, à delectabili, quò honestum, quia solum movet, sufficienter movet, & facit voluntatem in actu: si itaque post determinationem consensus negativi alterum tantum relinquitur movens, post talem determinationem nulla relinquitur indifference, & talis determinatio consensus negativi est plenum exercitium libertatis.

Hoc quidem ipse concedit Manso; quia tamen alicui poterit subire scrupulus, quòd exercitium libertatis est positivè consentire; quare non plenè est exercitium libertatis in consensu negativo, notandum, quòd utrumque comprehendit id, quod N. Manso dicit consensum negativum; sicut enim non duplex est motus recessus à termino à quo, & accessus ad terminum ad quem, sed unus, & idem, ita non est duplex motus voluntatis, aut duplex determinatio avertere se ab uno, & convertere se ad aliud, seu sinere se trahi ab alio; & avertere se ab isto est negativè consentire alteri; convertere se

ad alterum, seu sinere se trahi est positivè illi consentire, & positivè determinare; quare consensus positivus, & negativus se habent, sicut accessus, & recessus in motu locali, & uterque consensus includitur in illa determinatione, qua voluntas avertit se à vocatione ad honestum, & sinere se trahi à suggestione ad delectabile.

Post hanc determinationem, & intuitu ejus determinavit Deus ad materiale peccati, & confert prædeterminationem ad actum ipsum; at post illam determinationem nulla relinquitur indifference determinanda, ut jam patuit, quia voluntas per consensum negativum plenè determinatur, & illa determinatio est plenum exercitium voluntatis, ut est liberum arbitrium: non ergo ille concursus Dei est determinatio, multò minus præterminatio, sed tantum generalis concursus Dei primò movens, & universalis provisoris, qui determinatus à voluntate, ut liberum arbitrium, per illum consensus negativum, concurrit Deus simul cum voluntate causando in ea actum sub ratione entis, quem ipsa voluntate causat sub ratione talis entis; neque enim refert prioritas, quia Deus actum causat in ipsa voluntate, ut ejus concursus dicitur prævius, & prædeterminatum, quia supponitur determinatio

natus per consensum negativum; tamen, quia id late ostendemus sequenti articulo.

167 Patet itaque, quod N. Manso verba quidem sententiae Thomisticae tenet de prædeterminatione ad actum peccati, retamen nihil docet, nisi quod ponit communis aliorum sententia, quod nempè Deus concurrit si actum peccati determinatus selectione creaturae. Hanc pro pluribio tenet B. Doctor loco dicto, quam sic explicat: Creatura comparatur ad Deum, sicut instrumentum ad causam, quæ eō videtur se habet enim creatura ut movens motum, quod indiget motione applicantis; quo damus intentiæ Thomisticae id totum, quod assumit, & quo ferè nititur, quod nempè Deus est primū motor, creatura autem secundum; ut ad quemlibet creaturæ motum moveret, & applicat Deus.

Nunc itaque: Imaginabimur primò, quod instrumentum propriam de se operationem habet, ut res quædam est, alioquin non posset assumi ut instrumentum; in tantum enim assumitur, quantum propria ejus actio a agente principali ad effectum ipsum applicatur; sic autem propriam habet actionem, quod se nihil potest operari, quare indiget omnino motione principis agentis applicante ipsum: g. serra de se habet talem motionem contactus ex artificiosa for-

ma sua, nisi autem ab agente aliquo applicetur, nihil potest, applicata tamen exercet illam suam operationem, & ex ea scissiōnem, ad quam assumitur: sic creatura virtutem de se habet, & operationem aliquam, puta, ignis habet virtutem transmutandī materiam ad formam ignis; quia tamen hæc transmutatio non exercetur, quin producatur ignis, & accipiat esse, quod creatura dare non potest, propria illæ creaturæ actio omnino non potest exerceri nisi dependenter à motione, & applicatione primi agentis, cuius est dare esse productio; applicata tamen exercet illam suam operationem, & transmutationem, quæ sibi competit, & per eam producit, & ponit in esse effectum in virtute applicantis.

Imaginabimur deinde, quod instrumentum determinat influentiam agentis; videmus enim, quod codem impulsu artifex malleo tundit, securi secat, & diversitas operationis ex diversitate instrumenti est; intendit quidem artifex scissionem, sed quia talis intendit, non malleum, sed securim assumit, quæ de se ad talis determinata est: sic agens primum creaturæ causâ utitur, & ex determinatione ejus determinatur, ut si ignis debet produci, influentia primi agentis, quæ est dare esse productio, determinatur ex eo, quod igni agenti conjungitur,

gicur, cuius est talem determinatē transmutationem facere. Imaginabimur ulterius, quod agens principale male exequitur operationem suam, & deficit a regulis artis altero ex duobus modis, aut quia ipse male utitur instrumento, aut quia instrumentum deficit; & priori modo defectus agenti tribuitur, posteriori autem, non agenti, sed instrumento: agens primum non potest male uti instrumento: si quando ergo defectus reperitur, sive moralis, ut in peccatis; sive physicus, ut in monstris, ipsius est instrumenti.

Tandem: Instrumentum aliquando de se tale est, ut calor de se est virtus instrumentalis ignis; aliquando tale sit per formam ab ipso artifice acceptam, ut serra, vel dolabra: sic creatura ad opus naturale instrumentum est de se, per propriam nempē virtutem suę quidditatis operationem habet, ad quam applicatur; ad opus vero supernaturale formam accipit, qua sit instrumentum, id nempē, quo elevatur. Ex his ad propositum deducitur intenta conclusio: Peccatum non nisi per actum voluntatis electivum, & liberum committitur: sic ergo concurrit Deus ad actum peccati, sicut concurrit ad actum voluntatis, voluntatem applicat, & eā utitur. Tunc autem: Uoluntas, & est liberum arbitrium, qua ratione habet determinare al-

teram partem; & est voluntas, qua ratione habet exequi, & amplecti id, quod determinavit, non quod duplex sit actus; fuit enim una est potentia voluntas, & liberum arbitrium, ita uos est actus velle, & determinare, sive eligere; prius autem ex natura rei est determinare.

Ad utrumque ergo Deus movet voluntatem, aliter tamquam & quia prius est determinare, prius ad determinationem movet; non autem potest Deus mouere intendere, quare semper bonum movet; quia tamen motione, quæ electioni congruit, moralis est, & alectiva, illam Deum sic allicit, ut bonum determinet, non autem ipse determinat, quia liberam voluit: postquam ergo ipsa pro sua potestate, & domino sua libertatis alterum determinat per consensum, quod avertit aut à suggestione Diaboli, aut à vocatione Dei, Deus applicat ad actum, et determinavit, & eā utitur, quam instrumento defectuoso ipsa male determinavit; autem, si determinavit bene: quod ergo concursus Dei physicus operativus sit ad actum peccati, ipsius est voluntatis, & ipsius imputatur.

168 Hanc rationem latenter prosecuti, tūm, quia ad personam non tam probare, quam applicare intendimus presentem conclusionem, cam enim proba-

reasen hujus est hoc; tūm, quia  
haec via id assumit, quo potissi-  
mē contraria sententia nicitur,  
quod nempe Deus est primum  
movens, & eo debet creaturam  
præmoveare, & consequenter ad  
actum peccati prædeterminare:  
tūlo enim primum moventis crea-  
turam assumit, & cā tamquam  
instrumento utitur, sic autem, ut  
ipsum exigit instrumentum, &  
iuxta determinationem, quam  
Deus ipse in manu ejus reliquit,  
quod liberam condidit, & li-  
berè vult exerceri.

169 Aliam rationem ibi ha-  
bet B. D. quam, quia ad conclu-  
sionem principalem articuli opti-  
ma est, volumus huic addere: Si  
Deus non concurrit immediate  
ad actum peccati, sequitur, quod  
est duplex movens primum; sed  
est inconveniens: ergo. Pro-  
tegula maj. Quis tunc vo-  
lunt creatā ad actum peccati  
movens nulli subordinatum:  
ergo non esset primum ens,  
qui esse, & excitatem suam à  
Deo haberet, esset tamen pri-  
mū movens, quia in operando  
quod nulli subjeceretur, & hoc ad Ma-  
tice coacheitatum redit, ponit enim  
peccati duplex principium primum, al-  
iū principium boni, alterum mali. Hæc  
tūlo tantūm probat, quod ne-  
cessari est Deum concurrere ad ac-  
tum peccati, quod tantūm ibi  
intendit B. D. non tamen mo-  
tus ostendit, quia de hoc ipse  
probabiliter non intendit; ea

poterit ad principalem conclu-  
sionem applicari, quia si in ali-  
qua operatione Deus cum crea-  
tura non concurrit, in ea erit  
creatura movens primum ab ome-  
ni alio movente independens.

170 Ex his ad ea patet, quia  
bus argumentum defumunt Du-  
randus, & Aureolus contra con-  
cursum Dei ex concursu ad ac-  
tum peccati, propter quā potis-  
simū hīc inducitur hæc diffi-  
cultas; quia tamen de modo illius  
concurrus determinatum est,  
prius oportet commune funda-  
mentum solvere, quo nicitur sen-  
tentia intendens, quod concur-  
sus ille debet esse prædeterminans,  
nempe: Sicut Deus est pri-  
mū movens, sic est primum des-  
terminans; sed quia primum mo-  
vens movet, & applicat ad quam-  
libet operationem, & creature  
movet, ut mota, & applicata à  
Deo: ergo quia primum deter-  
minans eodem modo determi-  
nat, & creature semper determi-  
nat prædeterminata à Deo; ex  
quo sequitur, quod concursus ad  
actum peccati erit prædetermi-  
nans, non autem determinatus à  
creature.

171 Hujus difficultas tota  
nicitur in aquivocatione maj-  
non enim Deus sic est primum  
determinans, sicut est movere  
primum. Itaque movere est in li-  
nea physica, in qua Deus abso-  
lutè est prima causa; at verò de-  
terminare est in linea moris, in

qua non ita : ad bonum ergo Deus est prima causa, quare non solum movet, sed determinat etiam, salvâ tamen libertate, nempe per motiōnem congruam, ut infrā explicabitur articulo 6. at verò ad malum creatura sibi sufficit, est prima causa, & ipsa se determinat, quia id non est efficiere, sed deficere: quia ergo non est Deus absolute primum determinans, sicut est absolute primum movens, non ad omnem actum determinat, sicut ad omnem movet; quare ad formam neg. maj.

172 Arguit primò Lalem. ex Aureolo: Si Deus concurrit ad actum peccati, concurrit etiam ad deformitatem ejus; sed hoc implicat: ergo & illud. Majorem probat: Quando aliqua duo ita se habent, quod unum est privatio necessariò annexa alteri, agens in unum necesse est agere in alterum; sed ita se habet deformitas ad actum peccati: ergo. Maj. patet, quia enim nigredini illo modo conjuncta est privatio, seu non esse albedinis, impossibile est aliquod agens nigredinem attingere, quin eodem modo attingat non esse albedinis. Min. item patet, quia deformitas nihil est aliud, quam carrentia debitæ rectitudinis, quæ actu tali annexa est.

173 Resp. neg. maj. Ad prob. ejus disting. maj. Agens in unum sub illa ratione, qua alteri

annexum est, agit in alterum, conc. maj. agens in unum sub ratione, qua alteri non annectitur, neg. maj. & eodem sensu distingu. minor. Itaque in ipso argumentis exemplo patet, quod agens nigredinem attingat precise, & tantum sub ratione, qui est qualitas, non attingit ullo modo non esse albedinis, quia id nigredini annectitur sub ratione, qua est talis determinare qualitas; jam autem actus peccati habet annexam deformitatem precise, & tantum, quatenus est talis actus electivè positus; Deus autem neque electionis causa est, Deo enim ad bonum allidente creatura pro sua potestate malum determinat, nec actum attingit sub ratione, qua talis est, sed sub ratione, qua est actus eodem enim concursum oppositum poneret, si creatura oppositum elegisset, sicut artifex eodem impulso cum alio, & alio instrumento aliud, & aliud agit.

174 Arguit secundò: Initio odii Dei sic est annexa deformitas ipsi actu, ut ab eo minime possit separari, & ideo in Preceptis primæ tabulæ Deus non potest dispensare, quia impossibile est separare deformitatem ab actu: ergo ad talem actum Deus non potest concurrere, quin concurrat ad deformitatem. Confirmatur primò: Quæ sunt intrinsecè, sive ex objecto mala, non possunt sine deformitate ha-

ergo idem. Secundò: Quid est causa causæ, est causa causati per causam; sed actus peccati est causa deformitatis: ergo quod causat actum, causat deformitatem. Tertiò: Agens quantum dat de forma, tantum dat de consequentibus ad ipsam; sed ad actum peccati consequitur deformitas: ergo. Quartò: Creatura non alio peccat, nisi quia ponit actum peccati; sed si Deus ad tam actum concurrit, illum posuit: ergo. Quintò: Deus non concurrit ad id, quod prohibet; sed prohibet actum peccati: er-

go.  
175 Hoc argumentum cum suis confirmationibus eamdem precedentis difficultatem continet, & eadem solutione solvitur. Resp. itaque disting. antec. Est una deformitas ipsi actui in quod talis est, & elective ponitur, conc. antec. in eo quod est, & præcissivè ab electione, neg. antec. patet enim, quod à non habente electionem idem actus sine morali deformitate ponitur. Quo patet ad hanc confirmationem; quam sunt introsecè, sive ex obstante mala, si sine electione, & certate fiant, nullam habent determinatatem; Deus autem ad eum actus concurrit, tūm sub ratione, qua actus sunt; tūm non agens, sed determinatus ab electione creature.

176 Dices autem: Deus sic

est agens à proposito, quod nihil casu agit, & sine electione: si ergo ad hunc actum concurrit, eligit sic concurrere, & talem actum ex electione ponit. Resp. quod Deus ex electione agit, & eligit utique sic concurrere, sicut concurrit, nempe eligit libertatem creaturæ servare, & cum ea concurrere ad actum, quem ipsa eligit; quare eligit hunc actum attingere, non in eo quod hic est, sed in eo quod actus est; deformitas autem electionis huic actui annexatur in eo, quod talis est, sicut artifex eligit quidem hoc instrumento uti; si tamen instrumentum in se defectuosum est, operatio in eo, quod est defectuosa, non artificis est, sed instrumenti.

177 Sed instat Lalem. Si sit in manu artificis uti instrumento non defectuoso, & vitare defectum in opere artis, ipsi artifici attribuitur defectus; sed potest Deus facere, quod creata voluntas non deficiat: ergo aut ad opus non concurrit, aut ipsi tribuitur defectus; quod si hoc secundum est aperte absurdum, primum dici debet. Resp. quod artifex, si potest uti instrumento non defectuoso, nulla lege tenetur defectuoso uti; quare omnino liberè eligit defectum instrumenti, & hac ratione ipsi imputatur defectus operis; si autem nulum habet aliud, quia renetur hoc uti, non ipsi imputatur defectus

fectus operis: Deus itaque posset utique defectum vitare creatæ voluntatis, quia, ut ait S. Patens, habet humanorum cordium quod voluerit inclinandoram omnipotentissimam potestatē; quia tamen decretit, humanam voluntatem sui juris esse in eligendo bonum, aut malum, iustissimè quidem, & propter fines cuique notos, hac lege tenerit voluntate uti tamquam instrumento, prout ipsa electione sua se fecerit, aut recte, si ipsa benè eligit; aut defectuoso, si male: quia ergo quasi coactus defectuoso utitur instrumento, non ipsi defectus imputatur; & hoc est, quod per Iuliam dicit: *Servire me fecisti in iniurias bus tuis.*

178 Ad alias confirmationes ex dictis patet: ad secundam negatur min. deformitas enim in mala electione consistit: non autem actus est causa electionis, immo magis electio causa est actus; quia enim hanc partem determinat, objectum sub hac ratione movet, & hunc actum causat. Secundō: Dato, quod deformitas ex actu sequatur, & ab eo causetur, disting. min. Sed actus sub ratione, qua talis est, causa est deformitatis, conc. min. sub ratione, qua actus est, neg. min. & tunc sequitur, quod causa actus sub ratione talis, erit causa deformitatis, non autem causa actus sub ratione, qua actus est. Quo patet ad tertiam, tūm; quod

deformitas non sequitur ad actuū, immo magis actus ad deformitatem; tūm, dato, quod sequatur, quod non ad actum sub ratione, qua actus est. Ad quintum neg. antec. non enim quia actum ponit, sed quia ponit libera determinatione, peccat. Rursus: Dato, quod, quia actum ponit, eo est, quia illum ponit sub ratione talis, qua ratione annexam habet deformitatem. Ad ultimam: Prohibet Deus electionem, & actum tantum, ut ex hac electione oritur & dato, quod actum prohibeat, non ut actus est, sed ut talis est, ipsum prohibet, non autem ad illum sub hac ratione concurret.

Nonnulla S. P. tellimonia adducit N. Manso, ex quibus videtur colligi, Deum non concurrere ad actum peccati, ut lib. 3. de Civit. Dei cap. 9. sic habet. *Sicut enim omnium naturarum Creator est, ita omnium potestum dator, non voluntatum, neque quippe voluntates à Deo sunt, quoniam contra naturam sunt, quae à Deo est; idem habet de Spir. & Liter. cap. 31. & in Conf. cap. 11. & lib. 2. de Lib. Artb. cap. 20. & sāpe alibi. Responde autem, quod loquitur S. P. de electione ipsa, quę sola est contra naturam; actus enim, de qua querimus, physica, & naturalis entitas est, aliter non est, considerabitetur de concurso Dei ad ipsum.*

## ARTICULUS V.

*Concursus Dei sit physicè prævius ad actionem causæ creatæ?*

J. I.

Referuntur Sententiae:

179 **L**ITEM aggredimur proflus interminatil, non tamen rei difficultate, quia partium pro sua quæque sententia ardore vehementissimum quantumcumque itaque versus brevitat consulere, oportet immorari aliquantulum. Siquidam autem, quod eadem natura difficultas, & eodem modis currunt DD. utriusque sententia de concursu Dei cum naturali, & cum libero arbitrio; nobis autem diversa est hisque ratio, & aliter de utroque concursu philosophandum; ut hoc articulo de concursu agemus cum causa naturali, & in sequenti de concursu cum libero arbitrio.

P. de 180 Prima itaque sententia omnino concursum Dei solum, contendens sufficiens salvari subordinationem causandæ ad primam, & ratione primi moventis in Deo per quod Deus simul cum crea-

tura causet actionem; qua ipsæ operator. Ita universim tenent Doctores Societatis, & communiter Scotistæ. Secunda sententia per oppositum docet, concursum Dei esse physicè præviu ad operationem creaturæ. Ita tenent Thomistæ; & de Nostris Villanova, Gavardi, Manso, & aliis esseque de mente Resoluti, docet Eliseus 8. Physic. dist. 3. quest. ultima.

Triplici potissimum modo hæc sententia defenditur: primus dicendi modus ponit, hanc Dei motionem esse quid in creatura receptum, realiter distinctum, & physicè præviu ad operationem creaturæ, habensque physicam causalitatem in ipsam; quare hoc præviu, in quo consistit concursus Dei, se tenet ex parte actus primi, seu virtutis activæ, & ipsam compleat, atque determinat; quod proinde aliqui dicunt motionem prædeterminantem, alii qualitatem fluidam, & universim prædeterminationem physicam. Hunc modum tenent Antiquiores Thomistæ, ex Modernis, quamvis non sit adeo frequens, ac alii, ei ita mordacius adhærent Complutenses, ut assertant non esse censendum S. Thomas discipulum, qui hanc fluidam qualitatem non teneat, de quo multum queritur Illustrissimus Palanco. Secundus dicendi modus ponit quidem aliquid præviu in creatura receptum, ip-

sam movens ad operandum , ne-  
gat tamen physicè movere , aut  
physicam causalitatem habere in  
operationem , sed tantùm mora-  
lem , nempe causalitate finis , &  
alliciendo movet . Ita tenet ex  
Thomistis Illustissimus Araújo ,  
& ex Nostris latè Villanova , tūm  
hīc , tūm in Promptuario de Pre-  
scientia Dei .

Tertius dicendi modus po-  
nit cum primo , concursum Dei  
non moraliter solum , sed physi-  
cè etiam movere , negat tamen  
fluidam qualitatem , & quidquid  
aliud ponatur in creatura recep-  
tum præter ipsam ejus actionem ;  
quare ponit , concursum Dei ac-  
tivè sumptum consistere in ipso  
Dei velle , formaliter verò in ac-  
tione creaturæ prout à Deo ; quæ  
tamen prout à Deo prior est se  
ipsa prout à creatura : movere er-  
go Deus creatam causam causan-  
do in ea ipsam actionem suam  
sub ratione communī , & hac mo-  
vetur creatura ad eamdem cau-  
sandam sub ratione particulari .  
Hunc modum in Scholas Sal-  
mantenses primū invexit Il-  
lustissimus Palanco ; sed , ut non  
levibus conjecturis Nostrī colli-  
gunt , priùs excogitavit N. Ga-  
vardi ; ad prælens hic est frequen-  
tior inter Modernos ; hac via  
præmotiones defendit ad men-  
tem Resoluti Eliseus ubi suprà ;  
eādem procedunt NN. Gavardi ,  
& Manso ; quod enim hic specia-  
le habet , ad sequentem pertinet

articulum de concursu cum cau-  
sa libera .

181 Ibi sunt frequentiores  
dicendi modi , quos quamquam  
non sit animus pro dignitate ex-  
pendere , nostrum nihilominus  
de singulis judicium qualem-  
que feremus . In primo dicendi  
modo illud prævium creature  
impressum physicè movens ad  
operationem , displicet omnino ;  
in causis quidem liberis , quo-  
niam dominium eligendi , in quo  
libertas consistit , agrè relinquit ,  
de quo sequenti articulo ; in na-  
turalibus autem , quia omnino  
superfluum , motio enim moventis  
in moto est motus ipse , ut ex  
Philosopho habet S. Thomas in-  
frā adducendus : imaginabilium  
enim instrumentum , quod ab  
agente principali movetur , &  
applicatur , puta , serra ad actum  
scindendi ; nihil autem ab arti-  
cle serræ imprimitur , quo sic ap-  
plicetur , sed per hoc solum  
quod ipsam assumit , motu  
motum ejus causat : quod clavis  
patet in instrumento conjunto ,  
seu naturali virtute efficientia  
causæ ; simili enim ad præsens in-  
stitutum exemplificat D. Tho-  
mas de manu applicante acume  
cultelli ad scindendum , & de ig-  
ne per calorem calefaciente , lo-  
cum infra dabimus §. 3. sicut  
ergo ignis agens principale mo-  
vet , & applicat calorem ad ac-  
tum calefaciendi tamquam in-  
strumentum suum , sive virtutem

instrumentariam sibi conjun-  
ctum, quin tamen aliquid acci-  
pimus ab igne derivatum, &  
calori impressum, sed per hoc  
solam, quod ipsam caloris in-  
fluentiam simul cum eo causat,  
Deus creaturam applicat, & ad  
agendum movet, per hoc solum,  
quod ipsam ejus influentiam in-  
tendit, & simul cum ea causat.

182 In secundo dicendi mo-  
do, quo moralis tantum motio  
movetur, displicer, quod ratio-  
nem primi moventis in Deo non  
alvat sufficienter, relinquitur  
creatura primum efficiens:  
quod primò patet in ipso Deo,  
quod efficiens à se ipso ut fine  
movetur; hoc autem non tollit,  
quod sit primum efficiens, quia  
ab alio efficiente dependet:  
ergo creatura non à Deo de-  
pendet in genere efficientis cau-  
sanavis dependeat in genere  
finis, non erit quidem absolutè  
causa, quia ab alia causa  
dependet, erit tamen prima in  
genere effectivo, quia in tali ge-  
nere non dependet. Patet dein-  
de in causa formalis: Movetur  
nimis forma ab efficiente, sicut  
efficiens à fine; per hoc autem  
causa formalis non est absolutè  
causa, quia ab aliis causis de-  
pendet, quia tamen non ab alia  
dependet in suo genere, est in  
genere prima: si ergo est in-  
veniens, quod creatura dica-  
efficiens primum, à Deo de-  
poni dependens, non utcum-

que, sed physicè, & in genere ef-  
fectivo. Neque sufficit, quod à  
Deo accipit virtutem efficiendiz  
quia, ut contra sententiam Du-  
randi articulo præcedenti supa-  
ponunt omnes, per id solum sal-  
vatur dependentia in actu pri-  
mo, non autem in actu secundo,  
& quantum ad operari.

Præterea: Illa inclinatio,  
secundum quam finaliter move-  
tur à Deo naturalis causa, per-  
manens est in ipsa; sed motio,  
qua Deus concurrit ad operatio-  
nem causæ creatæ, transiens est,  
& in ipso exercitio operandi  
exercetur: non ergo in illa incli-  
natione, qua finaliter allicitur,  
consistit præcisè, & tantum con-  
cursus Dei. Insuper: Non aliter  
Deus operationem causæ creatæ  
impedit, quam subtrahendo  
concursum suum; sed non sub-  
trahit illam inclinationem: ergo  
non in illa consistit concursus.  
Patet min. tūm, quia illa incli-  
nation naturalis est, & transcen-  
dens passio; tūm, quia ignis Ba-  
bylonicus per hoc, quod San-  
ctos Pueros non combusit, non  
amisit naturalem inclinationem  
ad actum comburendi.

183 In tertio dicendi modo,  
quo concursus Dei formaliter,  
& ex parte creaturæ ponitur in  
ipsa actione creaturæ prout à  
Deo, quid habeat iste modus ul-  
tra id, quod ponit prima senten-  
tia præter mera verba, ego pe-  
nitūs non video, si standum est

communibꝫ, & indubitatis principiis in Schola Thomistica: Actio enim creaturæ prout à Deo non distinguitur physicè, & realiter à se ipsa prout à creaturæ; sed sine physica distinctione non fiat physica causalitas, motio, & influentia: ergo concursus Dei formaliter, & ex parte creaturæ non est aliquid physicè præsumum ad operationem ejus; & quod possit ipsam physicè præmoveare, & prædeterminare ad operandum; & hoc tantum intendit excludere prima sententia, & de hoc est tota controversia. Major hujus discursus ab ipsis supponitur hujus modi Doctoribus, & à nullo poterit Thomista negari; supponitur quidem, quia actio creaturæ prout à Deo, & prout à creatura eadem actio est sub alia, & alia consideratione, sive sub alia, & alia habitudine; à nullo negabitur Thomista, quia ratio communis, & particularis ejusdem entitatis apud ipsos non distinguuntur physicè, aut ullo modo realiter, sed tantum virtualiter, aut per rationem. Min. nota est, tūm, quia realis, & physica causalitas nequit esse ad se ipsum; tūm, quia causati ad causam suam est realis relatio de secundo modo relativorum.

Præterea: Actio creaturæ prout à Deo est actio sub ratione cōmuni, prout verò à creatura est actio sub ratione particulari; sed actio sub ratione cōmuni est fog-

malitas metaphysicā, & præcissio nostri intellectūs, quæ proinde nec physicam influentiam se ipse terminat, nec physicam prioritatem habet: si ergo influentia Dñi nihil aliud in creatura causat quam ipsam ejus actionem ratione communi, non physica prævia est ad influentiam creaturæ, neque eam physicè præmoveat, sed sicut in termino illius influentie id, quod à Deo est, id, quod est à creatura, physicū simili est, quippe est physicū idem, nempe ipsa actio creature sub alia, & alia ratione; ita ut usque causa concursus physicū simili est, & solū habet ordinem, & præcedentiam secundum rationem.

Insuper: Actio creaturæ frequentiori Thomistatum sententia, quam multi tenent, cum quibus hic agimus, præferunt Nostri, non in creatura est, sed in passo; at concursus Dei, quippe ipsam movet creaturam, creatura debet esse: non ergo consistit in actione creature, ut à Deo. Confirmatur: Actione est in agente, aut in passo; si primum, actio, qua Deus concurrevit, in ipso est Deo, & ex eiusdem ex actione creature effectus sequitur, & tunc concursus Dei, licet possit intelligi prævius quatenus sub priori ratione producit, non autē moveat causam creaturam, quod tamen ipsi posse intendent; & autem dicitur le-

§. II.

*Proponitur nostra sententia, &  
probatur ex Nostro  
Doctore.*

184 **N**Ostra sententia est, quod Deus movet, sive etiam præmovet causas creatas ad operandum; in ipsa autem causa creata nihil datur physicè præsum ad operationem suam. Sensus est, quod actio, qua Deus cum creatura concurrit, si sumitur causaliter, sive activè, ut se tenet ex parte Dei, physicè prævia est, & ipsam creaturam hoc sensu movet, sive etiam præmovet physicè; si autem sumitur formaliter, ut se tenet ex parte creaturæ, ipsa est creaturæ influentia, non pro aliquo priori à Deo, quam à creatura, sed simul ab utroque; quia tamen, ut bene observat P. Suarez, concursus hoc secundo modo dicitur, quia concursus, ut ex ipsa patet vox, est cum alio cursus; absolute loquendo, concursus Dei cum creatura non est physicè prævious, sed simultaneus. Notandum autem, quod tota controversia nitiditer videtur in quibusdam Sanctorum locutionibus, quibus dicitur Deum movere, applicare, excitare creaturas ad operandum; has autem sic accipit una sententia.

glaz

tia , quòd aliquid propugnet in creatura receptum, quo moveatur , quod proinde dicit præmotionem, seu motionem præviam; altera autem sententia , ut hoc excludat in creatura receptum, sic negat motionem præviam, quòd absolute non admittat locutiones illas : utrumque autem est extreimum ; neque enim negari potest , quin Deus moveat , & quia motio moventis prior est motu mobilis, etiam præmoveat; neque , ut hoc salvetur , oportet ponere concursum prævium , aut aliquid in creatura receptum, quo ipsa moveatur , præcedens aliquo sensu influentiam ipsius creaturæ.

185 Probatur itaque nostra sententia , primò ex B. Doctore in 2. dist. 1. p. 1. q. 2. art. 6. quo præsentem difficultatem ex instituto versat: Quomodo nempe Deus cum naturali causa concurrit in operibus naturæ? Notandum autem , quòd in noviori Impressione Cordubensi Operum B. Doctoris, magno errore prætermitti sunt 5. & 6. articulus illius questionis, quare litera ejus querenda est in antiquioribus. Ibi ergo §. Prosecutis ergo, sic proponit conclusionem suam: *Dicamus, quòd, ut potest patere per jam dicta, agentia secunda non sunt privanda propriis operationibus; & Deus non est excludendus à quoilibet opere, quin ipsum etiam immediatè agat.* Quod

postquam latè explicat , tūm ex Divo Dionysio 4. de Divin. Nominibus, tūm ex proposit. 24. de Causis sic concludit: Calefactio ergo , quæ est actio ignis , tota est immediate à Deo, ut est ens, & ut convenit cum qualibet alia actione: & tota est immediatè ab igne, ut est tale ens , & ut differtur alia actione. En non solum effectum , sed actionem ipsam causit Deus immediate ; si autem quid creature imprimaret, quo ipsam moveret, non immediatè ipsa actio esset à Deo , sed mediante hoc prævio ad actionem.

Rursus , ibi in excludendo errorem secundum, §. Aliqui verò, ita habet: *Nam, ut diximus, quæcumque agit Deus mediata, agit etiam immediatè: nam Deus dat virtutem secundis agentibus, & virtute ejus applicantur secunda agentia ad effectus suos, & est in qualibet actione causam eam, & conservans eam in se.* En Deus actionem ipsam causat immediate , quatenus nempe causam secundam movet , & applicat ad agendum , & sic mediata causat actionem ; sed enitem etiam immediatè actionem ipsam causat, quatenus nempe creatæ causæ coinfluit , & simul cum ea causat, scilicet, ut est, & convenit cum qualibet actione, causat immediatè, ut tale esse habet, & à quavis alia differt, causat mediante causa creata. Rur-

paucis interjectis, ita condidit: *Qualibet ergo actio causa secundis agentibus est à Deo immediate; quia quod secunda agens agat, hoc habent à Deo;* & est *Dio immediate, quia in qualiter est Deus intimus causans, conservans, & producens tam instantiam rei, quam ejus esse, & tamquam ejus actionem.*

186 Ne autem uno tantum loco B. Doctoris videamur innipi, quamquam is sufficiat, in eodem ex instituto de praesenti difficultate queritur, ex aliis B. D. his ulterius ostenditur conclusio, itaque in eodem 2. dist. 18. 1. art. 1. dub. 1. later. ita hanc agens de virtute seminis ad generationem: *Certum est enim, quia illa virtus est creatura, sed ratio ejus attribuitur principi Divinis, quia quidquid facit, vult in virtute Divinorum proorum, id est, Dei, & mortuum: posset enim Deus nisi per se ipsum facere, sed si vult bonitatem suam comunicare creaturis, ideo vult, nos naturas suas esse coadjutores ut secundum hunc ordinem mis ab ipso procedant.* En agit in virtute Dei, hoc est, simul, & applicatum à Deo, serra agit in virtute artificis, & hoc est, mota, & applicata artifice, de quo ibi exemplificatur, ut opus generationis vel physice sit ab utroque, si-

cut scissio simili physicè à serra procedit, & à manu applicante.

187 Rursus, in eodem 2. dist. 28. q. 1. art. 1. §. Cùm ergo queritur, ita habet: Operatur enim Deus in omnibus operibus naturæ, non solum naturam conservando in esse, sed etiam ipsa opera naturæ operando. Non quod res sint destituta propriis operationibus: crit enim una, & eadem operatio à Deo, & à natura, sed à Deo principaliter, à natura instrumentaliter, sicut unum, & idem opus artis erit ab artifice, & à dolabra. Ut enim hæc natura inferior comparata ad corpus supercœlestis est organum ejus, ut patet ex 2. de Gen. ita quod ignis non possit aliquid facere, neque generare ignem, nisi ut est organum Cœli; propter quod omnia, quæ hic inferioris aguntur naturaliter, reducit Philosophus in corpora supercœlestia, dicens, quod Sol, & homo generant hominem: & si hæc corpora inferiora nihil agunt, nisi ut sunt organa Cœli, multi magis omnia ista inferiora, & omnia supercœlestia, & omnes naturæ creatæ nihil agunt, nisi ut sunt organa Dei. En iterum sicut artifex movet instrumentum, ita tamen quod opus artis est simil similitate physica ab instrumento, & à manu operante, ita Deus naturam movet, & in omni operæ naturæ operatur.

Ex hoc autem loco ratio potest deduci non contemnen-

da: Non solum à Deo movetur naturale agens ad operandum, sed etiam à Cœlo moventur hæc sublunaria; sed concursus movens influentia Cœlestis nequit esse aliquid causæ inferiori impressum prævium ad operationem suam, sed hoc solum, quod opus, & operatio inferioris causæ simili simulata physica sub alia, & alia ratione est ab utriusque influentia: ergo pariter de concursu Dei. Probatur min. Si enim concursus, quo movet influentia Cœli, aliquid est inferiori causæ impressum, hoc aliquid differt ab eo, quod imprimit motio Dei; tunc autem, sicut Cœlum Deo subjicitur, & à Deo movetur, sic id, quod Cœlum imprimit, ei subordinatur, quod imprimit concursus Dei, & erit in causa creata duplex præmotio, sive qualitas fluida per ordinem se habens, & insuper concursus Dei non immediatè, sed mediante tantum hac motione à Cœlo impressa attingit actionem causæ inferioris; quod utrumque patet esse falsum.

188 Rursus, ibidem art. 2.  
*¶ Dicemus ergo*, sub medium ita habet: Deus enim dat rebus naturalibus esse, conservat eas in esse, & movet virtutes naturales ad operandum. Et paucis interjectis, hoc tertium explicans, ait: *Est etiam Deus tertius operator omnium operum naturgrium, quia, ut diximus, extincia esset*

operatio naturæ; si Deus subtraheret operationem suam. Omnia enim opera nostra, & naturæ operatur Deus: nam, ut supra tetrigimus, omnes naturæ, & omni creature comparantur ad Deum, sicut organa: sicut ergo quidquid facit organum, ut organum est, facit artifex, quia serra non secat nisi mota ab artifice, propter quod opus serræ magis est opus artificii, quam serræ; sic omnia opera naturæ magis sunt opera Dei, quia naturæ. Idem habet art. 4. dub. 1. later. ¶ *Habemus enim*, & q. 4. de Esse, & Essentia.

In his ergo locis, & sequentiis alibi, quoties de concursu Dei, & creature ad naturalem operationem loquitur, creaturam assimilat instrumento, & intendit, quod sicut operatio artis est ab artifice, & instrumento, ita operatio naturæ est à naturali causa, & Deo ipsam moveante; jam autem operatio artis sic est ab artifice, & instrumento, quod non potest alicui priori ab artifice, quam ab instrumento, neque aliquid ab artifice descendit, quo instrumentum moveatur, sed per hoc solum, quod instrumentum affumit, & influentiam suam instrumento conjungit, ipsam moveat, & applicat, & operatio similiter ab utroque, tota à quolibet sub alia, & alia ratione: pariter ergo Deus movet naturalem causam, & operatio ejus est à Deo immediate, non quidem ita quod fit

Dō prius, quām à causa creatā; ut aliquid à Deo ipsi causa imprimatur, quo ea moveatur, sed per hoc solum, quod influentia Dei influentiæ conjungitur hujus maz, quo effectus ab utraque et, totus à qualibet sub alia, & ditione.

Non me latet contendere nonnullos, instrumentum elevari si opus principalis agentis per qualitatem sibi impressam, quam dicunt impulsū; cūm enim S. Thomas, & frequētissimè Sancti, & Doctores hoc utantur exēplo instrumenti ad explicandam dependentiam creaturæ à Deo in operando, coguntur ponere in instrumento illam fluidam qualitatem, quam in creata causa prouenant. Sed de hoc infra agimus ex instituto, dum de causa efficiente: interim, quod nulla qualitas intervenit, patet ex eo, quod eodem motifex utitur ferrā ad scindendum, & ignis calore ad transmutandum lignum ad formam quis; & eodem tenore D. Thomas utroque utitur exemplo, ut videbimus; at patet, quod calor nullam imprimit qualitatem, qua ipsum elevet ad actionem producendi substantiam ergo pariter. Deinde: Ferens alienum patet, quod non alii motifex ferram applicat, & ad dividendum movet, aut elevat, cum conjungendo manum ferram, & ipso motu manus moyen-

Tom. II.

do ferram; sed nulla est hic qualitas, aut impulsus, neque aliud quid præter motum manus ferræ conjunctæ, quo movetur & ferrata, & qui est influentia artificia superflue ergo qualitas impressa configitur.

189 Duo hic annotanda sunt: alterum est, quod, ut ait B. Doctor, tam effectum causæ creatæ, quām actionem ejus causat Deus mediately, & immediately: nemp̄ tam in effectu, quām in actione accipitur, quod est, seu esse habet, & quod tale quid est: quatenus est, & esse habet, influentia Dei terminatur ad actionem, & ad effectum, & sic est utrumque immediately à Deo; quatenus autem tale quid est, est à causa creatæ, quare sic est à Deo mediante causa creata, & influentia Dei hoc sensu terminatur ad ipsam causam cretam, ipsam moveret, & per ipsam effectum causat, & actionem sub ratione particulari: quia ergo hoc secundo modo influentia Dei causa est influentia creaturæ, hoc sensu physicam præcedentiam habet realis causalitatis; & hoc est, quod ait Philosophus, quod motio moventis prior est motu mobilis ratione, & causa, comparatur enim creatura ad influentiam Dei ut mobile, seu motum, quippe movet, & infinita mota à Deo, & ut secundum movens; haec autem Dei influentia sic præcedens, & movens non est concursus, sive ac-

Ddd

actio.

tio Dei formaliter, & ut se tenet ex parte creaturæ, sed causaliter, & ut se tenet ex parte Dei, quare est velle, vel, si mavis, exercitium Omnipotentiæ tota aternitate præcedens; & hoc est, quod asserit prior pars nostræ Conclusionis: præter hoc autem ex parte creaturæ, quidquid ponatur, physicè simùl est cum influentia creaturæ, imò nihil aliud est reperire, quam ipsam ejus influentiam sub alia, & alia ratione à Deo, & à creatura.

Alterum, quod debemus notare, est, quòd nonnulli ex Authoribus primæ sententie sic excludant concursum Dei prævium, quòd velint, influentiam Dei nullo modo ad causam creatam, sed simùl cum causa creata ad actionem ejus terminare. Sed iste sensus, cuiuscumque sit, certè enim illum videtur intendere P. Molina, à nobis admitti non potest, imò neque illum intendit P. Suarez, ut poterit constare legenti ipsum disp. 22. Metaph. qua de hoc determinat. Itaque negari omnino non potest, quin causa creata est movens motum, quare movet, & inflabit ut mota à Deo; patet autem, tūm, quòd motum terminat influentiam moventis; tūm, quòd si influentia Dei non terminatur ad causam creatam, non eam Deus moveat, sed influentia ejus ab ipsa incipit, neque in aliud refunditur, cuius influentiam ipsa ter-

minet. Deinde: Si Dei influentia non terminatur ad causam creatam, actionem, & effectum non agit Deus mediante causa creata; & quia ab ea est rām actio, quam effectus sub ratione talis, non erit à Deo sub illa ratione, at oportet, ut ait B. D. actionem, & effectum à Deo esse mediati, & immediati; nempe immediati, quatenus est; & mediante causa creata, quantum tale quid est: ergo oportet Dei influentiam non solum immediatè ad actionem, sed ad ipsam etiam causam terminari.

Probatur Conclusionis B. Doctoris ex communi doctrina utriusque sententie.

190 Q Uamquam nostra non est mens S. Thomæ expa-

dere, quia tamen præsens difficultas potissimum de mente ipsius controvertitur, volumus ex ipso, & aliis utriusque sententie Doctoribus ostendere, quòd nihil aliud intendunt, quam sum nostræ Conclusionis; & quidem de mente S. Thomæ Moderniores Thomistæ contendunt velle S. Doctorem, quòd cursus Dei in causa creata ei ipsa ejus actio prout à Deo, impo-

intertius modus dicendi illius sententia; hoc autem, ut jam patuit, est in re id ipsum, quod ponit prima sententia. Loca itaque S. Thomæ ea accipiemus, quæ pro contraria sententia adducit Lemnos 3. lib. Panop. quo de hoc laudissime agit, & qui ab ipsis Thomistis in præsenti controversia Princeps habetur.

191 Prima itaque probatio ex duplice desumitur testimonio Philosophi, quod utrumque assumit S. Thomas: primum ex 3. Phys. text. 18. quo afferit, quod *ratio moventis in moto est motus*. Hoc assumit S. Thomas in 1. 2. quæst. 110. art. 2. ad hoc ipsum, tempè, ut probet, quod motio præcipua, qua Deus movet voluntatem, non est qualitas aliqua, sed motus quidam animæ. Alterum testimonium est, quod *ratio moventis est prior motu* *nihil ratione, & causa*. Quod admittit S. Thomas 3. contra Gentes cap. 149. Ex hoc secundo testimonio probant Moderni Thomistæ tertium illum dicendum, quod nempè actio creaturæ prout à Deo motio prævia ad se ipsam prout à creatura, quia prior esse debet non solum ratione, sed causalitate etiam. Male tamen: Quia motio moventis, aut accipitur in movente, aut in moto; & in movente quidem prior est ratione, & causa, non tamen est motus ipse; in moto vero est motus ipse, & hac

ratione non est prior ratione, & causa; quare motio moventis in Deo movente significat ipsam ejus influentiam tota æternitate præcedentem motum creaturæ, in creatura autem mota significat ipsum ejus motum, sive influentiam: quod ergo vere afferatur de motione aliter, & aliter accepta, malè eidem applicatur, sive in eadem acceptione.

Ratio itaque ex his sic formatur: Motio moventis non solum ratione, sed causalitate etiam præcedit motum mobilis; sed sic tantum potest præcedere influentia Dei, ut est in ipso Deo, neque est aliquid accipere ex parte creaturæ reali prioritate causalitatis præcedens motum, & influentiam ejus: ergo stat utraque pars conclusionis nostræ, & quod motio Dei causaliter, ut se tenet ex parte Dei, physicè præcedit, & præmovet; & quod formaliter, sive ex parte creaturæ, nihil est physicè prærium ad actionem ejus, sed ea est physicè simùl à Deo, & creatura. Majoris hujus discursus ipse est Philosophi textus, quem assumit S. Thomas, & ratione patet, quia moventem moveare causa est, quare motum moveatur. Minor ex altero testimonio ostenditur: Concursum Dei formaliter, ut se tenet ex parte creaturæ, est motio moventis in moto; sed motio moventis in moto est motus: ergo non est aliquid physicè, & reali-

tè prius ipso motu. Minor est ipse textus; conseq. autem manifesta est, tūm contra qualitatem fluidam, quia ea non est motus ipse; tūm contra actionem prout à Deo, quia ea non est realiter prior, & causa sui ipsius prout à creatura.

192 Secunda probatio ex testimonio desumitur, quod ipse Lemos dicit clarioribus verbis expressum, quām à se posset adhiberi, id habetur quæst. 3. de Potent. art. 7. ubi S. Doctor explicans modos, quibus Deus in natura operatur, in corpore articuli ita habet: *Sed quia nulla res per se ipsam movet, vel agit, nisi movens non motum, tertio modo dicitur una res esse causa actionis alterius, in quantum movet ad agendum; in quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis activa, sed applicatio virtutis ad actionē; sicut homo est causa incisionis cultelli, ex hoc ipso, quod applicat acumen cultelli ad scindendum.* En actio creaturæ est à Deo, & creatura, sicut scissio est à manu, & cultello; sed scissio non priùs à manu, quām à cultello est, sed quāmvis manus motu suo cultellum moveat, simili est ab utroque, & illo motu manus per cultellum sit scissio: ergo pariter.

Rursus: in solut. ad 3. ait: *Dicendum, quod in operatione, qua Deus operatur movendo naturam, non operatur natura, sed*

*ipsa naturæ operatio est etiam operatio virtutis Divina, sicut operatio instrumenti est per virtutem agentis principalis.* En ubi clare ait, quod operatio naturæ est etiā operatio virtutis Divine, nūc pè ab utraque virtute simul procedit influentia illa, ubi nihil significatur physicè prius operatione naturæ, nisi ipsa Dei influentia, seu actio causaliter, ut se tenet ex parte Dei; quod autem ait S. Doctor, quod natura non agit, sensus est, quod, quia ipsa natura agit mota, & applicata, magis agitur, quām agit, & magis in ejus operatione operatur Deus, quām natura.

Præterea: in solut. ad 7. ait: *Dicendum, quod virtus naturalis, que est rebus naturalibus in sua institutione collata, inest ei ut quedam forma habens effectum, & firmum in natura; si id, quod à Deo fit in re natura, quo actualiter agat, est ut intentio sola habens quoddam effectum completum, per modum quārū res sunt in aere, & virtus in instrumento artificis: sicut ergo securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in capmanens, non autem dari potuit, ut virtus artis esset in ea, quia quedam forma permanens, non haberet intellectum; ita re naturali potuit conferri virtus propria, ut esset forma in ipsa permanens, non autem vis, qua ad esse, ut instrumentum pri-*

causa. Hoc potissimum testimonio expressam putant Thomistæ qualitatem prædeterminantem, & eum multum innicitur Ferrar. in 3. contra Gent, cap. 70.

Sed mens, & intentum S. Doctoris planè constat ex ipso, quo utitur, exemplo: & certè, si bene perpendantur verba S. Doctoris, mirum est, quomodo hinc physicam præmotionem potuerit quis deducere: vere quidem aliquid à Deo impressum videatur verba sonare, sed expresse ait, quod illud est non aliquid reale, analiqua realis immutatio, sed intentio sola, per modum, quo colores sunt in aëre, & virtus artis in instrumento; at intentio vera repræsentatio est, & quæ agit physicè movere, aut physicam causalitatem habere: nihil ergo inde ad propositum. Sicut igit in aëre non verus est color, sed quædam repræsentatio, quæ dicitur intentio coloris; & in instrumento non est forma imaginata, & directio ad opus intentum, quæ est virtus artis, neque potuit talis conferri instrumento, nisi haberet intellectum; quare ei tantum, ex quo sumitur à principali agente, & dirigitur ad opus suum, repræsentativè dicitur conferri, & per modum cuiusdam intentionis ille directio, & ordinatio ad opus principale; ita creatis causis collata est quidem naturalis virtus per modum forma realis, qua

ad naturalem transmutationem agunt, ad esse autem solum potuit conferri virtus per modum intentionis, quod nempe per modum instrumenti assumptæ, & motæ à Deo agant, sicut ferræ ab artifice, in quo nihil est physicum, aut physicè præsumum.

193 Tertia probatio desumitur ex 3. contra Gentes cap. 70. qui locus Thomistis est sollemnis probatio pro sua prædeterminatione: ibi ergo S. Doctor explicandum assumit, quomodo idem effectus à Deo est, & à natura, & in corpore ita ait: *Virtus autem inferioris agentis dependet à virtute superioris, in quantum superius agens dat virtutem ipsam inferiori agenti, per quam agit, vel conservat eam, aut etiam applicat ad agendum, sicut artifex applicat instrumentum ad proprium effectum, cui tamen interdum formam non dat, per quam agit instrumentum, neque conservat eam, sed dat ei solum motum.* Intendit itaque S. Doctor, quod sicut eadem operatio artis est ab artifice, & ab instrumento, sic eadem operatio naturæ est à Deo, & à naturali causa, magis autem à Deo est operatio naturæ, quam ab artifice operatio instrumenti, quia artifex neque dat formam, aut virtutem, qua agit instrumentum, neque eam conservat, sed tantum dat motum; Deus autem ipsam etiam virtutem dat, & conservat: ex his er-

go solum habetur, quod Deus movet, & applicat influentiā suā creatam causam, & quod hæc influentia physice prævia est ad actionem causæ motæ; at, quandoquidem sic movens tantum dat motum, non aliquid physicè prævium causat, neque concursus Dei, ut se tenet ex parte creaturæ, physicè prævius est.

Clarius id ipsum ex altero exemplo colligitur, quo S. Doctor resolutionem concludit, ait itaque: *Sicut igitur non est inconveniens, quod una actio producatur ex aliquo agente, & ex virtute ejus, ita non est inconveniens, quod producatur idem effectus ab inferiori agente, & à Deo, ab utroque immediate, licet alio, & alio modo.* En id ipsum intendens, nempè explicare concursum Dei cum causa inferiori, exemplum assumit de causa principali, & ejus naturali virtute, ut sicut calefactio à calore est, & ab igne, & ignis calorem applicat, & movet ad calefaciendum, sic Deus creatam causam movet, & applicat ad agendum, & ejus actio est ab ipsa, & à Deo. Ex quo habes primum, quod concursus Dei non est physicè prævius, simili enim calefactio est ab igne, & calore; neque quamvis ignis calorem movet, & applicat, aliquid erit reperire calor impressum, aut prævium ad influentiam ejus: habes secundum, quod non applicatur instrumen-

tum per qualitatem aliquam ipsi impressam; eodem enim modo de instrumento loquitur S. Doctor, ac de naturali virtute.

194 Quarta probatio ex testimoniis desumitur, quæ ex Summa Theologica ipsi etiam Thomistæ adducunt: primum est in p. q. 2. art. 3. quo intendem deducere, quod deveniendum est ad primum motorem non motum, sic habet: *Quia movent secunda non movent, nisi per hoc quod sunt mota à primo movent, sicut baculus non movet, nisi per hoc quod est motus à manu.* His pariter aperte habetur, quod Deus movet creatam causam, consequenter, quod influentia Dei præcedentiam habet causalitatis ad influentiam causæ creatæ; sed pariter habetur, quod in causa creata nihil est physicè prævium ad influentiam suam; sicut baculus ipso motu manus, quo sumitur, non aliquid recipit, quo moveatur, sed motum ipsum, si simili est ab ipso, & à mano.

Præterea, in eadem i. p. q. 105. art. 5. ita habet: *Tenit considerandum est, quod Deus movet non solum res ad operandum, quasi applicando formam, & virtutes rerum ad operationem, sicut etiam artifex applicat secundum ad scindendum, qui tam interdum formam securi non tribuit, sed etiam dat formam curulis agentibus, & eas tentare esse.* En idem hic intendit, quod in

in precedentibus : patet ergo, quod S. Doctor, ubique sibi constans, nihil intendit, nisi quod Deus movet, & applicat, quare influentia ejus causalitatem habet ad influentiam creature, quod est prima pars conclusionis nostræ; quod autem in ipsa creatura aliquid sit prævium ad influentiam suam, quod sit concursus Dei prævius, nullibi vel leviter habuit; quare mitto cetera loca, non iam ex his patet mens S. Doctoris, & sensus, quem in illis intendit.

195 Deinde, quod P. Suarid ipsum intendat, quod potest nostra conclusio, de facile patere; solum enim potest se dubium de priori parte nostra conclusionis; aperte autem ipsum admittit, tum, quia explicando modos dicendi, qui sunt apertenti controversia, cit. dispeç. 2. sect. 2. num. 2. ita habet: *Tres igitur dicendi modi circumspectionem hanc esse possunt: primus est, hujusmodi concursum et aliquid per modum principii est. Quod duplicit. r potest intelligi: uno modo, quod tale principium sit in ipso Deo; Et hoc recte explicatum potest habere sensum verum, nos tamen nunc in eo non loquimur: Deus enim per voluntatem suam concurrit cum creatura ad actionem ejus, unde ipsius Dei volitio potest in suo ordine dici concursus Dei cum natura, latendit itaque, quod*

si concursus Dei accipiatur acti-  
vè, ut se tenet ex parte Dei, ipsa  
Dei volitio potest dici concursus  
Dei; & sic, ait, habere verum  
sensum, quod concursus Dei est  
aliquid per modum principii;  
Deus nempe illo suo velle causat  
actionem creaturæ; quare con-  
cursus hoc sensu habet prece-  
dentiā causalitatis ad actionem  
creatüræ, quam causat; quia ta-  
men potissimum intendit de con-  
cursu Dei, ut se tenet ex parte  
creatüræ, quia sic propriè con-  
cursus dicitur, ait, quod illum  
sensum non intendit: negat er-  
go, concursum Dei esse aliquid  
in creatura receptum prævium  
ad actionem suam, sive se habeat  
per modum principii, sive per  
modum conditionis, non autem  
quod influentia Dei, ut se tenet  
ex parte Dei, & est ejus velle,  
physicè prævia sit, & causalita-  
tem habeat in ipsam creaturæ in-  
fluentiam.

Tum deinde hoc patet: *Quia*  
expendens motiva, quibus con-  
traria sententia adstruit in crea-  
tura concursum Dei physicè præ-  
vium, alterum erat illa Sanctorum  
locutio, qua dicitur, quod  
causa secunda non agit, nisi mo-  
ta à prima. Hoc expendens num.  
47. non absolutè illam locutio-  
nem negat, sed tantum explicat,  
ut excludat sensum, quem inten-  
dit contraria sententia, nempe  
quod, ut agat mota à prima,  
non oportet ponere aliquid in  
ipsa

ipsa receptum, prævium ad operationem suam: concedit ergo, quod Deus movet influentiam suam causam secundam, causando in ea non aliquid, quod sit physica præmotio, sed ipsam ejus actionem; & quia motio moventis est prior motu mobilis, absolute concedit, quod Deus præmoveat; & tantum intendit, quod in creatura nihil est, quod sit præmotio; quare, quidquid sit de aliis, patet, quod non est ad mentem Suarii sensus ille, quem aliqui dicunt intendere Doctores hujus sententiaz, quod nempe influentia Dei non ad causam creatam terminetur ipsam movens, sed ad actionem ejus; ipse enim concedit aperte, quod Deus creaturam movet, & tantum negat, quod illam moveat per aliquid prævium in ipsa causatum. Quod item colligitur ex sect. sequentium. 12. quo statuit concursum causæ primæ ad ipsam secundam causam terminari.

Hæc volui latius expendere, quo pateat, in re nullam esse controversiam, neque aliud intendere S. Thomam, quam id, quod libenter concedit P. Suarez, quod nempe Deus physicè præmoveat; neque aliud fundamenta Thomistica convincunt, ut patebit expendendo singula; quare si horror deponatur, quo illa accipitur propositio propter sensum qualitatis prædeterminantis, ea verum habet sensum;

illa enim Dei influentia; quod creaturam movet, & ad agendum applicat, physicè prior est, & physicè ipsam creaturem influentiam causat, sicut influentia principalis causæ prævia est, & physicè causat motum instrumentum cum quo stat, quod motus ipsius instrumenti, & operatio artis physicè simul sit ab utroque. Et his itaque sufficienter probata manet conclusio nostra, amplius autem ea patebit solvendo motiva in contrarium.

## §. IU.

*Expenduntur fundamenta qualitatis prædeterminantis.*

196 A B authoritate quidem multa congerit Lemos, tūm ex Philosophia, tūm ex Divo Thoma, & aliis, quo ceteri desumptere; quismen iis omnibus solum habet, Deum movere, præmovere, & applicare causas secundas ad agendum, nullibi tamen, quod in causa secunda detur præmotio, seu aliquid physicè prævium ad operationem suam, ea praetermitto, quia sensus jam pertinet, quo libenter admittimus Deum præmoveare, nempe ad ipsum mouere, ut se teneret ex parte Dei, physicè prævium est;

quo stat; quod in creatura nihil datur physicè præsum, quo moveratur ad agendum.

197 A ratione ergo arguitur: Deus est prima causa: ergo in ratione causa, & causalitate procedit quaecumque causam creatam; sed si tantum simul natura, & per concursum simultaneum concorrit ad actionem creatæ, non procedit causalitate, neque tunc in exercitio caudatur ratio, quare sit prima causa: ergo facteri debet concursus prævio concurrere. Hæc subsumpta, in qua tantum est dissensio, probatur de facili, quo communis solutio præcluditur: si quo enim causa creata virtutem accepit à prima, salvatur, sed in actu primo, & quantum posse agere sit causa secunda dependens, & subordinata; si autem exercitio agendi simul, mutu ex quo actio procedit, & à creatura; in esse quidem, & conservari dependebit creatura à Deo, in agere autem non magis creatura cum Deo, sicut Deus cum creatura efficit, siquidem unaquæque causa propriæ influentiæ, & virtute simili elicunt.

Confirmatur: Movens prius naturam moveret, quam motum moveatur; sed in qualibet actione causa secundæ Deus est moveret, creatura autem mota à Deo ergo prius naturam est Deum movere, quam creaturam move-

ri. Major & est textus Philosophi supra adductus, quod *motio* *moveantis prior est motu mobilis;* & ratione patet; quia, quod movens movet, causa est, quare motum moveatur. Minor item, & est frequens locutio Sanctorum; & eo patet, quia creatura est secundum movens, seu, quod idem est, movens motum, dependens, & subordinatum.

198 Hoc argumentum, quod multiplici via urgent Thomistæ, id tantum probat, quod nos libenter concedimus, & non negat P. Suarez, nempe quod influentia Dei prævia est, & causalitatem habet in ipsam creatam causam influentiam, quod ipsam movet, & facit influere; non autem quod aliquid in creatura ponit physicè præsum ad influentiam suam, de quo solo controversia est. Ad formam itaque negatur subsumpta, & ad probat: dicitur, quod non solum virtutem agendi, sed ipsam etiam actionem habet à Deo causa creata; quare non solum in actu primo, & quantum ad posse agere, sed etiam in actu secundo subordinator, & dependet causa creata à Deo; sed per hoc tantum importatur, ut optimè ait Scotus, *ordo causarum;* cum quo stat, quod simul physicè sit ab utraque actio. Ad confirmationem conc. conseq. nihil enim inde ad propositum Deum enim poycre non significat aliquid in causa

causa creata; quare non habetur inde concursus prævius, sed quod influentia Dei prior est, quod nullus negat.

199 Arguit secundò: Concursus, qui terminatur ad actionem cause secundæ, non potest non esse prævius; sed concursus Dei ad actionem cause secundæ terminatur: ergo. Patet major, quia actio creature ad talem concursum comparatur ut effectus. Min. item patet, quia actio creature est ens per participationem, quare à Deo derivatur, & ejus influentiam terminat, sicut perfectionem participat. Ad hoc, si ent ad præcedens conc. conseq. tantum enim probat, quod influentia Dei, sive concursus, ut est ex parte Dei, prævius est, movet creaturam, & causat actionem ejus, quod totum concedimus; inde tamen non sequitur aliquid in creatura prævium ad actionem suam, de quo est controversia, immo sequitur oppositum; si enim actionem creature causat Deus, patet, quod non aliquid, quo præviè moveatur ad agendum.

200 Arguit tertiod: Deus quemcumque effectum cause creature, & etiam actionem ejus attingit sub ratione universalissima entis; sed non ita attingit, nisi præviè concurrat: ergo. Major nota supponitur; min. autem prob. Attingere sub ratione universalissima entis, est attingere

sub omni formalitate; sed secluso concursu prævio non attingit Deus sub omni formalitate: ergo. Patet maj. siquidem sub ratione universalissima entis omnis formalitas comprehenditur. Prob. min. Dependentia causa secundæ à prima tantum potest intelligi, aut in eo, quod potest causare, aut in eo, quod debet causare, aut in eo, quod causat, quare sub hac triplici formalitate attingit Deus effectum, & actionem; sed attingit, quatenus potest, per hoc quod causa dedit virtutem; quatenus actu causat, per hoc quod simili cum causa concurrit; quatenus autem debet causare, per hoc quod concurrit præviè: ergo secluso concursu prævio non attingit Deus effectum, & actionem sub omni formalitate, non enim attingit quatenus debet ponit.

201 Resp. quod id ipsum concludit, quod præcedens, quod nempè influentia Dei, quamvis movet, & applicat ad gradum, prævia est, quod non negamus; non autem deducit la creatura concursum prævium, de quo est controversia. Ad formam neg. min. in sensu arguentis, quatenus nempè concursus significat actionem Dei formaliter, ut tenet ex parte creaturæ; cum hoc enim, quod influentia Dei causat, ut se tenet ex parte Dei prævia sit, & causet influentiam creaturæ, stat, quod formaliter

vit ex partè creaturæ, simili  
physiscè sit à Deo, & creatura.  
Ratio autem est: Quia tamen in-  
finita creaturæ, quam effectus,  
& fieri ejus est à Deo mediate, &  
immediate; mediate, quatenus  
tale quid est, & procedit à causa  
creta; immediate verò, quate-  
nus est, & sub ratione entis.

Ad prob. primò neg. maj.  
tingere enim sub ratione entis  
et attingere, quatenus est; licet  
tamen intentione, & dignitate  
prior sit ratio entis, & prius in-  
sulator est: et si esse, quam hoc ta-  
lisse, executione tamen, & phy-  
sicè prius est, quod sit hæc talis  
intentionis, quam quod habeat esse;  
Nec utrumque attingat Deus,  
an tamen eodem modo, sed al-  
terum mediate, alterum imme-  
diata, ut jam dictum est. Secun-  
do, datâ maj. neg. min. Ad pro-  
laus dicitur, quod, quatenus  
habet produci, dependet à  
effectus, aut ex quo ratio-  
seminales indidit, quibus sic  
determinatur causa, quod hic,  
non debet producere, nempè  
presente, & approximato passi-  
o, hoc de necessitate patitur,  
ad de necessitate agit ex ordi-  
& determinatione, quam fa-  
cilio ratio seminalis; vel, si mavis,  
dependet à Deo, quatenus debet  
producere, per hoc quod influentiā  
ut se tenet in ipso Deo, cau-  
movent, & applicat; ex hoc  
cum ipsa debet producere: ad  
summum ergo deducit illa ratio,

quod Deus præmoveret, & appli-  
cat, non autem, quod in creatu-  
ra sit aliiquid præsum, quo mo-  
veatur.

202 Arguit quartò N. Agui-  
lera fundamento, quod etiam ha-  
bet Lemos cap. 24. Nisi in crea-  
tura ponatur aliiquid à Deo ac-  
ceptum supra ipsam virtutem, &  
præsum ad actum secundum  
agendi, creatura non potest in-  
telligi efficienter causare: ergo.  
Prob. antec. Non potest creatu-  
ra intelligi causare, & actu age-  
re, nisi pro priori ad actionem  
ipsam intelligatur constituta in  
actu secundo; sed id, quo sic  
constituta intelligitur, non po-  
test non esse aliiquid à Deo deri-  
vatum, & ipsi impressum, præ-  
sum ad actionem, & superaddi-  
tum virtuti: ergo. Maj. ex termi-  
nis pater. Min. ostenditur: Pe-  
nitentiam suam tantum constitui-  
tur in actu primo, & potens age-  
re, quare id, quo constituitur in  
actu secundo, superadditur vir-  
tuti; deinde, influentiam habet  
in actionem, quare est de neces-  
sitate distinctum, & præsum ad  
ipsam; tandem, perfectio est, qua  
causa reducitur de potentia ad  
actum: debet ergo à Deo deri-  
vari.

Confirmatur, & explicatur:  
Si creatura non accipit à Deo  
physical motionem, qua redu-  
catur de potentia ad actum cau-  
fandi actionem suam, ipsa se  
reducit de potentia ad actum;

sed hoc est penitus impensibile; ergo. Prob. min. Si creatura se reducit de potentia ad actum causandi, se ipsa habet actum secundum causandi; sed hoc implicat: ergo. Patet maj. quia non ab alio aliquid accipit, quo reducatur. Patet item minor, quia quod de se est potentia tantum, non potest sibi actum dare, aut in se causare id, quo fiat in actu.

203 Hoc argumentum directe procedit ad propositum contraria sententiae, id tamen equivocatione nuditur; si enim actio est actus secundus agendi, velle, quod pro priori ad actionem intelligatur constituta in actu secundo, est velle, quod pro priori ad actum secundum habeat actum secundum, quod est contradictionis oritur autem equivocatio ex eo, quod non distinguit de actione: itaque actio formaliter sumpta, ut est fieri prout ab agente, presupponit pro priori causalitatis causam in actu secundo constitutam, ab ea enim procedit, prout est reducta ad actum secundum; hoc autem, quod presupponit, & quo causa ad actum secundum reducitur, ipsa est ejus influentia, & ipse actus secundus sumptos causaliter, ut se tenet ex parte agentis, & est activum mouere ejus, id utique a Deo est causam movente, non autem aliquid impressum a solo Deo, quod sit motio prævia, sed ipse motus & influentia creatu-

ræ simil physice ab ipsa mota, & a Deo movente procedens.

Per hoc itaque patet ad formam: neg. ergo anteced. Ad prob. disting. assumptum: Nisi intelligatur constituta in actu secundo causaliter, pro priori ad actionem sumptam formaliter conc. nisi intelligatur pro priori ad actionem constituta in actu secundo formaliter, neg. major, immo id implicat; si enim actus est ipse actus secundus, esset haber actum secundum ante actum secundum. Tunc autem eodem sensu neg. min. quod nempe illo sic constituta intelligitur, motio prævia, est enim ipsa eius influentia. Quo patet ad prob. min. est utique quid superadditum virtuti, distinctum, & præsumptum ad actionem formaliter, nempe exercitium, & active conari ipsis causæ; est item a Deo non autem in sensu, quem igitur arguens, nempe a solo Deo ipsi causæ impressum, sed a Deo & influente, & velle suo factu causam influere. Quo ad confirmationem patet, quod ipsa secunda non se reducit de potentia ad actum, sed a Deo reducitur, non tamen per aliquid factum impressum, sed per ipsam Dei influentiam, seu actionem, ut tenet ex parte Dei.

204 Hanc doctrinam attigit N. Aguilera num. 36. & se reponit autem num. 38. quod influentia illa, quæ ab eo dicitur.

agens, nullo modo est à creatura, sed à Deo immissa, quod à se probatum dicit, quia si quoque causa secunda se reduceat de potentia ad actum. Sed quomodo creatura influat per influentiam, quæ ab ipsa non est, omnino non potest percipi: oparet ergo ab ipsa esse creaturam influentiam illam, quæ est actionis agens, & activè conari ipsius; quia tamen non est ab ipsa se sola, sed simul ab influencia Dei, qui mouetur, & applicatur, ea non se reducit de potentia ad actum, sed ab illa Dei influentia reducitur.

205 Quid si dicatur, illam creaturam influentiam à Deo mouente imitti, & illam à creatura recipi, qua pro posteriori ipsa mouit. Id in primis liberté dicitur, & sine ulla ratione: non enim unum conatus, & activum mouilquid est, quod à Deo solus fieri possit; conatus enim non causatur sine creatura conante. Id deinde non aliquid est pravum ad influentiam creaturæ, quod hæc sententia induit, sed ipsa ejus actio, & intentionis à Deo causata sub ratione communis, quæ postea à creaturæ causetur sub ratione particulari; & hic est sensus, quem inquit tertius modus dicendi illius sententiaz, de quo satis su-

tentiam Thomistarum, qui motionem præviā ponunt in ipsa actione creaturæ prout à Deo, probat consistere in aliquo priori ad actionem ipsi creaturæ impresso, hac ratione: Passim docet S. Thomas, quod causa secunda se habet respectu Dei ut instrumentum; sed in instrumento motio, qua principale agens ipsum applicat, v. g. ferram ad scindendum, non est entitativeness ipsa scissio, sed illius causa: ergo applicatio, qua Deus mouet secundam causam, non est operationis illius, sed aliquid præviō operationem causans. Min. patet, quia scissio est actio instrumenti moti à principali agente: ergo sit ab instrumento, & motione principalis agentis tamquam à vera causa; quare, si actio instrumenti ad motionem agentis principalis comparatur tamquam ad veram causam, non poterit motio in ipsa actione consistere.

Confirmatur: Deus per causas secundas efficit earum operationes: ergo per aliquid ipsis causis impressum. Patet conseq. aliter enim nequit intelligi, quomodo per secundas causas agit earum operationes; sed id, quod imprimis, est ejus Divina motio: ergo per motionem suam creatris causis impressam ipsas movet Deus.

207 In confirmationem hujus argumenti verba adducit S.

Thos

206 Arguit quintò Lemos p. 28. ubi in impugnando sen-

Thomae supra laudata, quibus  
sit S. Doctor, quod sicut eadem  
actio est a causa principali, &  
virtute ejus, sic eadem actio est  
a Deo, & a causa secunda; quid  
autem ignis calori imprimat,  
quo ipsum applicet ad calefa-  
ciendum, nullus poterit reperi-  
re: pariter ergo nec agens prin-  
cipale instrumento suo, nec Deus  
creature aliquid imprimat. Ad  
formam ergo disting. min. Non  
est ipsa scilicet sumpta formaliter,  
ut est in passo, & est fieri  
prout ab agente, conc. min. non  
est ipsa scilicet sumpta causaliter,  
ut est influentia instrumenti, neg.  
min. Quo patet ad prob. scissio  
nem per sumpta formaliter pro ip-  
so fieri, effectiva procedit ab in-  
fluentia instrumenti, & a motio-  
ne, seu influentia principalis  
agentis, sed ab utraque simili.  
Itaque agens principale influen-  
tia sua movet, & applicat instru-  
mentum, & illa influentia est  
motio, qua applicat, qua in mo-  
vente prior est ratione, & causa;  
in instrumento autem moto ipse  
est motus, seu influentia ejus, &  
ab hac utraque simili physice  
procedit actio, qua est fieri rei.  
Quo ad confirmationem negatur  
conseq. & ad rationem ejus di-  
citur, quod, ut Deus per causam  
secundam efficiat ejus operatio-  
nem, non oportet, quod aliquid  
ipsi imprimat, sed tantum, quod  
influentia sua faciat ipsam in-  
fluere, quo ab utraque influentia

procedit operatio, simili quidem  
physice, sed ab una per alteram,  
nempē a Deo est, non solum im-  
mediate sub ratione communis,  
& ut habet esse, sed etiam me-  
diante causa creata sub ratione  
particulari.

208 Arguit sexto: Deus mo-  
vet actu quamcumque causam  
creatam, ita quod dat illi, ut  
agat; sed non potest dare, ut  
agat, quin aliquid ponat in ipso,  
quo sit causa exercitè, & in actu  
actionis illius: ergo. Maj. patet  
sicut enim Deus sub quacumque  
ratione est a se, ita creatura sub  
quacumque ratione, & conceptu  
est ab alio, & quidquid perfec-  
tionis habet, a Deo habet. Pro-  
bat. min. Non potest intelligi,  
quod Deus dederit causæ, quod  
permanenter sit potens, & vi-  
tuosa ad agendum, quin intelli-  
gatur dedisse ipsi permanentem,  
& in esse quieto formam, quia  
virtus agendi: ergo pariter non  
potest intelligi, quod det in  
actu, & exercitè agere, quia in-  
telligatur dare exercitè aliquod,  
quo moveatur ad agendum, &  
hoc erit motio prævia.

209 Resp. neg. min. Ad  
prob. ejus neg. conseq. immo-  
positum sequitur ex antecedentis  
dat enim Deus causæ, quod pos-  
sit agere, non dando illi aliquid  
præsum, quod sit causa virtutis,  
sed dando ipsam virtutem: ergo  
pariter dat, quod agar, non don-  
do aliquid præsum ad actio-

nem, sed dando actionem ipsam. Iaque sicut artifex dat instrumento, quod agat opus artis, per hoc solam quod ipsam assumit, & influentiā suā movet, & facit induere, & generaliter movens eum moto, quod moveatur, non aliquid causando prævium, & quod sit causa motū, sed cau-  
sando motum ipsum, quia motio noventis in moto est motus; ita Deus dat creature, quod exerci-  
tū influat, non aliquid causando prævium, quo moveatur ad in-  
fluentum, sed per hoc solū, quod suo velle ipsam applicat,  
& facit influere. Per hoc poterit  
aliqua patere.

§.

V.

*Mantur fundamenta motionis  
moralis.*

**D**octores hujus sententie motionem  
naturalem adstruunt ratione libe-  
ritatis, eo quod motio physi-  
ca non bene cum libertate con-  
curret; quare eorum fundamenta  
al sequentem articulum perti-  
nent; unus, quem viderim, N.  
Vianova ex instituto conten-  
dit, motionem Dei in causis  
naturalibus tantum esse  
objicivam, & ex parte finis;  
quare ejus hic fundamenta ex-  
cludemus. Primum desumitur

ex B. Doctore in 1. dist. 45. q.  
2. art. unico in solut. ad 1. ubi  
sic ait: *Movet enim Deus quam-  
libet rem naturalem ut desidera-  
tum, & amatum: nam eo ipso,*  
*quod omnibus rebus indidit pro-  
prium appetitum, propter quem*  
*omnia suam esse appetunt, quod*  
*est quædam participatio Summi*  
*Boni, primum Bonum ab omnibus*  
*desideratur, & amatur: & quia*  
*instituendo rebus proprium appe-  
titum, per quem aliquomodo esse*  
*Divinum, & quod est optimum,*  
*appetunt; secundum talem appe-  
titum inclinantur res, & move-  
natur secundum Divinæ voluntatis*  
*arbitrium, dicere possumus Deum*  
*omnia movere ut desideratum, &*  
*amatum.* En ubi B. Doctor aper-  
te assertit Deum movere naturam  
objective, & ex parte finis.

211. Resp. quod in illo arti-  
culo querit B. Doctor: An Di-  
vina voluntas sit causa rerum?  
Primum argumentum in contra-  
rium desumebatur ex illo Philo-  
sophi 12. Metaph. text. 35. &  
36. Primum movet, ut desidera-  
tum, & amatum; quod autem  
movet per voluntatem, movet  
vōlens, & desiderans. Ad hoc  
respondens B. Doctor exponit  
sensum, quo Philosophi loquun-  
tur, quod nempē volebant,  
Deum Cœlos movere mediā In-  
telligentiā; & quia Intelligentia  
movet desiderans assimilati pri-  
mo Bono, ideo dicitur primum  
movere, ut desideratum, quia

mover,

movet, in quantum movet appetitum Intelligentie. Deinde, subjugavit B. Doctor, quod poterit nihilominus illa propositio naturalibus rebus adaptari, quia Deus, in quantum est, quod omnia appetunt, & omnibus indidit appetitum propriæ perfectionis, quæ est participatio Divinæ Bonitatis, omnia dicitur movere, ut desideratum, quia omnia mouentur secundum illum appetitum; tunc autem ad propositum suum subjugavit, quod hoc non tollit, quin agat volens, voluntarie enim illum dedit appetitum. Ex quo ad præsens institutum habetur quidem, quod Deus objectivè movet, non autem, quod sic tantum movet; patet enim, quod ultra illum appetitum, quem permanenter res habet, & etiam ultra rationes seminales requiritur actualis motio, & applicatio subjectiva, & ex parte efficientis in ipso exercitio agendi, de quo ad præsens querimus.

212 Arguit secundò ex codem B. Doctore in 2. dist. 26. q. 2. art. 3. §. Sed si volumus, quo ita habet: Hi autem impetus, & hi motus possunt esse naturales, & gratuitè: naturales quidem sunt, cùm ordinant ad finem naturalem: prout autem sunt naturales, determinat Philosophus in lib. de Bona Fortuna, dicens, quod Deus movet naturam totam, & facit impetus in tota natura, se-

cundum quos impetus in tota natura habent esse naturales operationes, & sine quibus naturales operationes esse non possunt. Quod concordat cum verbis Augustini 9. supra Genes. cùm ait, quod natura agit interiori motu nobis occultissimo, cui tamen si Deus subtrahat operationem intimam, tanquam extincta, & nulla remanebit operatio nature. Hi autem impetus, prout respiciunt naturam totam, possunt vocari operationes Divinae intime, prout respiciunt animalia, vocat us Philosophus instinctus naturales agunt enim animalia ex quibusdam instinctibus naturalibus, & sine precedente doctrina.

Hic locus fatis est ad propositum manifestus, & multo magis, si attendatur intentum B. Doctoris: ibi itaque intendit explicare, quomodo Deus movet peccatorem ad justificationem, quod nempe incipit per sanetas inspirationes, & voces; & hoc explicat ex analogia, & similitudine ad id, quod in operatione naturæ, illos nempe impetus, quos Deus in tota natura facit; & notum est, quod in inspirationes, & vocationes alliciunt, & finaliter movent: ergo idem intendit B. Doctor de motione, qua Deus movet naturam.

213 Resp. quod idem hic intendit, ac in praecedente loco B. Doctor, quod nempe in natu-

fallitus inclinatio est quædā, qua alicetur, & finaliter movet; neque id nos negamus, sed ulterius necessaria est iubjectiva applicatio ex parte efficientis. Itaque naturalis causa, siquidem non sit à proposito, & per cognitionem, non aliter movetur a fine, quam per inclinationem, & appetitum, & hunc significat impetus ille, quem Philosophus in animalibus dicit instinctum, & in hominibus bonam fortunam, dicantur bene fortunati, qui bonam inclinationem nasci sunt, ubi habet B. Doctor; patet autem, quod ultra naturalem inclinationem requiritur actualis ratio, & applicatio ad operandum, aliter ipsa operatio non est in Deo immediate, sed mediante tantum.

114 Arguit tertio à ratione: Num movens movet ad operationem causas secundas per rationem, qua movet non mota; si talis tantum est ratio finis, non autem efficientis: ergo. Pater maj. quia ratio, qua movet mota, non prima est, sed secunda, cum aliam supponat, à qua movetur, quare secundum talem non movet ut prima. Patet item quia efficientis movetur à fini, solum autem finis à nulla alia causa movetur. Resp. neg. maj. inclinationem ejus dicitur, quod unum movens tale est, quia à uno alio movetur; quod autem efficientis est, moveatur à se ip-

so ut fine, non tollit, quin sit primum efficiens, quia à nullo alio efficiente dependet: est ergo de ratione primi, quod, si movet ut finis, à nullo alio fine moveatur, si autem ut efficiens, à nullo alio efficiente, per hoc enim primum est in utroque genere, quamvis istæ rationes ad se invicem ordinem habeant.

215 Arguit quartò: Idēx, quæ sunt in Deo rationes operandi ad extra, determinantur ad hunc, vel illum effectum specie, & numero per intentionem finis, nempe à decreto Divinæ voluntatis, ergo rationes causandi in secundis agentibus determinantur à Deo ad causandum hunc, vel illum effectum ab intentione finis. Patet antec. quia idēa ex se sunt speculativae, sicut autem practicæ extensione ad opus per decre- tum Divinæ voluntatis. Conseq. prob. quia potentia, & ratio cau-sandi in creatis est participatio potentiae, & rationis causandi in Deo: ergo sicut in Deo idēa, quæ est ratio causandi, determinatur per voluntatem, & intentionem finis, ita in creatis.

216 Resp. i. neg. antec. nec enim idēa sunt rationes causandi subjective, & per modum virtutis, neque ex indifferentiam habent, unaquæque enim res propriam habet idēam, & qualibet idēa hujus determinata rei idēa est, neque ab alicentia finis determinatur idēa. Itaque

ratio agendi subjectiva, & per modum virtutis ipsa est Divina voluntas; idēa autem tantum obiectivē est ratio agendi, eo quod Deus agit à proposito, & per modum artificis; nihil autem inde ad propositum, quia agimus de causa naturali, ut dicitur contra artificiale. Resp. secundò neg. conseq. Ad rationem ejus dicatur, quod ratio agendi in creatis participatio est Divinæ virtutis, non univoca, neque enim virtus agendi in qualibet causa creata est voluntas, sicut in Deo, neque qualibet causa creata agit à proposito, & ex præconcepta operis idēa; sed tantum est participatio analoga, ut id, quod est virtus agendi in creatura, derivatum sit, & causatum à Deo: non ergo ita philosophandum est de virtute, & modo agendi in causa naturali, sicut in Deo.

217 Arguit quintò ex Philosopho 7. Physic. text. 10. Motus dividitur adæquate in pulsū, & tractionem; sed creatura nequit à Deo moveri pulsione: ergo tractione movetur; tractio autem est proculdubio finalis motio. Sequela conseq. patet; tractio enim est allicientia, quæ est causalitas finis. Maj. constat ex textu Philosophi. Minor itaque, in qua est difficultas, ostenditur: Pulsio est à movente, qua nempè mobile pellitur, & à movente separatur; sed implicat motionem Dei talem esse, quæ

creatura à Deo pellatur: ergo Major ex definitione utriusque motū nota est; tractio enim est ad se appropinquare id, quod movetur, pulsio vero à se abscere. Min. ostenditur: Siquidem recessus à Deo est tendentia à non esse, cum Deus sit ipsum esse; motus autem, quo Deus moveat creaturam ad agendum, tendentia ad esse, cum sit productio effectus.

218 Resp. primò, quod argumentum male assumit ad productionem, quæ est motus ad formam, quod tantum de motu locali procedit; illa enim divisio in tractionem, & pulsū non motus est in communi, sed motus localis. Resp. secundò, quod negat motum localem adæquat illa divisione, ut infrā patebit disput. præter pulsionem enim, & tractionem vestio datur, & motus moventium, seu progressionis neuter autem tractio est, a pulsione. Tertiò: Tractio, de qua Philosophus, non est allicientia, quæ est causalitas finis. Quia Deus aequè potest ad se mouendando esse, & à se, annihilando. Ad formam ergo disting. Motus dividitur adæquate in tractionem, & pulsū, motus localis, mitto maj. motus absolute neg. maj. generatio enim, alternatio, & quilibet motus secundum formam neque pulsio est, nec tractio, quo patet ad reliqua.

219 Arguit sextò: Motus

Motio coactiva est, & violenta, motio autem ex parte finis naturalis est, & voluntaria; sed Deus non violenter, sed naturaliter movet: ergo. Prob. maj. Quod movetur effectivè, non gratiâ sui, sed gratiâ alterius movetur, sive indeque violenter; quod autem finaliter movetur, licet propter alterum, quia tamen finis sui intenditur, gratiâ sui, & naturaliter movetur: & ratio est, quod movetur ab alio efficienter, se habet ut instrumentum, quod nullo modo habet reatu, sed subjicitur, & merè pulsive se habet ad virtutem constitutam moventis. Cetera mitto, quæ ad explicationem hujus moti adducit, quoniam ex his sufficienter vis ejus percipitur.

no Resp. neg. maj. quantum primam partem, quod motio coactiva sit violenta; quod enim secundum naturalem inclinationem movetur, naturaliter movetur; autem, quod ignis applicans calorem ad calefaciendum, unquam instrumento, seu virtute instrumentaria utitur ipso calefactore, neque tamen violentiam inducit, quia secundum naturalem inclinationem ipsius caloris moveret, & applicat; similiter, agas exterius effectivè movet, applicat ignem ad comburendum lignum, neque hic aliqua est sufficientia; naturaliter autem ignis movetur, & comburit. Quod autem ad prob. neque enim vio-

lentér movetur, quod non gratiâ sui; per hoc enim tantum habetur, quod non sit principale agens; cum quo stat, quod naturaliter operetur; neque est de ratione efficientis, quod non sit gratiâ sui, ipsum enim principale, secundum quod tale, gratiâ sui est.

## §. VI.

## Cetera Argumenta solvuntur.

221 **S**uperest Argumenta solvere, quæ sunt pro tertio modo sententiæ Thomisticæ, in quibus tamen nihil repertio, quod contra nos esse possit; duo namque hic modus ponit, alterum, quod influentia Dei causat actionem creaturæ, & non aliquid præviu[m] ad ipsam; alterum, quod hæc actio creaturæ prout à Deo physice prior est, & causalitatem habet in se ipsam prout à creatura, quo possit esse in ipsa creatura motio prævia; illud primum liberter admittimus, nec de illo ad præsens ulla est controversia; hoc autem secundum, de quo tota controversia est, & quo ponitur in creatura motio prævia, nullum ex fundamentis Illustrissimi Palanco probat; id directe intendit probare N. Manso q. 17. n. 56. ex quo pro hac sententia

222 Arguitur primò : Actio nostra prout à nobis supponit se ipsam prout à Deo suppositione realis causalitatis : ergo prout à Deo prævia est physice, & physica præmotio. Prob. antec. Actio nostra prout à nobis est actio sub ratione particulari, prout à Deo est actio sub ratione communis entis ; sed actio sub ratione particulari supponit se ipsam sub ratione communis : ergo. Quod autem hæc suppositio sit realis causalitatis, sic probat: Nam actio prout à nobis est educita, & ex aliquo presupposito, non enim à nobis aliquid ex nihilo est, alioqui esset per creationem; sed subjectum presuppositum ad educationem est causa materialis illius, quod educitur, & consequenter habet precedentiam causalitatis: ergo id, ex quo educitur actio prout à nobis, causalitate præcedit ipsam.

Hanc rationem dicit efficacem, difficilem tamen; & quia ea ex B. Doctore desumitur, sic explicat: Solus Deus agit per creationem, & nullo presupposito: ergo actio nostra est à Deo sub ratione entis, quæ nihil presupponit, à nobis autem per educationem ex aliquo presupposito. Nunc sic: Id, quod presupponitur ad tale ens, est ratio entis universalissima, quæ à solo Deo producitur. Rursus: Hoc presuppositum est causa materialis effectus educti, ipsum præcedens

reali causalitate materiali: ergo actio nostra prout à nobis supponit se ipsam prout à Deo reali causalitate: ergo nostra voluntas efficiens velle nostrum supponit Deum præoperantem suppositione, & precedentia realis causalitatis, quæ non stat cum solo cursu simultaneo. Patet contum, quia idem datur ordo inter causas, ac in effectu; tum, quia ex quo agens creatum presupponit materiam, ex qua formam educit, presupponit Deum præoperantem, & pro aliquo prius producentem materiam.

Clarius: Velle nostrum à nobis supponit aliquid ex parte effectus à solo Deo producendum principaliter: ergo velle nostrum ex parte causæ supponit Deum prius operantem. Par conseq. quia nisi Deus prius operetur, nequit esse in effectu quid, quod sit à solo Deo prius, quam effectus creatus. Prob. antec. Velle nostrum à nobis sit solum sub ratione talis; sed ratio talis entis supponit rationem entis, quæ sit à solo Deo: ergo. Et quia hoc omnino confirmari dicit ex prius à se effectus. ne aliquid dissimilasse videatur, ratio, ad quam se mittit, talis est: Eum ordinem servant causæ concurrentes eundem effectum, quem servat ex parte effectus rationes, in quibus producunt; sed ratio effectus, sub qua agit Deus, & mo-

entis, sub qua agit creatura, ordinem habent prioris, & posterioris: ergo eumdem habent Deus, & creatura.

223 Quod hæc ratio potuerit ipsum quietare, nemo non mirabitur, & multò magis, quod plam dicat efficacem. Primo itaque docet B. Doctor, quod vidquid sit à creatura, educatio sit, & de aliquo præsupposito; non autem hoc sufficit, ut eo datur illa ratio ex B. Doctore solum: nullibi enim ipse docet, quod actio educitur; actionem enim educi est idem, ac productionem produci: solum ergo educere forma materialis. Deinde: radus metaphysici non terminat physicam causalitatem, quaque unus gradus educitur, neque alter subjectum est, ex quo educatur; at ens sub ratione communi, & sub ratione particulari puls sunt metaphysici, & præcisiones intellectus nostri: dato ergo, quod actio educatur, nec educetur sub ratione particuli, neque subjectum ex quo erit sub ratione communi, sed educetur ex potentia, sicut quæ per formam educitur ex subiecto, quod perficit, & denominat.

Præterea: Idem ad se ipsum subiecti, & alia ratione neque realem causalitatem, neque physicam præcedentiam habet, ut supra ar. probamus; sed actio sub ratione communi, & sub ratione particulari est idem sub alia, & alia

ratione: ergo. Ulterius: Ad educationem ipse requirit motum transmutationis, & subjectum tempore præcedens; sed ratio entis ad rationem talis entis non præcedit tempore, nec actio sub ratione talis transmutatione fit: ergo.

Præterea: Iis omnibus concessis, quod argumentum assumit, non deducit intentum: dato enim, quod præcedentiam habeat, quam ipse intendit, actio prout à Deo ad se ipsam prout à creatura, nempe materialem, & subjecti ex quo, non hoc sufficit, ut sit motio prævia; supponit enim agens educens formam ex materia tūm actionem, qua Deus materiam producit, tūm materiam ipsam; quis autem dicat, aut creatione materiæ, aut materia præsuppositâ præmoveat agens ad educationem? Hoc autem in exemplum ipse assumit in probatione argumenti sui: motio ergo prævia talis ponitur, ut sit applicatio creaturæ motæ ad agendum, & effectivam causalitatem habeat in actionem; quare datâ intentâ præcedentiâ subjecti ex quo, non habetur motio prævia.

224 Resp. itaque ad formam neg. antec. Ad prob. dist. min. Actio sub ratione particulari supponit se ipsam sub ratione communi, physice, & realiter, neg. min. formaliter, & metaphysice, conc. min. est enim tan-

tum alia, & alia formalitas metaphysica. Ad rationem autem, qua probat, quod illa suppositio est realis causalitatis, primo neg. maj. actio enim sicut non agitur, ita non educitur. Secundo negabitur suppositum consequent. quod id, ex quo educitur, dato ipsam educi, sit actio prout à Deo. Itaque actio creaturæ aut sumitur formaliter, ut est fieri effectus, sive effectus ipse in fieri, & sic non ipsa educitur, sed effectus, & dato educi, ex ipsa effectus entitate, aut ex subiecto ejus educenda erit; aut sumitur causaliter, ut est influentia causæ, & hanc patet etiam, non esse aliquid, quod educatur, aut fiat; & dato educi, ex ipsa causa, quæ influit, educi deberet, quare aliud deberet poni agens, quo educetur.

Ad explicationem neg. conseq. quantum ad secundam partem; non enim actio nostra agitur, aut sit, quare neque educatione, aut creatione. Ad primum subsumptum, ratio entis presupponit metaphysicè, & formaliter, non autem realiter, & physicè ad rationem talis entis. Ad secundum neg. antec. tale enim presuppositum ratio est metaphysica, quæ solùm latè poterit dici causa materialis eo sensu, quo ratio communis per particularem determinatur, & ratio particularis se habet ut forma, non autem physicè, & realiter; quare

neg. prior conseq. neg. item super positum alterius, quod voluntas nostra efficiat, aut producat velle; ut enim in lib. de Anim. probabimus, velle non est aliqua productio, sed motus animæ per voluntatem, quo amplectitur, & recipit motionem ab objecto causatum. Ad rationes conseq. dicitur, quod utraque est contra ipsum: prima quidem, quia, si idem est ordo in causis, qui perit in effectu, patet, quod inter rationem communem, & particularem non est ordo realis, & physicæ praecedentia, sed tantum metaphysicæ, & per rationem: secunda item, quia. si presuppositio causæ creatæ ad actionem Dei eadem est, qua educens presupponit materiam, ex qua educit, patet, quod educens non movet aut à materia, ab actione creativæ ejus.

Ad ulteriorem explicationem neg. antec. Ad prob. disting. min. Ratio talis est presupponit rationem entis, metaphysicè, & in præcisione nominis, intellectus, conc. min. physicè, & quoad produci, neg. min. non enim producitur ratio communis, aut effectus sub ratione communis, ut postea producatur ratione particulari. Ad confirmationem jam dictum est sopra, si enim inter actionem Dei, & actionem creaturæ is est ordo, qui in causa reperitur inter rationem materialis, & talis entis, patet, quod

non ordo realis, & physice  
precedentia est, sed rationis tan-  
cum: minus ergo deducit, quām  
damus; concedimus enim,  
quod ex parte causæ influentia  
Dei precedentiam habet causali-  
tatis ad influentiam creaturæ, &  
contendimus, quod ex hac  
sequitur in creatura aliquid  
præsumere præsum ad ipsam ejus  
influentiam.

115 In prima sententia pos-  
tulat esse contra nos argumenta,  
intendant, influentiam Dei  
terminati ad causam crea-  
tam ipsam moventem; si quis  
lensum intendat, mihi  
unque ferè est evidens, quod  
non intendit P. Suarez, si  
concedit aperte, quod  
movet, & applicat creatu-  
ram agendum, quod creatura  
movens motum, quod in-  
flentia Dei terminatur ad ipsam  
creatam, & solum negat,  
aliquid ponat in ipsa præ-  
sum ad actionem suam; quid  
de hoc sit, pro illo sen-

116 Arguitur secundò: Quod  
non se solo, sed ut alteri subor-  
nitum, & ab eo motum agit,  
modis potest concipi:  
ita, quod non habeat ple-  
nitam virtutem ad operationem,  
sunt instrumenta artis, &  
indiget motu alterius, v. g.  
labra, quamvis acumen ha-  
bet, & duritatem, quibus ad  
scindendum apta est, quia tamen

non est de se sufficiens virtus, in-  
diget motu artificis, tūm ut ap-  
plicetur ei vis, & impulsus ad  
scindendum; tūm, ut applicetur  
ipsa diversis partibus ligni ad  
opus conficiendum juxta regulas  
artis: alio modo potest concipi,  
quod habeat plenam virtutem,  
ut semen, vel sit ipsa virtus, ut  
calor ignis, & hujusmodi instru-  
mentum, si sit debitè approxi-  
matum, non indiget motione à  
causa principali; patet enim,  
quod semen, quando agit, non  
movetur à generante, forte enim  
tunc non existit generans; simi-  
litè calor non movetur ab igne,  
sed per se ipsum calefacit. Nunc  
ita: Causa secunda non priori  
modo, sed posteriori se habet ad  
primam; ipsa enim de se ple-  
nam virtutem habet ad effectum  
suum: non ergo sic dependet à  
prima, quod ab ea moveatur,

Confirmatur primò: Quili-  
bet motus, seu actio terminum  
aliquem habere debet; sed non  
est intelligibilis in causa creata  
terminus aliquis respondens mo-  
tioni, & influentia Dei: ergo ea  
non ad causam terminatur, sed  
ad actionem ejus. Patet min. so-  
lum enim posset esse terminus  
qualitas aliqua, aut motus; sed  
qualitatem nos ipsi dicimus su-  
perfluam, motus autem non po-  
test esse terminus, quia tunc mo-  
tus esset terminus motus, & ad  
influentiam influentia daretur:  
ergo.

Confirmatur secundò : Necesisas concursus Dei ad actionem causæ creatæ inde tantum oritur , quia actio , & effectus ejus debet conservari à Deo , & subinde in esse ponit ; sed hoc sufficienter habetur per hoc solum , quod influentia Dei ad actionem terminetur , nullo autem modo ad causam : ergo . Patet min . per hoc enim , quod actio immediate terminet influentiam Dei , ipsa ab eo dependet ita fieri , & conservari .

Confirmatur tertio : Si influentia Dei terminatur immediate ad ipsam causam , & eā mediante ad actionem , & effectum ejus , duplex debet ponit influentia Dei ; sed hoc est omnino superfluum : ergo . Sequela maj . patet , influeret namque Deus mediante , nemq; mediante causa , ad quam terminatur ejus influentia , & aliud influeret immediate ; ipse enim effectus , & actio indigent immediate per se influxu Dei , alioqui recurrent rationes supradictæ articulo precedente contra sententiam Durandi .

227 Resp. ad argumentum primò , quod ipsum plus deducit , quam intendat arguens ; deducit nempe , quod Deus nullo modo concurrit cum causa creata : si enim se habet causa creata respectu Dei , sicut calor respectu ignis , aut semen respectu generantis ; si deinde tam semen , quam calor , supposita approxi-

matione , se ipsis agunt , et quod habent plenam virtutem , relinquitur , quod neque generans ad operationem feminis , neque ignis ad operationem caloris influentiam habet aliquam . Resp . secundò , quod non aliter calor se habet respectu ignis ad generationem alterius ignis , quam dolabra respectu artificis : si ergo dolabra agit mota ab artifice , & in virtute motionis ejus , pariter calor agit motus ab igne . Ostenditur antec . ex doctrina B . Doctoris latius infra adducenda , quod nempe instrumentum de se habet operationem aliquam , & respectu hujus non instrumentum est , sed tota causa , alioqui non posset instrumentum esse ad opus principalis agentis ; in tantum enim ut instrumentum assumitur in quantum propria ejus actio & influentia ab agente principal assumitur , & ad proprium opus dirigitur .

Itaque sicut calor de se habet calefacere , non autem de se habet transmutare ad formam ignis , sic dolabra , & idem de quolibet instrumento tali , de se quidem habet talem modum contactus , non autem posse ad opus artis ; aliquando autem id , quod instrumentum de se habet , poterit separari ab opere principalis agentis , & tunc instrumentum sic agit ut motum ad opus principale , quod poterit agere ea motum a principali agente , ut quia

q[uo]d calefactio poterit separari a transmutatione ad formam ignis, poterit calor agere non motus ab igne, si nemp[er] poneretur ut divinitus in se existens, aut alio subjecto; aliquando autem opus, quod de se habet instrumentum, non poterit separari ab opere principalis agentis, ut opus, quod de se habet dolabra, non separatur ab incisione; tunc non nisi ut instrumentum agit, & ut motum a principali agente.

In proposito itaque causa naturalis plenam quidem virtutem habet ad propriam operationem, puta ignis ad inducendum formam ignis, non autem virtutem habet ad dare esse, quia illa est per creationem, ut dicitur in libro de Causis, & de necessitate prima causa: sicut ergo dolabra se habet proprium modum contactus, non autem de se potest ad opus principale, & calor de se potest calefacere, non autem transmutare ad formam ignis, sic causa naturalis de se habet transmutare ad propriam formam, non autem dare esse productum. Deinde: Sicut proprium opus dolabra non separatur ab opere principalis agentis, quia dolabra non agit proprium opus assumptum, & motu a principali agente; sic proprium opus naturalis causa non separatur ab esse, nec sit transmutatio ad formam, quin transmutatum ponatur in

esse; quare naturalis causa pariter non agit, nisi ut mota. Insuper Agens principale assumens dolabram agit mediately, & immediate, nemp[er] proprium opus dolabrae mediante ea, opus autem principale immediate, utrumque autem unum, & eadem influentia, qua dolabram assumit, & simili cum dolabra assumpta: pariter ergo Deus cum causa creata currens agit mediately, & immediate, ut ait B. Doctor, nemp[er] proprium opus causa creata mediante ea, dare autem esse sive effectui, sive actioni, immediate, utrumque autem & simili cum ipsa causa creata, & unam influentiā, qua eam movet, & applicat.

228 Ex his patet ad formam argumenti, & ad confirmationes ejus. Ad argumentum itaque primò neg. maj. non enim aliter se habet instrumentum, ac virtus principalis causæ, quantum ad propositum spectat, & jam patuit. Secundò neg. min. se habet enim naturalis causa eodem prorsus modo, ac dolabra; nec enim plenam habet virtutem, cum non possit dare esse, neque separetur opus ejus ab opere principalis agentis, cum non sit transmutatio ad formam, quin transmutatum ponatur in esse.

Ad primam confirmat. neg. min. Ad prob. ejus dicitur, quod sicut movens lapidem nihil causat nisi motum, & pariter movens

dolabram ad opus artis, ita Deus movens creaturam nihil causat nisi motum, & influentiam ejus; quia, ut vidimus ex Philosopho, motio moventis in moto est motus; quod autem dicitur, quod ad influentiam non datur alia influentia, verum est respectu ejusdem agentis, unum autem agens movet alterum faciendo ipsum influere, & influentiā suā causando influentiam ejus, & ita se habet Deus respectu causæ creatæ.

Ad secundam confirmationem neg. maj. non solum enim requiritur concursus Dei, eo quod effectus, & actio à Deo debent poni in esse, sed insuper, quia causa ipsa, eo quod nō plenè potest, cùm de se nō possit ad esse, non agit nisi ut mota: requiritur ergo, quod Deus concurrat mediately, & immediately, & concursus immediatus requiritur propter rationem in arguimento allatam; mediatus verò requiritur, quia causa moveri debet, & applicari. Ad ultimam confirmationem negatur sequela maj. Ad rationem ejus dicitur, verum quidem esse, quod mediately, & immediately concurrit Deus ad actionem, & effectum ejus; ad hoc autem non requiritur duplex influentia, sed una sufficit, qua causam movere, & applicare, si cut jam patuit de artifice applicante dolabram.

*Quomodo Deus concurrat cum liber arbitrio?*

§ I.

*Quibusdam præmissis, referuntur sententiae.*

229 **T**heologica planè præsens controversia, eaque difficilis, si quæ alii est in tota Theologia, eadem quippé cum gravissima, & celeberrima de efficacia auxiliorum gratiæ, quare eam non possumus pro dignitate expendere; quia tamen omnino prætermitti non debet, pro intelligentia, aliquo oportebit præmittere ex probatis tūm in lib. de Anim. de natura voluntatis, & modo operationis ejus, tūm in Theologia suis respectivè locis.

230 Notandum itaque prompto, quod liberum arbitrium non alia potentia est à voluntate, sed ipsa voluntas secundum aliam, aliam considerationem voluntudinē dicitur, & liberum arbitrium nempe ad objectum sub una tūm ratione boni, tantum habere velle, & dicitur voluntas; ad objectum verò, quod sub indifferentiā proponitur, habet determinare, seu eligere alteram partē.

item, & sic dicitur liberum arbitrium: sicut ergo una, & eadem est potentia voluntas, & liberum arbitrium, ita non est alius, & aliud actus determinare, seu eligere alteram partem, & velle, seu amplecti id, quod determinavit, ut videtur intendere N. Manso, sed uno, & idem actus habet, quod alterum præ altero determinat, & hoc amplectitur, seu pult.

Sic itaque exercetur erga objectum sub indifferentia propositum, de quo ad præsens rem: proponitur sibi objectum de se indifferentem ad utrumlibet, puto, audire Sacrum; ex una parte allicit, ut prosequatur, & velit honestas, quæ est in adimplendo receptum; ex alia retrahit, & avertit delectabilitas, quæ est in opposito: quandiu sic movet voluntas, à nullo movetur sufficienter, quia quantum allicit una pars, retrahit altera; quare, ut sufficienter moveatur, & fiat in ista, debet altera determinari; ab objecto non potest determinatio fieri, sicut enim re ipsa est honestum audire Sacrum, ita re ipsa est delectabile oppositum, & sicut per vocaciones, & inspirationes movet Deus ad honestum, ita per suggestiones movet Diabolus ad oppositum; neque item intellectus, quia illius munus tantum est consiliari, seu proponere id, quod objectum habet, & quamvis dicet, quod præstat se-

qui honestum, ita tamen quod voluntati relinquunt dominium determinandi utrumlibet: ab ipsa ergo voluntate determinatio incipit.

Ipsa itaque voluntas pro dominio libertatis suæ alterum determinat, hoc est, aut avertit se ab uno, seu minus illi attendit; aut per velle interpretatum imperat intellectui, quod non de isto cogitet, aut vehementius alterum proponat, & hoc se avertere ab uno est negativè consentire alteri, juxta illud B. Ambrosii: *Consentis, si non arguis*, quod ad propositum adducit B. Doctor, quatenus nempe illi non resistit, sicut resistit huic, dicitur consentire; quia tamen tantum negativè hucusque se habet, ex quo avertit se ab uno, alterum jam solùm moyet, quare sufficienter movet, & voluntas sufficienter allicit ab isto, & sinit se trahi, recipit motionem ejus, activator ab ipso, seu quod idem est, amplectitur hanc partem, quod est velle, & positivè consentire, pro quo idem B. Doctor aliud adducit D. Ambrosii testimonium, quo ait: *Consentire est tacere, cum possis redarguere, & errorem adulando fovere*, ubi utrumque ponit, & tacere, seu non contradicere, & fovere, seu positivè consentire. Hoc latius prosequitur B. D. in 2. dist. 25. q. 1. a. 3. dub. 1. & 2. lat. videndum omnino.

231 Ubi obitè licet, notes, velim, quod P. Oviedo carpit B. Doctoris sententiam, quod contra definitionem Tridentini teneat, voluntatem esse potentiam passivam. N. Villanova, quem postea fecutus est Manso, B. Doctorem vindicat, ut ipse ait, ab impostura Oviedi, contendens, ipsum docere, quod voluntas est potentia activa, & activè producit actum volendi; malè tamen, clariora enim sunt verba Doctoris, quam quod ulla indigeant interpretatione, aut aliqua possint tergiversatione eludi: toto itaque processu intendit, quod desistere ab uno, quo negative se determinat ad alterum, non dicit actum, sed desistere ab actu; sinere autem se trahi, aut amplecti, quod est velle alterum, non dicit actum ipsius voluntatis, sed voluntariè recipere motionem, & activationem ab objecto; quare dub. 2. **I.** Propter quod sciendum, ita habet: *Agens autem in voluntatem non est ipsa voluntas, sed hujusmodi agens est objectum, cum voluntas sit potentia passiva.*

Textus itaque Concilij Canon est 4. de Justificat. sess. 6. quo ita definitur: *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat, atque preparet; neque*

*posse dissentire, sicut velit, sed vultu in animo quoddam nihil omnini agere, merèque passivè se habet, anathema sit. Hoc, ut vides, de libero arbitrio procedit, & exercitio libertatis in determinando alteram partem, de quo statuit Concilium, voluntatem esse sui juris, & à nullo determinari, sed ipsam posse sive vocationem fieri, sive dissentiendo vocationi Diabolo consentire suggestum; at posita hac determinatione, quam ponit utique, ut vidimus, B. Doctor, & ponere deber qui libet Catholicus, disputatione Philosophicæ relinquitur: An velle, & amplecti partem, quam determinavit, sit aliquod exercitium activum ipsius voluntatis, vel tantum recipere activationem ab objecto? Nihil ergo determinatione Concilii, quæ est de libero arbitrio, sive exercitio determinandi, attinet ad sententiam illam B. Doctoris, quæ est de voluntate, & exercitio tantum volendi. Hæc in lib. de Anim. ostentabit latius expendere, hic tamen pro vera B. Doctoris vindicatione ab impostura, breviter adnotata volui.*

Ad propositum præsentis controversiæ nihil refert strum: libet dicere; si enim voluntas passivè se habet in actu volendi, & is nihil est nisi recipere motionem ab objecto causatam, ut ponit sententia B. Doctoris, non cum ipsa, sed cum objecto mo-

Venit concurrit Deus; si autem  
actus se habet, & velle est pro-  
ducere actum, ut ponit commu-  
nisentia, tunc concursus Dei  
ad actum volendi non ad præ-  
sentem pertinet controversiam,  
sed ad præcedentem; cum enim  
velle pro posteriori ad determi-  
nationem exerceatur, eodem mo-  
do concurrit Deus cum volunta-  
te per electionem determinata,  
ut ponat actum volendi, ac con-  
currit cum qualibet causa natu-  
rali ad actum suum: tota ergo  
presentis difficultas de eo est, quo  
Deus voluntatem movet ad elec-  
tionem, sive ut alteram partem  
determinet.

232 Quo circa nota secun-  
do, quod ex eodem principio de-  
ducent Thomistæ communiter  
necessitatem concursus Dei cum  
libero arbitrio, ac cum causa na-  
turali, nempe ex eo quod, sicut  
Ius est primum movens, ita est  
primum determinans, ex quo  
contingit in consequentibus dif-  
ficultas non levis: ut ergo veram  
radicem hujus necessitatis cum  
P. Augustino possimus venari,  
notandum, quod dominium de-  
terminandi alteram partem tri-  
bus modis potest à nobis conci-  
pi: primo, sic indifferenter ad  
utrumlibet, quod non magis ad  
unam partem inclinet, quam ad  
aliam, sed æqualiter ad utramque  
se habeat: secundo, ita quod  
quamvis possit eligere delecta-  
bile, inclinetur tamen, & quam-

dam habeat propensionem ad  
honestum: tertio, à contrario,  
ita quod possit quidem honestum  
determinare, sed de se pro-  
pensionem habeat, & facilitatem  
ad delectabile.

Prior modus indifferentiæ  
sibi convenit in naturali perfec-  
tione, qua à Deo conditum est;  
secundum modum indifferentiæ  
faciebat in Adamo originalis ju-  
stitia, quare de eo ait S. Parentes,  
quod erat in magna non peccan-  
di facilitate; tertio, indifferentiæ  
propria est naturæ lapsæ, sive in  
statu, quem habet post peccatum  
primi Parentis; eo enim naturæ  
spoliata est gratuitis, & in natu-  
ralibus vulnerata, & hoc vulnus  
rebelis est concupiscentia, qua  
contra rationem inclinat in bonum  
delectabile, de qua ait Apostol.  
*Video aliam legem in membris*  
*meis repugnantem legi mentis*  
*mee;* & Poëta: *Video meliora,*  
*probaque, deteriora sequor;* qua-  
re pro hoc statu necessitas spe-  
cialis motionis, quæ est gratia  
Christi Redemptoris, ex hoc vul-  
nere oritur.

233 Prima sententia docet:  
Deum cum libero arbitrio con-  
currere concursu de se indiffe-  
rente, quem ipsa voluntas pro-  
potestate liberi arbitrii determi-  
nat. Ita communiter Doctores  
Societatis; sic autem explicat P.  
Suarez cit. disp. 22. Metaph. sect.  
4. num. 21. Deus naturalibus  
causis, eo quod formam, & vir-

tutem dedit ad unum determinatam, concursum suum offert determinatum ad unum; at vero voluntati, quia liberam condidit, & in eligendo utrumlibet voluit sui juris esse, & reliquit in manu consilii sui, concursum offert indifferentem, & qui ad determinandum honestum sit de se sufficiens, non tamē ipsam voluntatem determininet, sed ab ipsa voluntate determinetur. Hæc sententia videtur expressa in text. B. D. in 2. dist. 1. quæst. 2. art. 6. §. Prosequutis ergo, ubi sic habet: Sic ergo imaginabimur de actione Dei, & secundorum agentium in his, quæ producit Deus secundum nature cursum mediantibus eis, sicut imaginatur Dionysius 4. de Divinis Nominibus, quod sicut Sol non ratiocinans, aut praeligens, omnia illuminat valentia participare lumen secundum propriam rationem, sic Bonum, quod est super Solem, omnibus existentibus proportionabiliter immittit bonitatis suæ radios. Prima ergo causa non ratiocinans, aut praeligens uniformiter se habet ad omnia, existit enim in omnibus secundum dispositionem unam, ut dicitur 24. prop. de Causis. Quantum ergo ad hunc modum agendi, omnia agit uno modo, sed non omnia recipiunt actionem Dei eodem modo, ideo mediantibus aliis, & aliis agentibus, agit alias, & alias actiones, ut mediante igne, calefacit, me-

diante aqua, humectat. Enī cursus Dei indifferenter se habet, & uniformiter ad omnia, determinatur autem, ex quo unaquæque causa illum recipit secundum modum suæ virtutis.

234 Sed nihilominus operat amplius sensum hujus sententiae explicare; in eo enim, quod verba præferant, & multi Doctores hujus sententiae videntur intendere, valde est contra mentem B. Doctoris, imò contra apertam Tridentini definitionem: si enim concursus Dei à creatura determinatur, non magis opus Dei est conversio Petri, quam proditio Iudei; Deus enim idem utrique offert; & quod concursus Dei ad hanc partem, vel oppositam sit, non Dei est, sed voluntatis humanæ determinantis concursum ejus. Praterea Imperfectionem Deo repugnante involvit ille modus, quod nempè Deus veluti subjiciatur humanæ voluuntati, consenseret ejus expectet, & non nisi post determinationem humanæ voluntatis decernat hunc, vel illum ejus actum.

B. Doctor in citat. loco de concursu loquitur cum causis naturalibus, & intendit, quod ex parte Dei uniformis est, & locum habet dare esse productus quod autem tale sit, vel tale, i causa naturali est, quam Deus applicat, seu quod idem est, producit Deus sub ratione enī,

creatura autem sub ratione talis; de concurso autem cum libero arbitrio, docet quidem Doctor, quod non determinat, seu quod indifferentes est, & tantum sufficiens, ut voluntas eligat honestum, non tamen proinde Deus indifferentem offert, & quem creatura determinet, sed offert determinate intendens honestum; ha tamen quod permittit creaturam alterum determinare, si ipsa velit, modo quo infra dicitur.

235 Secunda sententia docet, concursum Dei cum libero arbitrio determinare ipsam voluntatem ad unum. Hanc tenent Thomistæ, qui tamen in varios divisæ sunt dicendi modos: primus, eo quod putat physicam determinationem præcedentem exercitium libertatis non relinquare voluntati dominium eligandi, docet, concursum Dei esse motionem voluntati impressum, quæ tamen non physicè, sed moraliter tantum determinat; hoc est, determinatio quidem ex Deo est, & præcedit determinationem humanæ voluntatis, id autem, quod Deus voluntati imprimat, alliciendo tantum, suadendo, & moraliter vocando determinat. Ita ex Thomistis Domin. Illustris Araújo, quem alii sequuntur; & ex Nostris Villanova.

Hic tamen modus plenè reddit ad id, quod intendit prima

sententia, neque omnino potest determinationem præviam salvare, quam intendit sententia Thomistica; aut enim id, quod Deus voluntati imprimat, in entitate sua est ad unum, & habet metaphysicam connexionem cum consensu; aut in entitate sua est ad utrumlibet, & quantum est def. potest cum qualibet voluntatis determinatione conjungi? Si primum dicatur, non moraliter tantum, sed metaphysicè determinat; si autem secundum, id ipsum est, quod prima sententia intendit, quod nempè motio Dei voluntati impressa in entitate sua indifferentes est, & determinationem in potestate voluntatis relinquit.

236 Secundus ergo dicendè modus docet, concursum Dei cum libero arbitrio motionem quamdam, seu fluidam qualitatem voluntati impressam significare, quæ physicè, sive ex entitate sua habet metaphysicam connexionem cum determinatione voluntatis; quare ipsam physicè determinat, & quia prævia est, & causa determinationis, prædeterminat, seu est determinatio prævia; non autem lœdit libertatem hæc prævia determinatio, quia eo ponitur, ut ipsam causet; & quia Deus ex perfectione, & dominio influentiæ sua non solum actum causat, sed etiam modum ejus; quare non solum facit motione illa sua voluntatem vel-

le, sed etiam liberè velle. Hunc modum rigidiiores tenent Thomistæ.

Sed quamvis diù , multumque in ejos expositione elaboratum sit , ipsis etiam Thomistis impossibilis appareat , quare frequenter Moderni illam qualitatem præviam rejiciunt ut libertatis eversivam: quod enim dicitur illa libertatem causare , mera verba sunt ; utique verum est , quod Deus influentiâ suâ non solum actum causat , sed etiam modum ejus; si autem talis influentia qualitatem illam causat , aut aliquid quomodolibet præviū , & physicè determinans , facit quidem velle , non autem liberè velle. Itaque voluntas eo sensu , & signo , quo ab illa intelligitur exire determinatio , aut se habet ad unum , aut utrumlibet? Si primum dicatur , illud prævium , quo à Deo movetur , & quod est concursus Dei in ipsa voluntate , prædeterminat quidem , non autem relinquit libertatem , quia voluntas ad unum se habens non liberè exercetur , ut de se patet , quia libertas est ad utrumlibet : si ergo determinatio egreditur à voluntate se habente ad unum , non egreditur liberè : si autem dicatur alterum , illud prævium relinquit quidem libertatem , quia relinquit voluntatem ad utrumlibet ; sed hac etiam ratione non ipsam determinat.

237 Tertius dicendi modus

doceat , concursum Dei præterminare voluntatem , ita tamen quod in ipsa ejus actione consistat , prout à Deo voluntati immittitur , qua voluntas determinatur ad eamdem actionem ponendam sub ratione particulari ; & quia determinatio in ipsa ejus actione consistit , non est determinatio antecedens , qua possit libertatem lacerare. Sic tenet Illustrissimus Palanco , quem multi alii sequuntur. Minus tamen hic modus placet , quām quivis alias præterquamquod rationes omnes articulo præcedente facta hic recurrunt , nempé concursus Dei præcedentiam habet causalitatis , moveret enim , & applicat ; quod potissimum hæc sententia intendit ; at actio sub ratione communii non potest ad se ipsam sub ratione particulari præcedentiam habere , aut causalitatem ; præ hoc , inquam , aut intentam non salvat iste modus , aut libertatem non relinquit.

Itaque intendit sententia Thomistica , quod concursus Dei , ut est in ipsa voluntate , ea determinat , & ex entitate sua ad consensum , habet cum illo metaphysicam connexionem , & facit voluntatem consentire ; & enim talem ipsi adstruunt hujusmodi concursum , ut salvent gratiam ab intrinseco entitatis sua efficacem : aut ergo actio prout à Deo , & in signo , quo prior se ipsa prout à creatura , me-

physicæ ; & ex ternis est ad unum, & voluntatem determinat, ut pro signo posteriori continentum ponat ; aut non est ad unum, sed voluntati relinquit dominium, ut pro signo posteriori, quo ipsa actum ponit sub ratione particulari, otrumlibet possit determinare ? Si dicatur unum, habetur quidem intentionis sententia Thomistica, quod concursus Dei voluntatem determinat, & ab intrinseco entitatis sua efficax est, patet autem, quod æquè iste modus, ac præcedens, non relinquit libertatem ; pro signo enim posteriori, quilibet exercetur, & voluntas actum ponit prout ab ipsa, non habet dominium eligendi otrumlibet : si autem dicatur aliud, tunc relinquitur quidem voluntati dominium determinandi ; non autem concursus Dei ipsum determinat, sed determinationem voluntati relinquit. Additio, quod actio prout à Deo sub ratione communis ; ratio unum communis indifferens est : concursus ergo Dei metaphysicæ, & ex terminis, sive ab intrinseco entitatis sua non est determinatus, sed indifferens, & determinabilis à creatura.

138 Quartus dicendi modo est, quem teoret N. Manso, in utramque sententiam amplificat, docetque, concursum Dei cum libero arbitrio esse physicom, quem proinde dicit

congruit, & qualem oportet, ut vincat inclinationem in contrarium, gratuitum est, & ex meritis Christi Domini; quod autem intuitu determinationis conferat Deus concursus physicum, neque gratuitum est, neque ex meritis Christi Domini: quod enim voluntati determinatae, sicut cui libet causa naturali, Deus concursu suo actum causet sub ratione communi, Dei est, ut est primus motor, sive in ordine naturae ad actus naturales, sive in ordine supernaturali ad actus supernaturales: si ergo iste concursus physicus Dei est, ut est primus motor, gratia tantum relinquitur vocatio alliciens; at huic ipse Manso efficaciam dat tantum extrinsecam, nec aliam habere patet, de se enim tantum moraliter allicit, & connexionem cum consensu tantum habet ex præscientia, & quatenus descendit ex proposito miserendi: gratia ergo relinquitur ab extrinseco efficax, & consequenter intentum non habet, pro quo tot folia multiplicat.

Rursus: Præsens controversia instituitur de concursu Dei cum voluntate, ut est liberum arbitrium, sive præcisè ad determinationem; de concursu enim cum voluntate, ut natura est, sive post determinationem, actum est articulo præcedente; at concursus cum libero arbitrio in isto modo præcisè consistit in voca-

tionē alliciente; hoc enim moretur voluntas ad determinacionem; alter autem concursus non ad voluntatem pertinet, ut est liberum arbitrium, sed ut est natura; siquidem post determinationem voluntatis per consummum negativum nulla relinquitur indifferentia determinanda per concursum Dei: ad punctum ergo præsentis controversiae id ipsum ponit iste modus, quod prima sententia, nempè quod concursus Dei de se, & ab intrisco est indifferens, & ipsum voluntas pro sua potestate determinat.

Deinde: Difficultates utriusque sententia habet contra legem quatenus enim moralem vocationem ponit de se indifferenter, & cui possit voluntas consentire, vel dissentire, habet contra se ea omnia, quæ Thomistæ objiciunt ex dominio Dei, & conditione primi determinantis; quatenus autem concursum præsumit in actione ipsa prius à Deo, ea omnia contra se habet, quæ in præcedentibus adducta sunt contra tertium modum sententia Thomistica. Adde, quod sententiam suam ipse proponit ad mentem B. Doctoris; at vero in sententia B. Doctoris actus volendi non producitur à voluntate, sed est tantum motus amare, quo per voluntatem recipit motionem ab objecto causatum modo suo, nempè voluntarie.

jam supra patuit, & latius in lib. de Anima ostendemus, & cuique poterit patere legenti textum. B. Doctoris citat. dist. 25. in 2. sent. non ergo in sententia B. Doctoris locum habet concursus ille physicus.

§.

II.

Proponitur, & probatur Nostra sententia.

<sup>240</sup> Nobis dicendum pri-  
mò, quòd liberum arbitrium secundùm se, & præ-  
dictivè a vulnere, quod ex prima culpa contraxit, tantùm indiget motione objectiva; pro hoc statu indiget motione subjectivè accepta in voluntate. Hæc quis-  
tio Theologica est, quare hæc  
dignitate probari non po-  
nit, debet tamen præmitti, &  
aplicari, quia difficultas præ-  
dictis controversiæ multum pen-  
det ex illa distinctione liberi ar-  
bitrii sani, & ut à Deo conditum  
& infirmi ex vulnere, quod  
prima culpâ contraxit; quam  
proinde distinctionem in princi-  
pio disputationis cum Pelagio  
pannitit S. Patens veluti maxi-  
me necessariam ad propositum  
damendi necessitatem specialis  
auxili pro hoc statu; quare lib.  
de Natur. & Grat. cap. 3. sic ait:  
Natura quippe hominis primitus

inculpata, & sine ullo vitio crea-  
ta est; natura verò ista hominis,  
qua unusquisque ex Adam nasci-  
tur, jam Medico indiget, quia sa-  
na non est; & ad hanc infirmi-  
tatem sapientissime recurrat pro ve-  
nanda necessitate specialis græ-  
tia sanantis.

241 Prob. itaque prior pars:  
Determinare alteram partem,  
quod exercitium est liberi arbitrii, de quo ad præsens loqui-  
mur, non est exercitium aliquod  
physicum, seu aliquid activè pro-  
ducere, sed tantum morale, nem-  
pè avertere se ab uno, quo alte-  
rum determinatur, ut jam solùm  
moveat, & sic sufficientè mo-  
veat, & faciat in actu voluntati-  
tem; sed ad hanc determinatio-  
nem dominium voluntatis fa-  
num, & ad nullam partem incli-  
nans, sola indiget otensione bo-  
nitatis, & objectiva allientiarum  
ergo. Major ex iam dictis patet, &  
amplius in lib. de Anima osten-  
detur. Minor autem pro nunc  
potius explicanda est, quam pro-  
banda: itaque subjectiva motio-  
ne indiget causa agens, & mo-  
vens, eo quòd secundum agens;  
at liberum arbitrium in determi-  
nando alteram partem non agit  
physicè: solù ergo subjectiva mo-  
tione, & aliquo sibi impresso indi-  
get ratione debilitatis, aut in-  
firmitatis, quo nem pè inclinatio  
ad bonum concupisibile vince-  
retur, quam quia non habet li-  
berum arbitrium secundum se,

& in statu sanitatis, nullo tali indiget, sed sola objecti propositione sufficienter movetur.

Notandum autem primò, quod non tollit hæc ratio, quin ad opus supernaturale aliquo indigeret elevate, & constitente in illo ordine; hoc autem non ad concursum pertinet, & ad exercitium determinandi, sed ad protestatem; quo posito, & plenè constituto posse, motione indigeret, & concursu, & talem dicimus pro illo statu sufficere objectivum. Secundò, quod hoc non tollit, quin Deus moveret, & esset bona determinationis specialis Author: illa enim objectiva vocatio ex Deo esset, & Deus per illam moveret, & alliceret; quia tamen sana esset potestas liberi arbitrii, inter objectivam allicientiam Dei per bonum honestum, & Diaboli per suggestionem, & allicientiam boni delectabilis, ipsa sufficenter posset honestum determinare.

242 Quantum ad secundam partem Catholica est Conclusio, eam ex instituto intendit, & ostendit S. Parens contra Pelagium; non enim ipse objectivam motionem negabat, cuius verba adducit S. Parens lib. r. de Grat. Chist. cap. 7. *Adjuvat enim nos, inquit, Deus per doctrinam, & revelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis, ne presentibus occupemur, futura demonstrat, dum Diaboli pax,*

*dicit insidias, dum non multiformi, & ineffabili dono gratia coelestis illuminat.* En Pelagius donum gratia coelestis admittit, reponit autem S. Parens, quod non ista est gratia, quam commendat Apolitus, quia in his omnibus non recedit a commendatione legis, atque doctrinæ: volebat ergo Pelagius, quod gratia Dei, qua indigemus pro hoc statu, tantum est objectiva propositione, & ostensio boni, quæ est in lege præcipiente, & doctrina ostendente; è contra autem contendit S. Parens, quod, quia pro hoc statu habemus legem carnis repugnarem legi mentis, concupiscentiam nempe, & malam propensionem in bonum delectabile, ulterius indigemus speciali aliquo coconcursu, qui ei gratia Dei per Christum, & subiective afficit voluntatem.

243 Dicendum secundum Concursus iste prævious est, & precedit determinationem; autem physice determinat mortaliter tantum allicit, & nat. Prior pars extra contrariam est, ab omnibus enim admittitur divisio apud Santos, & Doctores frequens gratia, sine motionis in prævenientem, sine excitantem, & adjuvantem, sine cooperantem; quare ait S. Parens, quod Deus, ut velimus, sine nobis operatur, nempe per vocationem, qua allicit voluntatem opportune, & quomodo sit

coagere, ut vocantem non respat; cùm autem volumus, nobis sic cooperatur per concursum ad opus, de quo articulo precedente,

244 Prob. itaque secunda pars, de qua tota est controversia: Concursum, qui est aliquid subjective receptum in voluntate, præveniens determinationem ejus, & physicè determinans ad unum, evertit libertatem; sed concursus Dei cum libero arbitrio, de quo ad præsens loquuntur, aliquid est subjective receptionis in voluntate, & præveniens determinationem ejus: ergo non esse physicè determinans. Non quantum ad primum jam sicut precedentie conclusione; quantum ad secundum est prius hujus conclusionis, quam omnes admittunt. Conseq. de se nequit enim concursus Dei esse, qui libertatem sinit. Major ergo, in qua tota difficultas, prob. Determinatio ab unicuius non relinquit indifferetiam utrumlibet, & dominium determinandi alterum; sed si concursus ille physicè determinat, constituit voluntatem pro priori ad exercitium optime libertatis determinationem: ergo non relinquit dominium determinandi alterum, in quo libertas constituit. Et min. quia subjective affinitatem, & prævenit exercitium ejus, & propriam deter-

minationem.

245 Hac probatio communis est fundamentum contra motionem prædeterminantem, cuius proinde solutionem omnes intendunt Thomistæ, sed certe, sive verbo, sive scripto nullam licuit videre, quæ quietet intellectum. Communissima Antiquorum solutio est distinctio de sensu composito, & diviso, quæ variis explicatur modis, omnes tamen prætermitto; quia video, jam rigidissimos Thomistastis non uti, & certe, quomodo cumque explicetur, difficultatem relinquit intactam; quod ut p. 24 teat, dilemma supra tactam classificatur: Eo sensu, & signo, quo voluntas proprium exercet dominium, & alteram partem determinat, sive compositus ille sit, sive divisus, aut ad unum est, aut ad utrumlibet in se intrinsecus. Si ad unum est, determinata quidem, sed non libera; si autem ad utrumlibet, libera quidem, sed non determinata; quandoquidem ergo eo sensu, & signo, quo exercetur, & propriam determinationem posse, concursum Dei habet, aut iste concursus non determinat, aut libertatem non relinquit.

246 Illustris Alvarez lib. 3, de Auxil. disp. 23. num. 1. doctrinam habet, ex qua possit hujus rationis solutio deduci: explicatur namque, quid nomine physicæ prædeterminationis in-

telligatur, de nonnullis Theologis conqueritur, quod vocula quadam ad communem Thomistatum expressionem additam sensum immutarint, & sententiam reddiderint asperiorem, dum dicunt, physicam motionem esse, qua Deus praevie determinat omnino; non enim, inquit, in aliquo Thomista, quem ego videbam, reperitur illud omnino: vult ergo, sensum Thomistatum esse, quod Deus concursu suo, & motione illa voluntati impressa determinat quidem physicè, hoc est, re ipsa, & non solum moraliter alliciendo, non autem determinat omnino. Ex quo præcedens ratio solvitur: quamvis enim illud præsum à Deo impressum determinet voluntatem, quia tamen non omnino determinat, ipsi relinquit dominium, & potestatem determinandi.

247 Sed hujus solutionis sensus desideratur; non enim intelligi potest, qualiter determinat physicè, & re ipsa, & tamen indeterminatum relinquit, sive indifferens dominium eligendi; repugnat quippe apertissimè determinatio non determinans, talis autem est, quæ relinquit indifferens dominium eligendi: aut ergo illa motio voluntati impressa, & subjectivè in ipsa recepta talis est, sub qua voluntas verè, & re ipsa, quantum est in se, relinquit potens utrumlibet determinare; aut talis, sub qua de-

terminata est, & ad unum se habet? Si hoc secundum dicatur, determinat quidem, sed omnino determinat, & nullam relinquit potestatem, & dominium determinandi alterum; si autem dicatur alterum, relinquit quidem dominium voluntatis, & potestatem determinandi alterutrum, sed hoc ipso nullo modo determinat, sed est physicè, & in entitate sua indifferens ad utrumlibet.

248 Illustris. Caramuel in Theologia Fundam. fundamentum quo de hoc ipso agit, subtili quidem præcisione hanc determinationem explicat, & contendit, illam suam explicationem sensum esse, quem intendit Alvarez, & Antiqui Thomistæ: in primis itaque vult, motionem Dei sic determinate, quod infallibiliter quidem, seu reddit infallibile hunc actum fore, ad quem determinat, non autem necessiter, reddit necesse esse: ratio est, quod infallibile esse hoc fore non excludit oppositum posse esse; necesse autem esse hoc fore excludit potestatem ad oppositum; idem quippe est, necesse est ita esse, ut impossibile est esse aliter: motio ergo Dei reddit infallibile id, quod determinat, quia Decretum, ex quo descendit illa motio, est metaphysicè instruibile; non autem reddit necesse est ergo determinat, quod non erit oppositum, poterit tamen

esse, quare potestatem relinquit, & dominium ad utrumlibet, quia to quod non necessitat, relinquit possibile non esse: sic itaque determinat ad consensum, quatenus reddit infallibilem consensum fore, quod tamen non omnino determinat, quatenus reliquit possibile non esse, eo quod non necessitat; quare cum determinatione relinquit voluntati potestatem, & dominium ad utrumlibet.

Deinde, ut explicet, qualiter illa motio infallibilizat quidem, non autem necessitat, ait, quod potest motio considerari, philosophicè, hoc est, secundum unitatem suam in se acceptam, precissivè à quocumque reflecta; aut theologicè, hoc est, respectivè ad Deum, à quo imminetur, & in voluntate causa. Tunc autem: Motio accepta philosophicè, indifferens est ad utrumlibet; accepta autem theologicè, ad unum est, & determinat ad consensum; at voluntatem movet philosophice, & secundum entitatem suam: quia ergo sic accepta, indifferens est, voluntati relinquit potentiam ad oppositum, quia tamen ex habitudine ad Deum, à quo descendit, ad unum est, determinat, & reddit infallibilem consensum; quia, licet possit esse, omnino tamen non erit dissensus.

249 Hæc doctrina verbis  
secundum intentum salvat motio-

nis physicè determinantis, remanen idem docet, quod ponit prima sententia, aut manifestam involvit contradictionem: aut itaque motio illa theologicè accepta, & ex habitudine ad Deum, à quo descendit, aliquid habet, quo voluntatem determinet; aut illa habitudo entitatem motionis relinquit respectivè ad voluntatem, ut est in se, & philosophicè accepta, nempè indifferentem ad utrumlibet? Si primum, manifestam involvit contradictionem, & intactam relinquit difficultatem; si autem secundum dicatur, id ipsum est, quod intendit contraria sententia. Ostenditur primum: Manifestè enim implicat, quod illa motio voluntatem afficiat indifferenter, & ad utrumlibet, & simul determinat, & ad unum; si autem ex habitudine illa Theologicæ acceptio nisi aliquid assequitur, quo voluntatem moveat determinando ad unum, simul utrumque habet, & determinare ex hac Theologica acceptio, & indifferenter moveare philosophicè accepta.

Præterea: Intacta relinquitur difficultas: Si enim voluntatem determinat, eam constituit determinat ad unum pro priori ad proprium exercitium; cum quo non stat, quod ipsa in proprio exercitio relinquatur potens ad utrumlibet. Deinde ostenditur altera pars dilemmatis: Si enim Theologica acceptio motionem

tionem relinquit respectivè ad voluntatem in propria entitativa, & philosophica indifferentia, Deo quidem reliquit infallibile, quod erit consensus, quia Deus per præscientiam novit, quam partem determinatura est voluntas; quare ejus Decretum est metaphysicè infrastrabile, & motio comparativè ad Deum, & ad hoc Decretum metaphysicè infallibilitè infert, quòd erit consensus; comparativè tamen ad voluntatem indifferentiè movere, & secundum entitatem suam philosophicè acceptam; quare tota determinatio, & infallibilitas extrinseca est, & ex præscientia eventus regulante Decretum.

250 Ex his ergo sufficienter relinquitur tertia pars conclusionis, quæ est nostra sententia, & cuius sensum pro solyendis difficultatibus explicemus oportet, quamvis multa necesse sit Theologica admiscere. Itaque, quia ex peccato originali necessitas oritur specialis motionis, inde oportet exordium sumere; Quia ergo per peccatum originale tota natura meritum damnationis iacurrit, decrevit Deus Verbum carnem sumere, & mortem subire, ut pro peccato satisfaceret, & homines à reatu damnationis liberaret, quamvis autem omnes æquè quantum ad sufficientiam à debito libaverit, quia pro omnibus abundè satisfecit, non tamen omnes cfi,

caciter, & in effectu meritum Redemptionis assequuntur: quia, ut ait S. Patens de Corrept. & Grat. cap. 10. sic condidit Angelorum, hominumque naturam, ut in ea priùs ostenderet, quid posset liberum arbitrium, deinde quid posset sua grata beneficium, justitiaque judicium: postquam ergo in primo homine ostensum est, quid posset liberum arbitrium, morte sua portas Cali, quas prima culpa clausit, reseravit Christus Dominus, & vectes ferreos confregit, ut omnibus pateret aditus, ingrediāmen aliquos voluit, in quibus ostenderet, quid posset sua grata beneficium, ut in aliis ingrediānolentibus ostenderet iustitiae judicium.

Ex illa itaque perditionis massa totius humanæ naturæ, que per peccatum amiserat jus ad gloriam, segregavit, quos voluit in quibus ostenderet misericordiam suam, ex hoc decrevit per propria merita salvati: quiaquo Decretum Divinæ voluntatis solutè, & omnino efficax est, & infrastrabile, metaphysicè inalabile est, hos bona opera habitueros, quibus salutem consequantur; quia tamen hac bona opera debent esse propria voluntatis humanæ merita, libere debent ab ea ponit, & consequenter ita quid possint non ponit; quae relinquuntur, quid illud medium, quo Deus Decretum suum et-

honesti, utrumque debet habere, & infallibilitatem actus, ad quem ponitur, & contingentiam potestatis ad utrumlibet. Deus itaque præscientia suâ novit ab æterno, quæ omne Decretum suæ voluntatis quidquid possibile est esse, quare novit infinitas vocations, & inspirationes, quibus qualibet voluntas pro quolibet illanti potest vocari; & quia, ut ait S. Paren Epist. ad Simp. & an quisque in se ipso experitur, eadem res alio modo dicta movet, alio modo dicta non movet, huic movet, illum non movet; novit etiam Deus, quæ vocatio huic voluntati in his circumstantiis congruit, quæ in illis, quæ hic, & nunc sic suadet, persuadeat; quæ autem sic suadet, quod non persuadeat; quare novit, & præfens habet, quem sub ista, quem sub illa libenteret; si in his, & illis circumstantiis poneretur.

Quia ergo hujus decrevit misericordia, ut loco cit. ait S. Parsons, sic eum vocat, quomodo sit congruere, ut vocantem non impuat, nempe vocationem confessi; quæ licet tantum suadet, & moraliter allicit, sic suadet, quod persuadeat, & Deus præscientia suâ novit, quod illi confusa est voluntas: quia itaque tantum moraliter allicit hac motio, voluntati nihilque potestatem eligendi utrumlibet, posset illi resistere,

Tom. II.

& meretur in consentiendo, cum posset dissentire; quia item Deus præscientia suâ novit, quod ea voluntati congruit, & præsentem videt ante omne Decretum acutum, quem liberè positura erat, si ea vocatione excitaretur, Deus est infallibile, quod liberè consentiet; quia tandem illa vocatione, eo quod descendit ex proposito miserendi, specialem habet congruentiam, ut persuadeat, sic est meritum voluntatis consentire, quod illius consensus Deus est specialis Author, & bona illa determinatio in Deum refunditur sic vocantem.

251 Alios autem, quos Deus justo iudicio suo noluit sic eligere, & in peccatum originale reliquit in manu consilii sui, & in perditione, quam primo peccato contraxerunt, vocare quidem, & allicit ad honestum sufficienter, ut, si velint, possint consentire; tamen, quia voluntate antecedente vult omnes salvos fieri; tamen, quia Christus Dominus pro omnibus mortuus est, & omnibus meruit auxilia gratiarum, omnibus itaque motionem conferit sufficienter allicientem; quia tamen ex infirmitate liberi arbitrii debilitatem habent, & inclinationem ad delectabile, neque Deus tenetur in illis circumstantiis vocare, in quibus congruentia vocationis sic suadet, quod malam inclinationem vincat, & honestum persuadeat, ipsi pro

lui

sua

sua potestate vocationi resiliunt, & eligunt delectabile, cum possent honestum, ad quod sufficienter allicitur; quare eorum culpa est, & ipsis imputatur, non Deo sufficienter vocanti: patet itaque, qualiter magis est opus Dei conversio Petri, quam proditio Iudei, quamvis utrumque in potestate sit liberi arbitrii; quia nempe ad conversionem Deus movet ex proposito misericordi, & quomodo scit congruere, quare illius est specialis Author; ad prodictionem autem concurrit tantum ut motor primus concursu generali, & determinatus a mala voluntatis electione. Latius quidem, & immaturè hæc oportuit prosequi, quia pro aliquali presentis controversia intelligentia ea sunt omnino necessaria.

## g. III.

## Solvuntur Argumenta

**252** Arguitur primò: Deus eo quod primum in omni genere perfectionis, est non minus primum movens, quam primum determinans; sed quia primum movens influentiâ suâ prævie movet, & applicat quamlibet causam secundam: ergo quia primum determinans prævie debet liberum arbitrium determinare. Totus discursus licet; non enim salvatur in Deo

ratio primi, nisi correspondeat in creatura ratio secundi dependentis, & subordinati: sicut ergo creatura non est movens secundum, nisi quatenus determinata determinata à Deo.

**253** Resp. quod æquivocatio maj. qua tota nititur difficultas, jam supra patuit numero 171. movere itaque est in linea physica, quare absolute dicitur perfectionem; determinate autem est in linea moris, quare non absolute est perfectio; sed determinare ad honestum perfectio est, determinare autem delectabile imperfectio est, & deficere à recta ratione: quia ergo Deus est primum in omni genere perfectionis, non absolute est primum determinans, sed primum determinans ab bonum, ad malum autem, quia creatura sibi sufficit, ipsa est primum determinans. Ad bonum itaque Deus est primum determinans, sibi est primum movens, & creatura determinat subordinata, & dependenter à determinante: quia tamen hæc Dei determinatio debet ipsis relinquere libertatem arbitrii, & potestatem eligendi utrumlibet, nequit esse physica, & subjective receptio voluntate: subordinatur ergo Deo humana voluntas in determinando bonum, quatenus idget speciali motione congruere, & quæ descendat ex propria misericordi; determinat autem

Deus activè, & causaliter influentia sua, quæ est voluntas, seu decreta de consensu, & propositionum miserendi, non autem consensus formalis, seu aliquo voluntati impresso; quia illud primum sufficienter salvat in Deo dominium absolutum, & rationem primi in omni genere perfectio-  
nis, hoc secundum libertatem  
someteret.

254 Arguitur secundò: Ab eo, quod se habet ad utrumlibet, non egreditur determinatio, secundum quod sic se habet; sed liberum arbitrium de se est ad utrumlibet: ergo nisi aliquid sibi imprimatur, quo fiat ad unum, non potest ab eo exire determinatio. Maj. quæ sola probatio indiget, multis ostenditur: Numquidque agit, secundum quod est in actu; quod autem est utrumlibet, secundum quod non in actu, sed in potentia etiam quamlibet partem. Rursus: ab indifferenti, ut indifferens sit, non egreditur determinatio. Præterea: *Idem manens idem, impetrat idem*: si ergo liberum arbitrium de se est ad utrumlibet, quandiu sic relinquitur, non poterit determinare, & consequenter aliquo indiget, quo fiat ad unum. Insuper: Tale est agens in principio motus, quale in passum in termino ejus, quia agens motu suo intendit passo communicare formam, secundum quam agit; sed liberum ar-

bitrium in termino electionis electione ipsa fit ad unum: ergo tale esse debet in principio; quod cum de se non habeat, ex aliquo debet habere sibi impresso, & hoc erit motio Dei determinans. Hanc rationem habet S. Thomas 1. part. quæst. 19. art. 3. ad 5. sumiturque ex Commentatore in 2. Physic. text. 48.

255 Resp. incipiendo ab authoritate S. Thomæ, quod propositionem illam assumit in 5. argumentum in contrarium in eodem sensu, quem intendit Commentator, ex quo illam, ait, desumi; Commentator autem textum exponit, quo ait Philosopha, quod casu dicitur, quod non est ex necessitate, neque contingens ut in pluribus: in hujus expositione inducit opinionem Avicennæ volentis, quod est aliquid invenire, quod in respectu unius sit casuale, & in respectu alterius necessarium; contra hanc determinat Commentator, quod à contingenti æqualiter non egreditur actio necessariò, & determinatè, quæ nempè respectu unius sit casualis, & contingens æqualiter, & respectu alterius sit necessaria; & rationem assignat, quia potentia sic contingens est natura materix, non natura formæ; quare concludit: Apparet igitur ex hoc, quod contingens æqualiter non invenitur in potentiis agentibus per se, sed in potentiis passivis; & assumit

potentiam loco motivam, quæ sic est ad hanc, & illum motum, quod ab appetitiva determinatur ad aliquem. Patet itaque, quod non universaliter intendit, quod ab indifferenti ut tali non egreditur determinatio, sed tantum, quod ab indifferenti indifferentia passiva; determinat enim appetitiva locomotivam, ipsa autem appetitiva non ab alia determinatur.

256 Ad formam itaque disting. maj. Ab eo, quod se habet ad utrumlibet indifferentiam pure passivam, & potentiam determinabilis, non egreditur determinatio, conc. maj. ab eo, quod se habet ad utrumlibet indifferentiam activam, & potestatis dominativam, neg. maj. Indifferentia itaque materiae ad hanc, vel illam formam passivam est, & potentiam determinabilis, quare debet à dispositionibus determinari; similiter indifferentia causa ad hunc, vel illum effectum; quanvis enim ipsa causa sit activa, indifferentia ejus passiva est, solius non repugnantia, & potentiam determinabilis; quare ad hunc effectum determinatur ab applicante hic, & nunc ad hanc materiam; at verò indifferentia liberti arbitrii longè alia est; non enim ex illa indifferentia dicetur materia, aut causa productiva libera, & sui juris, sicut dicitur liberum arbitrium: indifferentia ergo hujus activa est, dominati-

va, & qua est sui juris, & potest ex se alteratum determinare, alioqui non esset liberum.

Quo patet ad probationes maj. Ad primam neg. min. sub distinctione data; quod enim est ad utrumlibet potestate dominativa, & sui juris, non absolute in potentia est, sed eo sensu, quo debet agere, est in actu: itaque determinare alteram partem non est formaliter, & physicè aliquid agere, sed virtualiter tantum, & moraliter, quatenus sic determinans ratio est, & causa, quoniam objectum sub hac ratione moveat voluntatem, quare ipsius determinantis censetur esse operatio: hoc autem sensu de se est in actu per quidditatem suam, qua habet dominium potestatum utriusque partis. Ad secundam jam patuit sensus propositionis; ipsa enim est, quæ et Commentatore desumitur. Alteram tenet antec. de causa ratione agente, & per causalitatem effectivam aliquid producere non autem sic exercetur liberum arbitrium. Ratio autem est, quia causa agens actione communiceat formam, qua est agens; quare, ut aliam, vel aliter communiceat, debet aliter te habere, aut per aliam formam esse in actu. Quo patet ad quartam; tenet enim assumptum de agente communiceante formam. Præterea: Non oportet, quod agens in actu formaliter sit tale, quale sit passum, sed

sufficit, si sit in actu virtuali; Sol enim calefacit, quin sit in actu calidus; sic autem in actu est liberum arbitrium, quatenus enim est sui juris, potestativè utramque determinationem continet.

257 Arguitur tertio: Si id, quod Deus imprimis voluntati, & quo movet liberum arbitrium, non est de se physicè ad unum determinans, Deo ipsi imputatur peccatum non minus, quam voluntati; sed hoc est manifeste absurdum: ergo. Prob. maj. Qui concursum præbet de se indifferenter, & expositum ad honestum, vel dishonestum, re vera inquit in quocumque ex illis, si ipsi competit dirigere, & applicare alterum tamquam sibi subordinatum, magis ipsi, quam alteri defectus imputatur; sed Deus, ut primum movens, habet dirigere, & applicare liberum arbitrium; aliunde, si non determinat, concursum præbet de se indifferenter, & expositum ad honestum, vel dishonestum: ergo.

258 Resp. quod multo magis Deus est Author, & causa peccati, si concursum præbet ex ipso, & antecedenter ad determinationem creaturae ipsam determinans, quam si concursum præbet ex se ad utrumlibet, & quem creatura determinet. Dicente neg. maj. Ad prob. ejus dicitur, quod concursus Dei de se est ad honestum, talis tamen, qualis congruit, seu conferri de-

bet causa liberæ, & quæ in determinando est sui juris, nempe non ipsam physicè determinans, quippe hic non eam relinqueret sui juris, sed solùm alliciens, & suadens, qui proinde ipsi relinquit determinationem; & hoc tantummodo Deo competit dirigere, movere, & applicare liberum arbitrium, eo quod liberum voluit: quia ergo alia esse non potest motio, & applicatio, quam sic suadens, quod ipsi relinquit dominium determinandi, si ipsa determinat iuhonestum, ipsius culpa est, non Authoris sufficienter moventis ad honestum.

259 Arguitur quartò: Duæ voluntates ad unum idem volendum non possunt concurrere, nisi aut casu, & fortuitò, aut ita quod una alteram determinet; sed implicat, quod casu, & fortuitò Divina voluntas aliquid velit; deinde, quod ab humana determinetur: ergo cum voluntate humana concurrit ipsam determinando. Minor quantum ad primum patet, quia tolleretur præscientia, & providentia; si aliquid Dens vellet a casu, quantum ad secundum item; subordinaretur enim Deus humana voluntati, si ab ipsa determinaretur.

260 Resp. neg. min. quantum ad secundum; ipse enim Deus per Isaiam dicit, quod invitus cogitur ad peccatum concurrere: latè ergo accipiend⁹

subordinationem, Deus quantum ad hoc humanæ voluntati quodammodo subordinatur ex suppositione, quod ipsam condidit liberam, & sui juris esse voluit in determinando alterutrum; quare concurrit ad malum non determinans, & volens, sed determinatus, & permittens id, quod vult humana voluntas. Ad bonum autem concurrit determinans activè, & causaliter per Decretum suum, & propositum miserendi, non autem formaliter aliquid voluntati imprimens, quo ipsam physicè determinet.

261 Arguitur quintò: Si id, quod Deus voluntati imprimit, non est de se, & metaphysicè ad unum, sequitur, quod non est proprium solius Dei voluntatem humanam immutare, & efficaciter movere ad actus bonos; sed hoc est inconveniens: ergo. Probatur major: Si motio Dei in voluntate causata non est metaphysicè ad unum, tantum moveat Deus alliciendo, & inclinando voluntatem, non autem determinando ipsam; sed allicere, & inclinare voluntatem potest quilibet homo, & multò magis Angelus: ergo non magis poterit Deus voluntatem moveare in ordine ad bonum, quam Diabolus in ordine ad malum.

262 Resp. quod hoc argumentum, quo N. Manso utitur, ipse tenetur solvere; per ipsum enim vocatio excitans tantum

moraliter allicit; intuitu autem consensus negativi tenetur Deus concursum physicum præstare, sive ad bonum, sive ad malum actum: æquè ergo, ac Deus, poterit Diabolus consensum negativum extorquere alliciendo voluntatem, & consequenter, ut Deus magis possit, tenetur ipse dicere, quod per vocationem determinat Deus metaphysicè ad consensum negativum. Dicitur neg. major. Ad probationem dicitur primò, quod Deus habet vocare congrue, & sic suadere, ut persuadeat, quod alias non potest, sive homo, sive Angelus per se, & à proposito; solus enim Deus præscientiâ sua novit, quid voluntati congruit, ut ea moveatur in quibuslibet circumstantiis. Dicitur secundò, quod solus Deus potest voluntatem subjectivè movere, sive per impulsum in ea causatum, sive per inspirationes, & actus indeliberatos; quilibet autem alias tantum potest objectivè alliceret tensione, & propositione obiecti: quamvis ergo tantum moraliter, & alliciendo Deus moveat, magis tamen, quam alias quilibet, moveare habet.

263 Arguitur sextò: Frequentissimum est in P. Augustino, quod Deus, ut velimus, operatur in nobis sine nobis, cum autem volumus, nobiscum cooperatur; sed id impossibile est explicare sine motione prædicta.

determinante : ergo. Minor ostenditur : Si enim motio Dei non determinat voluntatem, non facit nos velle ; si autem non est prævia, non operatur in nobis sine nobis : si ergo utrumque asserit S. Parens, & quod opera- tur in nobis sine nobis, & quod facit nos velle, utrumque habet motio, & quod prævia est, & quod determinat ; sed insuper sit S. Parens, quod nobiscum cooperatur, cum volumus : ergo propter vocationem, qua excitat, ponit debet concursus physicus, quo producit nostrum velle, & nobiscum cooperatur.

264 Respondeatur primò, quod hoc argumentum, quo situr N. Manso, ipsum premit: primò quidem, quia vocatio, qua Deus operatur in nobis si- enobis, juxta ipsum non de- minat, sed tantum moraliter aliis, aut congrue; & ita quod perbadeat, si sit ex proposito misericordi; aut sufficienter tan- tum, si sit ex providentia gene- rali, semper tamen in potesta- te voluntatis relinquit consen- tire, vel dissentire: non ergo facit velle. Secundò, quia con- cursus physicus, quo Deus no- biskum cooperatur, cum volu- mus, juxta ipsum non est co- operans, sed præoperans; cau- sit enim ipsum velle sub ratio- ne communi, pro priori ad exer- citium, quo voluntas ipsum velle causat sub ratione particula- ri.

Respondeatur secundò ne- gando minorem. Ad probatio- nem ejus dicitur, quod velle honestum, seu bene velle, de quo loquitur S. Parens, opera- tur Deus sine dobris, quatenus ex se ipso, & præviè movet, & excitat; facit autem nos velle, non quidem physicè determinan- do, sic enim faceret velle, non autem velle liberè, sed quatenus sic vocat, quando scit congrue- re, & ex proposito miserendi, quare facit moraliter, & facien- do, ut nos faciamus. Qualiter autem nobiscum cooperatur, cum volumus, non ad præsen- tem pertinet controversiam; sed ad præcedentem: dicendum ni- hilominus, quod ad quamlibet influentiam, & activum mouere causæ creatæ concurrat Deus me- diatè, & immediatè movens, & applicans influentiâ suâ creatam causam, & simùl coiuersus; jam autem, si velle est actus à vo- luntate productus, ut ponit communis sententia, non so- lùm ipsam movet, sed ipsi coiu- fluit Deus; in nostra autem sen- tentia velle non est actus à vo- luntate causatus, sed motus ani- mæ, quo per voluntatem am- plectitur objectum, & recipit modo suo activationem ejus: est autem ipsum velle, sicut quilibet motus vitalis, mouere, & moveri ipsius animæ, nempe per unam potentiam movetur, & percipit, per aliam movet, & ap- plicas

plicat potentiam, quę percipit; ut latius in lib. de Anim. dicemus: concurrit ergo Deus, &

nobiscum cooperatur, quatenus cum ipsa anima movente concurrit.



P A R S  
S E C U N D A ,  
I N Q U A P R O S E Q U U N T U R  
D I S P U T A T I O N E S ,  
E T  
Q U Æ S T I O N E S  
I N O C T O L I B R O S P H Y S I C O R U M  
A D M E N T E M

B. Æ G I D I I  
D O C T . F U N D A M E N T A L I S ,  
A R . P . M . F . J O A N N E  
H I D A L G O , A S T I G I E N S I ,  
O R D I N I S E R E M I T A R U M S . P . N .  
A U G U S T I N I  
T H E O L O G O L A U R E A T O , E T I N A C A D E M I A  
H I S P A L E N S I V E S P E R . C A T H E D R A T I C O  
E L A B O R A T E .

PARAG  
ACADEMIE

in quo trahuntur

DISPUTATIONES

CONFIDENTIALES

methodo et modo et in co-  
natiem ea.

INSTITUTA

DEST. H. DINAMIENSIS

BY J. M. T. J. V. A. N. I. E.

methodo et modo et in co-  
natiem ea.

INSTITUTA

methodo et modo et in co-  
natiem ea.

trove  
diffic  
omni  
uno  
tione  
quod  
nece  
filita  
vite  
prior  
erit  
parte

# QUÆSTIO TERTIA DE CAUSIS AD SE INVICEM COMPARATIS.

## ARTICULUS UNICUS

*In Causæ sint invicem Causæ*

265 **H**OC unum inter Authores de hac quæstione controvertitur, idque non magnè difficultatis est; ferè idem enim omnes intendunt, quamvis non uno modo loquantur. Facit rationem dubitandi, ex una parte, quod mutua prioritas, quam de necessitate involvit mutua causalitas, videtur implicate; involvit enim, quod qualibet causa sit prior se, ex quo sequitur, quod est prior se ipsa. Ex alia autem parte textus Philosophi, quo

apertè assertit, causas aliquas sibi mutuò causas esse, nam 2. Phys. text. 30. sic ait: *Sunt præterea, quæ sibi sunt mutuò causæ, ut exercitium bona habitudinis, & hoc exercitii, at non eodem modo, sed bac ut finis, illud ut principium motus.* Notandum autem pro tollenda æquivocatione, qua multi laborant, quod non idem est ad se invicem causalitatem exercere, & sibi mutuò causas esse; postquam enim causa efficiens effectum suum produxit, potest vicissim aliquid ab eo in eodem genere efficiendi pati, sed non proinde erit effactus ejus; quare ad se invicem causalitatem exercent, non tamen sunt ad se invicem causæ.

266 Supponunt omnes, du-  
A 2 bium

biam non procedere de causis in eodem genere; id namque expresso habet Philosophus in tex-  
tu, ait enim, quod non eodem modo, hoc est, non in eodem ge-  
nere, & ferè est de se manifestum.  
Nonnulla autem objiciuntur,  
quæ aliquam videntur habere dif-  
ficultatem, ea tamen in equivoca-  
tione prius notata faundantur:  
primo: Actus in genere efficien-  
tis causa causant habitum; sed  
in eodem genere ab ipsa proce-  
dunt: ergo. Secundo: Piper cale-  
facit stomachum effectivè, à quo  
in eodem genere debet calefieri.  
Tertio: In genere causæ materia-  
lis ex aqua geuerantur vapores;  
ex istis autem in eodem genere  
aqua pluvia. Quartò: In eodem  
exemplo Philosophi deambula-  
tio causa est effectiva bona vale-  
tudinis; vicissim autem valetu-  
do causa est deambulationis, non  
solum finalis, quatenus movet ad  
deambulandum valetudo, quam  
intendit consequi, sed efficiens  
etiam, quatenus valetudo, quam  
habet, effectivè influit in motum  
deambulandi.

Ad primam dicitur, quod  
non idem actus ab habitu proce-  
dit, & habitum generat; actus  
enim, quibus generatur habitus,  
procedunt à potentia non habi-  
tuata, quare illi non sunt effectus  
ipsius habitus; qui autem ab ha-  
bitu procedunt, non ipsum cau-  
sant, sed ad summum causalita-  
tem exercent, quatenus ipsis fit-

matur, & radicatur habitus, &  
sic prioritatem habent non ad  
ipsum habitum, qui prior est, &  
causa actuam, sed ad illud esse  
firmum, & bene radicatum. Ad  
secundum, eodem modo sibi  
invicem aliquam causalitatem  
exercent calor piperis, & stoma-  
chi, non autem sibi mutuo cau-  
sa sunt; non enim calor piperis  
calorem stomachi causat, sed in-  
teensionem ejus. Ad tertium, ibi  
non est vera generatio; vapores  
enim aqua ipsa sunt ad insensi-  
biles partes redacta, quæ postea  
congregantur, & sensibilem agit  
dispositionem recipiunt, dum  
pluvia fiunt; dato autem, aquam  
ex vaporibus generari, alia haec  
est ab illa, ex qua vapores extra-  
huncunt, neque in illam ullius ge-  
neris causalitatem habet. Ad  
quartum pater, quod illa valetu-  
do, quam habet deambulans, &  
causa est deambulationis, illa  
est ab ea, quæ deambulatione  
causatur; quare non sunt sibi  
vicem causæ, sed ad summam  
causalitatem exercent, quatenus  
deambulatio aliquod augmen-  
tum causare potest in ipsa vale-  
tudine; sed non ab isto augmen-  
to, sed à precedente valetudine  
ipsa deambulatio causatur.

267 Dubitator itaque de  
causis in diverso genere. Prima  
sententia absolute affirmat. Te-  
nent communiter Thomistæ; &  
ex aliis Rubio, Conimbricenses,  
Eliseus. Secunda sententia ablo-

littere negat. Tenent communiter Doctores Socieratis, & citatur pro ea P. Suarez disp. 15. Mechaph. sect. 8. Hurtado, Arriaga, Alfonsus, & alii. Sed P. Suarez si tantum docet, quod forma, & materia non sunt sibi mutuò causæ; licet enim materia causa de forme, saltim materialis, quæ ex ipsa educitur, forma autem non est causa materiæ, sed perfectio- nis, quæ illi communicatur; at disp. 27. qua de præsenti con- versa ex instituto agit, par- um affirmativam apertè tenet. Tertia sententia mediâ viâ utramque præcedentem amplectitur; docet, quod simpliciter, sive quod primum esse causæ non possunt esse sibi invicem causæ, non autem secundum quid, & quantum ad secundum esse. Ita V. Manto, Mastrias, & alii.

168. Sed quod ad hanc ter- mī sententiam attinet, in pri- mā illa distinc<sup>t</sup>io tantum potest hūm habere in causa materiali, in qua Authorēs distinguunt pri- num esse, illud nempē, sub quo Deo creata est, & secundum esse, quod postea habet in com- posito genito; in reliquis autem causis non potest accipi primum, & secundum esse. Deinde tale esse, nempē existentia, de quo illa dis- tinc<sup>t</sup>io procedit, solum habet comparationē ad causam efficien- tem: productione enim tale esse communicatur; productio autem causalitas est efficiētis. Præterea;

Illa distinc<sup>t</sup>io tantum deducit id, quod suprā notavimus, posse nempē causas ad se invicem cau- salitatem exercere, non autem sibi mutuò causas esse: ex illa enim distinctione non se causant, sed aliquid una causat in altera, quod est alteram causare secun- dum quid, & quantum ad ali- quid; ad se autem causalitatē exercere, non solum in diverso genere, de quo tantum disputa- tur, sed etiam in eodem, jam sus- p̄a patuit. Insuper: Exemplum, quod assumit Philosophus, sim- pliciter, & quantum ad primum esse mutuam causalitatem ostensa dit.

269. Dicendum ergo abso- lute cum prima sententia, quod causæ possunt esse sibi invicem causæ. Prob. primō ex B. Docto- re in 2. dist. 9. q. 1. a. 5. dub. 3. later. ubi ita habet: *Sciendum tamen, non esse inconveniens secundum alium, & alium respec- tum aliqua duo sic se habere, quod unum sit causa alterius, & ē con- verso; non tamen in eodem genere causa: sicut potio causa est sani- tatis in genere causæ efficientis, & sanitas potionis in genere cau- sa finalis; & quia causa naturā ēst prior effectu, non ēst inconve- niens secundum aliam, & aliam acceptionem sanitatem naturā es- se priorem potionis, & ē converso; nec ēst alia, & alia sanitas, quæ præcedit, & sequitur potionē, sed eadem aliter, & aliter accepta.*

Prob.

270 Prob. secundò ex Philosopho textu supra allato, & idem habet 5. Metaph. cap. 2. Ex hoc duplici textu duplex ratio deducitur; prima sic formatur: Sanitas simplicitè, & quantum ad primum esse causa est finalis potionis, sive deambulationis; sed aliunde ab ipsa potionе, sive deambulatione causatur effectivè eadem sanitas simplicitè, & quantum ad primum esse: ergo. Maj. ostenditur: Movetur enim, & allicitur æger ad potionem sumendam ab ipsa reali sanitate, quam apprehendit potionē acquirendam, idem de ambulatione. Min. ex terminis patet; potionē enim sanitatem acquirit æger, quam non habebat, quare ea primò producitur, & primum esse habet à potionē; quare ait B. Doctor, quod non alia est sanitas, sed eadem alicet accepta, nempè est causa finalis, secundum quod apprehenditur, & apprehensa movet, est autem effectus secundum esse reale.

271 Secunda ratio, quæ est explicatio, & ostendit propter quid præcedentis, hæc est: Intantum repugnat reciproca causalitas, in quantum repugnat mutua prioritas; sed hæc non repugnat absolute in omni genere: ergo. Major est unicum contrariæ sententiæ fundamentum; quare ostenditur min. Illa causa quæ ad sui causalitatem tantum requirit esse apprehensum, bene

potest causalitatē, & prioritatem ad se ipsam habere secundum esse reale simplicitè, & pri-  
mum; sed causa finalis ad sui cau-  
salitatem tantum requirit esse  
apprehensum: ergo. Maj. patet  
potest enim apprehendi, ante-  
quam existat. Min. jam supra pa-  
tuit quæst. præced. & conseq. le-  
gitima est; hoc enim totum est  
inconveniens, quod deducit con-  
traria sententia, quod idem erit  
prius se ipso: si ergo hoc sit sine  
ullo inconvenienti, non est, cum  
negetur mutua causalitas.

272 Arguitur primò in con-  
trarium: Si causæ, etiam in diver-  
so genere, sunt sibi invicem cau-  
sæ, idem est causa sui esse, saltim  
immediata; sed hoc implicat: er-  
go. Min. communiter supponi-  
tur, tequila autem maj. sic patet.  
Causa non potest causare, nisi  
actu, & exercite existat; quia  
enim prius est esse, quam opera-  
ri, existentia prærequisitum  
causandum; sed apertè implica,  
quod existentiam prahabeat, &  
causet, & quod illam ex causalit-  
ate sua acquirat, sive mediata,  
sive immediate: ergo.

273 Resp. quod tota diffi-  
cultas ex equivocatione oritur,  
qua pro eodem accipitur causa-  
re, ac producere, quare falsa ei-  
minor; apertè enim patet, quod  
sanitas apprehensa causa est me-  
diata sui esse, & sua realis exi-  
tentia, in quantum movet a  
sumendam potionem, à qua ipso

in re causatur; non itaque se ipsum producit, quod tantum argumentum probat, se tamen causat: ad rationem ergo majoris dicitur, quod operari tantum, & scilicet causalitas est efficiens; quare tantum efficiens existentiam præquirit in re habet, ut jam supra probatum est.

174 Arguitur secundò: Non causa prior est, & præsupponitur ad effectum reali priori, sed etiam quidquid requiriatur, ut sit ipsa causa; sed omnes causæ, quæ concurrunt ad esse eos, requiruntur, ut sit ipsa causa ergo, si effectus posset esse causa lux causæ, deberet præsupponi ad causam suam; hoc autem pertinet implicat, esset enim, & non esset prior, præsupponere, & non præsupponeretur, nemp̄e præsupponeretur, & esset prior, in quantum præquiritur, & causa est; non autem præ-

supponeretur, neque esset prior, in quantum est effectus.

275 Resp. quod eamdem habet æquivocationem, & eodem modo solvit: causa itaque, & quidquid requiritur, ut ea sit, prior est effectu, & ad ipsum præsupponitur ea ratione, & acceptione, qua causa est; & quia potest causa esse secundum esse apprehensum, nempe finalis, potest item prius apprehendi, quam habeat esse in re, potest sui ipsius causa esse. Accepto itaque priori syllogismo sub hac distinctione, negatur subsumpta. Ad rationem ejus jam patet, quod idem secundum aliam, & aliam acceptionem est, & non est prius se ipso, nemp̄e secundum esse reale posterius, secundum esse apprehensum prius est se ipso. Ex hoc poterit ad reliqua patere; nulla enim alia est in proposito difficultas, quam hæc de prioritatem ad se ipsum.

# QVÆSTIO QVARTA

## DE CAVSIS COMPARATIVE AD EFFECTUS.

### ARTICULUS I.

*An Causa connectatur metaphysicè cum possibilitate effectus?*

*S. I.*

*Quibusdam præmissis, referantur sententiae.*

*276* **N**otandum primò, quod connexio est quædam coexistentia alterius, vicinus sine altero esse non potest hoc, quod connecti dicitur, & eatenus connectitur, quatenus sine eo esse non potest, aut illo deficiente deficit; quare connexio est duplex; altera physica, qua nempe alterum coexistit connaturaliter, sive quantum ad connaturalē modum essendi; alia est metaphysica, qua nempe quidditative, & ex propria ratione alterum coexistit, ita quod altero deficiēte deficiat absolute, & metaphysicè. De hac secunda queritur: An tempè ita exigat causa

possibilitatem effectus sui, quod redditio impossibili effectu, sit impossibilis causa?

*277* Quo circa notandum ulterius, quod effectus possibilis in actu, & re ipsa nihil est nisi ipsa causa potens producere, juxta illud S. Parentis, creaturæ in essentia sunt ipsa creatrix essentia: non itaque queritur de effectu sic accepto; patet enim, quod si est ipsa causa, neque sic connexionem habet, sed identitatem, neque dubium relinquitur, quin redditio impossibili effectu, non maneat causa: accepitur ergo objectivè, & formaliter esse, quod effectus potest habere, ut contradictorium à causa; & de hoc queritur: An eo impossibili, fieret impossibilis causa? Pro cuius intelligentia infra notandum, quod effectus duobus modis potest dici possibilis, duobus item potest intelligi impossibilis; quod, quia perfectissimè præsens difficultas cum Thomistis controvenerit, libet in verbis S. Thomæ annotare.

Itaque S. Doctor in 1. part. quest. 25. art. 3. querit: Utrum

Deus

Dicit Omnipotens, & in relatione ita habet: Possibile autem dicitur duplicitè secundum Philosophum in 5. Metaph. Uno modo per respectum ad aliquam potentiam, sicut, quod subditur humanae potentiae, dicitur esse possibile homini; non autem potest id, quod Deus dicitur Omnipotens, quia posse omnia, quæ sunt subtilia naturæ creatæ; quia Divina Potentia in plura extenditur. Si autem dicatur, quod Deus est Omnipotens, quia potest omnia, quæ sunt possibilia potentiae, erit circulatio in manifestatione Omnipotentie; hoc enim non videtur, quam dicere, quod Deus est Omnipotens, quia potest omnia, quæ potest. Relinquitur ergo, quod Deus dicitur Omnipotens, quia potest omnia possibilia subtilia, quod est alter modus videndi possibile, vel impossibile videtur, ex habitudine terminorum; & paucis interjectis: Hoc tamen repugnat rationi possibilis soluti, quod subditur Divine potentiae; quod implicat in se, & non esse simile: hoc enim potentiae non subditur, non propter defectum Divine Potentiae, sed quia non potest haberer a ratione factibilis, neque possibi-

pugnantiam: pariter ergo impossibile dicitur, aut defectu potentiae in causa, aut repugnantiam in propriis terminis. In propositione itaque, cum queritur: An redditio impossibili effectu, fieret impossibilis causa, non accipitur impossibile priori modo, sed hoc posteriori; an nempe per hoc, quod effectus in se ipso fiat impossibilis produci, deficiat causa per locum ab extrinseco, & ex connexione cum illa effectus possibilitate. Deinde recolenda est doctrina, quam in precedentibus præmissimus ex B. Doctore in 2. dist. 12. quæst. 3. artic. 2. quam item habet in 1. Physic. leçt. 18. quod nempe potentia qualibet potest accipi, aut abjiciens actum, qualiter dicit habitudinem ad actum habendum; aut non abjiciens, qualiter dicit essentiam absolutam, in qua fundabatur ille respectus, & quæ sub ipso actu manet, de qua dicitur, quod actus non destruit potentiam.

278 Prima sententia docet, quod causa neque relationem dicit, neque connexionem cum possibilitate effectus; cum hoc tamen redditio impossibili effectu, redditur impossibilis causa. Ita Spin. disp. 5. Physic. sect. 3. Sensus est, quod effectus possibilis nihil est omnino nisi entitas cause; patet autem, tamen, quod causa ad se ipsam neque relationem dicit, neque connexionem;

tum, quod redditio impossibili eo, quod est ipsa entitas causa, redditur impossibilis causa. Hec sententia, ut ex primitis patet, vadit extra sensum controversie; de possibili enim illo sensu accepto nullus dubitat. Deinde falsum est, quod assumit, quod nemp̄ effectus possibilis nihil est omnino prater entitatem causæ; et si enim physicè, & in actu sit ipsa entitas causa, metaphysicè, & objectivè aliud est, sive aliud esse habet, prout esse est subjectum prædicationis; non enim entitas causa est possibilis produci, quod de effectu dicitur: de hoc ergo esse, quod est subjectum illius prædicationis, & quod non est formaliter, & metaphysicè entitas causa, præsens dubitatio instituitur.

279 Secunda sententia distinguat connexionem à relatione, docetque, quamlibet causam connexionem dicere cum possibiliitate effectus, relationem verò solam causam creatam. Ita Martin. de Prad. apud N. Villanov. & quantum ad suppositum admittit N. Manso, eo motus, quod relationem in causa increata negat omnino Schola Thomistica, quæ tamen connexionem propugnat: non ergo idem est connexion, quod relatio, quare non acquiescendum ait N. Villanov. qui pro eodem accipit connexionem, & relationem transcendentalem. Sed ego po-

tiùs ipsi non acquiescendum puto: connexionem enim ex terminis est ad alterum, quare impossibile est intelligere connexionem sine modo relativo, seu relatione secundum dici: idem ergo est formalissimè, & omnino, quod illa connexionem metaphysica, & quod ille modus se habendi ad alterum, seu relatione secundum dici sit transcendentalis, & impræscindibilis.

Motivum autem eo feliciter ipsum, quia relationem transcendentalem putat veram relationem, cum tamen sit ipsa perfectio absoluta, quæ se ipsa intransitive habet modum relativi, ut sàpe explicatum est in precedentibus de relatione secundum dici. Negat itaque sententia Thomistica, atque item negat B. Doctor veram in Deo relationem ad creaturem; quilibet enim talis temporalis est, & temporale aliquid exigit, in quo fundetur; nihil autem tale est in Deo, que denominaciones relativæ ad creaturem non significant in Deo relationem realem, sed in creatura tantum, ut Creator, & Dominus; hoc autem non tollit, quod possit in Deo concipi relationem secundum dici, talis nemp̄ perfectio absoluta, quæ se ipsa intransitive se habeat ad alterum, sed habeat modum relativi, quo exigitur a nobis concipi ad alterum, ac si veram relationem haberet aut certè connexionem sine tali mo-

do concipi nequit, quare si relatio negatur secundum dici trans-  
lentalis, non potest conne-  
cio propugnari.

280 Tertia sententia docet, quod causas connecti cum pos-  
sibilitate effectus, secundum autem  
increata. Ita P. Alfonius disput.  
io, lect. 3. Sine inconsequentiā  
item non potest hæc distinctio  
intelligi; quacumque enim ratio-  
ne causa creata non intelligitur  
productiva non intellecto pro-  
ducibili, cædem non poterit in-  
telligi Omnipotentia: & è con-  
silio, quo sensu intelligatur  
Omnipotentia verè potens, & re-  
pla dicens perfectionem, quam  
sit in Deo non intellectis pos-  
sibilibus, cædem intelligitur ig-  
nis nullo possibili igne: aut enim  
ratio productivi metaphysicè, &  
terminis absoluta perfectio  
& quæ nihil præter se involvit  
sui conceptu; aut aliquam  
involvit habitudinem, qua ter-  
minum ejus coexigit? Si primum  
dicatur, àquæ creata, & increata  
panet, & intelligitur productiva  
non intellecta possibilitate effec-  
ti: si autem dicatur alterum,  
quæ increata, ac creata non ma-  
teria, aut intelligitur productiva  
non intellecta tali possibilitate.

281 Quarta sententia do-  
ct, causas intrinsecas formalem,  
materiale connecti cum pos-  
sibilitate effectus, cæteras autem  
non connecti. Ita N. Villanova.  
ad hanc item sine inconsequen-

tia non capio: àquæ enim intrin-  
seca, & extrinseca constituuntur  
in actu primo per virtutem ad  
exercitium, sive actum secun-  
dum: àquæ ergo debent omnes  
comparari ad ipsum exercitium.  
Rufius: In sententia N. Villano-  
væ potest divinitus materia sine  
omni forma existere; sic autem  
existens eodem modo se habet,  
ac si esset impossibilis forma:  
non ergo redditur impossibilis  
materia, reddita impossibili for-  
ma, & idem è conversio. Præterea:  
Causa efficiens in sententia  
ejus salvat rationem causæ per  
relationem ad effectum secun-  
dum dici, & quæ possit sibi defi-  
cere: ergo pariter materia salvat  
rationem causæ receptivæ per re-  
lationem secundum dici ad re-  
ceptibile, quæ possit sibi defice-  
re nullo possibili receptibili.

282 Sed respondet ipse, est  
que motivum ejus: Quòd in cau-  
sa efficiente possibilitas effectus  
est terminus secundarius virtutis  
suæ, quare hoc deficiente relin-  
quitur sibi primarius per ordi-  
nem, ad quem constituitur: v. g.  
virtus productiva ignis pro ter-  
mino secundario respicit effectum  
extra se causabilem, terminum  
autem primarium habet in se, &  
ad se, nempe subjectum suum  
perficere; at verò materia pro  
termino primario habet formam  
substantialem, pro secundario  
autem accidentalem; quare red-  
dita impossibili omni forma nul-

lus terminus relinquitor per ordinem, ad quem constituantur.

283 Sed in primis hujes rationis equivocatio patet de facili: Quod enim dicit terminum primarium virtutis effectivæ esse in se, & ad se perficere subjectum suum, aut accipit virtutem formalem, aut radicalem: virtus formalis in se, & ad se perficit subjectum; non autem ad illud comparatur effectivæ, sed in genere causa formalis: non ergo in se perficere subjectum suum est terminus primarius virtutis effectivæ. Virtus autem radicalis ipsa est quidditas subjecti: nullus ergo relinquitor alius terminus virtutis effectivæ, ut talis, quam effectus ad extra producibilis. Præterea: Data distinctione termini primarii, & secundarii, & quæ causa intrinsecæ, & extrinsecæ cum termino primario connectuntur, cum secundario non connectuntur; sed de hoc est controversia: An causa connectatur cum termino, respectu cuius causa dicitur: nulla ergo relinquitur diversitas ad propositum præsentis controversiæ.

284 Relinquitur duplex ex diametro opposita sententia: altera, quæ absolute affirmat, quamlibet causam sive creatam, sive increatam, sive intrinsecam, sive extrinsecam connecti cum possibiliitate effectus. Hanc tenet Schola Thomistica; ex aliis Resolutus, quem sequuntur Disci-

pali apud Eliseum dñ. t. quæst. 8. art. 2. aliqui ex Doctoribus Societatis; & ex Nostris Gavardi. Altera sententia absolute negat. Hanc tenet Scotista, & omnes Nostri cum B. Doctore, uno excepto Gavardi.

## §. II.

*Proponitur, & probatur nōn  
Conclusio.*

285 **D**icendum itaque

quod nulla causa connectitur metaphysicè cum possibiliitate effectus. Probatum primò ex suprà notata doctrina B. Doctoris: Reddito impossibili effectu solùm deficit causa respectus, quo est potentia abiciens; sed secluso hoc respectu, relinquitur essentia absoluta, in qua fundabatur ille respectus, quæ est potentia non abiciens ergo manet essentia cause respectu impossibili effectu. Probatum maj. Reddito impossibili effectu, solùm deficit causa habitudo ad exercitium ponendum; ista habitudo est respectus, qui est potentia abiciens: ergo. Probatum item min. quia potentia, qui sedet, potest currere, quæ abiciens, illa eadem est, quæ perficitur, & quæ, qui currit, potest currere, quæ proinde dicimus non abiciens; tantum autem

de illa supra istam habitudinem ad actum, qua habitudine seclusa relinquitur absoluta virtus, & scientia ipsa potentiae.

Confirmatur, & explicatur tertatio: Sicut comparatur causa ad effectum jam causatum, sic habet comparari ad omnes effectus suos, casu quo omnes reddeuntur impossibilis; sed ad effectum jam productum tantum sibi deficit habitudo, qua est potentia abiciens, relinquitur autem scientia sua absoluta: ergo. Pater maj. ad effectum enim jam productum non comparatur causa, ut virtus contentiva, & productiva. Patet item min. per hoc in, quod ignis ignem producit, deficit sibi habitudo ad illum producendum, relinquitur tamen scientia sua, & absoluta perditio, in qua fundabatur illa habitudo.

286 Dices: Non bene arguiude uno effectu producto ad unum repugnantiam; deficiens enim habitudine ad unum maius causa productiva aliorum: pater, uno, aut altero deficiente filio, relinquitur pater unus; at verò, si omnes deficiunt, omnino non relinquitur causa: sic ergo in proposito, si omnes effectus repugnant, omnino non relinquitur causa.

287 Sed ex hac replica potest ostenditur, quam infringitur dictio facta rationis. Primo dato,

vè ad effectus, sicut pater in comparatione ad filios, ex quo patris deficit omnino relatio ad omnes filios, non proinde deficit essentia ejus, sed tantum denominatio relativa patris: pariter ergo igni, v. g. reddito impossibili omni alio producibili; deficeret denominatio productivi, maneret tamen essentia, qua est est ignis, sicut patri manet essentia, qua est homo.

288 Dices iterum: Denominatio productivi non est pure extrinseca, dicitur enim productivum, eo quod in se ipso intrinsece potens est; sed intrinseca denominatio, sicut non datur sine forma intrinseca denominante, ita non deficit, nisi deficit intrinseca forma denominans; ergo si reddito impossibili effectu deficit cause denominatio productiva, deficit forma intrinseca, à qua sic denominatur, nempè ipsa virtus, quæ cum sit ipsa ejus essentia, ea deficit, & saltim in Omnipotentia quidam in trinsecum accipiat, quod sit forma denominans, ipsa est Omnipotentia, quidquid enim intrinsecum in Deo accipitur, Deus ipse est.

289 Sed neque hæc replica urget: Denominatio intrinseca absoluta non deficit, quin deficit perfectio aliqua, & aliter in se ipsa se habeat, quod denominationem amittit; denominatio autem relativa sine illa mutatio-

ne deficit, & quin aliqua pertec-  
tio deficiat: v. g. simile, manente  
sibi sua albedine, & sine ulla in se  
ipso mutatione, per hoc solum,  
quod aliud albū tollatur, amittit  
denominationē: in proposito er-  
go denominatio productivi non  
ab ipsa virtute dicetur defumi in  
se, & absolute, sed ut habet mo-  
dum respectivē, seu relationem  
secundūm dici; quare redditio  
impossibili effectu, iste tantum  
modus deficeret, qui non est ali-  
qua perfectio ejus, sed tantum  
quod haberet concipi, ac si esset  
relativa; quo patet, quod Omnipotē-  
ntia nulla perfectio intrin-  
seca deficit, ex quo deficeret de-  
nominatio productivæ.

290 Quia tamen neque hæc  
denominatio deficit, aliter ad  
principalem replicam dicitur: Si-  
cut se habet causa, postquam  
omnes effectus suos produxit, ita  
accipi debet, redditis omnibus  
impossibilibus; sed postquam  
omnes produxit, quamvis nullius  
sit productiva, nulla sibi per-  
fectio deficit: ergo pariter. Patet  
maj. ex quo enim omnes produ-  
xit, nullum continet, neque post  
omnes aliquis relinquitur pro-  
ducibilis, respectu cuius possit  
dici productiva. Patet item min-  
tum, quia actus non destruit, sed  
perficit potentiam; neque ex quo  
aliquos producit, minuitur per-  
fectio ejus, alioqui alseque finem,  
ad quem productiva instituitur,  
ipsam destrueret; tum, quia Om-

nipotentia verè est, & denomi-  
natur causa, & virtus productiva  
creaturatum, quas produxit, nec  
ex quo omnes accipiatur pro-  
duxisse, exhaustur virtus, sed  
exhaustur tantum producibile;  
neque Magistro deficit denomi-  
natio talis, ex quo nullus sit,  
quem doceat, si tamen ipse do-  
ctrinam habet, quæ est virtus, &  
sufficiencia docendi.

291 Neque dicas: Impossi-  
bile est, quod omnes effectus  
suos aliqua causa produixerit,  
quare argumentum fundatur in  
hypothesi impossibili, ex impos-  
sibili autem sequitur quodlibet.  
Non, inquam, id dicas: pariter  
enim impossibile est effectus red-  
di impossibilis, id autem acci-  
pitur ut hypothesis ad ipsam con-  
troversiam: sicut ergo, quo ha-  
beamus quidditatem causæ, in  
tellectu accipimus, quod nullus  
sit effectus possibilis, ut video-  
mus, qualis relinquitur hoc sup-  
posito conceptus causæ; ita pri-  
riter intellectu accipimus, quo  
omnes produxerit; & sicut hoc  
acepto, relinquitur integravir-  
tus, quæ produxit, ita prioria  
& hypotheti.

292 Prob. secundò: Causa  
secundūm se, & in essentia suā  
perfectio de prædicamento ab-  
luto: ergo non connectitur  
possibilitate effectus. Patet con-  
seq. absolutum enim in se, & in  
se est, & quovis alio secluso  
abet quidditatem suam. Permutante

item antec. tūm, quia nulla relatio est virtus causativa; tūm, quia potentia quālibet, aut substantia est, aut qualitas. Neque refert, quod creatura absolutam perfectionem dicit, sive de prædicamento absoluto, neque tamen independens potest concipi. Non, inquam, id refert: quia natura, qua ratione dependens & ab alio, nempe reduplicative, non absoluta est, sed relativa de secundo modo relativum relatione fundata in creature passiva; absolute tamen, specificative, & præcissive illa repudicatione in se hoc apud est, puta ignis, aut la-

193 Prob. tertio ad hominem ex communi Thomistarum doctrina: Potest causa manere, conservari, quin sit productivus; sed redditis possibilibus impossibilibus, hoc tantissimi deficeret, quod esset illam productiva: ergo non pro ipsa deficeret. Prob. maj. sine calore etiam de posse absolute non potest producere; potest à Deo sine calore conserari: ergo potest manere, quia productivus. Maj. est communis Thomistarum doctrina, quod substantia neque de posse absolute est immediate operativa. Et constitutum item min. minus enim substantia ab accidente, quam accidentia ab substantia dependet; postquam Deus, ut Fide docce-

mur, accidens sine substantia conservare: ergo multò magis substantiam sine accidente.

294 Dices: Ignem eo casu non esse productivum formaliter, esse tamen radicaliter, quod ex essentia sua habet; at in hypothesi questionis nec formaliter, nec radicaliter maneret productivus. Sed contra, primò: Effectu repugnante produci, & impossibili etiam de posse absolute exercitio producendi salvatur, quod causa sit radicaliter productiva, sicut de igne sine calore conservato concedit replica: ergo pariter in hypothesi questionis. Secundò: Manere radicaliter causativum sine formaliter est manere essentiam, quæ radicat, & exigit virtutem causandi, repugnante exercitio causandi; sed in hypothesi questionis quamvis repugnaret causabile, & exercitium causandi, maneret essentia ipsa, quæ illud exigit: ergo maneret pariter radicaliter causativa.

295 Prob. quartò pariter ad hominem ex textu S. Thomæ supra adducto num. 277. Non minùs, imò magis connectitur possibilitas possibilis cum Omnipotentia, quā, Omnipotentia cum possibilitate possibilis; sed seclusa per intellectum nostrum Omnipotentia, relinquitur possibilitas possibilis: ergo multò magis seclusa possibilitate possibilis, relinquitur Omnipotentia;

tia, & consequenter ea non con-  
necitur. Maj. ex terminis patet,  
& min. expressè habetur in ver-  
bis S. Thomæ, nempe possibile,  
quod est terminus Omnipoten-  
tiæ, accipitur absolute ex non  
repugnantia in terminis suis; sed  
seclusa per intellectum nostrum  
Omnipotentia, non proinde re-  
pugnantiam involvit in terminis  
suis possibile. Confirmatur: Se-  
clusa per intellectum Omnipoten-  
tiæ, aliter se habet in termi-  
nis suis hircocervus, aut chimæ-  
ra, ac homo, nempe prior con-  
ceptus repugnantiam involvit,  
qua, quamvis esset potentia pro-  
ductiva, ipsum non potest pro-  
duci; posterior autem non repu-  
gnantiam habet, qua, si sit po-  
tentia productiva, poterit pro-  
duci: ergo accipitur possibili-  
tas, & impossibilitas absolute,  
& seclusa potentia productiva,  
& consequenter potest accipi  
potentia productiva absolute, &  
seclusa possibili, quo nempe in  
se productiva est, si effectus pos-  
set produci.

296 Prob. quintò ex eodem  
textu S. Thomæ, quo ait, quod  
congruentius dicitur ea non pos-  
se fieri, quam Deum non posse  
facere: ergo Deus potest facere,  
si congruentè loqui volumus,  
quamvis fieri non possit chimæ-  
ra. Nunc ita: Sicut se habet de  
facto Omnipotentia ad chimæ-  
ram, sic se habet ad omnia pos-  
sibilia casu, quo omnia fierent

impossibilia; sed nunc de facto  
congruentius loquendo Deus  
potest producere chimaram,  
quamvis ipsa fieri non possit: er-  
go pariter in proposito Omni-  
potentiam haberet, & posset pro-  
ducere, quamvis nihil esset, quod  
posset produci. Confirmator: Si  
defectu possibilium deficit Omni-  
potentia, Deus possibiliter  
indiget creaturatum, ut dicatur  
Omnipotens; sed hoc est aperte  
absurdum juxta illud Psal. Deut  
meus es tu, quoniam bonorum  
meorum non indiges: ergo.

## J.

## III.

## Solvuntur Argumenta:

297 **A** Rguit primò Ly-  
ce: Causa con-  
tuitur per virtutem causativam  
& contentivam effectus; sed in-  
lata possibilitate, non relin-  
quit virtus causativa, & com-  
pensativa: ergo. Maj. patet: Eate-  
 enim causa est principium, ad  
quod natum est sequi aliud, go-  
tenus illud præcontiner, & potest  
causare. Min. item patet: impli-  
cat enim virtus causativa illius,  
quod causari non potest. Con-  
firmatur primò: Sicut causatus  
exercita comparatur ad effectum  
actu existentem, seu productum,  
ita virtus, seu potentia causativa  
ad effectum possibilem pro-

bus; sed exērcita causalitas es-  
sentialiter connotat effectū ac-  
tu productū: ergo virtus cau-  
satīva essentialiter connotat pos-  
sibilem causari. Confirmatur se-  
cundō: Non potest intelligi prin-  
cipium causativum, quin intelli-  
gatur possibilis actio; sed actio  
possibilis petit de necessitate  
possibilem terminum: ergo. Pa-  
ter maj. quia causativum ab ac-  
tione causandi dicitur. Patet  
item min. quia implicat actio si-  
ne termino.

198 Hoc fundamentum  
positissimum est, quo proin-  
telligimus utuntur Thomistæ;  
aperte autem verba S. Tho-  
mas supra data principium exclu-  
ant, quo tota nictitur difficultas,  
quod nempe non intelligi-  
tur virtus causativa, non intel-  
ligi effectus possibilitate; ait  
S. Doctor, quod congruen-  
tia sit chimæram non posse  
sine, quam Deum non posse fa-  
cere debet ergo dici, quod Deus  
potest, & in Deo est virtus pro-  
duciva, quamvis in termino,  
nempe chimæra, deficiat possi-  
bilitas. Præterea: Possibile juxta  
S. Doctorem, uno modo dicitur  
respectum ad virtutem pro-  
ducivam; alio autem modo di-  
citur absolute ex non repugnan-  
ti terminis suis: ergo patet  
productivum, sive potens pro-  
ducere uno modo dicitur ex ha-  
bitudine ad possibile produci;  
alio modo dicitur absolute ex

virtute, & absoluta perfectione  
sua.

Ad formam itaque primā  
dist. maj. Constituitur per vir-  
tutem causativam sumptam ab-  
solutę, ut est hæc talis perfectio,  
conc. maj. sumptam respectivę,  
ut dicit habitudinem ad termi-  
num possibilem produci, neg.  
maj. Ad rationem ejus dicitur,  
quod hæc talis perfectio ex con-  
ceptu suo quidditativo virtus est  
nata producere, & sufficiens da-  
re esse, si id termino non repug-  
net. Secundō missa maj. negatur  
min. cum sua probatione; aperte  
enim ait S. Thomas, quod con-  
gruentius dicitur, Deum posse  
producere chimæram, si ipsa pos-  
set produci. Ad primam confir-  
mationem neg. maj. causalitas  
enim exērcita ratio est fundā-  
relationem secundūm esse de se-  
cundo modo relativorum, quæ  
sine termino non intelligitur; at  
verò virtus causativa perfectio  
est absoluta, in se hoc aliiquid, &  
cujus conceptus sine omni alio  
potest accipi, & in re esse. Ad se-  
cundam eodem modo dicitur, ac  
ad argumentum, nempe quod  
principium causativum virtus est  
absoluta, & hæc talis perfectio,  
quæ sua quidditate nata est cau-  
sare; aut aliter, quod causativum  
sumptum respectivę, ut est po-  
tentia abjiciens, connotat actio-  
nem possibilem; sumptum verò  
absolutę, ut est essentia, in qua  
fundatur respectus ad actum, &

qua sub illo manet, est independens à possibilitate actionis; nec causativum dicitur à causatione possibili, sed à fecunditate, quæ est absoluta perfectio suæ quiditatis.

299 Arguit secundò idem: Reddito impossibili effectu, deficeret Deo aliqua perfectio: ergo Omnipotentia connectitur cum possibilitate possibilium. Prob. antec. Reddito impossibili effectu, deficeret Deo virtus contentiva, & productiva illius: ergo. Patet antec. sicut enim de facto non est in Deo virtus productiva chimæræ, ita in hypothesi, qua aliquid nunc possibile fieret impossibile, deficeret Deo virtus, qua illud continet, & potest producere. Hoc fundamento principaliter, ait, inniti veritatem conclusionis suæ; sed sed nisi solidiori fulciatur, labascit penitus.

300 Resp. itaque neg. antec. Ad probat. ejus neg. antec. Ad ejus probat. verba ipsa S. Thomæ sufficienter respondent; patet enim, quod non deficit Deo virtus productiva chimæræ, si congruentius dicitur, ipsam non posse fieri, quam Deum non posse facere: sicut ergo Deo nunc non deest posse producere chimæram, si ipsa posset produci, ita in hypothesi nulla virtus deficeret, ex quo effectus possibilis fieret impossibilis. In confirmationem hujus argumenti adducit

Illustris. Palanco, quod creaturæ in essentia sunt ipsa creatrix essentia, quare ipsis deficientibus essentia deficeret. Hoc autem extra chorū salit; quæritur enim de possibilibus secundum esse objectivum, quo à causa distinguuntur, estque fundamentum Spin. de quo infrā.

301 Arguit tertio idem: Omnipotentia est medium necessariò movens ad cognitionem possibilium: ergo necessariò cum possibilibus connectitur. Patet antec. Deus enim in Omnipotentia sua omnia possibilia video. Patet item conseq. si enim non connectitur, non necessariò, sed contingentè ea representat. Respondet ex jam dictis, quod Omnipotentia absolute sumpta non est medium de necessitate movens ad cognitionem possibilium; est enim absolute secundum hanc modum relati, & infinita perfectio Divinæ Essentiae, quæ eadem manet nullâ possibili creaturâ; summa autem respectivæ ad ea, quæ facta sunt possibilia, ea determinat repræsentat, & cum illis secundum hunc modum relati, vi connectitur; quia tamen modus respectivæ, neque terminus ejus eamdem necessitationem habet metaphysicæ, & formaliter ac Deus ipse, reddito impossibili termino, iste modus debaret, manente Omnipotentia eadem, & tunc non esset medium movens ad cognitionem alicuius.

302 Arguit quarto N. Aguilera: Omnipotentia, quæ non interficit possibilitatem possibilium, est implicatoria; sed si non connectitur cum possibilibus, non interficit eorum possibilitatem: ergo. Prob. maj. Omnipotentia, quæ non interficit possibilitatem possibilium; quantum est de se, non magis potest producere possibilia, quam impossibilia; sed talis operte implicat: ergo. Major patet; nam Omnipotentia, quæ potest esse sine possibilibus, quæ potest, quantum est de se, possibilia, & impossibilia. Min. ostenditur: Omnipotentia productiva impossibilium est impossibilis; sed quæ, quantum est de se, non magis est productiva possibilium, quam impossibilum, est productiva impossibilium: ergo.

303 Mitto, quæ ipse latè habet de quatuor consequentiis, ut magis confusionem addunt, quam difficultatem; quæ item habet contra P. Avendaño, omnia enim ad illam revocantur propositionem, quo tota nütur difficultas, quod nempè Omnipotentia productiva impossibilium est impossibilis, quæ tamen manifeste est contra verba Divi Thomæ, quem ipse se sequi proficit: Omnipotentia enim, quam de facto habet Deus, productiva est chimæra, si ipsa chimæra produci posset, quia contritter loquendo, dici non de-

bet, quod Deus non potest facere, sed quod ipsa non potest fieri. Ad formam itaque neg. maj. & ad prob. dicitur, quod, quantum est ex parte Omnipotentia, æquæ potest facere possibilia, & impossibilia, ipsa tamen non possunt fieri, & ideo sunt impossibilia.

304 Arguit quintò Arriaga: Causa per suam entitatem est productiva actionis, & effectus; ergo hoc, quod est posse producere, est illi essentiale, & consequenter tales dicit ordinem ad effectum, quod, si hic esset impossibilis, esset etiam impossibilis ipsa causa. Patet hoc subillatum; deficeret enim illi alia quid essentiale, nempe posse producere. Confirmatur primò: Accipiat entitas animæ, & entitas ignis: ignis in propria quidditate importat repugnantiam ad actum intelligendi, quam non importat anima: ergo habitudo ad proprium actum essentialis est, & in ipsa quidditate importatur, quare si ea deficiat, essentia deficit; reddito autem impossibili effectu, illa habitudo deficeret. Secundò: Licet ignis respiciat effectum mediā actione, actionem autem respicit immediatè per suam entitatem: ergo essentialis est respectus ad actionem, & consequenter ad terminum possibilem.

305 Resp. neg. conseq. secundam, sive subillatum. Ad ra-

tionem ejus jam suprà patuit, quod si effectus fiat impossibilis, non deficit causa posse absolum, ipsa enim ejus quidditas maneret virtus de se sufficiens ipsum producere, si ipse effectus produci posset: solum ergo causæ deficeret habitudo, seu posse respectivum. Ad primam confirmationem, illa repugnantia hujus, & non illius ad actum intelligendi determinata est utriusque quidditas, & absoluta perfectio, que utique diversa est, & scut nullo possibili igne producibili, ignis talem determinatam quidditatem habet, que de se est virtus sufficiens producere ignem, si ignis posset produci; ita per suam quidditatem habet repugnantiam ad actum intelligendi. Ad secundam neg. conseq. etiæ enim ad ipsam entitatem immediate sequatur habitudo illa, non essentialis est, sed extra quidditatem, seu qua non intellecta integra relinquitur quidditas.

306 Arguit sexto Blasco: Potentia naturalis est propter operationem: ergo hac impossibili, superfuit virtus in causa, & consequenter ea repugnat, quia natura per se nihil superfluum intendit. Hoc idem aliter probat Eliscus: Numquidque essentialiter ordinatur ad suum finem; sed operatio, & terminus ejus sunt finis causæ: ergo. Patet min. quia causa est propter effectum, & esse propter operari. Confir-

matur: Potentia productiva caloris in igne existens ut distincta à potentia productiva frigiditatis, intelligi nequit sine ordine ad calorē ipsum producibilem: ergo,

307 Resp. quod argumentum solum probat connaturalem necessitatem, & connexionem, nempe ex natura exigentia; non autem metaphysicam, de qua agitur. Præterea, falsum est antecedens; virtus enim naturalis perfectio est absoluta, ipsa nempe quidditas causæ, quare metaphysicæ ad nihil præter se ordinatur, effectum autem, & operationem respicit ex connatura dispositione Universi, quia productione, seu generatione corruptibilia perpetuantur. Quo patet ad alteram probationem Elisei, quod falsa est minor; quiditas enim absoluta non alio præter se finem habet quidditatem, & metaphysicæ, sed se ipsa participatio est quædam Divi perfectionis faciens ad decorum Universi. Ad confirmationem neg. antec. ipsa enim distinctione ignis ab aqua, quam ex quidditate sua habet, sine ullo respectu ad producibilitatem termini sufficit, ut hæc quidditas sit virtus de se sufficiens producere calorem: illa autem sit virtus de se sufficiens producere frigiditatem: quod si terminatus fiat impossibilis produci, non proinde perit qualitativa utriusque sufficientia.

308 Arguitur septimo

damento, quod ex Compt. desumit Echal: Non minus necessaria est possibilis possibilis, quam impossibilis impossibilis; sed Omnipotentia connectitur cum impossibilitate impossibilis: ergo & cum possibiliitate possibilis. Prob. min. Reddito possibili aliquo impossibili, deficeret Omnipotentia: ergo. Prob. ant. Reddito possibili altero Deo, deficeret aliquid prædicatum Divinum, nempe Unitas: ergo deficeret Omnipotentia, & Deus ipse. Resp. neg. min. Ad prob. dicitur, quod non ex possibiliitate cuiuslibet impossibilis sequitur defectus Omnipotentie; si autem ea connecteretur, ex defectu cuiuslibet deberet deficere. Ad rationem itaque distinguitur assumptum: Deficeret Omnipotentia per locum ab extrinseco, triconnexio, neg. assumpt. per locum ab intrinseco, & ex identitate cum Unitate, quæ tunc deficeret, conc. assumptum. Non itaque inde probatur connexio, sed identitas inter prædicata Divina, & quod, quolibet deficiunt, omnia deficerent.

309 Arguitur octavò ex fundamentis aliarum sententiarum, & primò ex Spin. Effectus quilibet nequit esse impossibilis, quin & impossibilis adæquatè; sed adæquata impossibilitas effectus est impossibilitas causa: ergo. Patet maj. quia entitas indivisiibilis aut tota, aut nihil sit in-

possibilis. Patet item min. quia adæquata impossibilitas omnem possibilitatem excludit; causa autem est aliqua possibilis effectus. Confirmatur primò: In qualibet causa essentialis est virtus ad effectum, quæ consistit in hoc, quod possit illum causare; sed redditio impossibili effectu, impossibile est, quod causa possit causare, alioqui non esset impossibilis causari: ergo. Secundò: Possibilitas est causa effectus; sed redditio impossibili effectu, tollitur omnis possibilis: ergo tollitur causa.

Confirmatur tertio ex Ill. Palanco: Creaturæ in essentia sunt ipsa creatrix essentia; sed si eæ deficerent prout in se, deficerent, prout in essentia continenter: ergo deficeret ipsa essentia. Maj. est propositio P. Augustini; minor autem patet, quia quod in se repugnat, nequit in Deo contineri, aut esse aliquid prout in Deo. Confirmatur quartò ex eodem: Si creaturæ prout in se ipsis involverent contradictionem, etiam prout in Deo, illam involverent; sed tunc deficeret Deo aliquid intrinsecum, nempe deficerent ipsæ creaturæ contentæ: ergo. Majorem, quam solam putat difficultem, ostendit primò per locum à contratio: Ex quo enim non implicant in se ipsis, infertur non implicare in Creatore: ergo pariter à contratio. Secundò: Esse intrinsecum crea-

turarum effectus est illius extrinseci, & virtualis, quod habent in Deo: ergo nequit intelligi impossibile hoc, quin intelligatur impossibile illud.

310 Resp. ad argumentum diting. maj. Quia sit impossibilis adæquate, hoc est, tam intrinsecā, quam extrinsecā possibilitate, neg. maj. adæquate, hoc est, quantum ad totam entitatem suam, conc. maj. & eodem sensu neg. minor cum conseq. Itaque possibilitas duplex est, ut suprà patuit ex D. Thom. altera intrinseca, sive absoluta, quæ consistit in non repugnantia in terminis suis; alia est possibilitas extrinseca, quæ consistit in hoc, quod causa possit causare; quare pariter impossibilitas duplex debet accipi, aut quia causa non potest causare, aut quia effectus in propriis terminis repugnantiam involvit: patet ergo æquivocatio argumenti; intendit enim major, quod effectus debet fieri adæquate impossibilis, hoc est, quantum ad totam entitatem suam, ut patet ex ratione maj. sumit autem minor adæquatam impossibilitatem, hoc est, tam intrinsecam, quam extrinsecam. Itaque præcissive ab eo, quod una sine altera possit deficere, facta hypothesi, quod intrinseca tantum deficeret, queritur: An proinde deficeret vi connexionis extrinseca?

Resp. secundò neg. min.

Ad prob. ejus dicitur, quod adæquata impossibilitas tamen intrinsecam, quam extrinsecam possibilitem excludit; extrinseca autem possibilitas non ipsa causa est, sed habitudo ad effectum; quare ex quo defectu intrinsecæ possibilitatis deficeret extrinseca, non ipsa essentia causa, sed habitudo illa deficeret. Quoad primam confirmationem primo dist. maj. Quæ consistit in hoc, quod possint effectum causare, prout posse sumitur respective, & est potentia abjiciens, neg. maj. prout sumitur absolute, & est potentia non abjiciens, conc. maj. Itaque posse producere effectum uno modo significat habitudinem superadditam virtuti; & hæc deficeret, reddito impossibili effectu, sed hæc non est essentia causa; alio modo significat virtutem de se sufficientem, in quo fundabatur ille respectus, & hæc est essentia causa; hæc autem non deficit, reddito impossibili effectu. Secundò, neg. minor, quamvis enim effectus omnino repugnet produci, hoc non tollit, quia causa, quantum ad se, possit producere, sicut ait D. Thomas, quod dici debet, chimaram non posse fieri, non autem, quod Deus non potest facere. Ad secundam primo dicitur, quod reddito impossibili effectu, tollitur possibilitas intrinseca, non autem extrinseca. Secundò, quod tollitur possibi-

litas

llitas extrinseca respectiva, & quæ est potentia abjiciens, relinquunt autem possiblitas, quæ est quidditativa sufficientia causæ.

Ad tertiam confirmationem ex Palanco neg. conseq. vel claritatis gratiâ disting. min. Deficerent prout in causa, quoad rem, neg. min. quoad obliquum, conc. min. & neg. conseq. Itaque sensus maj. est, quod creaturæ, antequam producantur, non habent esse aliud ab alientia; non autem proinde sunt ipsa essentia secundum se, & absolute, sed ut importat respectum imitabilitatis, quo constituitur deus redditio ergo impossibili-  
tate esse objectivo creaturæ in se-  
stâ, deficeret utique ea prout in  
sensu, sed tunc tantum defice-  
re obliquum idèx, neimpè res-  
tudos imitabilitatis, non autem  
sensu ipsa. Quo patet ad quar-  
un, neg. enim min. quam ipse  
diponit; non enim aliqua per-  
fido intrinseca Deo deficeret,  
et tantum respectus imitabili-  
tatis.

Ita Quæ adducit secunda  
mentia ad negandam relatio-  
nem in Deo ad possibilia, ad  
omnium omnino; tunc, quia  
rationes in Deo ad creaturas  
nullus admittimus reales, & se-  
cundum esse, sed tantum secun-  
dum dici; quæ autem ad proban-  
dam connexionem illa sententia  
adocit, jam suprà soluta sunt.  
Arguit itaque nondò P. Alfonlus:

Sicut causa creata, eo quod non  
à se, habet principium à se dis-  
tingutum, à quo sit, ita debet fi-  
nem habere præter se; hic autem  
nullus esse potest nisi operatio:  
causa ergo increata, quæ est à se,  
& propter se, non habet pro fine  
operationem, & sic non conne-  
ctitur cum possibilitate termini;  
causa autem creata, quæ est  
propter operationem, habet pro  
fine operationem ipsam, & sic  
connectitur cum possibilitate  
termini. Resp. neg. min. finis  
enim non operatio est, sed Deus  
ipse, & ejus bonitas ostendenda;  
hoc autem ipsa facit absoluta  
perfectio causæ, quæ se ipsa con-  
stituit Universum.

312 Arguit decimò N. Vil-  
anova: Materia, eo quod po-  
tentia passiva, dicit ordinem ad  
formam tamquam ad terminum  
primarium: similitè forma, eo  
quod actus informativus, respi-  
cit ut terminum primarium ma-  
teriam informabilem; causa au-  
tem efficiens respicit ut termi-  
num secundarium effectum pro-  
ducibilem; terminus enim pri-  
marius est in se, & ad se perficere  
subjectum suum; sed deficit cau-  
sa defectu termini primatii, non  
autem defectu termini secunda-  
rii: ergo connectitur cum possi-  
bilitate effectus sui causa intrin-  
seca, non autem extrinseca. Pa-  
tet conseq. quia causa intrinseca  
respicit ut terminum primarium  
effectum suum, nempe materia  
for-

formam, quam recipit, & forma materiam, quam informat; causa autem efficiens respicit effectum suum ut terminum secundarium.

313 Resp. primò, quòd assumptum est contra expressam doctrinam B. Doctoris; quarens enim de potentia materiæ: An sit essentia ejus, tūm in 2. dist. 12. tūm in 1. Physic. lect. 18. Resp. quòd potentia materiæ, ut dicit habitudinem ad formam, non est essentia materiæ, sed ut dicit essentiam absolutam, in qua fundatur illa habitudo: ergo respectus ad formam non est essentialis, & quo deficiente ipsa deficit. Secundò: Nulla potentia à termino primario specificatur quidditativè, & à priori, ut probabimus in lib. de Anima, sed tantum ex habitudine ad terminum notificatur nobis perfectio ejus: ergo nulli essentialis est habitudo ad terminum primarium. Tertiò: Sicut in causa intrinseca habitudo ad terminum primarium est ad effectum primarium, ita esse debet in causa extrinseca: ergo æquè philosophandum est de utrâque. Directè ad formā 1. neg. maj. ut enim jam supra patuit, efficiens ut talis non aliam habet comparisonem, quam ad effectum ad extra producibilem; quare hic erit ejus terminus primarius. Secundò, missa majori, neg. min. habitudo enim ad terminum primarium est ad specificativum extrinsecum, quo noti-

ficatur perfectio; & latitudo ejus, & quo deficieat, relinquatur sibi essentia sua absoluta, in qua fundabatur ille respectus.

## ARTICULUS II.

*An idem effectus possit simul produci à duplice causa totali ejusdem ordinis?*

I. I.

*Quibusdam præmissis, referuntur sententiae.*

314 D E Causis totalibus queritur; nulli enim dubium, quia partiales concurrant, sive ex sint partiales in actu primo, hoc est, quarum quilibet de se non habeat plenam virtutem; sive sint partiales tantum in actu secundo, hoc est, quarum quilibet plenam virtutem habeat, tamen in exercitu non totam explicit, sed alterius temperetur, & partim causet. Deinde, de Causis ejusdem ordinis; subordinatas quippe simili concurrere, compertum est, ut Deus, Sol, & homo generant hominem. Item ejusdem generis nam ad quemlibet effectum quatuor causas concurrere, non cur dubitetur. Et autem eadem dubitandi ratio de quolibet genere causæ; quia tamen Doctores

com-

communitè de efficiente lo-  
quuntur : de hac dicemus ; quæ  
autem de efficiente dicantur , de  
ceteris accipi possunt : quaenam  
actione duplex efficiens poterit,  
aut non poterit unum effectum  
totaliter , cædem poterit  
duplex finis ad unam operatio-  
nem mouere ; duplex forma unum  
perfectum esse causare ; aut du-  
plex materia causalitatem habe-  
re materialem ad unam formam.

315 Supponitur communis  
contra Quirós , & nonnullos  
alios , id esse naturaliter impossi-  
ble : quia natura nihil patitur  
superfluum , & frustaneum , & si  
plura causa totaliter influit , &  
accidit dat totaliter esse , altera  
superfluit : ergo secundum natu-  
ra ordinem duplex non potest  
totaliter concurrere . N. Agui-  
leauit , quod hoc commune sup-  
ponitum non est omnino certum :  
quia illa ratio solum probat ,  
quod duplex influxus totalis non  
accidatur à natura ; hoc autem  
non tollit , quin possit permitti.  
Addit probabilem rationem :  
quia si duo ignes eidem passo  
concidentur eodem modo , quo  
hinc quilibet applicaretur ,  
non uterque ageret totaliter  
unum effectum ; sed ista applica-  
tio , vel possibilis est naturaliter ,  
vel ad minus ea per miracu-  
lum supposita , naturalis esset  
operatio : ergo . Maj. ostendit :  
quia tunc dici non potest , quod  
non ageret alter , vel neuter : er-

go ageret uterque . Patet antea  
quia neque est ratio , cur unus  
præ alio ageret ; neque credibile  
est neutrū agere , cum passum  
sit capax , & utriusque virtus suf-  
ficienter applicata ; at causa na-  
turalis agit quantum potest : si er-  
go utriusque virtus se sola potest  
totaliter causare , ita exercitè  
causat .

316 Sed neutrū infringit  
commune suppositum : non qui-  
dem primum ; quod enim præter  
intentionem naturæ universalis  
est , sive monstrum , sive casuale ,  
sive violentum sit , secundum in-  
tentionem alicujus agentis est , ut  
quod est contra , vel præter in-  
tentionem hujus particularis  
agentis est secundum naturæ in-  
tentionem communem , & uni-  
versalem ; quod autem est conver-  
so est præter intentionem , & usi-  
tatum rerum ordinem , est secun-  
dum intentionem , & exigentiam  
hujus particularis agentis ; quod  
autem omnino superfluit , nullo  
titulo requiritur ; quare non po-  
test esse secundum intentionem ,  
& exigentiam alicujus sive com-  
monem , sive particularē , & sic  
omnino esse non potest naturaliter :  
casu ergo quo duplex con-  
currat influentia totalis , & de se  
sufficiens , quamvis quilibet de  
se exigeret totum causare , ex  
suppositione tamen concursus ,  
exigunt attemperari .

Non item secundum ; simila-  
tanea enim utriusque ignis appli-  
catio

catio naturaliter est impossibilis; quia eidem parti passibilis subjecti non potest simul uterque applicari sine penetratione; quare quando simul applicantur naturaliter, non eamdem partem uterque transmutat: casu autem quo per miraculum facta penetratione eidem parti uterque simul applicetur, unus causatur effectus; non autem ab utroque totaliter, si connaturaliter operentur; quia, et si secundum se quilibet possit totum effectum causare, & quilibet de se habeat agere quantum potest, ex suppositione tamen, quod hoc modo applicentur, neuter potest totum causare, quia quilibet alteri attemperatur ad influendum medio uno calore: ut ergo quilibet totaliter influat, ulterius oportet miraculum intervenire, & de hoc queritur.

Supposito itaque, quod connaturaliter non potest idem effectus a duplice causa ejusdem ordinis, & generis totaliter procedere, duplex difficultas relinquitur: prima de causis in actu primo: An nempè idem effectus simul in duplice causa totaliter continetur, ut possit à qualibet seorsim idem numero produci? Secunda de causis in actu secundo: An videlicet simul possit idem effectus à duplice causa totaliter procedere? Prima sententia negat in utroque sensu. Ita communiter Thomistæ, Joannes

de S. Thoma, Complotenses, Ottiz, Palanco; & de Nostris Gavardi, apud quos alii. Secunda sententia affirmat de causis in actu primo, & quantum ad continere, negat autem quantum ad exercitè causare. Ita Scotili, Mastrius, Ponc. Merin. Llamaz, Benjum. apud quos alii. Tertia sententia quantum ad continentiam affirmat non solum de posse absoluto, sed de facto, & naturaliter quantum ad actum secundum, affirmat de posse absoluto. Ita frequentius Doctores Societatis cum P. Suatio disput. 26, Metaph. & hæc est B. Doctoris sententia, quam tenent Nostri Villanova, Manso, & alii.

## §.

## II.

*Nostra sententia duplicit conditione proponitur.*

317 **D**icendum pridem quod idem numero effectus de facto, & naturaliter in duplice causa ejusdem generis, & ordinis totaliter continetur, v. g. in duplice efficiente, & totaliter potest à qualibet produci. Prob. primò ex communi Thomistarum doctrina cum quibus hæc conclusio controvexitur: Individuatio efficiens à materia desumitur quantitate signata; sed eidem materie

quali,

qualibet potest efficiens causa applicari: ergo in qualibet idem numero effectus continetur. Major est communis sententia Thomistacum, quæ pro nunc supponitur in Metaphysica probanda. Min. ad sensum patet; huic enim signato ligno quilibet ignis potest applicari, & quilibet transmutabit ad formam ignis. Conseq. item patet; quod enim ignis productus sit hic numero, à materia habetur, quæ eadem est humus ligni, sive hæc, sive illa efficiens causa applicetur.

Confirmatur: Si iste numero effectus non continetur actu, & totaliter in duplice cœnca, non potest duplex attemperari, & partialiter concurrere ad illum producendum; sed sensibili experientia constat, quod multiplex concurrit: ergo in qualibet minoretur. Patet min. in uno ligno unus numero ignis causatur à multiplice, si lignum in fornace, aut clibanō ponatur, in quo multiplex est ignitum lignum, & quilibet solus sufficeret ut lignum accendere. Ostendit maj. Iste numero effectus aut una tantum efficiente causa continetur, aut partim in omnibus, aut totaliter in qualibet; sed si primum dicitur, non potest multiplex concurrere; secundum dici omnino non potest: ergo tertium de necessitate dici debet. Min. quantum ad primum patet; causa enim, quæ nullo mo-

do continet, nullo modo potest concurrens; si autem in una tantum continetur, alia nullo modo continent. Quantum ad secundum item patet; si enim partim tantum in qualibet continetur, non potest à qualibet seorsim, & se sola cauzari; talis autem multiplex ignis ponitur, quod quilibet sufficeret se solo lignum accendere.

318 Prob. secundò: Continentia effectus in causa nihil est aliud, quam virtus causæ de se sufficiens transmutare possibile subjectum; sed hæc virtus, cum sit ipsa ignis v. g. natura, eadem est in omnibus: ergo eadem est in omnibus continentia, & eosdem effectus quilibet continet. Patet maj. quia continere effectum nihil est aliud, quam posse producere. Patet item min. quia si eadem est cuiuslibet quidditas, idem posse quilibet habet transmutandi hoc possibile subjectum; neque enim effectum in causa efficiente contineri est ibi latere, ut inde eruat, quo alios effectus hæc causa, alios illa contineat.

319 Resp. Complutenses, quod non eadem est, sed similis tantum utrinque causæ virtus, propter individualem distinctionem. Propter eamdem alii dicunt, quod non idem est effectus, sed similis, casu quo eidem materia alia, aut alia applicaretur causa efficiens. Sed neutrum refert;

fieri: individualis enim causarum distinctio de materiali se habet ad virtutem activam, & diversificat tantum in esse entis, nullo modo autem in ratione operativa: si namque ab individuatione limitaretur, & diversificaretur virtus in ratione talis, sicut unam tantum individuationem ipsa habet, ita unum tantum posset causare individuum: individatio ergo effectus, ut jam diximus, à materia sumitur; & sicut distinctio individualis causarum nihil obstat, quominus multis possit quilibet portionibus materia applicari, & eisdem siac, ac illa; ita non obstat, quominus eosdem effectus hæc, ac illa contineat, & si materia, cui quilibet applicatur, eadem est, effectus idem erit à qualibet.

320 Prob. tertio ab inconvenienti: Accipiatur signata portio materiæ, hæc à multis causis, puta, à multis ignibus, potest transmutari ad formam ignis: ergo si in qualibet causa diversi effectus continentur, diversos sensus debemus in ipsa concipere, in quorum quolibet sint formæ diversis agentibus respondentes, diversos item pro formis diversæ speciei: similiter signatus ignis diversis potest passivis subjectis applicari: ergo si non idem effectus in qualibet passivo subjecto continetur, sed diversus in unoquoque, eadem series, & diversus ordo effectuum in hoc ig-

ne contentorum debet concipi pro diversitate subjectorum, quibus applicari potest. Hoc præterquamquod prorsus est irrationalis, non assequitur intentum; hec enim individualia forma non solùm ab ista efficiente causa, sed ex hac signata materia educitur: ergo simil continetur tota in agente, à quo causatur effectus, & tota in materia, ex qua educitur; qua autem ratione potest eadem numero in causis diversi generis contineri, eadem potest in diversis ejusdem generis.

321 Dicendum secundò, quod idem numero effectus potest de posse absoluto à duplice causa totali simil procedere. Hujus potissima probatio, sicut in qualibet de posse absoluto, est solvere contradictiones, quæ objiciuntur in contrarium; quod enim non involvit in se contradictionem, potest à Deo fieri. Nihilominus ea deducitur ex A. Doctore in quodl. 4. quæst. 1. *Satisfactio*, non solum quantum ibi ait, quod, cum de potestate Dei queritur, semper tenendum est, quod Deus plus potest, quam nos possimus ostendere, & nisi manifesta appareat contradictione, dicendum est, quod Deus potest; sed etiam, quia modum ibi ostendit, quo id posset fieri.

Quarebatur itaque in questione illa: An Deus possit facere duo accidentia ejusdem speciei in eodem subjecto? Ratio dubi-

tandi est, quia accidentia individuantur a subjecto; quare si duo ponerentur in eodem, essent, & non essent duo; essent nempe, quia id supponitur; non essent, quia subjectum esset unum. Resp. nihilominus posse id fieri; & ratione ostendit: Quia aliud, & aliud subjectum aliam, & aliam formam habet ejusdem speciei; quia quantitate habent non solum dividiri, sed etiam quod non possint esse simul; quare illud genus, quod posset facere, duo objecta, salva eorum distinctio- ne, esse simul, poterit facere, ant quod una forma duplex subiectum perficiat, aut è converso, quod duplex, servata distinctio- ne ordine, & exigentia diversi objecti, unum perficiat.

Ex hac doctrina via par-  
qua possimus intelligere mo-  
bi, quo multiplex causa tota-  
lis posset unum effectum cau-  
sa posset enim Deus duo agen-  
ta, puta, duos ignes penetrare,  
quod per unum, & eundem  
modum eamdem transmutarent  
matrem; tunc proculdubio  
nisi esset effectus productus; sed  
nisi est implicatio contradic-  
tiois in eo, quod utraque sub-  
stantia simul ita influeret, quod  
quilibet illam eamdem influen-  
tiam explicaret, quam haberet,  
sola influeret; et si enim con-  
sideratur exigerent attemperari,  
eo quod simul applicarentur, su-  
perficiatem hoc arguit; non au-

tem repugnantiam utriusque to-  
talis influentia: esset ergo sic ab  
utramque effectus ille, quod à qua-  
libet totaliter.

## §. III.

## Solvuntur Argumenta.

323 **A**rguitur primò:

Causa numero di-  
stincta habet virtutem numero  
distinctam; sed virtus numero di-  
stincta nequit eundem numero  
effectum continere: ergo. Minor-  
rem primò probat Bajon. Causa  
numero distincta habet sphæram  
activitatis numero distinctam;  
ergo effectus, qui pertinent ad  
sphæram activitatis unius, non  
pertinent ad sphæram alterius.  
Secundò probat Bonaventura:  
Sphæra activitatis cuiuscumque  
causæ proportionatur cum for-  
ma, secundum quam agit; sed  
formæ sunt numero distinctæ, si  
causæ numero distinguuntur: er-  
go. Tertiò posset probari à pari-  
tate: Virtus specie distincta ef-  
fectum continet specie distinctum:  
ergo virtus numero distincta ef-  
fectum continet numero diver-  
sum.

Confirmatur ex Palanco:  
Idem effectus nequit contineri in  
duplici causa diversæ speciei: er-  
go neque in duplice numero di-  
versa. Prob. conseq. Ideo ante-

cedens

cedens est verum, quia una nequit habere virtutem alterius; sed, si distinguntur numero, etiam una non habet virtutem alterius, alioqui non distinguerentur: ergo. Confirmatur secundò ex eodem Palanco: Virtus unius causæ non continet in se omnia individua sua speciei: ergo idem effectus non continetur in duplice causa. Prob. anteced. Quia virtus causæ in quocumque individuo coactata est non solum in ratione essentiaz, sed etiam in ratione naturæ; sed si indifferenter continet omnia individua sua speciei, individuatione non coactatur: ergo. Hec duo desumuntur ex Complutensibus, ex quibus confirmatur tertio: Sphæra activitatis ad minus se extendit contracta per individuationem, quam secundum se; sed secundum se se extendit ad omnia sua speciei: ergo contracta habet sphæram determinatam. Patet maj. quia contractio limitat.

324 Hæc omnia ad unum reduco, quia eamdem habent difficultatem, & eadem viâ solvantur. Ad argumentum itaque disting. maj. Habet virtutem numero distinctam materialiter, & in ratione entis, conc. maj. formaliter, & in ratione virtutis, neg. maj. imò hoc sensu implicat; distinctio enim numerica, & individualis purè materialis est, & omnino non diversificat vir-

tatem operativam in ratione talis; patet enim, quod quilibet individuus ignis, quantum est de se, ad omnia potest combustibilia applicari; & sicut nullum erit combustibile, cui hic ignis, quantum est de se, non possit applicari, ita nulla erit combustio, aut ignis producibilis, qui in hoc non contineatur. Quo patet ad probationes min. Ad primam neg. maj. sphæra enim activitatis non ad materiale entitatis, sed ad formale virtutis pertinet. Ad secundam, quæ potius est probatio hujus majoris, dist. maj. Proportionatur cum forma entitativè, & materialiter, neg. maj. formaliter, ut operativa est, conc. maj. sic autem non distinguuntur formæ. Quo patet ad tertiam probationem; distinctio enim specifica formalis est, & diversificat virtutem in ratione talis, nempe est distinctio formæ ex se ipsa, & ut forma quare diversificat sphæram activitatis, & effectus, qui continentur in una, non continentur in alia; distinctio autem numerica non diversificat formam per se, & in ratione talis, sed tantum ratione materiae; quare non diversificat sphæram activitatis.

Ad primam confirmationem neg. conseq. ad prob. neg. min. cujus ratio jam data est, quia si non distinguuntur formuliter in ratione virtutis, sed tantum in ratione entitatis, entita-

tem quidem non eamdem habet, sed similem, virtutem autem tandem omnino habet. Ad secundam neg. anteced. si enim ad quolibet passibile subjectum quilibet potest applicari, quamlibet transmutationem, & effectum sui speciei continet. Quod probat. neg. assumptum, vel disting. ut supra: Coarctata est initiativæ; non verò formaliter, & in ratione operativæ. Ad tertiam neg. maj. Ad probat. dicitur, quod si individuatio limitat virtutem in ratione operativæ, ad unum numero effectum limitat, scilicet unam numero formam, sive initium constituit. Individuatio ergo subjectivæ, physicæ, & ratione entis determinat, & sufficit; quare constituit aliam initiativæ; non autem objective, & in ratione virtutis; quare non facit aliam virtutem.

Arguitur secundò fundamento Joannis de S. Thoma: idem effectus in duplice causa contineretur, deberet actio unius causæ in alia contineri; sed hoc implicat: ergo. Maj. patet; per causa per actionem causat, si tantum effectum continet, illud potest causare, in quantum potest actionem ponere, qualis producitur. Prob. min. actio, quæ semel emanat ab uno genere, non potest eadem ab aliо emanare, & actio, quæ ad unum terminum terminatur, non

potest terminari ad alium, identificatur enim cum termino: ergo actio hujus causæ ad hunc terminum non potest in alia causa contineri.

326 Resp. dist. maj. Debet ret actio sumpta formaliter, & quæ est fieri effectus, in alia contineri, conc. maj. deberet actio sumpta causaliter, & quæ est influentia causæ, in alia contineri, neg. maj. & sub eadem distinctione min. Ad ejus prob. dicitur, quod actio, quæ semel emanat ab uno, utique non potest ab altero emanare; ex quo sequitur, quod effectus semel productus ab una causa non potest ab alia produci, quia semel productus in nulla continetur; hoc autem non tollit, quin actio, quæ emanat ab isto agente, potuerit ab illo emanare. Dicitur deinde, quod actio, quæ identificatur cum termino, est actio formaliter sumpta, & quæ est fieri termini; hæc autem in utrâque causa ejusdem speciei continetur; sicut enim hoc passibile subjectum & quæ ab ista, ac ab illa potuit influentia transmutari, & eadem numero forma à qualibet educeretur, quia unitas numerica ejus ex subjecto transmutabili habetur; ita eadem actio, seu fieri termini ab utrâque causa potuit esse, & in utrâque continetur.

327 Potest aliter respondegi, & ut solutio pateat, dices

contra præcedentem solutionem: Actio sumpta formaliter est fieri rei, seu entitas ipsa termini in fieri, prout ab agente; sed aliud, & aliud est agens: ergo in alia, & alia causa nequit contineri ea dem actio sumpta formaliter, & consequenter idem effectus. Respond. quod actio sumpta formaliter non habet aliam realitatem, aut entitatem, quam termini, quare est realiter terminus ipse; non autem est ipsa realitas termini secundum se, & absolute, sed sub tali acceptione, & habitudine, quare differt a termino quidditativè, & metaphysicè: diversificata ergo habitudine, diversificatur actio formaliter, & quantum ad quidditatem, non autem realiter, sive quantum ad realitatem.

Ex hoc ad formam argumenti aliter disting. maj. Debetur actio formalis, & qua est fieri effectus, in alia contineri quantum ad quidditatem, & pro formalis, neg. maj. quantum ad realitatem, & pro materiali, conc. maj. & hoc sensu neg. min. Ad probat. ejus dicitur, quod actio identificatur cum termino materialiter, & entitativè, hoc est, non aliam habet entitatem, quam termini; non autem identificatur formaliter, & quantum ad quidditatem. Itaque causa non nisi actione causat terminum, & instantum potest terminum causare, & illum continet, in quantum

continet, & potest pône actionem, qua terminus productor; quia tamen terminus non individualatur ab actione, qua producitur, sed a materia signata quantitate, idem esset terminus, & effectus in utrâque causa contentus, si eadem esset materia, que transmutatur ad formam, quamvis alia esset actio, sive causaliter pro influentia, sive formaliter pro habitudine ipsius fieri ad agens.

328 Contra secundam Conclusionem arguitur primò ex Doctore Theor. I. g. Ex ijs differentia, ubi sic habet: Forma cedens in potentiam materię, si postea eadem educatur per motum, eadem numero non redibit, non quod hoc repugnet ipsi producto, quia non est de unitate numerali rerum permanentium continuatio, sed propter modum producendi, quia possum est ipsam produci per motum, & quia motus intercessus non redit idem mero, forma sic educita eadem mero redire non poterit. Eius loco contra utramque Conclusionem potest argui: contra primam quidem: Quia si diversificatur forma, ex quo diversificatur motus, quo sit, pater, quod ab alio, & alio agente non idem erit motus; quare non idem effectus in utrâque continetur, in possit a qualibet produci. Contra secundam deinde, quia a duplice agente nec divinitus poterit esse simul, & totaliter idem

numerò motus.

329 Resp. quod intentum Beati Doctoris in verbis ejus aperte patet: intendit itaque in illa propositione, quod Divina virtute potest aliquid converti aliud actu praexistens; pro cuius explicatione assumit, quod altera Divina virtus agit, & altera virtus naturalis agentis: ait ergo, quod forma, qua cedit in potentiam materiæ, quia ea ad individuationem suam omnino exigit continuationem, potest Divina virtute eadem redire; non autem poterit per motum, & ab agente naturali, eo quod motus non reddit idem numero; hoc est, non secundum eandem transmutabilitatem, & naturalem virtutem transmutari iterum materia, qua fuit prius transmutata ad illam formam; quare non eadem reprobatur, sed alia educitur; at secundum eamdem transmutabilitatem ab isto, & illo agente transmutatur, & à duplice ratione influentia posset transmutari initius: ergo.

Ad formam itaque, qua argumentum deducitur contra priam Conclusionem, distinguitur compunctum: Ab alio, & alio agente non idem erit motus, active, si igitur est influentia moventis, sed ita non oportet, quod similius; non idem erit motus, qualiter, ut est actus mobilis, ab alio enim, & alio mo-

mente materialiter tantum diversis idem mobile secundum eamdem naturalem transmutabilitatem cumdē habet actum, & eamdem consequitur formam. Quatenus autem deducitur contra conclusionem, eodem sensu negat assumptum, nempè de motu formaliter, ut est actus mobilis; si enim ponat Deus duo moventia penetrata, sine ulla contradictione poterit facere, quod utrumque totaliter influat, & ab utroque totali influxu idem indivisible subjectum unam habebit transmutationem, & unum motum, quo unam acquireret formam.

330 Arguitur secundò ex eodem B. Doctore tūm in 1. dist. 11. quæst. 2. art. 1. & 2. tūm in 3. dist. 1. part. 1. q. 1. art. 5. nam priori loco probat Patrem, & Filium non spirare Spiritum Sanctum, ut plures sunt; posteriori autem, quod tres Divinas Personas, ut tres sunt, & per tres substantias relatives non possunt eamdem humanitatem assumere; utrumque autem ex illo suo frequentissimo deducit principio, quod plura, ut plura sunt, non possunt in unum convenire; aliqui ratio ipsa, qua plura sunt, esset ratio conveniendi. Hæc ratio tenet in proposito: quia plures causæ totales, si totaliter influant, sunt plura ut plura, non enim attemperantur, qualiter tantum possunt in unum con-

venire : ergo.

331 Resp. neg. assumptum: ex ratione enim ipsa, qua nititur principium B. Doctoris patet, quod illud non tenet in proposito; individualis enim distinctio de materiali se habet ad virtutem, & rationem influendi formaliter in ratione virtutis; quare solum facit superficitatem, nou vero repugnantiam alterius influentia: sicut ergo Pater, & Filius, non obstante personali distinctione, ut unum principium spirant Spiritum Sanctum, quia personalis distinctio non obstat, quominus eamdem habeant virtutem spirativam; ita in proposito plures causae possent in unum convenire, quia individualis distinctio de materiali se habet, nec virtutem in ratione talis diversificat.

Resp. secundò, quod plures causae in proposito non in unum convenienter, quia non in unam totalem influentiam, sicut contingit, quando attemperantur, quod ex duplice partiali, & attemperata fit una totalis: quia ergo plures sunt, ut plures non possunt in unam convenire influentiam, sive activum movere, & hoc tantum illud principium probat; quod autem effectus, & transmutatio eadem esset, non est ipsas in unum convenire; non enim hoc se tenet ex parte ipsarum. Posset tertio responderi, quod illud principium deducit

connaturaliter, & de lege ordinaria non posse sic convenire, non autem metaphysice, & de posse absoluto.

332 Arguitur tertio ratione Scoti, qua etiam utuuntur Thomistæ: Si effectus simili producatur à duplice causa totali, à qualibet dependeret, & non dependeret essentialiter; sed hoc aperte implicat: ergo. Probatur maj. Dependentia essentialis talis est, qua effectus sine causa nequit intelligi, alioqui non erit essentialis: tunc autem ab utrâque dependeret, quia utraque totalis supponitur, & totaliter dans esse; dependet autem effectus à causa, à qua habet esse; sed aii, unde à neutra dependeret essentialiter, quia, si qualibet totalis esset, sine qualibet esset sufficienter ab altera: ergo.

333 Missis aliorum solutionibus, quas latè impugnat Matrius, respondetur primò, quod argumentum est contra probabilem; æquè enim probabile continentia, sive dependentia in actu primo. Resp. secundò neg. maj. Ad probat. ejus neg. min. quod nempe à neutra dependeret. Ad rationem ejus dicitur, quod absolute sine qualibet posset intelligi esse, ex suppositione autem hujus dispositionis, quia Deus veller ab utrâque produci, non posset intelligi esse ab altera tantum; ex quo sequitur, quod absolute, & ex terminis non dependet.

quit indigentiam alterius.

335 Resp. dicitur min. Quælibet relinquit, & non relinquit potestatem terminandi alteram dependentiam in eodem sensu, sive secundum idem, neg. min. in diverso sensu, & secundum diversam acceptionem, concedit min. & neg. conseq. quia esse, & non esse secundum diversa nullam habet contradictionem. Itaque metaphysicè, & ex terminis quælibet causa adæquat dependentiam effectus, & quælibet exhaustit potestatem terminandi alteram dependentiam; quælibet item, sicut plenè, & totaliter dat esse, ita nullam relinquit indigentiam alterius dependentiarum; ideo quælibet est exercitè totalis, sic adæquat dependentiam effectus, quod non relinquit potestatem terminandi dependentiam; ergo casus impli-  
ci. Prob. min. Si quælibet est exercitè totalis, sic adæquat dependentiam effectus, quod non relinquit potestatem terminandi dependentiam; si enim tam potestatem relinquit, non adæquat, neque est totalis; sed inde, quatenus alia causa tandem effectum producit, relinquit effectui potestas terminandi alteram dependentiam; ergo. Rationem hujus deducit Maistrus ex eo, quod totalis dependentia fundatur in indigena effectus, qui, eo quod nequit a se ipso esse, & conservari, indiget causa, à qua sit; & quia de ratione totalis est totaliter dare esse, ita quod quælibet plene exhaustat, & nullam relinquit indigentiam; si duplex est totalis, quælibet plenè exhaustit, & neutra plenè exhaustit, quia relin-

336 Arguit quintò idem Maistrus altera ratione Scotti: Non potest una res eodem in-

stanti bis produci: ergo neque à duplice causa exercitè totali. Patet conseq. quia à duplice causa exercitè totali duplice actione totali producitur; duplice autem totali actione bis producitur. Anteced. prob. quia non potest eadem res in eodem instanti bis corrumpi corruptione totali: ergo neque produci. Probat. conseq. Eo enim bis nequit totaliter corrumpi, quia semel corrupta nihil relinquitur iterum corrumpendum; sed pariter semel producta totaliter nihil relinquitur iterum producendum: ergo.

Confirmatur primò: Quia effectus exiens simul ab utrāque totaliter semel a qualibet concipiatur plenè exire: ergo à duplice bis concipiatur produci. Confirmatur secundò: Nullus potest concipi casus, quo duplex causa totaliter influat: ergo. Probatur antec. Aut effectus est divisibilis secundum perfectionem, & tunc perfectius exitet ab utrāque, quam ab altera: aut effectus est indivisibilis, & tunc celerius fieri ab utrāque; minus enim passum resistit duplice influentia, quam unius: aut tandem effectus est indivisibilis, & sit indivisibiliter, nempe in instanti, & tunc fieri duplex forma, quia determinatio materiae ad unam tantum est naturalis: nullus ergo modus relinquitur, quo duplex influentia & quæ totaliter unum causet effe-

*Quam.*

337 Resp. ad argumentum disting. anteced. Non potest bis produci formaliter, ut producere est fieri effectus, conc. antec. non potest bis produci causaliter, ut producere est influentia causa, subdividens. seorsim, & divisive, conc. simili, neg. antec. Itaque si duplex causa penetrata ponatur, utrāque simul totaliter influente, ab illa duplice influentia unus erit effectus, & unum fieri ejus; quare effectus ille semel producitur productione formalis, bis autem productione causalis. Quo ad rationem anteced. dicitur, quod eodem sensu poterit bis corrumpi, nempe duplice totali influentia, à qua sequatur una destrucción ipsius esse: ratio autem in contrarium induita, quod nempe semel corrupta non potest iterum corrumpi, probat quod non poterit divisive, & seorsim à duplice influentia totali corrumpi, non autem, quod non poterit simul. Ad rationem conseq. dicitur, quod duplex causa exercitè totalis agit necessitate duplice actione totali sumpta causaliter, non autem sumpta formaliter, hoc est, habebit de necessitate duas influentias, non autem duplex fieri.

Patet item ad primam confirmationem: concipiatur nempe effectus ille bis produci, & exire causaliter, nempe à duplice influentia, semel tamen formaliter, & nempe uno fieri. Ad secundum

nam dicitur primò , quòd dato anteced. non sequitur consequ. quamvis enim nos non possumus modum concipere , quo fieret, si uen non ostenditur manifestissima contradic̄tio , tenendum est, quòd posset à D:o fieri; insit enim plus potest Deus facere, quām nos concipere. Secundò neg. antec. & ad prob. diciunt, quòd quolibet ex tribus modis id arguente assignatis fieri possit: primò , si duplex calor ut quatuor poneretur in eodem subi, non proinde redderet calidum ut octo , tūm, quia dispositio ejus tantum est ad calidum quadruplum ; tūm , quia si redde-re calidum ut octo , non duplex una maneret, sed una fieret vis intensa : redderet ergo duxi ille calor calidum ut quartus, & ut quatuor calefactivum, hinc calor ut quartus ab illo directo productus posset concipi a totali influentia utriusque caloris.

Dicitur secundò , quòd causa, quòd duplex substantia penetratur, posset utraque eadem incidentalī virtute passum transmutare, puta , duplex ignis uno calore: tūnc ergo utrāque substantia totaliter influente passum totalem modo calefieret, & calefactioni resistret, ac si influenter altera tantum , quia idem esset talis non ergo citius transmutatur. Quòd si nunc de facto celi transmutatur applicato

duplici igne, ac applicato uno tantum, eo est, quia duplex igitur per duplē calorem agit. Dicitur tertiod, quòd si determinatio materiae ad unam formam tantum est naturalis, ut ipse posuit, miraculo opus est, ut duas habeat: poterit ergo Deus miraculū suspendere , & unam habebit in casu , de quo loquimur.

338 Arguitur sexto : Si effectus simul est à duplice causa totali , tunc causa totalis non differt in modo causandi à partiali; sed hoc implicat , erit enim , & non erit totalis: ergo. Probatur sequela maj. primò à paritate: Si duplex objectum specificaret eundem habitum , tunc uterque non differret à partiali: similiter, si unum corpus à duplice superficie circumscribitur: ergo pariter. Secundò probatur directè: Causa partialis à totali solum differt in eo , quòd partialis admittit consortium alterius , non autem totalis ; sed in casu quelibet causa totalis admittit consortium alterius: ergo.

339 Resp. neg. maj. & ostendendo differentiam patet ad utramque probationem. Itaque causa totalis exercitè, de qua loquimur , illa est , quæ talem de facto ponit influentiam, quæ sola sufficiat effectum ponere; partialis autem , cujus influentia non sufficit: in casu itaque influentia cuiuslibet causæ talis esset, quòd quamvis admitteret consortium

alterius; se sola sufficiret effectum ponere: patet ergo, quod à partiali differret. Patet itaque, quod nulla est manifesta contradictione; si quæ enim alia objiciatur, ex dictis poterit solvi. Consulto prætermitti doctrinam;

quam nonnulli hic affectunt, de Sacerdotibus unam Hostiam consecrantibus, quia Sacerdotes ut causa physica comparantur ad verba, quæ proferunt; quare non unus effectus à multis est.



Consulto prætermitti doctrinam;

# QVÆSTIO QVINTA DE CAUSIS INTRINSECIS.

## ARTICULUS I.

*In sensu materialis sit vera causa; & que ejus causalitas, & effectus?*

nit in eo, quod est causa intrinseca, & in suo genere prima, eodem modo se habent quantum ad causalitatem, & virtutem causandi; quare quæ de materia dicentur, de forma debent accipi.

341 Quæritur ergo primò: An verè habeat materia rationem causæ? Quia tamen ex virtute causandi, causalitate, & effectu id à posteriori colligitur, explicato, quomodo habet virtutem causandi, causalitatem, & effectum, inde poterit patere, quomodo habet rationem causæ. Itaque virtus causandi in materia est potentia passiva, seu perfectibilitas, qua constituitur potens perfici, & recipere formam, seu ad formam transmutari; in hoc enim causalitatem exercet materialem, quod à forma perficitur, aut forma ex ipsa educitur: primò quidem per se, & proprie causalitas materia est; secundò autem per accidens, & respective tantum ad formam materialem. Ratio est, quia causalitas materia respectivè accipitur ad causalitatem formæ; sed causalitas formæ non est educi, sed

140 Postquam de causis in communi determinimus, de singulis in particuli dicendum sequitur; incipiant ab intrinsecis, sive quia materialiter sunt immediatae, cum sint principia; sive quod materialiter sunt difficultatis, & conseruatiæ, quæ de his quaruntur agitur de illis præcedenti reputatione; sed ibi accipiuntur, ut sunt principia, & in ordine ad totum, quod continentur, quare nihil ibi determinatur de causalitate, & effectu; hic autem accipiuntur, ut sunt, & quatenus ad se invenient comparantur, ad se enim modo causalitatem excent: ergo ad rationem causæ pertinent, explicanda sunt, nempe virtus causandi, causalitas, & effectus; & quia utraque conve-

sed informare, & perficere: sicut ergo in forma se habet ad causalitatem suam de materiali, quod ipsa educatur, & est quid praesuppositum ex conditione hujus formæ; ita in materia causalitas materialis per se est perfici, transmutari autem, & quod ex ipsa educatur forma, per accidens est, & magis ex necessitate formæ, quam ex conceptu materialis causæ. Præterea: Sicut formalem causalitatē qualibet forma exercet in eo, quod perficit, vel informat, ita materiale exercet materia erga formam quamlibet, à qua informatur; sed non ad quamlibet transmutari habet, sola enim materialis ex ipsa educitur: ergo.

342 Virtus itaque causandi in causa materiali per se, & primo est perfectibilitas, per accidens autem, & veluti secundario transmutabilitas. Utraque autem nihil omnino est præter ipsam materialia quidditatem, ut præcedente disputatione probatum est, quod potentia materialia est essentia ejus; quare in causa materiali non possumus accipere virtutem proximam, & remotam, sicut accipimus in efficiente, sed ipsa ejus quidditas est rotta virtus, per se ipsam immedia-  
tè formam recipit, & ab ea perficitur. Hoc probant NN. Manso, & Villanova ex B. Doctore in 4. Physic. leæt. 4. ubi ex Philosopho in 1. Post. docet, quod

primum id dicitur; quod alibi per ipsum, non ipsi per alterum: ex quo hoc principium deducunt: Primum in quolibet genere habet à se, & per identitatem omnem virtutem illius generis, secundum autem per participationem a primo; sed materia primum est in suo genere, idem de forma: ergo identificat sibi omnem virtutem sui generis.

Displacet hæc probatio exemplificat enim ibi Doctor de igne, qui quia est primo calidus, cetera calida sunt talia per se, quam participationem nature ejus, ipse autem ignis non ab alio participat: & de triangulo, cui, quia primum, competit habere tres, non ab alio id competit, sed alia ab ipso habent triangulum; at licet in triangulo habent tres ipsa sit sua quidditas, in fine autem calidum esse est forma accidentalis à substantia suæ distincta: non ergo ex illo loco Doctoris, & definitione Philippi colligitur identitas virtutis, sed tantum, quod eam nobiliter per participationem, & analogiam ad alterum, immo alia quecumque talem habent, per quodam habent participationem, analogiam ad ipsam; cum existat, quod talis virtus sit diffusa, & superaddita, ut patet in igne.

343 Quod itaq virtus, & potentia causandi ipsa est materia quidditas, loco citato probatum

alit  
rum;  
deduc-  
gene-  
carem  
neris,  
cipa-  
a pri-  
em de  
i om-  
barios  
tor de  
alidos  
peral-  
natur  
ion u-  
nguo,  
tit he-  
ompe-  
triad  
haben-  
in p  
foma  
ual  
ocal  
nill  
lina  
& am  
ia que-  
sem  
am co-  
diffrat  
pater  
& p  
mat  
obam

et insuper autem ad præsens sufficienter ostenditur ab inconveniente: Si enim velimus talem potentiam concipere aliquid distinctum a materia, sequitur processus in infinitum; sed iste regnat: ergo standum in primis, dicendum, quod materia per suum quidditatem est talis potentia. Ostenditur sequela majoris: enim potentia receptiva distincta est, & superaddita materia, illam materia recipit, & ab aperficitur, constituitur nempe potens: ergo potentia receptiva, & perfectibilis supponitur, quia illam recipit, & ab ea perficitur; & cum hæc item debeat à materia distingui, de ea redit argumentum. Præterea: Ex termino patet, quod perfectibile quidem sua perfectibile est, & per se ipsum se ipso est perfectio; sed ut virtus, & potentia utriusque causa: ergo. Patet major non potest concipi, quod aliquo superaddito imperfectum sit, sive perfectibile; similiter, quo superaddito constituitur secundum, non autem perfectio.

Quod ergo dispositiones sequuntur materia, sive ut transmutetur, sive ut formam recipiat, non hoc est, quod aliquo agent, quo fiat potens, aut mai potens, ipsa enim non per positiones, sed per se ipsam transmutatur, & recipit, sed dispositiones ratione agentis requiri-

rit, cuius virtus non aliter potest transmotare, & formam inducere, quam inducendo dispositio- nes; quare secundum quod agens magis habet, aut minus de vir- tute activa, magis ipsa, aut mi- nus resiliat, & magis, aut minus oportet disponi: dispositiones ergo conditiones sunt, & magis ab ipso agente, quam à potentia materie requiruntur.

344 Quæritur secundò de causalitate: Hæc autem est ipsum actu perfici. Quo circa notandum, quod tria est accipere in hoc exercitio: primum, quod materia transmutatur, seu ex ipsa educitur forma: secundum, quod forma recipitur, seu ponitur in materia: & tertium, quod materia perficitur, seu habet à forma hoc tale esse; illud primum per accidens est, & magis ex conditione formæ, quam ex conceptu, & causalitate materiæ, ut jam patuit; secundum item, per se quidem ad causalitatem materiæ requiritur, sed de materiali est, & præsuppositivè: sicut enim aliud est metaphysicè, & quidditative formam ponit in materia, atque ipsam perficeret intelligitur quippe utrumque con- jungi, quin intelligatur perficerere, & perfici, sicut communiter exemplificator de forma in sub- jecto incapaci, quæ recipieret, sed non perficeret; ita in materia recipere quidem formam de ne- cessitate requiritur, ut perfici-

tur; sed non hoc est à forma perfici formaliter, & quidditatively causalitas ergo materię ipsum est perfici, & alia duo presuppositivę se habent, & veluti conditio-  
nes requirantur.

345 De hac causalitate queritur: Qualiter à materia differat? Differē quidem perse patet; non enim accepta ipsa materię quidditare intelligitur perfici: aliunde autem ipsum perfici non potest ex parte materię ali-  
quid accipi sibi superadditum; nihil enim omnino intelligitur præter formam, & materiam, & perfectum esse, quod materia à forma consequitur. Pro cuius in-  
telligentia considerabimus cau-  
salitatem efficientis: non enim  
intelligimus ipsam causare, nisi  
intelligamus ex parte ipsius co-  
natum, & influentiam, sive ac-  
vani mouere, quo ipsa aliter se  
habet, & quod est exercitium  
eius; at in causalitate formę, &  
materię non intelligimus talem  
conatū, sed præcise, & tantum la-  
tinam conjunctionem, & præsen-  
tiā unius ad alteram: non ergo  
aliquid possumus accipere aliud  
à materia, & forma, quod sic ea-  
rum causalitas. Nobis itaque di-  
cendum, quod causalitas matéri-  
a, idem de forma, ab ipsa dif-  
fert tantum secundum rationem  
quidditatis: non enim aliqua realitas est, aut modus se habendi  
ipsius materię in se ipsa realiter,  
ut jam patuit; aliunde autem ali-

ter accipitur quidditas materię secundum se, ac ex quo exerceit perficitur.

346 Nonnulla in contrarium obſiuntur, quæ tamen levia sunt, unum ſubjicio, aut alterum, ex quorum ſolutione poterit ad reliqua patere: primo: Quod identificat à primo ſubjec-  
to uſque ad ultimam actuali-  
tatem in aliqua linea, infinitum; <sup>ad</sup>  
ſed absurdum eſt materiam dicere infinitę perfectionis, ea quippe nullam habet, & eſt omnino da perfectibilitas: non ergo dīa  
potest ipsam identificare tūm vi-  
tutem, tūm causalitatem, & exer-  
citiū ſui generis. Maj. de facili  
patet: tale enim nullam habet po-  
tentialitatem, cum actum ipsum  
ſibi identificat, quare eſt pure, &  
omnino actus. Secundo: Materię ſub forma re ipsa aliter se habeat in entitate ſua, ac ſecundum ſed ipsa receptione aliter ſehbet: exercitium ergo eius eſt das ſe habendi.

347 Ad primum dicitur  
mō, quod identificare à pri-  
mo ſubjecto uſque ad ultimum  
actualitatem in linea dicente per-  
fectionem, omnem perfectionem  
arguit illius linea; id est  
autem uſque ad ultimum exer-  
citiū in linea dicente imperfec-  
tionem, potius arguit imperfec-  
tionem omnimodam. Dicitur  
ſecundo, quod identificare in ou-  
ni linea arguit purum omni-  
actum, & infinitatem perfec-  
tionei.

nis identificare autem in aliqua determinata linea, tantum arguit non habere in illa linea ordinem, seu plenè, & omnino illam lin- eam habere, & quidquid ad il- lum pertinet; nihil autem inconvenit materia dicere sic omnino ha- bere quidquid est de linea recep- tiva, & perfectibilitatis. Dicitur tertio, quod arguit talem omni- modam perfectionem identifica- re positive, seu de le positiue ha- bere usque ad ultimum exerci- cium illius lineaꝝ; non sic au- tem materia identificat ultimum exercitium lineaꝝ receptivaꝝ, sed negative tantum, quatenus tale exercitium non est de se aliquid, quod possit à materia distingui; ut enim, quod materia non per quidditatem suam positi- , & in actu exercitium reci- pendi, sed item jam patuit, quod tale exercitium non est rea- liqua, aut aliquid ullo mo- materia distinctum.

Ad secundum neg. minor, cumvis enim verum sit, quod aliter se habet materia re ipsa in- citate sua sub forma, ac secun- dum se, non autem receptione, ac exercicio perficiendi, sed effec- to formaꝝ, de quo art. seq. quia sumpe ex quo est sub forma con- sequitur tale perfectum esse. Quod apatet, quia illud aliter se ha- bere permanens est, & tandem in- telligitur, quandiu materia sub forma manet, puta, habere esse solidum; exercitium autem, &

causalitas materiaꝝ transiens est.

348 Insuper queritur de ef- fectu materiaꝝ; assignatur autem communiter multiplex, nempe, forma, compositum, & genera- tio ipsa. Sed primò, quod atti- net ad generationem, ea non aliud est, quam forma ipsa sub exercitio, quo ponitur in mate- ria, & habitudine ad agens; qua- re ea non recipitur, aut effectus est per se, & formaliter, sed tan- tum, quatenus recipitur ipsa for- ma. De composito autem jam su- prà diximus non esse terminum, ad quem comparatur materia ut causa, sed ut principium; quare non effectus est materiaꝝ, sed con- stitutum per ipsam; neque enim ullam exercet materia causalita- tem erga compositum, cum non ipsius recipiat, sed formam. Quod autem aliqui reponunt, recipere compositum inadqua- te, ut dicit formam, nihil est nisi recipere formam.

349 Effectus itaque materiaꝝ ipsa est forma, quam recipit, & à qua perficitur. Notandum au- tem ex dicendis articulo sequen- te, quod effectus formæ doplex accipitur in nostra sententia: alter realis, seu qui, ipsa hęce materia, quæ informatur, & perficitur; alter verò formalis, seu quo, nem- pe perfectum esse, quod materia consequitur ex forma: dubitatur ergo inter Nostros: An habeat materia effectum quo, modum nempe, quem forma consequa- tur,

rar, ex quo materia conjungitur? Affirmant Nostris Manlo, & Vilanova, & affirmare videtur N. Gerardus fidelissimus B. Doctoris Interpres: nam in 1. dist. 17. q. 2. art. 9. quo agens de Charitate, sententiam B. Doctoris de effectu formæ propugnat, contra se objicit, quod sequeretur, materiam habere effectum formæ communicatum, si ponitur talem habere formam. Ad hoc responder, non esse inconveniens, quod materia talem habeat effectum, immo id esse de necessitate concedendum, quia forma modum habet potentialitatis, ex quo materiam perficit.

Ego quidem, ut verum facias, in litera B. Doctoris neque pro, neque contra aliquid inventio; quare ad mentem ejus posset utrumque teneri, & quod materia habet, & quod non habet talem effectum; sed in primis argumentum illud, quo movetur N. Gerardus, & quod unicum est pro parte affirmativa fundamentum, non cogit talem effectum materia concedere. Deinde, urgentissimæ rationes contra illum occurruunt, quas mox subjiciam; & accedit, quod N. Gerardus non illum directè intendit, sed quasi permitit, & ait posse sine inconvenienti concedi: puto ergo tenendum, quod materia nullum talem effectum habet.

350 Dico itaque, quod materia nullum talem effectum ha-

bet, qui sit modus se habendi formæ communicatus. Prob. ex causalitate utriusque: Opposita est ratio, & causalitas materia, & formæ, nempe causalitas formæ est immutare, & perficere; materia vero causalitas est immutari, & perfici; sed si forma consequitur modum se habendi, qui sit effectus materia, materia causalitas non est immutari, & recipere, sed immutare, & communicare talem modum: ergo.

351 Neque refert, quod immutatio, quam causat forma, est perfectum esse; imminutatio vero, quam ponitur causare materiam, est imperfectio, & potentializatio. Non, inquam, id refert, quia non ex eo, quod causatur, sed ex causalitate, & modo causandi ratio sumitur; quamvis autem posset concipi id, quod causat materia, diversum esse ab eo, quod causat forma, modus tamen causandi, & causalitas ejus esset communicare, & immutare, & quæ ac causalitas formæ. Præterea: Nullus talis est potentialitatis modus: sicut enim, quia forma communicat modum se habendi, materia sub tali forma talem habet modum respondenter quidditati ipsius formæ; ita, quia quidditas materia est perfectibilitas, forma ex materia debet conceipi perfectibilitatem habere, quam prius non habebat; nihil autem amplius potest recipere, quo perficiatur, ex quo

materiæ conjugitur, quā posset, si sine materia crearetur.

Insuper: Si quem possamus talem modum concipere, is est coactatio, & limitatio formæ, neque alium illi assignant Doctores; hic autem in primis non est potentialitas aliqua, aut perfectibilitas; non est potentia recipiendi aliquid, quo perficiatur. Deinde, non est effectus materiæ; non enim effectus habetur sine causa, quippe ex causalitate ejus sequitur; at limitationem illam haberet forma sine materia, & omnino antecedenter ad ejus causalitatem: ergo. Prob. min. talis limitatio nihil est aliud, nisi quod forma sit hæc, & hic, & nunc, sive huic subiecto affixa; sed causa, quo Deus crearet formam sine materia, ex solo ordine, & exigentia materiæ esset hec, & hic, & nunc: non ergo limitatio est effectus materiæ; dicitur autem materializatio, quia ex ordine, & exigentia materiæ habetur, quare in materia refunditur, tamquam in radicale principium, non tamquam in causam.

Ulterius: Quia modus se habendi, quem materia habet sub forma, est effectus formæ, sub alia, & alia forma alium, & alium habet modum, puta, sub forma caloris esse calidum, sub forma frigiditatis esse frigidum; at eamdem limitationem, & eamdem modum coactationis habet

forma, sive in hoc, sive in illo subiecto ponatur, æquè enim hæc est, & hic, & nunc forma caloris, sive in ligno sit, sive in lapide: non ergo illa limitatio est effectus materiæ.

Rursus: Forma non aliquo conatu quasi activa influentia intelligitur materiam perficere; sed eo tantum, quod ex conjunctione ad formam intelligitur materia consequi modum se habendi, forma est activa: si ergo pariter forma ex conjunctione ad materiam consequitur modum se habendi, pariter materia erit causa activa, quod aperte est contra quidditatcm ejus. Ex dictis patet, quod ratio, que movit N. Gerardum, quæ est unicum contrariae partis fundamentum, quod nempe si forma habet effectum materiæ communicatum, pariter debet habere materia, non cogit talem effectum concedere: manifesta enim est disparitas; si quidem forma activa est, ejus causalitas est perficere, quare effectum communicat; materia autem passiva est, & ejus causalitas non est communicare, sed recipere.

352 Ex his primo deducitur id, de quo principaliter queritur: An nempe materia sit verè causa; si enim cum reliquis fiat comparatio, minus propriæ causa est; si autem absolute accipiatur, verè causa corporis naturalis dici debet, quatenus recipien-

do formam causat entitatem totius, quamvis ejus comparatio immediate ad corpus naturale, non causa, sed principii sit. Habetur deinde, quid dicendum de formalis causa: quantum ad virtutem quidem, quod est ipsa ejus quidditas, sicut enim per se ipsam immediate materia est perfectibilitas, & virtus recipiendi, ita per se ipsam forma est perfectio, & virtus informandi. Deinde: Sicut causalitas materia non est modus aliquis, aut realitas ipsi materiae superaddita; ita informare, & perficere respectu formæ. Insuper: Magis propriæ, quam materia, habet rationem causæ; non solùm enim perficiendo materiam totum quodammodo causat, sed effectum habet proprie causatum, quo à materia differt, nempe modum se habendi, de quo dicendum restat.

## ARTICULUS II.

*An effectus formalis forme differat ab ipsa forma subjecto communicata?*

I. I.

*Quibusdam premisis, probatur nostra sententia.*

353 **C**ommunis est ferè omnium sententia, quod effectus formalis formæ est

ipsa forma subjecto communica-  
ta; quare non est, cur in referen-  
dis Doctorum sententiis immo-  
renur. P. Vazquez in 3. p. disp.  
19. cap. 2. explicatur terminum  
actionis assumptivæ docet,  
effectum, quem tribuit substancialis forma, esse diversum ab ip-  
sa forma; ejus fundamentum ut  
insufficiens rejicit N. Manso, im-  
merito tamen, cum ratio sit, qua  
utitur N. Gerardus, eaque satis  
efficax.

Probat itaque intentum  
suum P. Vazquez, quia, ex Phi-  
losopho multis in locis, opera-  
tiones vitales non sunt solius  
animæ; sed coiuncta materia; sed  
ea secundum entitatem suam  
omnino immutatam non potest  
coiuncta: ergo ex coniunctione  
ad formam in entitate sua immu-  
tatur, & aliter se habet, seu mo-  
dum se habendi consequitur,  
quo possit simul cum forma in-  
fluere. Patet min. entitas enim  
materia secundum se est pura  
passiva, & perfectibile princi-  
pium. Vides ergo efficacem esse  
rationem P. Vazquez, & qua me-  
ritò ad propositum utitur N.  
Gerardus, sed quam immerito  
P. Vazquez limitat ad solas sub-  
stantiales formas: sicut enim ope-  
ratio substantialis formæ non a  
sola forma est, sed à toto, quare  
coiuncta materia; ita operatio  
formæ accidentalis non à sola  
est forma, sed à toto, quare in-  
fluit etiam ipsa substantia; sepe  
autem

autem ea de se non habet posse, ut aqua calida ad operationem calefaciendi: & quæ ergo de omnibus formis probat illa ratio.

354 Dionysius Blasco lib. dist. 39. q. 2. docet, quod effectus formalis formæ est esse existentia, quod materia communica; verba tamen Resoluti, quæ in Synopsi adducit, magis sententiam nostræ sententiaz indicant: unum in lib. 1. dist. 5. q. 1. art. 1. unum 9. ita ait: *Licet splendere in se effectus formalis corporis minosi, tamen splendor, qui est effectus distinctus à splendore, seu in corpore, est effectus efficientis.* Clarius in 3. 10. art. 7. num. 54. cum dicat, quod effectus formalis in potest separari à sua causa, subiungere ait: *Dico, quod voluntas de effectu formalis primaria in autem secundario; nam nihil in se non potest separari a quantitate, benè tamen subjectum extendere.* En extendere subiectum, quod proculdubio significat modum se habendi ipsius objecti, effectum secundarium est, quod nos absolute effectum formæ dicimus, quantitatem enim in se extensam esse non effectus est, sed quidditas ejus, non extensa est adjective, sed substantivè ipsa extensio. Quod non vult Dionysius, eff. etiam non esse existentiam, in Metaphysica ex instituto rejicimus, & rejicit B. Doctor in 2. dist.

27. ques. 1. art. 1. dub. 2. lat.

355 Quidquid de aliis sit, sententia B. Doctoris est, quod effectus formalis formæ est modulus se habendi, quem materia consequitur ex conjunctione ad formam, puta, esse calidum ex conjunctione ad calorem, esse extensem ex conjunctione ad quantitatem, & ita de reliquis; non quod modulus iste sit realitas aliqua materia superaddita, aut ullo modo quid medium inter materiam, & formam; ut enim in Metaphysica probabimus, modulus à subiecto modificato non differt, sed facit tantum subiectum differre à se ipso non modificato: est ergo modulus entitas ipsa subiecti sic se habens, seu sic determinata; & hac talis determinatio materia est effectus formalis formæ; quare realiter est ipsa materia, quam perficit, formaliter vero est eam sic se habere.

356 Dicimus itaque, quod effectus formalis formæ est modulus se habendi, quem materia consequitur ex unione ad formam. Hanc multis in locis probat B. Doctor, ex instituto autem de Esse, & Essent. q. 8. ipsum omnes sequuntur Discipuli; late autem Argentinas, & Gerardus in 1. dist. 17. agentes de Charitate, & effectu ejus, ubi multas, & efficaces rationes convergunt, & quæ in contrarium obiecuntur, solvunt, eorum rationes

nes ferè omnes adducit, & late expendit N. Manso; quare unam, aut alteram, quas ipse prætermisit, & quæ sufficienter conclusiōnem probant, adducemus, cæteras apud ipsum vide.

357 Prob. ergo primò conclusio: Entitas subjecti sub forma informante ipsum in se ipsa, prout distinguitur entitativè à subjecto suo, aut aliter se habet, quām priùs, aut non? Sed si primum dicatur, habetur propositum; secundum autem manifestè implicat: ergo. Min. quantum ad primum patet; illud enim aliter se habere est effectus formæ, & modus se habendi, quem intendimus; si namque accipitur entitas subjecti sub forma, ut contradistinguitur à forma ipsa, non potest dici, quod aliter se habet per ipsam formam. Quantum ad secundum item de faciliori ostenditur: Manifestè implicat subjectum perfici, & imperfectum reliqui; sed sub forma perficitur: ergo aperte implicat sub forma reliqui, ut erat priùs in entitate sua, priùs enim imperfectum erat, & potens perfici.

Confirmatur, seu potius magis explicatur: Implicat perfectivum exercitè, & in actu perficere, quin perfectibile exercitè, & in actu perficiatur; sed ex his diuinabus entitatibus forma est perfectiva, subjectum est perfectibile: ergo implicat formam exercitè, & in actu informare, & perfici-

cere, quin intelligatur entitas subjecti perfici; sed hanc subjecti entitatem in se ipsa, & ut differt à forma, sub ipsa perfici, est in se ipsa aliter se habere, & habere modum à forma causatum: ergo. Rursus: Implicat intelligere mutationem, quin intelligamus mutacum esse terminum ejus; sed entitas subjecti in se ipsa, ut accipitur contra formam, à qua informatur, mutatur, transit enim de perfectibili, & potente perfici ad perfici in actu, & exercitè: ergo habet in ipsa sua entitate modum se habendi, & passivum perfici derelictum à forma.

358 Prob. secundò alia ratione N. Gerardi, qua præcedentis vis amplius ostenditur: Formam informare subjectum suum non est tantum, & unicè illi uni ri intime, & veluti convicerat; sed nisi ponatur subjectum consequi modum se habendi, nihil intelligitur nisi materialis unio, & veluti compenetratio utriusque: ergo non intelligitur informare, & informati non intellecto modo se habendi, qui sic effectus communicatus subjecto, quod informatur. Major ab omnibus conceditur; aliud enim est conjunctio unius ad alterum, quantumcumque intima ea sit, ac informatio. Deinde ea patet pli mò exemplis: Quando enim Corpus Christi Domini penetravit v. g. lapidem sepulchri, utriusque

quæ intelligitur intima conjunctio, & compenetratio; non autem alterius informatio: similiter intelligentia motrix intimè conjugatur Cœlo, non enim corporaliter, & veluti è superficie tantum: pariter Spiritus intimè unitur igni, quo torquentur; at neque Intelligentia Cœlo, neque Spiritus igni informativè uniuntur; quare ait S. Parens, quod inveniuntur accipientes ab ignibus tunc, non dantes ignibus viam. Uniti ergo informative illud est, quām pure, & intimè coniungit.

Deinde ratione id ipsum puto: Quantumcumque enim unum alteri intimè conjugatur, intimumque relinquitur in entitate sua, ut erat prius, neutrum perficitur; quod si non perficitur, non informatur, informat enim absciri, & perfici: informati non est præcisè intimè coniungi. Tunc autem min. principis syllogismi ex hoc ipso ostenditur: Si enim subjectum ex conjunctione illa non intelligi potest aliter se habere, manet in entitate sua, ut prius erat: ut eripatur intelligatur informati, & perfici, oportet aliter se habere, & consequenter non intelligitur informatio, sed tantum materialis conjunction, nisi intelligatur modus se habendi subjecto communicatus.

359 Prob. tertio: Causalitas materiæ passiva est, formæ autem

Tom. III.

activa; sed nisi ponatur modus se habendi materiæ communica-tus à forma, neque materia passiva est, neque forma activa: ergo. De maj. nullus dubitat; est enim utriusque causalitas informare, & informari, perficere, & perfici. Min. itaque ostenditur: Si enim nullus intelligitur modus materiæ communicatus, non amplius intelligitur, quām formam materiæ uniti; sed tunc non magis forma unitur materiæ, quām materia formæ: non ergo est, cur altera dicatur activa, altera passiva. Confirmatur: Vnde est veluti conditio, conjunctio nempe, & applicatio utriusque causæ; sed post applicationem debet intelligi causalitas: ergo præter unionem, & conjunctionem utriusque debemus accipere, quod forma perficit, & communica, materia perficitur, & consequitur perfectum esse.

Neque refert dicere, quod materiæ causalitas est passiva, quia recipit formam ipsam, & forma est activa, quia se ipsam exhibet; in hoc enim differt activitas formæ ab activitate efficientis, quod efficiens activum est per influentiam, qua aliquid in altero causat; forma autem activa est tantum exhibendo se ipsam, & per intimam presentiam, & communicationem. Non, inquam, id refert; hoc enim probat ratio, quod hæc talis formæ activitas non intelligitur, si ma-

G magis

teria non immutatur, & aliquem modum assequitur; non enim magis forma se exhibet materia, quam materia forma, nec magis materia recipit formam, quam forma materiam, si nihil intelligitur praeter utriusque coniunctionem: oportet ergo, ut intelligatur, materiam recipere, & perfici, accipere ipsius immutationem, & perfectum esse. Cetera vide apud N. Manso.

## §. II.

*Solvuntur Argumenta.*

360 **A**rguitur primò ex his, quæ contra sententiam P. Vazquez communiter objiciuntur: Si effectus formæ est talis modus materia communicatus, non differt formalis causa ab efficiente; sed hoc est inconveniens: ergo. Probatur sequela maj. Nam in omnium sententia convenienter in ratione causæ activæ, & in hoc solo differunt, quod efficientis, utpotè causa extrinseca, exercet causalitatem suam communicando subiecto passibili aliquid praeter se ipsam; formalis verò, utpotè causa intrinseca, causat constituendo unum quid cum subiecto passibili, subindeque exhibendo se ipsam; sed si effectus formæ ponitur modus materia communicatus, non constituendo, & exhibendo se causat, sed aliquid

præter se communicando: ergo non differt ab efficiente.

361 Ad hoc argumentum respondet N. Manso, quod discriminem inter utramque causam in hoc est, quod causa formalis recipitur intrinsecè, quare licet aliud præter se causet, intrinseca est, & causat se communicando; at verò efficiens exterius manens aliquid in subiecto causat, quare extrinseca est, & non se communicando, sed se diffundendo causat. Non placet solutio: quia nihil prohibet, quod ignis divinitus ligno penetretur, & sic penetratus ipsum effectivè transmutet ad formam ignis, quo casu aquæ interius, & intimè ligno unitar ignis effectivè transmutans, & forma in ligno causata formaliter perficiens.

362 Ad argumentum itaque neg. maj. Ad prob. dicitur, quod differt utraque causa in eo, quod efficientis non nisi per influentiam, & conatum intelligitur causare; forma autem sine ulla influentia, ex sola intima præsencia sua ad subiectum perfectibile intelligitur ipsum perficere, & reddere in actu tale, quale erat prius in potentia: hæc ergo intelligitur exhibendo se ipsam causare, & causando constituere unum cum subiecto perfectibili, quo ab efficiente distinguitur.

363 Arguitur secundò ex his, quæ habet N. Toletan. contra Gerard. in 1. dilt. 17. q. 1.

¶. I. Omnis modus est aliquid, & ens, & non est ens rationis: ergo omnis modus est aliqua res; sed nulla res media potest ponи inter materiam, & formam, quia forma per se ipsam immediate informat, & materia per se ipsam immediate informatur: ergo non potest ponи aliquis talis modus à forma causatus in materia. Autem probat primò: Quia modus non est nihil: ergo aliquid. Rursum: Res modificata, secluso opere intellectus, sic se habet: ergo modus non est ens rationis. Præterea: P. Augustinus i. de Doct. Christi, ait, quòd una res non est, unum nihil est. Insuper: D. Antonius de Iacarnat. Verbi cap. i. ait: Solemus dicere rem, quidquid dicimus aliquo modo aliquid. Confirmatur primò: Nullus modus est minoris entitatis, quam sit relatio realis: ergo quilibet modus est aliqua res. Antecedens patet ex Commentatore t. 2. Metaph. dicente, quòd relatio est minimæ entitatis. Conseq. item patet, quia relatio est unum de predicamentis, & consequenter res aliqua. Secundò: Quia modus non est minoris entitatis, quam sit relatio distinctionis, qua modus ipse ab alio modo differt; sed hæc, cùm sit realis relatio, est res aliqua: ergo.

364 Resp. quòd de plano concedimus subsumptam argumenti; in hoc enim communiter decipiuntur contrarii, quòd pu-

tant nos ponere aliquid ullo modo medium inter materiam, & formam: itaque sigillum per se ipsum immediate ceram afficit, & cera per se ipsam immediate afficitur, & recipit sigillum, & impressionem ejus, neque est aliquid accipere medium inter ceram, & sigillum, nihilominus certa aliter se habet in entitate sua ex immediata coniunctione ad sigillum. Ad primum itaque antedicitur, quòd modus secundum subjecto modificato nihil omnino est; nec enim aliquid possumus accipere, quod ponat in numerum cum ipso subjecto, & sit aliud ab ipso; cum hoc tamen non est ipsa entitas subjecti secundum se, & absolute accepta, sed ipsa entitas in se ipsa intransitive ad quodvis aliud aliter se habens: eo ergo sensu, quo modus aliquid est, secluso opere intellectus, est res aliqua, nempe ipsa realitas subjecti sic se habens; & hoc sic se habere est effectus formæ; quo patet ad ea, quibus probatur antecedens.

Ad primam confirmationem dicuntur primò, quòd relatio est minimæ entitatis inter predicationa; modus autem, ut communiter ponitur, non est predicationum, quare non tollitur, quin modus minoris entitatis sit, quam relatio. Dicitur secundò, quòd relatio non est entitas aliqua, ut entitatem accipit arguens; quare ex quo modus non

sic modus, quam relatio, non sequitur, quod sit de se, & formaliter realitas aliqua. Jam itaque in Logica patuit, cum quod praedicamentum non significat realitatem aliquam, sed modum essendi generalem, ex quo sumitur diversa prædicatio; cum, quod relatio ipsa est realitas fundamenti ad alterum se habens: quia ergo modus se habendi est determinatio subjecti, & aliter se habere in se ipso, relatio autem est aliter se habere, non in se, sed ad alteram, minus de esse habet relatio, quam modus; cum hoc tamen nec modus, nec relatio aliquid est subjecto superadditum.

Ad secundam confirmationem priuò dicitur, quod relatio distinctionis est tantum secundum dici, quare non vera relatio est, sed modus relativus. Dicitur secundo, quod dato veram relationem esse, jam patuit, quod relatio non aliqua realitas est, aut aliquid ullo modo fundamento suo superadditum; quare nihil inde ad propositum deducitur. Videantur dicta in Logica de distinctione relationis à fundamento suo.

365 Arguit tertio idem: Si ex conjunctione formæ ad subjectum suum relinquitur aliquis talis modus, sequitur, quod materia ipsa est effectus formalis formæ; sed hoc est penitus repugnans; ergo. Pater min. quia

effectus formalis, eo quod sequitur ex conjunctione ad formam, non est ante illam. Sequela maj. ostenditur per syllogismum expositorum: Hic modus derelictus, est effectus formalis formæ; sed hoc subjectum est hic modus; ergo hoc subjectum est effectus formalis formæ. Patet min. quia nos ponimas, talem modum non differre à subjecto modificato.

366 Hic syllogismus faciliter retorquetur: Hæc materia (accipiendo illam, quæ actu est sub forma ignis) est in actu pars ignis; sed hæc materia est in actu illa, quæ priùs fuit sub forma ligni: ergo illa materia, quæ priùs fuit sub forma ligni, est pars ignis. Sicut itaque ad hunc syllogismum dicuntur, quod eadem est hæc materia, ac illa, nunc autem aliter se habet, nempe perficitur forma ignis, & est in alio composite; ita ad illum syllogismum dicitur. Ad argumentum itaque neg. maj. & ad syllogismum expositorum disting. min. Hoc subjectum est hic modus, secundum se, sive secundum nudam entitatem suam, neg. min. hoc subjectum sic determinatum, & sic se habens, conc. min. & tunc sequitur, quod erit effectus formæ non hoc subjectum secundum se, sed hoc subjectum sic se habens; & licet præcedat formam subjectum secundum se, sequitur autem, & est effectus formæ subjectum sic se habere.

Argui-

367 Arguitur quarto ex eodem: Si aliquis talis modus ponitur, idem erit prius, & posterior se ipso realiter; sed hoc implicat: ergo. Prob. maj. Quod est prius priore, est prius posteriore; sed subjectum est prius formâ, cum ipsam recipiat: ergo est prius modo, qui à forma causatur; sed modus est realiter subjectum: ergo est prius se ipso. Quod autem sit posterior, patet eadem syllogismo: Modus est posterior subjecto; sed est ipsum objectum: ergo. Confirmatur primum syllogismum pariter expositionis: Hoc subjectum est prius in forma, qua informatur; sed hoc subjectum est hic modus: ergo. modus est prior formâ; at dictus non est prior causâ suâ: ergo.

368 Resp. quod eadem est vius, & praecedentis difficultas, hancadem solutio: neg. itaque maj. & ad probat. disting. min. Subjectum secundum se est prius formâ, conc. min. subjectum determinatum, & sic se habens, neg. min. est autem modus realitas ipsa subjecti, non secundum se, sed determinata, & sic se habens. Quo patet ad reliqua.

369 Arguitur quinto ex eodem: Quod potest esse, altero non existente, non est idem realiter cum illo; sed subjectum potest esse, non existente modo causato à forma: ergo. Major patet, quia quod est idem alteri,

est ipsum; sine se ipso autem omnino esse non potest. Min. item patet, quia sub alia forma est subjectum sine modo, qui causatur ab ista. Si autem modus differt à subjecto, omnino repugnat, quia nos ipsi repugnare dicimus aliquid medium inter materiam, & formam.

370 Resp. quod hoc argumentum abunde solutum est in Logica de distinctione relationis à fundamento suo: certe sine privatione hujus formæ existit materia, dum est sub ipsa forma; non autem inde licet inferre, quod privatio est aliquid differens a materia, & ipsi superadditum. Ad formam itaque disting. maj. Non est idem positivè cum illo, conc. maj. non est idem negative, neg. maj. & hoc secundo modo identificatur modus, nempe non est ipsum subjectum secundum se, sed dicitur idem cum subjecto, quia non differt, eo quod non est aliquid illi superadditum, sed ipsum ita se habens, sicut privatio non est aliquid à materia distinctum, sed non proinde est ipsa materia secundum se, sed cùm carens formâ, quam potest habere.

371 Arguitur sexto ex eodem: Illa non sunt idem realiter, quorum unum potest intendi, altero non intenso; sed intenduntur realiter modus, non autem subjectum: ergo. Pater min. quia intenditur calidum esse, non au-

tem magis, & minus patitur subjectum, cum sit substantia. Resp. eodem modo, quod non intenditur subjectum secundum se; quare sic non est idem cum modo; intenditur autem, prout sic se habens, sit enim magis calidum.

372 Arguitur septimò ex eodem: Implicit, contradictionem formam esse sine suo esse; sed non implicit, formam esse sine tali modo: ergo talis modus non est esse formæ. Ostenditur min. Quia poterit Deus formam conservare, aut sine subjecto, aut in subjecto, quin perficiat; sed utroque modo erit sine tali esse: ergo. Cetera mitto, quæ ad hoc ipsum habet, quia ex hujus solutione patet ad reliqua.

373 Resp. dist. maj. Implicit, formam esse sine suo esse existentia, conc. maj. sine suo esse per participationem, neg. maj. & conc. min. dist. conseq. eodem modo. Itaque, cum ait B. Doctor, quod talis modus est esse formæ, imaginatur ipse, quod intendit esse ipsam formæ existentiam; non autem hoc sensu B. Doctor vocat esse formæ, sed quia est quædam participatio formæ, ut esse calidum, aut esse frigidum; non autem inconvenit, quod sit forma sine hoc tali esse, sicut non inconvenit, quod nullum subjectum perficiat, a quo participetur.

374 Arguitur octavò ex eodem: Si forma non habet causa-

litatem formalem erga materiam, nisi talem effectum causeret, pariter materia aut non habet causalitatem erga formam, aut aliquem effectum illi communicat; sed utrumque est inconveniens: ergo forma propriam causalitatem exercet, quin talem effectum habeat. Patet min. quantum ad primum quidem, quia materia una est ex quatuor causis: quantum ad secundum item, quia perficeret, si aliquem talem effectum communicaret. Major autem eo patet, quia si intelligitur causalitas materia sine effectu formæ communicata, pariter poterit intelligi causalitas formæ.

375 Ad hoc argumentum N. Gerardus concedit sequelam, quia non putat inconveniens effectum materiae concedere; nos autem aliter diximus art. prædente; quare ex ibi dictis neg. maj. & ad rationem ejus dicitur, quod causalitas materiae non perficere est, sed perfici; quare ea nequit intelligi habere effectum formæ communicatum; causalitas vero formæ est perficere, quod non intelligitur, quin correspondeat in materia passivum perfici, quod est de necessitate aliter se habere. Alia mitto, quæ contra se objicit N. Argentinas, quoniam ex dictis solvi possunt:

vide, si placet, apud N.  
Manso.

## ARTICULUS III.

*An ultima dispositio ad formam  
sit effectus formæ, ad quam  
disponit?*

## §. I.

*Quibusdam præmissis, referuntur  
sententie.*

376 **P**raesens difficultas vix potest intra præciosos Philosophiaæ terminos disputari; concernit enim Theologicam de Contritione, quæ est dispositio ad gratiam, immo de illa tantum disputatur a multis, ut a N. Mendoza q. 2. Schol. & a N. Manso: quamquam enim de re physica agere statuamus, Theologicam illam oportebit attrin gere: a multis hæc quæstio moveretur in disput. 1. de Gener. de modo, quo dispositiones se habent ad generationem; ab aliis in præcedente quæstione de mutua causalitate inter dispositi onem, & formam; nobis autem, quia de effectu formæ instituitur, libuit hic inserere.

377 Pro expeditione notandum, quod agens in tantum inducit propriam formam in passo, in quantum per proprias qualitates, quæ sunt sibi virtus, & ratio proxima agendi, passum alte-

rat, & disponit: forma enim, sub qua est passibile subjectum, non conservatur naturaliter sine propriis dispositionibus; quatenus itaque per dispositiones proprias formæ agentis alteratur passum, remittuntur propriæ ejus dispo sitiones usque ad illum gradum, sub quo nequeunt conservari, & tunc contrariae inducuntur, & intenduntur usque ad gradum, cum quo nequit stare forma cor rupta, quare ea cedit; & quia illæ dispositiones exigunt formam geniti, ad illam transmutatur materia: v. g. si ab igne transmu tatur lignum, dispositiones propriæ formæ ignis sunt caliditas, siccitas, levitas, raritas, & similes; è contra autem dispositiones propriæ formæ ligni sunt frig iditas, humiditas, densitas, gravi tas, & similes.

Ignis itaque ligno applicatus sic illud alterat per proprias qualitates, quod remittit frigiditatem, humiditatem, & alias ligni qualitates usque ad illum gradum, quo non possunt con servari, & tunc eis expulsis incipiunt induci caliditas, siccitas, & alias qualitates ignis; deinde ulteriori ignis actione, & continua alteratione istæ perficiuntur, & augentur usque ad illum gradum, sub quo nequit conservari forma ligni: cum aliqua enim caliditate, siccitate, levitate, ea conservatur; cum autem istæ sic conjunguntur, & usque ad tales deter-

determinatum gradum perficiuntur, quo naturae ligni repugnant, tunc ea corruptitur; & quia iste dispositiones in tali gradu jam determinant ad formam ignis, illa transmutatione, qua materia amittit formam ligni, formam ignis acquitit, ad quam per dispositiones determinatur.

378 Notandum deinde, quod pro nullo instanti habet materia duas formas; pro nullo item sine omni forma est, quare forma corrupti extrinsecè definir, hoc est, non habet ultimum instans sui esse, sed primum non esse; forma autem geniti incipit intrinsecè, & per primum esse: instans ergo generationis intrinsecè mensurat esse formæ genitæ; quare ea habet non primum esse; extrinsecè autem esse formæ corrupti, quare ea non habet nunc ultimò esse, sed nunc primitù non est, immediate antea erat.

379 Cum itaque in ipso generationis instanti debeat intelligi materia determinata ad hanc formam pro priori causalitatis ad ipsam, neque ea de se determinationem habeat, sed tantum per dispositiones inductas determinetur; cum item substantialis forma prior sit, & immediator ipsi materiae quolibet accidente, neque aliquid possit in nuda materia conservari; hinc difficultas oritur: nam ex una parte dispositiones praecedentes, quibus forma corrupti expellitur,

cum ipsa cedunt, quare ea non attingunt intrinsecè instans generationis; ex alia autem in ipso generationis instanti debet materia præintelligi disposita, & determinata ad substantialem formam.

380 Hinc prima sententia docet, dispositiones, quibus illo instanti determinatur materia, ab ipsa forma genita caufari, tunc, quia praecedentes dispositiones insufficienes sunt, cum non possint in gradu perfecto intelligi, nisi ut passiones sunt, & ab ipsa forma genita fluunt; tunc quia, cum nullum possit accidens in nuda materia subjectari, praecedentes dispositiones cedunt, & pereunt cum forma corrupti, quare alias oportet in instanti generationis induci, quibus determinetur materia, & ista ab ipsa forma genita fluunt tamquam passiones ejus, quo possint esse in gradu perfecto, & sufficienter determinare materiam: ponit ergo hæc sententia mutuam prioritatem, & causalitatem inter dispositiones, & formam, ut forma dispositiones præcedat in genere causæ formalis, seu potius effectivæ, quatenus ab ipsa forma procedunt tamquam passiones ejus; dispositiones autem præcedant formam in genere materialis causæ, quatenus ad ipsam disponunt, & determinant materiam. Ita tenent universim Thomistæ, Joab.

de S. Thomā q. 1. de Gener. art. 7. Complutenses disp. 1. q. ult. Balancio q. 5. & alii apud ipsos; de Nostris Manso hic qualit. 14.

381 Sed hæc sententia præter ingentem difficultatem de mutua illa causalitate, de qua infra, utruinque inconveniens cogitur devorare, quod vitare intendit: alterum inconveniens est, quod accidens non potest intelligi immediate afficere nudam materiam; alterum vero, quod nuda entitas materia non intelligitur determinata ad formam: primum quidem inconveniens haec sententia incurrit, quia in illo priori realis causalitatis, quo dispositiones præcedunt formam, nudam materiam entitatem affident afficere, quam ad formam determinant, & causam ejus constituant: secundum item, quod illo priori, quo forma dispositiones causat, & illas præedit, nudam materiam entitatem afficit, quare secundum se, & indeterminatam.

Utrumque nos huic sententiaz damus; quamvis enim in de Generatione probaturi sumus, quod aliqua accidentia ipsam materiam possunt immediate perficere, concedamus, quod dispositiones præcedentes generationem pereunt cum ipsa forma corrupta; concedimus item, quod in ipso instanti generationis debet materia præintelligi determinata ad formam; non autem ad

Tom. III.

hoc oportet dispositiones posse ab ipsa forma causatas: itaque non oportet dispositiones, quibus determinatur materia ad hanc formam, in eodem gradu perfectionis accipi, quo sunt passiones ipsius formæ; in eo enim gradu, quo sufficiunt præcedentem formam expellere, sufficiunt materiam determinare ad hanc, eo enim ab ista, quæ inducitur, dicitur præcedens expelli; sufficiunt autem præcedentem expellere in gradu inferiori ad illum, quo sunt passiones hujus. Deinde: Quamvis ipsæ dispositiones cedant, per earum effectum, sive perfectum esse relinquunt materiam pro instanti immediate sequenti sigillata, & sufficienter determinata ad hanc formam.

382 Itaque secunda sententia docet per oppositum, ultimam dispositionem non esse effectum formæ, ad quam disponit, sed per dispositiones præcedentes generationem, quibus forma corrupti expellitur, & quæ effettive procedunt ab agente, sufficienter disponi materiam. Ita B. Doctor in 2. dist. 5. q. 2. art. 1. & dist. 26. q. 2. art. 3. in dublat. & dist. 27. q. 2. art. 3. dub. 1. later. & dist. 28. q. 1. art. 3. quibus in locis de dispositione ad gratiam intendit sive in nobis, sive in Angelis, & exemplificat de dispositione ad formam naturalem, clare adeo, ut mirum sit N. Manso de mente ipsius tenere

H

nere

nere contrariam. B. Doctorem Nostri sequuntur Mendoza in quodl. q. 2. Schol. Villanova in 2. Physic. disp. 6. dub. 2. & alii; ex aliis tenent Suarez disp. 14. Metaph. sect. 3. Spin. de Gener. disp. 1. sect. 2. & alii communiter extra Scholam D. Thomæ.

## §. II.

*Proponitur, & probatur nostra sententia.*

383 **D**icendum itaque, quod ultima dispositio ad formam non est effectus formæ, ad quam disponit. Prob. primò ex B. Doctore cit. loco 2. dist. 5. ubi adducit verba Concilii Tridentini sess. 6. de Justific. cap. 6. subjungit: *Gratiam ergo gratum facientem prius cedit conversio, qua est dispositio ad gratiam; conversionem autem præcedit motio, & operatio Dei facta in anima, qua est impetus quidam ad bonum, quem sequentes convertimur.* Rursus in solut. ad 3. sic ait: *Gratia ergo, ut est Divina motio, est primum in talibus, & præcedit conversionem, ut est dispositio ad gratiam; sed gratia habitualis, per quam meremur gloriam, non præcedit hujusmodi conversionem.* En apertissime dispositio ad gratiam non procedit ab ipsa gratia, sed à motione Dei.

Rursus, de dispositione ad naturalem formam idem determinat tribus aliis locis supra citatis, quibus, ut explicet ordinem dispositionis ad gratiam, assumit ordinem dispositionis ad naturalem formam, itaque dist. 26. loc. suprà cit. sic ait: *Nam, cum ex aere generatur ignis, calefit aer in tantum, quod ibi inducitur forma ignis: si ergo quadratur: Utrum calor præcedat introiunctionem formæ ignis, velse quadratur ipsam?* Brevis est responsio, quod calor incompletus præcedit formam ignis: in illo enim instanti, in quo tantum calefactus est aer, quod non potest habere formam aeris, cedit hujusmodi forma aeris cum calore incompleto, & in fieri, & introducitur ibi forma ignis cum calore completo, & in facto esse. Ex quibus

384 Prob. secundò conclusio à ratione: Illa dispositio sufficienter, & ultimò disponit materiam ad introductionem formæ, qua expellitur forma prædens; sed talis non est effectus formæ, ad quam disponitur materia: ergo. Major conceditur à Thomistis, & expressè illam habet Joannes de S. Thoma conclus. 1. pater insuper manifestatione: *Materia enim pro nullo instanci est sine forma, quare id, quo determinatur, ut non habeat istam, determinat, ut habeat alteram.* Rursus: *Unus motus est expul-*

*Expulsio*, & *acquiritio*, ne<sup>m</sup>pe transitus de termino à quo ad terminum *ad quem*: ergo id, quo determinatur, ut derelinquit terminum à quo, determinat, ut acquirat terminum *ad quem*. Prob. min. *Expulsio* formæ præcedentis sit per incompossibilitatem cum dispositionibus inductis; sed talem habet cum dispositionibus, quæ præcedunt generationem, & quæ non sunt effectus formæ generandæ, sed ab agente inducuntur: ergo ab ipsis expellitur forma.

Majorem ipsi Thomistæ assumunt, & ratione patet; in tantum enim forma expellitur, in quantum dispositiones pereunt, quibus ea conservatur; istæ autem pereunt, quatenus contraria adueniuntur. Minor ex hoc ipso ostenditur: Dispositiones enim, quæ præcedunt generationem, contrarietatem habent cum dispositionibus, quibus conservatur forma, ideo illas expellunt: ergo cum ipsis incompossibilitatem habet ipsa forma. Confirmatur: *Expulsio* præcedentis formæ sit tempore immediate præcente ad instans generationis; sed tunc eæ tantum sunt in materia dispositiones, quæ generationem præcedunt, & quæ non possunt esse effectus formæ genitæ: ergo non ab ipsis, sed ab illis, quæ præcedunt, expellitur forma corrupti. Patet major, quia corruptum desinit extrinsece, &

per primum non esse; quare non habet ultimò esse, & extrinsecè tantum mensuratur instanti generationis. Patet item min. quia dispositiones, quæ procedunt à forma geniti, in ipso generationis instanti, sicut ipsa forma, incepunt.

385 Ad hanc rationem dupli via respondent Thomistæ: primò, quod dispositiones præcedentes formam habent esse incompletum, quod etiam docet B. Doctor, ut supra vidimus, v. g. calor, qui præedit introductionem formæ ignis, non est calor in gradu perfecto; ille enim non intelligitur sine forma ignis, cujus est passio; jam autem cum calore incompleto, & in quo cumque gradu infra summum non est incompatibilis forma ligni, & consequenter talis neque expellere formam ligni, neque inducere formam ignis sufficit. Ad hoc respondet B. Doctor loco supra citato dist. 27. per hæc verba: *Ad quod dici potest, non esse inconveniens formam agere in virtute alterius ultra suam speciem: calor ergo agit in virtute forma substantialis ignis: accidens ergo inducit substantialiam in virtute substantiae, & calor imperfectus inducit perfectum inducendo formam substantialem ignis, in cuius virtute agit, ad quam sequitur perfectus calor; Itaque calor incompletus secundum se, & propria virtute posset*

compati cum forma ligni , & illam de se non expellit ; ut autem agit in virtute ignis transmutantis , & habet adjunctas alias dispositiones , ut siccitatem , levitatem , & alias , quas inducit ignis agens , non compatitur cum forma ligni , & illam expellit .

386. Resp. secundò , quòd pro priori naturæ , & causalitatis ad expulsionem hujus formæ intelligitur inductio alterius ; agens enim non intendit corruptiōnem , sed generationem : non ergo , quia unam expellit , alteram inducit , sed è contra , quia hanc inducit , illam expellit , quare expulsio est ab ista , & à calore , qui ipsam sequitur . Ad hoc item respondet B. Doctor loco cit . dist . 28. in solut . ad 3. ubi ait : *Nam prius intelligitur materia privari una formam , quam recipere aliam ; agens verò , quia non expellit formam oppositam , nisi imprimendo propositam , prius intelligitur imprimere , quam expellere.* Id latius habet ibi , & exemplificat de eo , qui clavo clavum expellit ; per comparationem enim ad agens prior est inductio , & quia hunc inducit , alium expellit ; per comparationem verò ad pastum est è converso ; quia enim ille expellitur , & locum relinquit , alter inducitur . Deinde ratione id patet : Quia expulsio formæ est terminus à quo ; sed quoniam vis movens intendat per se , & primò terminum ad quem , mobile pro-

aliquo priori derelinquit terminum à quo : prius ergo in materia est formæ expulsio , quam alterius inductio . Adde , quod supra diximus : Inductio formæ iutrinsece mensuratur instanti generationis , expulsio verò non nisi extrinsecè , intrinsecè verò , parte temporis immediate præcedente .

387. Prob. tertio : Dispositio , quæ consequitur formam introductam , aut est effectus ejus in genere causæ formalis , aut in genere causæ efficientis ; sed neutro modo potest disponere materiam ad introductionem : ergo illa , quæ est ultima dispositio , non est effectus formæ . Major quantum ad utramque partem docetur à Thomistis ; nam vult Palanco , esse effectum in genere causa formalis ; alii autem comitantur , quòd in genere causa efficientis ; quare quantum ad utramque probanda est minor . Prob. ergo quantum ad primum : Implicit intelligere causatum in materia effectum secundarium formæ , quin prius intelligatur causari primarius ; sed formam perficere materiam est effectus primarius ; quòd autem in ea sequatur ratiæ accidens proprium formæ , est effectus secundarius ; ergo prius est formam perficere , quam tale accidens sequi ; & consequenter ab illa non potest materia disponi ad ipsam formam .

Major ex terminis pater,  
quia

quia effectus primarius eo talis dicitur, quia ex natura rei primò communicatur. Min. item patet, quia effectus primarius formæ ignis est ignem constituere, ex quo sequitur tamquam passio, & secundarium quid calor in gradu perfecto. Quantum ad alterum clariùs pater principalis minor; quia nulla causa efficit, ut sit, sed quia est, & maximè in sententiis Thomistarum, quæ supponit existentiam prærequiri ad causandum: quod ergo effectivè procedit à forma, non potest disponere, ut ea sit, sed ipsam in materia supponit. Ulterior probatio conclusionis habetur num. 381. quod nempe si dispositio est effectus ipsius formæ, ad quam disponit, ea immediate perficit audam materiam, eo sensu, quo est dispositio, quod apud Thomistas implicat.

388 Prob. itaque quartò: Mutua causalitas in eodem genere causæ apud omnes implicat; sed si ultima dispositio ad formam est effectus formæ, sequitur mutua causalitas in eodem genere: ergo. Prob. min. Dispositio id formam habet realem causalitem in ipsam in genere materialis causæ; sed in eodem genere causatur à forma: ergo. De maj. non dubitatur; dispositio enim materiae ad materialem causalitatem reducitur. Minorem debent concedere Thomistæ; nullum enim accidens apud ipsos in nu-

da materia recipitū, quare in ipsa forma recipientur dispositiones. Deinde: Dispositiones, quæ sunt effectus ipsius formæ, sunt passiones ejus; passiones autem in eo recipiuntur, cujus sunt passiones. Confirmatur: Quia mutuò se causare tantum reperiri potest inter efficientem, & finalem causam, in reliquis enim solùm poterit reperiri ad se mutuò causalitatem exercere, non autem se causare, ut patuit quæst. præcedente; sed ultima dispositio ad formam, ipsam formam causat, & causa est, quare forma sit: ergo ea nequit esse effectus formæ. Patet conseq. quæ enim est effectus formæ, à forma causatur.

388 Ad hanc rationem multipliciter respondent Thomiste, sed teste Palanco, obscure satis; quod si ita est, nihil melius ipse respondet; nihil enim differt solutio ejus ab illis, quæ communiter afferuntur, ut patet infrā. Prima solutio desumitur ex Div. Thoma, tām q. de Anim. art. 9. tām in 1. p. q. 76. art. 6. ad 1. ubi statuit, gradus esse in ipsa forma, ita quod prius debet intelligi perficere secundum gradum corporis, deinde secundum gradum viventis, & sic deinceps: ad formam itaque secundum primum, & communem gradum nulla requiritur dispositio, quia, cū ille gradus sit maximè communis, ad illum de se sufficienter

determinata est materia; præcedit itaque forma secundum istum gradum, & ab ea sic procedunt dispositiones ad secundum gradum, à quo procedunt dispositiones ad tertium, & ita de reliquis, quo vitatur inconveniens; non enim exercetar mutua prioritas secundum idem.

390 Hanc in primis doctrinam de gradibus in formis nos libenter admittimus; ponimus enim modum se habendi, seu perfectum esse à forma causatum, in quo est accipere diversitatem graduum; at verò sententia Thomistica nihil omnino ponit præter ipsam formæ entitatem, quæ apud ipsos est physice simplex; quare non nisi virtualiter, & ex præcisione intellectus nostri possunt ipsi salvare gradus in forma. Ex quo contra solutionem: Primo, secluso opere intellectus, ille primus gradus est ipsa tota entitas formæ; sed ad illum primum gradum nulla præcedit dispositio, quæ sit effectus ipsius formæ: ergo ad entitatem formæ non disponit dispositio, quæ est effectus formæ.

Contra, secundò: Quod ultimò disponit ad formam, debet esse in eodem gradu perfectionis cum ipsa; sed dispositio, quæ fluit à primo gradu formæ, nequit esse ejusdem perfectionis cum secundo gradu: ergo nequit ultimò disponere. Majorem ipsi assumunt Thomistæ; eo enim di-

cunt, quòd dispositiones, quæ præcedunt generationem, non ultimò disponunt, quia inferioris gradus sunt, ac ipsa forma. Resp. autem, quòd ille primus gradus propter connexionem, & ordinem ad secundum potest causare dispositionem sufficiensem ad ipsum. Sed contra: Ille ordo non immutat quidditatem ipsius primi gradus: ergo dispositio, quæ naturaliter fluit ab ipso primo gradu, propter illum ordinem non erit majoris perfectionis, quam habet de se primus gradus, subindeque non tantum quantam habet secundus gradus.

Contra, tertio: Falsò supponitur illa connexio: Nam conexio est inter ea, quorum unum non potest sine alio esse; at ille primus gradus potest sine secundo esse, nempe esse corpus, quin sit vivens: licet ergo secundus gradus presupponat primum, & hoc sensu cum eo connectatur, non autem primus connectitur cum secundo. Neque refert dicere, quòd illa connexio est physica, & ex suppositione, quòd sit hujus formæ. Tunc enim non conexio est, sed identitas, nec ad secundum tantum, sed ad omnes reliquos; quare non à primo gradu, sed à tota forma dispositiones illæ procedunt, nec tantum dispositiones ad primum gradum debent procedere, sed ad omnes reliquos; physicè enim,

& ex illa suppositione & quæ cum omnibus connectitur.

391 Secunda solutio, sive secunda via explicandi mutuam prioritatem, & causalitatem est, quam habent Complutenses §. 4. Nota, quod prioritas est duplex; altera *in quo*, sive qua unum est sine altero; altera *à quo*, sive *quia*: tunc autem dicunt, quod dispositiones, quæ fluunt à forma, non præcedunt ipsam prioritate *in quo*, qua nempe sunt sine forma, sed prioritate tantu *à quo*, quod nempe forma sit in materia, quia ibi sunt dispositiones; quare illa prioritas non est per præcissione negativam, quod sit unum, & non aliud, sed per præcissione merè præcissivam, quod intelligentur in illo priori dispositione, non intellecta forma.

392 Jure quidem ait Illustissim. Palanco, obstruse, & imperceptibiliter explicari à Thomistis mutuam prioritatem. In primis: Imperceptibile est, quod precisione, ut aijunt, pufè præcissiva accipiantur dispositiones priores ipsâ formâ, & quod intelligentia ipsa præscindens debet accipere, formam præcedere in materia; tunc enim simûl, & eodem actu, quo intellectus accipit, dispositiones præcedere ad introductionem formæ, accipit formam, & ejus introductionem præcedere dispositiones, quod aperte est contradic̄tio. Itaque actus ille pufè præcissivus con-

cipiens materiam aptari ad introductionem formæ, aut attinet objectum, quod in se est materia informata, aut quod est materia non informata, sive etiā præscindens ab informatione? Si primum, materia in se informata implicat aptari ad receptionem formæ: si secundum, materia non informata, sive etiam præscindens ab informatione est materia secundum nudam entitatem suam; quare intelliguntur dispositiones nudam materiam afficer, quod apud Thomistas impliscatur.

Deinde: Prioritas illa dispositionum ad formam non est intelligentia, & solius præcissionis, sed realis causalitatis; materia enim re ipsa, & seculo opere intellectus nostri recipit formam, & apta est, vel non apta ad receptionem: nullo ergo intellectu cogitante præcedit dispositio, qua materia aptatur ad receptionem formæ, & ea non potest à forma procedere, quæ nondum existit.

Præterea: Quod distinguunt in ipsa forma essentiale informandi, & connaturale, seu quantum ad bene esse; aut bene esse intelligitur connaturaliter existere forma in materia; aut connaturaliter recipi? Si primum, utique est dispositio quodammodo causa formæ quantum ad bene esse, propriis enim accidentibus forma indiget, ut connaturaliter conser-

conseruetur, & eis expulis expellitur; sed ad hoc non oportet dispositiones præcedere introductionem formæ, non enim ad introductionem requiruntur, sed ad conservationem, quare à forma introducta causantur: si autem secundum, relinquitur intacta contradic̄tio superius intenta, quod nempe connaturaliter exigat ad introductionem præcedere id, quod ex ipsa introductione sequitur: si ergo dispositiones ex ipsa informatione sequuntur ut effectus formæ, non possunt ad ipsam introductionem formæ prærequiri connaturaliter ut dispositiones ultimò aptantes materiam.

393 Tertia solutio est Joannis de S. Thom. concl. 2. docet, quod dispositio fluens à forma, v. g. calor in gradu perfecto ad formam ignis est accidens conexum cum tali forma, & ab illa dependens, tamquam propria passio; est tamen ejusdem rationis, & speciei cum calore in gradu inferiori, qui præcedebat tempore alterationis, quare est terminus, & consummatio præcedentis caloris: dispositio ergo ultima secundum hos duos respectus potest præcedere, & subsequi ad ipsam formam, nempe quatenus terminus est, & consummatio præcedentis caloris, prior est ipsa formæ, & aptat materiam ad ejus introductionem; præcedens enim dispositio

erat fieri hujus apēationis, illa autem calor est factum esse: quatenus autem ipse calor passio est formæ genitæ, posterior est, & ad illam sequitur.

394 Sed contra primò: Fieri, & factum esse continuantur; sed præcedens calor non continuaatur cum sequenti, perit enim ille, & iste novus ex forma geniti fluit: ergo non se habent ut fieri, & factum esse. Præterea: Fieri, & factum esse non sunt duæ entitatis ejusdem rationis, & speciei, est enim fieri via, factum esse est terminus hujus viæ; sed calor præcedens, & calor, qui fluit à forma, duæ entitates sunt ejusdem speciei: ergo. Rursus: Fieri, & factum esse se habent immediatè, quare inter factum esse, quod est terminus, & fieri, quod est via, nihil mediat; sed inter calorem, qui præcessit, & illum, qui fluit à forma, mediat de necessitate forma ipsa, à qua iste fluit: ergo.

Præterea: Dato, quod illi duo calores se habeant ut fieri, & factum esse, ut intendit solutio, non evacuat intenta difficultas: Si enim ille, qui est factum esse, fluit à forma, ejus introductionem tamquam causam sui esse supponit, quare non poterit ad ipsam introductionem realem prioritatem, & causalitatem habere; si autem prioritatem reali præcedit introductionem, & ad ipsam habet causalitatem

ut realis dispositio, non poterit à forma procedere.

395 Quarta solutio est, qua hoc ipsum clarius explicat Illustrius Palanco num. 12. ait itaque, quod quantum ad esse, & in genere cause materialis prius est forma in materia, quam dispositio illa concomitans, quæ fluit à forma; in executione autem, & in terminando actionem agentis prior est dispositio, licet atque in totum, quam ipsa forma. Ratio est, quia actio agentis, sicut non fluit immediate à substantia, sed mediis accidentibus, ita non attingit immediate substantiam, sed substantialem formam, sed immediate dispositionem, & eā mediante substantialem formam.

396 Nihilo melior hæc explicatio est, quam præcedentes: in primis intactam relinquit, & volunt supponit potissimum difficultatem, quod nempe dispositio illa prior est realiter, & realem causalitatem habet ad introductionem formæ; & tamen totum efficit: in illo enim priori causalitatibus ad formam non est forma: non ergo potest totum ex materia, & forma in illo priori afficer. Præterea: Si actio agentis per se, & immediatè ad dispositionem terminatur, ut ratio assumit, & eā mediante ad substantialem formam, terminus per se, & primarios substantialis generationis erit accidens, forma autem substantialis mediatè, & secundariò;

Tom. III.

hoc autem apertè implicat. Rursum: Ly quantum ad esse, prout contraponitur ad ly in executione, & quantum ad terminare actionem agentis, videtur significare ipsum esse in materia: si ergo in hac acceptione prius est forma in materia, quam dispositio, quæ à forma fluit, ut forma ita sit in materia, alia dispositio ipsam materiam disponit; & hoc intendimus.

Præterea: Relinquitur mutua causalitas in eodem genere: forma enim ponitur dispositiōnem præcedere in genere cause materialis, & vere ipsa dispositio, quæ fluit à forma, in ipsa forma recipitur; sed aliunde, si disponit materiam ad receptionem formæ, formam causat in eodem genere materialis cause: ergo. Alia mitto, quæ cuicunque possunt esse obvia; ex his enim sufficienter patet, quod omnino non potest mutua illa prioritas, & causalitas salvari.

### §. III.

#### Solvuntur Argumenta.

397 **A**rguit primò Joannes de S. Thoma: Ultima dispositio ad formam illa est, que ultimò opponitur cum forma corrupti; sed hæc illa tantum esse potest, quæ fluit à forma

I

geni-

geniti: ergo. Patet maj. quia expulsione unius inducitur altera. Prob. min. Id ultimò opponitur cum forma corrupti, quod incompatibilitatem habet cum illa; sed talem tantum habent dispositiones, quæ fluunt à forma geniti: ergo. Prob. min. Quod habet incompatibilitatem cum forma, non est simùl cum illa; sed dispositiones præcedentes generationem sunt simùl cum forma corrupti: ergo. Patet maj. quia incompatibilitas nihil est aliud nisi non posse simùl esse. Patet item min. quia non alio cedunt dispositiones præcedentes, nisi quia cedit forma, nempe non deficient per se, & inductione contrarii, cùm sint ejusdem rationis cum dispositionibus geniti, sed tantum deficient per accidens defectu subjecti; quare cum ipsa erant forma, quæ deficit.

398 Resp. neg. min. Ad prob. ejus neg. min. & ad ejus prob. disting. maj. Quod incompatibilitatem habet cum forma directè, & per se, non est simùl cum illa, conc. maj. quod incompatibilitatem habet indirec-  
tè, & ratione alterius, non est simùl, subdisting. Non est simùl permanenter, & in facto esse, conc. transeunter, & in via, neg. maj. & in eodem sensu min. Itaque dispositiones, quibus expellitur forma, directe, & immedia-  
te, incompatibilitatem habent cum dispositionibus propriis ip-

sius formæ, & has directè, & im-  
mediate expellunt, quia illis  
contrariantur; quatenus autem  
sine talibus non conservatur for-  
ma permanentè, & connaturaliter,  
subindeque perit illis defi-  
cientibus, immediate cum ipsa for-  
ma incompatibilitatem habent  
dispositiones præcedentes gene-  
rationem.

Nunc autem: Contraria in  
nullo gradu possunt coexistere,  
ut dicimus in de Gener. quare,  
quæ incompatibilitatem habent  
directè, & per se tamquam con-  
traria, omnino non possunt simùl  
esse, & ideo dispositiones præce-  
dentes non inducuntur, nisi cum  
propriæ dispositiones expellun-  
tur, sed priùs remittuntur usque  
ad gradum, quo non possunt  
conservari, & tunc his expellitis  
oppositæ inducuntur; at verò  
quæ non directè, & per se incom-  
patibilitatem habent, sed tantum  
indirectè, non possunt quidem  
permanentè, & connaturaliter  
esse simùl, possunt autem tran-  
seunter, & veluti in via; videmus  
enim, quod substantia connatu-  
raliter, & permanentè non est  
sine propriis accidentibus, est  
tamen transeunter pro aliqua  
duratione, qua violentiam pati-  
tur, & illi resilit, ut aqua est sine  
frigiditate sibi debita, & cum  
calore sibi repugnante: disposi-  
tiones ergo præcedentes genera-  
tionem in nullo sui gradu, ne ad  
instans quidem, sunt simùl cum  
dispo-

dispositionibus corrupti, quia illis contrariantur, & directe, atque immediate incompatibilitatem habent; cum ipsa autem substantiali forma corrupti simili esse possunt transiūter, & violenter in gradibus remissis, quoisque continua alteratione usque ad talē gradū perficiuntur, quo aliam formam exigunt, & tunc materiali determinant, ut hac expulsa, aliam formam acquirat, quaerab illis ultimō disponitur.

399 Arguitur secundò ex Complutensibus: Introductio formæ per se, & necessariò dependet ab accidentibus, quæ fluunt à forma; sed hæc dependentia non potest esse nisi in genere causæ materialis dispositivæ: ergo. Pto. maj. Talis receptio jetat materiam eo instanti, quo recipit, affici illis accidentibus, ita quod miraculosa esset receptio, nisi ita afficeretur: ergo ab illis dependet. Hoc antecedens ipsi non probant, sed ex conceputu potest probari: Quia materia eo instanti, quo recipit, debet aptari, & determinari ad hanc formam, ita quod miraculosa esset receptio, nisi eo instanti ita determinata materia, cùm ipsa de se indifferenter se habeat ad quilibet formam; sed ita aptatur, & determinatur per accidentia, quæ fluunt à forma, cùm præcedentia cedant cum ipsa forma corrupti: ergo.

Confirmatur primò: Non

repugnat, imò connaturaliter sit, quod aliquid ab alio dependeat in genere causæ efficientis, & sic prius illo in genere causæ materialis: ergo talis mutua dependencia debet admitti in proposito, quod dispositiones a forma fluunt in genere causæ efficientis, & ad illam habent prioritatem in genere causæ materialis dispositivæ. Prob. anteced: tūm ex text. Philosophi quæst. præced: adducto, quod causæ in diverso genere possunt esse sibi invicem causæ; tūm exemplo aëris per fenestrā ingredientis, qui effectivè causat januæ apertōnem; ab ipsa tamen dependet tamquam à materiali dispositione. Secundò: Non est necesse, quod dispositio ad formam recipiatur in eodem subjecto cum illa: ergo licet forma recipiatur in nuda materia, dispositiones verò in toto ex materia, & forma poterunt ad receptionem formæ disponere. Ant. prob. exemplo Divi Thomæ de imaginatione, quæ est dispositio ad scientiam; cùm tamen scientia non in imaginativa, sed in intellectu recipiatur.

400 Reisp. ad argumentum neg. maj. Ad prob. ejus neg. antec. ad cuius prob. dicitur, verum esse, quod materia in instanti ipso, quo formam recipit, debet esse determinata, & apta ad receptionem; implicat autem sic determinati accidentibus, quæ ad ipsam receptionem conse-

quantur. Itaque recepcio formæ est formalissime mutatio materiae; hæc autem accipitur, aut ut est transitus de uno ad alterum terminum, aut ut est mutatum esse, & acquisitionis termini *ad quem*, & ut est transitus, extrinsecè mensuratur instanti; ut verò est mutatum esse, eo mensuratur intrinsecè: determinatur ergo materia formaliter, & immediate ad ipsum transitum, & derelictionem termini *ad quo* per accidentia, quæ præcedunt ad instans generationis; ad ipsam autem acquisitionem termini *ad quem* determinatur causaliter duratio ne immediate præcedente ad illud instans per eadem accidentia, formaliter verò in ipso generationis instanti per sigillationem, quæ ex illis accidentibus relinquitur, & transitum ipsum, cuius ipsa acquisitionis est mutatum esse.

Ad primam confirmationem neg. antec. in sensu arguentis; quamvis enim mutua causalitas, & dependentia secundum *quid* possit inter illa duo reperti, non tamen esse sibi invicem causas, & hoc requiritur in proposito; dispositio enim ad esse simpliciter, & receptionem formæ prærequisitur, forma autem recepta dat esse simpliciter, & primum ipsi dispositioni, quæ à forma sunt. Itaque ad primam prob. antec. dicitur, quod tex tus Philosophi admittit utique,

mutuò se causare in diverso generi, sed non in quolibet, sed tantum inter finalem, & efficientem, eo quod sola efficiens exercet causalitatem suam media apprehensione. Ad secundam, quod non ipsa aëris ingressio, sed impulsus præcedens causat janu apertione, ad quam sequitur ingressio, quare exemplum non est ad propositum.

Ad secundam confirmationem dicitur, quod duplex est dispositio; altera extrinseca, & quæ est condicio quædam præquisita; altera intrinseca, & quæ est aptatio subjecti in se ipso: prior itaque dispositio aliud potest habere subjectum; & talis est imaginatio, quæ non ipsum intellectum, ut intelligat, sed magis objectum ipsum, ut intelligatur, præparat, & disponit; quare potest non in ipso esse intellectu, in quo est scientia, sive intellectio; at verò posterior dispositio, cum ipsum subjectum, quod debet formam recipere, in se ipso apter, in ipso debet recipi; & talis est dispositio, de qua loquimur.

401 Arguitur tertio ex eisdem ratione, quam dicunt fundamentalem: Cum eq, quod est unam formam esse priorem alteram simpliciter, stat alteram esse priorem hac secundum *quid*, & quantum sufficit, ut ab ea dependeat in alio genere causalitatis; ergo in proposito, licet dis-

positiones à forma dependeant simpliciter, & sicut illius effectus, poterunt tamen ad ipsam formam habere prioritatem secundum quid, vi cuius ipsa formæ receptione ab illis dependeat. Antecedens latè ipsi probant, mitimus tamen probationes, quia illud ad præsens concedimus. Prob. itaque conseq. Licet illæ dispositiones à forma accipient esse simpliciter, non tamen causant simpliciter formam, vel receptionem ejus, sed tantum secundum quid, nempe posset intelligi ipsa forma absolute receptione in materia sine talibus dispositionibus, licet tunc supernaturalis esset illa receptione: ergo non simpliciter causant, sed secundum quid ipsam receptionem.

402 Resp. neg. conseq. ex uno enim particulari non sequitur aliud, quare ex eo, quod in uno genere componatur mutua dependentia, non sequitur, quod componatur in isto. Rursus: Non solum in diverso genere comparantur dispositio, forma, quatenus dispositio effectivè fluit à forma, & materialiter ad illam comparatur, sed etiam in eodem genere, quatenus dispositio in ipsa recipitur forma, ad cuius receptionem requiritur; sed licet in diverso genere possit accipi mutua prioritas, non tamen in eodem: ergo. Præterea: Falso supponitur, quod tantum secundum quid

prioritatem habeat dispositio, & ab ea dependeant forma: si enim ad receptionem formæ dispositio, ad ejus esse simpliciter, & primum prærequisitur. Quod autem dicunt posse absolutè esse receptionem sine dispositionibus, nempe supernaturaliter, etiam hoc modo possunt dispositiones esse sine forma, nempe possunt à solo Deo causari; nihilominus autem dicuntur dispositiones simpliciter à forma dependere, quia de facto, & connaturaliter ab illa fluunt: ergo pariter.

403 Arguitur quartò argumēto Theologico, quod latè proponit N. Manlo, & quia est potissimum contraria sententia motuum volumus, quām latè ab ipso proponitur, adducere: supponit itaque, quod in eodem instanti, quo creatura diligit Deum per contritionem, diligitur à Deo amore amicabili, quo ipsi communicat gratiam. Ratio Philosophica est: Quia in eodem instanti, quo est in materia ultima dispositio ad formam, est forma, nequit enim intelligi in materiæ sumimus calor, quin in eodem instanti intelligatur forma ignis; est autem amor contritionis ultima dispositio ad gratiam ex Tridentino less. 6. Ratio autem Theologica desumitur ex Prov. 8. ubi dicitur: *Ego diligentes me diligo, & multis aliis, quibus edocemur, quod eodem instanti, quo nos Deum diligimus, diligimur*

gimur à Deo, & justificamur à peccatis; quare ait D. Gregorius homil. 30. in Evang. *Qui ergo Deum mente integra desiderat, perfectus jam habet, quem amat; neque quisquam posset Deum diligere, si eum, quem diligit, non haberet.* Ratio autem traditur à Divo Thoma ex P. Augustino, quia nemo potest agere opus perfectum alicujus naturæ, nisi habeat talem naturam, sicut per participationem; sed dilectio Dei super omnia est opus supernaturale, & naturæ Dei: ergo non potest fieri nisi ab habente gratiam, quæ est Naturæ Divinæ participatio.

404 Priusquam ad argumentum descendamus, hoc suppositum in duobus deficit: primò in ratione Philosophica supponit, quod ultima dispositio ad formam ignis est calor in summo: contrarium vidimus supra ex B. Doctore, & ratione patet: quia summus calor passio est naturæ ignis; passiones autem naturam supponunt, cuius sunt passiones. Deinde, in ratione Theologica, quæ ex Divo Thoma desamitur; ait enim ipse S. Doctor, quod addiscens artem operatur opera artis sine arte: rursus, in peccatore, antequam recipiat gratiam justificationis, multa sunt opera supernaturalia, ut credere, & sperare; non autem in eo est gratia, quæ est participatio Divinæ Naturæ: sicut ergo hujusmodi

opera non à gratia sunt, sed à auxilio supernaturali, ita contrito, ut expressè vidimus supra ex B. Doctore: verum itaque est suppositum, quod in eodem instanti, quo est contritio, est gratia, sed non præcedit gratia contritionem, sed contritio gratiam; verum item, quod nos diligimus, quia diligimur à Deo, sed ista dilectio præveniens non gratiam, sed auxilium, & motionem communicat.

405 Argumentum ergo proponit N. Manso à num. 14. ex P. Augustino tract. 102. in Joan. ubi dubium ita proponit: *Ideo amat Deus, quia nos amamus; an potius è contra, quia ille amat, nos amamus?* Cui respondeat S. Patens: *Ex Epistola sua Evangelista idem respondeat: Nos diligimus, inquit, quoniam ipse prius dilexit nos: bine ergo factum est, ut diligeremus, quia dilecti sumus.* En aperte dilectio Dei, quæ infundit gratiam, præcedit dilectionem nostram, qua ad gratiam disponimur; & consequenter ultima dispositio ad gratiam effectus est ipsius gratia. Certè ex hoc loco, ut ipse accipit, potius sequitur, quod nulla datur ad gratiam dispositio; antecedit enim gratia omnem dilectionem, qua disponimur.

406 Communis solutio est, quod dilectio Dei præcedit, non tamen, qua infundit gratiam justificationem, sed qua movere, &

auxilium confert, quo disponimor. Contra hanc solutionem reponit N. Manso, quod ea non est ad mentem P. Augustini; sequitur enim post verba laudata: *Pro sensu donum Dei est diligere Deum, ipse enim, ut diligenteretur, dedit, quem dilectus dilexit. Duplicentes amati sumus, ut haberet in nobis, unde placeremus, diffundit enim charitatem in cordibus nostris Spiritus Patris, & Fili, quem cum Patre amamus, & Filio. Ea dilectio illa diffundit in nobis charitatem, quæ non est sine gratia; quare illa dilectio spiritus S. est non solum mutantis, sed etiam inhabitantis.*

407 Hoc confirmat ex P. Augustino tract. 64. in Joann. præcipuum, & fortè unicam difficultatem, quæ contra mutuam causalitatem esse potest, ponit, & solvit; verba ejus sunt: *Quomodo ergo Dominus dicit Joann. 14. Si diligitis me, mandata mea servate, & ego rogaro Patrem, & alium Paraclytum habbit vobis, cùm hoc dicat de Spiritu Sancto, quem nisi habeamus, nque diligere Deum possumus, nque ejus mandata servare? Quomodo diligemus, ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non valamus?* En difficultatem de mutua causalitate, cui respondet S. Parenz: *Restat ergo, ut intelligamus, Spiritum Sanum habere, qui diligit, & habendo mereri, ut plus habeat, ut plus*

*babendo plus diligat.* En diligere supponit gratiam, à qua procedit, & causat ipsius gratiae augmentum. Ordo itaque justificationis hic est: Primo infunditur gratia, & recipitur in anima non dum disposita: secundo per istam gratiam movetur liberum arbitrium ad amorem Dei: tertio per istum amorē actu potentia detestatur peccatum: quartò in anima sic disposita remittitur peccatum, & recipitur gratia voluntati: hoc totum in instanti fit, sed signa sic distinguenda sunt, & ordinanda.

408 Hoc iterum confirmat ex doctrina suprà data de gradibus in forma, ex qua deducit, quod forma bis recipitur, semel sine dispositionibus sub gradu communi, & iterum mediis dispositionibus sub gradu particuliari; & ex hoc infert duplē suam gratiae receptionem, primam in voluntati, & sine dispositionibus; secundam voluntati, & mediis dispositionibus per contritionem, & proprios actus peccatoris. Rursus ratione id suadet: Nam gratia est à Deo, qui non indiget dispositionibus, ut illam creet, vel infundat, ut patet in parvulis, quibus sine dispositione Deus infundit gratiam, & idem posset fieri in adulto, quem Deus dormientem posset justificare; sed quia agens naturale formam sub gradu communia sine dispositionibus inducit, non autem sub gradu particu-

ticulari, forma bis recipitur: ergo pariter de gratia.

409 Ulterius hanc duplicitem gratiae receptionem ex Tridentino ostendit less. 6. de Justificat. cap. 6. ubi ita habet: *fusitiam in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & co-operationem.* En duplicitem receptionem, alteram sine dispositionibus, nempe qua Spiritus Sanctus partitur singulis, prout vult; alteram media dispositione, qua nempe tribuitur secundum propriam eiusque dispositionem. Rursus à ratione: Nostra justificatio convenient cum justificatione parvulorum, quia utraq[ue] fit per gratiam à Deo infusam; sed aliunde differt, quatenus adactus per actus voluntatis se disponit: ergo oportet duplicitem ponere gratiae receptionem, alteram sine dispositionibus, qua convenient cum justificatione parvuli; alteram media dispositione, qua ab illa differt.

410 Hæc sunt, quæ in confirmationem illios argumenti habet N. Manso, quæ ulteriori ratione libet confirmare, quam contra se habet N. Mendoza: Actus dilectionis, qui est ultima dispositio ad gratiam, non potest non esse meritorius virtutis eternæ; sed nequit esse meritorius, quin procedat ab ipsa gratia; er-

go. Pater maj. si enim illo instati homo decedat, quo talem actum ponit, nulli dubium, quin gloriam consequetur ut coronam, & præmium: ille ergo actus, quo se disponit, est meritorius. Patet item min. quia principium meriti gratia est, neque opus est Deo sic acceptum, quod fundet jus ad præmium, nisi ab amico procedat, & ex gratia.

411 Hoc argumentum non semel, sed iterum, & tertio solvit B. Doctor loc. supra dat. nec obiter, & aliud agens, sed data operâ de hoc ipso quærens, de ordine nempe, qui est inter dispositionem ad gratiam, & ipsam gratiam, qua justificamur, & solutione ejus ipsa est, quam late impugnat N. Manso, quod nempe actus, quo disponimur ad gratiam, non ab ipsa gratia procedit justificante, sed à gratia auxiliante, sive à Deo movente. Rursus dist. 27. quæst. 2. art. 3. & dist. 28. quæst. 1. art. 3. expresse docet, quod in adultis non nisi voluntariè, & media propria dispositione recipitur gratia justificans; quare si ipsum legisset N. Manso, aut sententiam mutaret, aut non de mente ejus defenderet.

412 Ad argumentum itaque cum B. Doctore dicitur, quod sensus S. Parentis, & textus, quem adducit, est, quod præcedit dilectio Dei, & nos diligimus, quia dilecti sumus; illa autem dilectio, qua Deus prior nos diligit,

diligit, non gratiam justificantem, sed auxiliantem infundit, quia nempe vocat, quomodo scit conguero, & ex proposito miserendi; quare est Spiritus Sancti nondum inhabitantis, sed moventis.

Ad ea, quae contra hanc solutionem ipse habet, facile est respondere, & primò ad verba S. Parentis, quae habentur num. 405. dicitur, quod in ipsis verbis habetur planè sensus; disponentes utique amati sumus, quantum in peccato existentes vocat nos Deus, haec enim vocatio ex dilectione est, & proposito misericordi; eo nos diligit sic vocans, quo habeat in nobis, unde placamus, nempe quo vocationi respondentes convertamur, & gratiam recipiamus; quare gratiam diffundit illa dilectio, sed non immediate, & formaliter justificationem, sed immediate auxiliantem, qua convertamur, & hac conversione mediante justificationem.

413 Ad alterum locum, qui habetur num. 406. verba illa habentur tract. 74. eis in primis nihil habetur ad intentum; non enim inde deducitur, quod dilectio effectus est gratia, ad quam disponit, sed alterius, quae sine omni dispositione infanditur, nempe à gratia sine omni dispositione infusa procedit dilectio, & per hanc dilectionem disponitur anima non ad ipsius gratiam

Tom. III.

receptionem, sed ad receptionem augmenti; quare paucis interjectis, subjunctione S. Parentis: Ea habebant ergo, & non habebant, qui quantum habendus fuerat, nondum habebant; habebant itaque minus, dandus erat eis amplius; habebant occultè, accepturè fuerant manifestè. Deinde duplìcem receptionem ejusdem Spiritus Sancti habet ibi S. Parentis, dum paulò inferius commemo-rato, quod Apostolis dixit Deus minus: Accipite Spiritum Sanctum, subjunctione, neque ex hoc tolli, quin postea miserit, neque alium esse, qui tunc est insufflatus, & postea nullus: Quapropter ( inquit ) cur ipsa, quae facta est evidenter donatio ejus, bis facta fuerit, alia questio est.

Deinde paucis interjectis, ita habet: Proinde non solum non habenti, verum etiam habenti non in casum promittitur; non habenti quidem, ut habeatur; habenti autem, ut amplius habeatur. Sensus itaque S. Parentis in prioribus verbis, quae in argumento adducuntur, non de eo est, qui Spiritum Sanctum accipit, sive gratiam, qua justificetur, sed de eo, qui gratiam habens, & Spiritum Sanctum inhabitantem, ulterius recipit; loquitur enim ibi, ut ipse notat S. Parentis, Apostolis, qui jam habebant, sed amplius accepturi erant; non solum autem illis, qui habebant, sed etiam non habenti promitti,

tur; huic, ut habeat; illis, ut amplius habeant: nemo ergo Deum diligit nisi in Spiritu Sancto , ut ait S. Patens ; aut nisi eum habeat, quem diligit, ut ait S. Gregorius ; sed non de necessitate, ut ait Concilium , ipsum habet inhabitantem , sed dum moveratur ad justificationem, Deum habet , & Spiritum Sanctum assistentem , & moventem , dum autem huic motioni respondens detestatur peccatum, & ad Deum convertitur, sibi infunditur gratia, & Deum habet, sive Spiritum Sanctum inhabitantem.

Iste est ordo justificationis, quem statuit Concilium cit. sess. 6. cap. 5. quod de hoc est de necessitate præparationis ad justificationem in adultis; quare ordo ipse, quæ ille statuit, ut primò infundatur gratia justificans, deinde eâ moveatur voluntas , detestetur peccatum, & iterum ipsam gratiam recipiat, est in primis contra textum Concilii , quo statuit: *Ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Iesum Christum præveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur; ubi statuitur, tunc, quod justificatio non ab infusione justificantis gratiæ, sed à vocatione incipit; tunc, quod gratia, quæ sine meritis, & dispositione infunditur, non ipsa est justificans, sed gratia excitans;* est item ordo ille

contra B. Doctorem , qui semel, & iterum datâ operâ docet, quod gratia non nisi voluntariè , & prævia dispositione animæ recipientis infunditur : est tandem contra ipsum Manso , qui in Theologicis operibus id ipsum passim habet , & sæpe inculcat, quod ordo justificationis incipit à vocatione congrua , cui voluntas potest resistere , & in peccato manere; & quia negativè constitut, confertur sibi concursus physicus ad velle , quo gratiam allequitur justificationis.

Deinde : Illo dato ordine non habet propositum suum: nam ille ordo non realis est, & per diversa instantia , sed rationis, & per diversa signa, quæ nos intellexus in eodera instanti præscindit; at verò duplex illa receptio realis debet esse, cùm ex priori receptione dispositio se quatur, quæ realem causalitatem, & prioritatem habet ad posteriorem: non ergo intelligi potest, quod ex ipsa gratia in anima recepta causetur dispositio ad ipsius ejusdem gratiæ receptionem, sed tantum ad gratiæ augmentum; quod si gratia primo justificans animæ infunditor dispositiæ per detestationem peccati, non ab ipsa gratia, sed ab alia præveniente causatur illa dispositio.

414 Quo patet ad ea, quæ habentur num. 408. doctrina enim de gradibus in forma in primis

primis non arguit duplicom receptionem, cum tales gradus non physicè, & realiter distinguantur, sed virtualiter tantum, & ratione nostra: deinde ea dupli receptione data, non habetur propositum, quod dispositio ab eo causetur, ad cuius receptionem disponit; causatur enim à primo gradu, disponit vero ad secundum: insuper duplex gratiæ receptio, quam inde infert, non est ad propositum; aut enim primò recipitur gratia, deinde ejus augmentum, & hanc duplicom receptionem ponit S. Parens, ubi supra; & in hac falsum est, quod prima gratiæ receptio sit involuntaria, & sine dispositione; non enim gratia primò infunditur nisi detestanti peccatum, & respondentí gratiæ vocanti; aut prima gratiæ receptio de ea accipitur, quam Deus operatur in nobis sine nobis, & haec utique infunditur involuntarie, & sine dispositione, & ab ea causatur dispositio, sed haec alia est ab illa, ad quam disponimur, & quæ secundò recipitur, nempe haec est gratia excitans, & sancta vocatio, illa autem est gratia justificans.

Ad rationem ulterius induciam mittimus pro nunc: An Deus adulto posset gratiam infondere invito, seu independenter à propria dispositione? Id certe negat B. Doctor, & cum eo N. Gavardi, & nos in Theologia negabimus; hoc pro nunc

missio, neg. min. cum conseq. neque enim forma bis recipitur, ut jam patuit; neque dato, quod gratia invito infunderetur, semel infusa posset iterum recipi, aut ad illam recipiendam homo se disposeret, sed ad summum dispositio esse posset causa augmen- ti.

413 Ad ea deinde, quæ ex Concilio habentur num. 409. ipsa in primis verba Concilii sensum habent planum; habent autem cap. 7. verba sic habent: *Demùm unica formalis causa est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed vero justi nominamur, & sumas justitiam in nobis recipientes, unusquisque secundum suam mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cujusque dispositionem.* Enon justitiam ipsam partitur Spiritus Sanctus, prout vult, sed mensuram, cui nos cooperamur, nempe vocatem gratiam: non ergo ipsa gratia justificans primò recipitur involuntariè, & prout Spiritus Sanctus vult, sed gratia vocacionis, cui nos cooperamur, & secundum mensuram hujus nostræ cooperationis; & illius sanctæ vocationis confertur gratia justificans. Deinde intentum, & mens Concilii tribus illis cap. planissi-

mē confiat; in 5. enim statuitur necessitas præparationis ad justificantem gratiam; in 6. modus hujus præparationis; & in hoc 7. quid ipsa est justificatio, seu gratia sanctificans: non ergo duplicitatem ejusdem justificantis gratiæ receptionem intendit Conciliū, aut quod ea sine dispositionibus recipitur, sed duplē statuit gratiam, alteram prævenientem, qua vocamur, & cui respondentes disponimur; alteram justificantem, quæ secundum hanc dispositionem confertur.

Ad rationem ibi inductam neg. conseq. convenit utique nostra justificatio cum justificatione parvolorum, & ab ea differt, sed non in duplice illa ejusdem gratiæ receptione, quæ prouersus repugnat, sed in eo, quod in parvulis una tantum infunditur gratia sanctificans, quo cum nostra justificatione convenient; quia, cum in eis non sit personalis averio, non requiritur propria, & personalis conversio, & dispositionis; in nobis autem haec requiriatur, quare ad eam vocamur per excitantem gratiam, à qua caufatur conversio, quæ disponimur, & in hoc nostra justificatio ab illorum justificatione differt.

416 Ad ultimam confirmationem, quæ habetur num. 410. ex N. Mendoza, difficultatem ea continet Theologicam, quam proinde non possumus pro dignitate expendere: neg. itaque

min. Ad rationem ejus dicitur, quod actus contritionis, quæ est ultima dispositio ad gratiam, realem habet prioritatem, & causalitatem ad ipsam gratiam, non tamen talem, qua possit à gratia separari, se habet enim veluti fieri, & motus, quo ipsa gratia acquiritur: quia ergo est absolutè impossibile, quod talis actus ponatur, quin eodem instanti sit gratia ad illum secura, ille actus meritorius est vītē alterius ex gratia, quam habet adjunctam; repugnat autem omnino, quod habenti perfectam contritionem non infunderet Deus eodem instanti gratiam, esset enim iniquitatis in Deo.

## ARTICVLVS IV.

*An posuit Deus per se ipsum exercitare munus causæ formalis informativæ?*

§. I.

*Quibusdam præmissis, probatur  
Conclusio affirmativa.*

417 DE munere causæ formalis extrinsecæ, qualis dicitur esse objectum respectu potentiarum, non est, cur dubitetur; de facto enim unitur Essentia Divina intellectibus

Beato;

Beatorum per modum speciei, quare de ipso quæritus munere informandi. P. Fonseca lib. 5. Metaph. cap. 2. tūm q. 8. sect. 4. tūm q. 12. sect. 2. distinguit in causa formali duas causalitates, alteram, qua est materiam informare, alteram, qua est eam continere in esse; similitèr in causa materiali, recipere formam, & eam substantiare: hoc posito, docet, quòd secunda causalitas potest à Deo suppleri in proprio genere. Hæc sententia non sine censura rejicitur communiter, quamvis ipse asserat, tūm, quòd informare in causa formali, & recipere in materiali imperfectionem dicit Deo repugnantem; tūm, quòd conclusionem illam non tam asserendi gratiâ tenet, quam ostendendi excellentiam prime Causæ.

Quandoquidem itaque nostra conclusio intendit, exercitium ipsum informandi Deo non repugnare; neque dubitamus viam nos intendere nemini hucusque calcaram, neque quin ea temeritatis vitio cuique notabitur. Duo itaque in limine te monitum velim, alterum, nullâ nos animi pertinaciâ conclusionem propugnare, sed tantum, quòd in via B. Doctoris nullam vides in exercitio informandi metaphysicè, & quidditativè accepto imperfectionem Deo repugnantem, quo posito, non est, cur Deo negetur; alterum, quòd ra-

tiones priùs bené expendas, quas pro, & contra adducemus, nec ex præjudicio communis imaginationis sententiam feras: igitur exercitii gratiâ, & ut melioribus via sternatur ostendenda veritatis, parati semper doctiorum correctioni subesse, examen agrediamur.

418 Notandum itaque in primis est, aliud esse Deum supplerere causalitatem formalis, aut materialis causæ; aliud vero per se ipsum illas exercere: supplerere nihil aliud est, quam quòd Deus formam sine materia, aut materiam sine forma conservet; per hoc enim, quòd Deus materiam sine forma conservat, informationis necessitatem supplet; jam autem, quòd potest Deus formam sine subjecto conservare, Fide docemur, in Eucharistia enim saltim quantitas manet sine omni subjecto; materiam autem posse sine omni forma divinitus conservari, disputatione præcedente probavimus: de altero ergo nunc quæritur: An possit Deus exercere per se ipsum munus informandi; & quidem cum materia causalitas sit perfici, quod proculdubio Deo repugnat, de sola formalis causalitate dubitatur.

419 Notandum deinde, quod soprà jam diximus, in forma distinguimus principii, & causæ, nempe munere principii unum totum cum materia constitutum

munere autem causa ipsam materiam perficit, & tale perfectum esse illi tribuit: de primo ergo munere supponimus Deo repugnare, neque enim Deus potest pars fieri materialis entis, & unum cum materia constituere: posset quidem & hoc ostendi Deo non repugnare in aliquo sensu, de facto enim sine praesudicio Divinitatis in unitatem Suppositi cum natura humana conjungitur, & potuisse cum quavis alia conjungi, docent Theologi, sed ut major relinquatur difficultati locus, supponimus Deo repugnare munus principii; quare dubium restat, tum, an possit formalis causa munus causæ exercere, quin exerceat munus principii; tum, an dato, quod sic, munus causæ imperfectionem de necessitate metaphysica involvat Deo repugnantem?

420 Quocirca expendamus oportet, quid est metaphysicè, & quidditativè ipsum informare, ut inde pateat, an imperfectio involvatur in ipso quidditativo conceptu informationis, vel sit accidentalis, & magis hujus causæ, quam causæ ut sic, & metaphysicè. Itaque informare metaphysicè, & ex terminis, hoc est, formare, formatum, seu formosum reddere ex sola intima praesentia, & communicatione; imaginabitur enim, quod jam supra notavimus, quod aliter efficiens, aliter forma intelligitur

causare, & perfectionem communicare: efficiens nempe conatu, & influentia aliquid subjecto communicat, quare non ipsum formosum reddit, formatum, si ve in actu tale, sed id causat, quo tale reddatur; forma autem sine ullo conatu, ex sola intima praesentia intelligitur subjectum facere tale in actu, quale erat prius in potentia; quare format, informat, seu formatum reddit.

421 Tandem notabimus, quod imperfectio, quam involvit informatio, est solum limitatio, & coarctatio formæ, quia nempe non potest intrinsecari subjecto, ut perficiat, ex intima communicatione, eo quod illapsus perfectioni creatæ repugnat, ut intelligatur ita convicerari, & intrinsecari, debet intelligi unam entitatem cum subjecto constitutaere, & fieri pars ejus: deinde, quia pars hujus, determinacionem habet, qua hæc talis perfectio est: & tandem, quia assistens huic prohibetur esse in altero, habet esse hic, & nunc, & consequenter limitatum. Hæc tamen omnia non ex quidditate informationis sunt, aut informativè perfectivi, sed perfectionis creatæ; Deus enim, quia, ut ait S. Patens, intimior est nobis ipso intimo nostro, quin intelligatur unam entitatem constituere, aut pars fieri, intelligitur intime praesens esse cuilibet rei, & magis conviceratus, quam sit forma

materiæ : deinde , quia non sit pars , aut unam entitatem constituit , non haberet determinationem hæc etatis : tandem , quia per immensitatem est ubique , ex quo huic intimè assens ipsum reddat actu tale , non prohibetur esse alibi , neque limitatur ad esse hic , & nunc .

<sup>422</sup> Dicimus itaque : Non repugnat Deo per se ipsum exercere munus causæ formalis informativæ . Hæc Conclusio posset primò probari auctoritate D. Dionysii , quam adducit Fonseca ex lib. de Divin. Nominib. cap. 4. ubi ait : *In ipso pulchro , & bono , id est , Deo , esse exempla principium omne , itemque efficiens , formalis , & elementarium : scilicet omne est in Deo , omne præterit exercere , si in exercitio ipso non sit implicatio , ut non ostendemus . Deinde , ex P. Augustino sup. Psal. 35. ad illa verba : In lumine tuo videbimus lumen , quibus ita reponit ; Hic illud est fons , aliud lumen ; ibi omnia ; quod latè ibi sequitur ostendens , quod illud idem , quod est apud Deum fons virtutum , erit in patria lumen , in quo videbitur Deus ; quod & alibi habet : Tu es quippe lumen , in cuius lumine videbimus lumen , te scilicet in te ; quibus aperte ait , quod Deus per se ipsum erit lumen illuminans mentes nostras , in quo formalis causalitas videtur importanti ; causalitate enim effectiva*

non Deus ipse lumen est , sed id causat , quod est lumen . Quia tamen auctoritatem de facili poterit quis tergiversari , ideo ratione ostensiva

<sup>423</sup> Prob. primò conclusio : Nulla sequitur imperfectio , ex quo Deus per se ipsum informativæ perficiat : ergo id potest exercere . Prob. antec. Deus sine ulla imperfectione est intimè praesens passibili subjecto eo modo , immò multò amplius , quam sit forma ipsum perficiens ; continet item perfectionem , quam continet forma ; sed aliunde nulla est imperfectio in eo , quod ex hac intima præsentia consequatur subjectum illud idem perfectum esse , & esse in actu tale , quod consequitur a forma : ergo nulla est imperfectio in eo , quod à Deo ipso immediatè per se ipsum informativæ perficiatur . De maij. non potest dubitari , cum quantum ad primum ; cuilibet enim rei creatæ sine ulla imperfectione est Deus intimè praesens , cuique dans esse , & in esse conservans ; neque ex hoc limitatur , aut ejus immensitas , sive ubiquitas minuitur ; quantum ad secundum item ; quilibet enim forma creata quadam est Dei participatio ; quare in Deo amplius , quam in ipsa continetur ejus perfectio .

Deinde min. patet ex terminis ; ex quo enim Deus vellet , quod ex se ipso , & ex intima præsen-

præsentia sua consequeretur lignum illum cuimē modum te habendi in entitate sua , quem consequitur ex communicatione , & præsentia caloris , nihil imperfectionis Deo refunditor ; non enim oporteret , quod Deus fieret pars ligni , aut unam entitatem constituere , quippe quod hoc habeat forma caloris , eo est , quia aliter non potest ligno intime communicari . Conseq. item patet : informativè enim perficere hoc tantum significat , exhibitione sui , & intima præsentia formare , seu formatum reddere , & in actu tale .

Confirmatur : Tota imperfectionis forma in exercendo causalitatē suam in eo est , quod non potest intimari , quin fiat pars ; neque potest pars hujus esse , quin ex hoc limitetur , & determinetur , ut non possit esse alibi , aut in alio ; sed Deus cuique intimatur , quin fiat pars , aut aliquam habeat limitationē , aut determinationem : ergo . Patet maj . quia his seclusis , solum habet forma reddere actu tale , & dare perfectum esse , quod est perfectio . Confirmatur secundò : Hoc , quod est perficere , & reddere actu tale , neque ex perfectione communica ta ; neque ex modo illam communicandi ullam importat imperfectionem per se , & ex terminis : ergo Deo non repugnat . Prob. ant . Quia perfectio communicata est perfectum esse , &

esse in actu tale ; at modus com manicandi est , quod sine ulla influentia , ex sola intima præsentia illius , quod est perfectio ipsa , subjectum reddatur in actu habens tale perfectum esse : ergo .

424 Prob. secundò Conclusio : Deus per se ipsum unitur de facto humanitati Christi Domini , & eam reddit subsistentem ; sed in hoc exercetur munus cause formalis informativæ : ergo . Prob. min . Quod alteri unitur , ita quod ex intima unione id , quod erat perfectibile , & potentiam tale , in entitate sua perficitur , & sit in actu tale , informativè perficit ; sed ita unitur Divina subsistentia humanitati Christi Domini : ergo . Maj . ex dictis patet : Formate enim , informate , seu informative perficere hoc tantum ex terminis importat quod perfectio unita ex praecisa unione se ipsa formaliter reddat in actu tale , & sic perfectum id , quod in se erat potentiam tale , & sic perfectibile . Min . item patet , quia natura humana in se , & de se est potens subsistere , & in se esse ; ex unione autem ad subsistentiam Verbi habet in actu sic esse .

425 Ad hanc rationem duobus modis responderi potest . Resp. primò N. Villanova , subsistentiam non esse formam , nec exercete munus cause formalis non enim intelligitur causalitas sine effectu sibi correspondente ;

sub-

*Subsistētia autem non habet effec-*  
*tum aliquem, quia nullam de-*  
*termīnatiōnēm, aut modūm se*  
*habēndi habet humanitas ex ter-*  
*minatione per subsistētiām Ver-*  
*bi, ut communis habet Theolo-*  
*gorum sensus; quare nulla est ra-*  
*tio inde desumpta,*

426 Sed contra: Nam illum  
 modūm se habēndi in humanita-  
 te ex terminatione per subsistē-  
 tiām Verbi, de mente B. Docto-  
 ris lacē propugnat N. Argenti-  
 nus in 3. dist. 6. q. 1. art. 1. &  
 nos propugnabimus in Metaph.  
 Praterea: Pro priori ad talem  
 terminationem proculdubio hu-  
 manitas non est in se existens,  
 sive subsistens, sed potens; at  
 terminatione ipsa sit subsistens,  
 in actu ita existens, qualis erat  
 prius potens fieri: perficitur er-  
 go, & sit de potentia tali in actu  
 us; at non effectivē, quia non  
 aliqā influentiā, sed sola unione  
 ad subsistētiām, & intīma ejus  
 communicatione: ergo formaliter,  
 neque enim ad aliud genus  
 causē potest reduci hoc, quod est  
 perficere.

427 Altera solutio ad prae-  
 cedentem rationem est, quam  
 habet Mastrius disp. 5. Physic.  
 q. 5, ubi cūm contra te objec-  
 tet illam rationem, respondet:  
 Ad secundum negatur paritas de  
 subsistētiā, & causa formalis; si  
 min subsistētiā aliquam invol-  
 vit imperfectionem, hoc habet,  
 non qua est subsistētiā, sed qua

est creata; at verò forma eo p̄r̄a-  
 cis̄e, quod forma est, imperfec-  
 tionem involvit. Hujus ratio-  
 nem non assignat; quare posse  
 patiter dici, quod forma, non  
 eo quod forma, sed eo quod  
 creata est, imperfectionem in-  
 volvit; & hoc ostendit prior no-  
 stra ratio. Nihilominus ratio po-  
 test ostendi ex communi doctri-  
 na: Quod nempe subsistētiā eo  
 non informat, quia est terminus  
 supponens naturam, & essentiam  
 plenē constitutam, quare non  
 perficiendo, seu communicando  
 aliquam perfectionem, quod es-  
 ser informare, sed pure termi-  
 nando reddit subsistens; in hoc  
 autem nulla importatur imper-  
 feccio.

428 Sed certè hoc, quod  
 communiter dicitur, vix potest  
 percipi: Quod terminus est, &  
 purē terminat, nihil addit, aut  
 ullo modo constituit aliter se  
 habens, sive terminus sit extrin-  
 secus, ut terminus relationis, si-  
 ve sit intrinsecus, ut punctum  
 terminativum linea; de ratione  
 enim termini hoc tantum est, fi-  
 nire, & terminare, non autem in  
 se tale constitutere; subsistētiā  
 autem reducit naturam in actu  
 talem, qualis erat prius in poten-  
 tia. Itaque natura supponitur  
 plenē constituta quidditatibꝫ, &  
 in linea nominali, & hoc sensu  
 terminus diciter subsistētiā,  
 quia de linea quidditativa nihil  
 ponit; at verò natura pro priori

ad substantiam est in potentia  
ad esse participiale essendi extra  
causas; quare in hac linea parti-  
cipiali substantia perficitur, &  
constituitur in actu habens tale  
esse, quale habebat prius in po-  
tentia: hoc ergo perfici ad causa-  
litatem formalem pertinet.

## I. II.

*Solvuntur Argumenta.*

429 **A**rguitur primò: Ter-  
merarium est à  
communi sensu recedere Sancto-  
rum, & Doctorum, maximè in  
re Theologica, vel qua rem  
Theologicam concernit, ut hæc  
est, qua Deum inducit munus  
formæ exercere; sed hæc nostra  
conclusio à communi recedit  
omnium sensu: ergo. Resp. pri-  
mò, nihil habere Theologicum;  
siquidem in re Theologica om-  
nes convenimus, quòd nempe  
Deo repugnat quidquid vel mi-  
nimam imperfectionem involvit:  
tota ergo controversia pure Phi-  
losophica est: An nempe causalita-  
tas formæ imperfectionem invol-  
vat? In re autem purè, & omnino  
philosophica cuiq[ue] licet proprium  
sequi sensum, & viam. Secundò,  
aliud est, quòd conclusio non ha-  
beatur expresse, aliud verò, quòd  
sit contra Sanctorum sensum; in  
nullo enim expresse habetur op-

positum, imò ad propositum  
duas adduximus D. Dionysi, &  
P. Augustini satis apparentes;  
quòd si Doctores Scholastici  
communiter tenent oppositum,  
eo est, quia aliter philosophan-  
tur de effectu formæ, ac B. Do-  
ctor; quare non possunt causalitatem  
formæ ab imperfectioni-  
bus vindicare.

430 Arguit secundò Mas-  
trius: Causa formalis informati-  
va in suo exercitio importat es-  
sentialiter esse actum per se or-  
dinatum ad perficiendum aliud  
à se; sed in hoc importatur im-  
perfectio Deo repugnans: ergo.  
Prob. min. Illud perficere non  
potest intelligi à forma exerceri  
sine modo unionis in ipsa recep-  
to; sed in hoc involvitur muta-  
tio quædam, & imperfectio: er-  
go. Confirmatur: Effectus hu-  
jus causalitatis nihil est aliud  
nisi forma ipsa subjecto commu-  
nicata; neque enim aliud exco-  
gitari potest esse album, quam  
habere in se albedinem; quare  
implicat formam esse in subjecto,  
qui effectum suum habeat; sed  
in hoc involvitur modus Deo  
repugnans: ergo.

431 Resp. primò ad maj.  
quòd sicut productivum impor-  
tat respectum ad producere aliud  
à se, ita perfectivum importat  
respectum ad perficere; respectus  
ille eff. civi non est essentialis  
ordinatio ad alterum, quippe  
non connectitur cum possibili-  
te

te termini: ergo neque illa ordinatio perfectivi, quia tamen de exercitio ipso procedit argumentum. Resp. secundò neg. min. Ad probat. ejus neg. maj. unio nra non est modus, ut probavimus disputatione præcedente. Secundò neg. min. sine ulla enim imperfectione unitur Personalitas Verbi humanæ naturæ. Ad confirmationem primò neg. maj. jam enim patuit artic. 2. quod effectus formæ est modus se habendi subjecti; & sicut nihil possit sui ipsius directe, & formaliter causa esse, ita omnino implicit, quod effectus formæ sit ipsa forma: superficiem ergo albam esse non est formaliter albedinem ubere, sed ipsam participare, si habere ab ea perfectum esse; sicut esse intelligentem non est formaliter intellectionem in se liberes ponitur enim communia, quod intellectio divinitus posita in lapide non redderet intelligentem; quare fallum est, quod implicat formam esse in subjecto, & non habere effectum suum, sive enim, quia subjectum non sit capax, sive, quia Deus natus prohibere participationem, bene intelligitur formam ponit in subjecto pure materialiter, & quin ipsum perficiat, aut ab ipso participetur.

Deinde, neg. min. in hoc enim, quod est formam subjecto communicari, tantum importatur intima præsentia, & veluti

conviceratio ipsius ad subiectum; in hoc autem formaliter, & ex terminis nulla est imperfectio. Deus enim sic est de facto intimè præsens, & communicatus cuilibet rei. Præterea: Si effectus formæ nihil est aliud, quam forma ipsa, seu perfectio subjecto communicata, proculdubio humanitati Christi Domini communicatur de facto subsistentia Divina. Adde, quod ipse Mastrius in solut. ad 1. fatetur, quod si potest forma sine sui mutatione uniri subjecto, & illud perficere, non est, cur id Deo negetur. In solut. ad 3. ait, quod duo sunt in causa formalis; alterum, quod sit pars totius; alterum, quod materiam perficiat, & in illo primo est imperfectio, non autem in hoc secundo; sed jam paret, quod, licet forma creata non possit sine sui limitatione, & determinacione communicari, & perficere, Deus sine ulla imperfectione est intimè præsens, & ex hac intima præsencia potest subiectum consequi perfectum esse; item, quod licet perfectio creata debeat part fieri, & unam entitatem constitutere, ut intimetur subjecto, & ipsum perficiat, non autem Deus: ergo.

432 Arguitur tertio: Causalitas informativa in hoc consistit, quod ex intima præsentia formæ subiectum fiat in actu tale, qualis est ipsa forma, seu perfectionem ejus participet; sed

hoc implicat a Deo exerceri : ergo. Prob. min. Si Deus cuique intimè præsens tale munus exerceret, tunc res perfecta fieret adjective, & participative Deus, seu haberet participative id, quod Deus est in se ; sicut intimè præsentia caloris subjectum sit calidum, & habet adjective, seu participativè caliditatem, quam calor in se habet substantivè ; sed hoc aperte implicat : ergo.

433 Respond. neg. min. Ad prob. ejus dicitur primò, quod subjectum consequitur participativè perfectionem, quam forma habet substantivè, seu quæ est ipsa forma, non quantum forma habet, & potest præstare, sed quantum patitur capacitas subjecti, quia quod recipitur, ad modum recipientis recipitur ; & patet in ipsa subsistencia Divina naturæ humanæ communicata, quæ non quantum ipsa potest, reddit subsistens, sed quantum capax est id, cui communicatur: quia ergo quodlibet subjectum creatum determinata, & finita capacitatibus est, non perfectionem, quam Deus in se habet, sed finitam participaret. Dicitur secundò, quod forma creata exercet causalitatem naturali necessitate, quare perficit quantum potest, & communicat perfectionem, quam habet, si subjectum sit capax ; Deus autem voluntariè exercet, quare non quantum habet, sed quantum vult, per-

fectionem communicaret, etiam si subjectum amplioris perfectionis esset capax.

434 Arguitur quartò : Si Deus posset per se ipsum exercere munus formæ, exerceceret de facto, sicut, quia potest exercere munus efficientis, de facto exercet ; sed tunc superflueret omnino forma creata : ergo, ne hoc dicatur, dici debet Deo repugnare tale exercitium. Confirmatur : Si Deo non repugnat talis causalitas, tunc causa formalis non est prima in suo genere ; sed hoc est contra communem Philopham : ergo. Patet major ; quia tunc talis causalitas non diceret imperfectionem ; at in omnigenere non dicente imperfectionem Deus est prima Causa : ergo.

435 Resp. primò neg. min. nullum enim lege tenetur Deus a cere quidquid facere potest ; potest infinitos mundos creare, & multa facere, quæ nunquam fecit, & forte neque faciet. Resp. secundò neg. suppositum magis de facto enim illam causalitatem exercet in reddendo subsistentem humanitatem Christi Domini ; casu autem, quod Deus suppleret munus formæ, illa forma creata superflueret, cujus minus Deus per se ipsum exerceceret, sicut superfluit de facto creata subsistencia in Christo Domino ; at nulla est necessitas, quod omnes exerceceret : sicut ergo voluit ol-

tendit.

tendere perfectionem suam in his, quas creavit, potuit aliquas non creare, sed per se ipsum perfectum esse materiae tribuere, quod per illas tribuit, potuit & nullam creare, in quo nulla est contradictione.

Ad confirmationem dicitur primò, quod communis Philosophia in causalitate formalis imperfectionem ponit, quare illam causalitatem Deo negat, & consequenter formam creatam ponit in suo genere primam; at nostra sententia illam imperfectionem non agnoscit: nihil ergo mirum, quod talem causam non dicat in suo genere primam. Dicitur secundò, quod non obstante, quod Deus possit illam causalitatem videret, poterit dici forma creationis suo genere prima. Itaque licet informative perficere ut sic, & metaphysicè imperfectionem non involvat, illam tamen involvit formam creatam informative; quare ex suppositione, quod Deus esse voluit formas creatas, harum causalitas non potest sine imperfectione exerceri, & consequenter ad illam non concurrit Deus in proprio genere, sed in genere effectivo; at primum in quolibet genere dicitur, quod aliud non supponit sui generis, & quo dependeat: est ergo forma creata prima sui generis, quia etiā possit Deus tale genus se solo exercere; at cum illa non potest, quare ea ab alio sui generis

non dependet.

436 Arguitur quintò: Si Deus exerceret manus informandi, ejus causalitas esset suum velle; sed hoc est causalitas effectiva: ergo non exerceret tale manus informative, sed tantum effectivè causaret illud idem, quod formaliter causat forma creatam. Patet maj. quia tunc non aliter posset exercitium concipi ex parte Dei, nisi quod Deus vellet ex intima praesentia sua subjectum consequi illud idem perfectum esse, quod consequeretur ex praesentia, & communicatione forme creatæ; in hoc autem causalitas est ipsum velle. Pater item minus, sicut enim in nostra sententia Dei potentia est ejus voluntas, ita ejus velle est facere.

437 Respond. neg. maj. Ad probat. ejus dicitur, quod non aliter intelligeretur perficere, quam per hoc, quod vellet subjectum consequi perfectum esse, sed non ex ipso velle immediate, & formaliter. Intelligeretur oris illud perfectum esse, sed ex intima praesentia; quare illud velle non intelligitur ut causalitas communicativa hujus perfectivi esse, sed presuppositive intelligitur se habere veluti applicatio causa; non ut causalitas ejus; de facto quidem Deus est intimè præsens, quare illud velle à creaturis parti. ipari non est propriè applicatio; quia tamen non participatur, & communicat perfectum.

tam esse, nisi quatenus vult, hoc velle per modum applicationis se habet, non ex quo sequatur formaliter perfectum esse, sed ex quo sequatur, quod intima præsentia tale perfectum esse com-municet.

438 Arguitur sexto: Non intelligitur formam exercere munus causæ, quin intelligatur exercere munus principii, & partis constitutivæ; sed hoc secundum imperfectionem involvit Deo repugnantem: ergo. Prob. maj. Non intelligitur materiam habere perfectum esse à forma ignis v. g. quin sit substantivè ignis, & habeat operationes ignis; aut habere perfectum esse ab anima, quin sit animal; sed animal animam importat partem sui, & ignis importat formam ignis: ergo.

439 Resp. disting. maj. Non intelligitur formam creatam exercere munus formæ, quin exerceat munus partis, conced. maj. non intelligitur formam absolute, & metaphysicè exercere munus formæ, quin exerceat munus partis, neg. maj. Ad probat.

maj. dicuntur, quod materia habens perfectum esse à forma ignis, quæ est perfectio creata, non solum ignita intelligitur, sed etiam ignis est substantivè, & in quid, quia talis forma non aliter potest perfectum esse communicare, quam constituendo unam entitatem cum materia, quam perficit; absolute autem à forma, quæ posset intimè comunicari, quin fieret pars, aut constitueret unam entitatem, qualiter de facto intimus est Deus, solum haberet ignitam esse adjective, & participativè, non vero esset ignis substantivè; similiter non animal, sed animata esset, si haberet perfectum esse, quod nunc ab anima consequitur; sicut autem perfectionem formæ participaret, ita operationes ejus haberet. Ex his dicitur, quod nulla est imperfectione, aut contradic̄tio adeo manifesta, sine qua non possimus metaphysicè salvare munus informandi, quare saltim relinquitur valde esse probabile, quod id potest Deo concedi,



# QUÆSTIO SEXTA DE CAUSA EFFICIENTE.

## ARTICULUS I.

*Quid sit, & quotplex causa efficiens, & qua ejus causalitas sit.*

440 **P**hilosophus in 2. Physic. text. 29. uslam efficientem definit: *Unde principium mutationis primum, non quietis.* Ad cuius explicacionem multa adducuntur, quæ videntur difficultatem facere, tūm quod illa definitio non est quiditativa; tūm, quod soli convenit causæ primæ, cùm ea sit solum principium primum. Sed non est, cur in his expendendis tempus teramus, cùm res sit parviperderis. In primis itaque per *ly primum* intendit excludere principium per modum instrumenti, quod non causa est, sed causa virtutis, quare non est, quod movet, sed quod alterum moveat; sensus itaque est, quod causa efficiens est principium in suo ordine primum, ut si Deus, Sol,

& homo generant hominem, sub diversa ratione cuique respondet homo genitus: sub illa ergo ratione, sub qua homini generanti respondet, is est principium primum, & efficiens causa, quamvis sub aliis rationibus magis sit instrumentum subordinantis causæ.

Deinde: Ratio causæ analogia est, ut suprà diximus, quare non debet queri definitio quiditativa efficientis per genus, quo cum reliquis univoce conveniat, & propriam differentiam. Causas itaque describit Philosopher ex habitudine uniuscujusque propria ad totum mobile, nempe, *ex qua, per quam, à qua, & propter quam est: ex qua significat materialem causam, quamvis enim ejus exercitium in ratione causæ sit perfici, & recipere formam, quod magis est in qua, quam ex qua;* quia tamen in ordine ad totum accipit, magis per habitudinem principii, quam causæ explicat: *per quam significat formalem causam, & illa expressio æquæ significat habitudinæ.*

blitudinem principii, per quod totum constituitur, & causa, per quam materia formatur, & perficitur: à qua significat influentiam efficientis causæ, quare idem est, à qua est, & unde incipit motus: propter quam significat allientiam finalis causæ: patet itaque per illam descriptionem sufficienter determinari, quid est efficiens, ut à reliquis differt.

441 De secundo, quod querit Articulus, nempe quotuplex sit efficiens causa, usque ad undecim divisiones assignat Mistris: principaliores hæc sunt: prima in per se, & per accidens: per se est, quæ secundum propriam rationem habet causare, & à qua necessariò effectus dependet, ut statuarius est causa per se statuæ, quia secundum rationem, quæ statuarius est, statuam causat, & sine statuario illa causari non potest; per accidens verò est, sine qua effectus potest causari, & quæ non propria ratione causat, sed per accidens conjungitur cum ratione, quæ causat, ut musicus ædificat, non autem per rationem, quæ est musicus, sed ratio musici cum ratione ædificatoris per accidens in hoc subjecto conjungitur, quare ab illa effectus non dependet; de his infra.

Secunda divisio est causa per se, de qua ad præfens agitur, in priam, & secundam: prima

est, quæ nulli alteri in causando subordinatur, & talis est Deus, qui soles movet non motus, & nulli subordinatur in agendo; secunda autem est efficiens creatam, quod est de necessitate movens motum, & Deo subordinatur in agendo. Tertia divisio est causa secunda in principalem, & instrumentalem: principalis est, quæ propria virtute effectum causat sibi correspondentem, ut ignis ignem; instrumentalis vero, quæ in virtute alterius effectum causat supra se, ut dolabra sciamnum in virtute artificis, à quo applicatur, & calor ignem in virtute ignis; hæc autem tantum secundum quid causa est, cum non sit principium unde motus, quare divisio est equivoca. Quarta divisio est causa principalis in univocam, & equivocam: univoca est, quæ effectum causat suæ speciei, ut ignis ignem; equivoca autem, quæ diversæ speciei effectum causat, ut Sol generat aurum in visceribus terræ. Alias mitto divisiones, ut in universalē, & particularem, mediatam, & immediatam, & alias, quæ latitare sunt se ipsis nota.

442 De tertio, causalitas efficientis duobus modis accipiatur: altero activè, ut se tenet ex parte causæ, & dicitur actio causaliter, sive secundum prædicationem causalem; altero objectivè, ut se tenet ex parte rei causata, & dicitur actio formaliter,

Nec secundum prædicationem formalem; priori modo est insensititia, & conatus quidam, seu activum movere, quo causa dat esse effectui, & sic est propriè causalitas efficientis, & veluti characteristicæ proprietas, qua à reliquis causis differt; posteriori modo est fieri effectus prout à causa, seu exercitium ipsum, quo effectus in esse ponitur; hoc enim exercitium comparatione ad agens actio est, comparatione vero ad passum est passio.

443 Dubitatur hic de causalitate, quam habet natura ad passiones suas: An ea sit effectiva? Nam ex una parte non est ibi accipere influentiam illam, & aliud producere; ex alia autem passiones ipsæ vere producuntur, & in esse ponuntur, nec sibi habent principium, quam exutam ipsam, cujus sunt passiones, ab ea enim originantur; si donec autem non ad aliud genus, quam efficientis reduci potest causalitas illa naturæ activa, & qua dat esse passionibus suis, ut consideranti singulas patet.

444 Nobis dicendum, quod causalitas naturæ ad passiones suas non est propriè effectiva, immo nullam activam causalitatem habet natura respectu passionum, sed illæ naturali sequela ad natum consequuntur: causa ergo vere effectiva passionum ipsum est agens, à quo natura producitur, sicut causa productiva simi-

litudinis nulla alia est, nisi quæ albedinem producit, quatenus qui dat formam, dat consequentia ad formam; quare tantum latè, & impropriè natura dicitur causa passionum, nempe causa ad quam; quia enim naturali necessitate sibi debentur passiones, illo eodem influxu, quo natura producitur, sine ulla ulteriori causalitate ex dicuntur produci. Quo patet ad rationem dabitan- di.

## ARTICULUS II.

*An substantia creata sit immediate productiva alterius substantiae?*

§. I.

*Quibusdam præmissis, referuntur sententiae.*

445 Supponit titulus creatas causas vere operari, quamquam enim id negaverint nonnulli de Antiquis, inter quos Gabriel in 4. dist. 1. q. 1. ponentes, quod non causa creata, sed Deus ad presentiam ejus effectum causat, meritò hæc sententia jam à Scholis exulat; constat siquidem in Sacro text. quod Deus creatoris contulit virtutem, qua se multiplicarent, & effectus suos producerent, nam 1. Genes. dicitur: Germinet terra

herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram; ubi aperte virtus inditur, & semen ad producendum sibi simile. Idem aperte docet P. Augustinus tunc de Genes. ad litter. tunc de Civitat. Dei. Neque unicum illius sententia motivum, quod nempe non sunt multiplicanda entia, & pariter causalitates sine necessitate, quid urget. Potest utique Deus ad presentiam creatae causae effectum ejus causare, sed voluit creatis rebus virtutem causandi imperiti, & cogimur istam concedere, quia sic asserit Sacer Textus.

446 Supponit item, hujusmodi causalitatem exercere ipsam substantiam. Contrarium docet Pereira, quod nempe substantia non influit, sed tantum substantiat accidentia, quibus competit influere, & causare. Sed haec pariter sententia ab omnibus rejicitur: primo, quia causa principalis, qua de se, & propria virtute effectum causat, debet esse aut aquae perfecta, si sit univoca; aut nobilior, si sit aequivoqua, effectu causato, debet enim ipsum praicontinere, & intendit assimilare sibi passum; sed accidenti repugnat sive aquae perfectum, sive nobilium esse substantiam productam: ergo. Secundo, quia natura cuiuslibet agentis esset accidens, quo agit, esset enim

principium motus radicale, & primum; hoc autem aperte implicat.

447 Duplex ergo est opposita sententia, quamvis aliqui tertiam velint inducere. Prima sententia affirmat, substantiam per se ipsam immediate aliam producere. Hanc tenet Scotus, quem sequuntur Discipuli; ex Doctoribus Societatis Arriaga, Hortado, & alii; tenet item Resolutus, quem sequuntur Dionysius, & Eliseus hic q. 11. art. 2. Secunda sententia negat, substantiam per se ipsam posse producere, sed tantum per virtutem superadditam ab ipsa substantia distinctam. Hanc tenet D. Thomas, & omnes uno ore Thomistæ. Hanc item tenet B. Doctor, & sequuntur omnes Nostri.

P. Suarius disp. 18. Metaph. sect. 2. postquam conclus. 1. docet, quod accidentia sunt instrumenta substantiarum, quae proinde immediate attingant alterius substantiarum productionem, docet conclus. 2. substantiam etiam per se ipsam immediate influentiam habere principalem, qua medio accidente aliam substantiam producit; eodem modo loquuntur Conimbr. Rubio, & alii. Hinc nonnulli Suarium citant pro prima sententia, quatenus docet, substantiam per se ipsam influentiam habere; alii pro secunda, quatenus asserit, medio accidente tamquam instrumento suo

suò producere ; alii tertiam sententiam ei imponunt, quòd nempe què immediate substantiam cum accidente concurrere velit. Seus tamen est, quòd substantia influentiam habet aliam ab influentia accidentis, & quæ immediatè ab ipsa substantia oritur, quæ tamen non immediatè effectum productum attingit, & productionem ejus, sed medio accidente, quod est sibi virtus, & ratio formalis agendi ; in hoc autem id ipsum intendit, quod ponit secunda sententia.

Quamvis enim videntur indēre Thomistæ, quòd influentia illa non immediatè ab ipsa substantia sit, sed medio accidente, actionem tamen, & causalitatem recipiunt tantùm formaliter, ut productio, seu fieri effectus; oquitur autem P. Suarius de actione, & causalitate sumpta actiue, & causaliter, ut est influentia, & conatus causæ. Itaque negari non potest, quòd substantia propriam habet influentiam, qua accidentalem virtutem veluti applicat, & eā medià passum transmutat ; hæc autem proculdubio alia est ab influentia accidentalis virtutis applicata, & immediatè ab ipsa substantia oritur, alioquin dicit sententia Benedicti Pereira, quòd substantia non influit, sed tantùm habet substantiam accidentis, quod influit : sicut ergo artifex per instrumentum separatum agit opus suum, ubi unum

fieri, duplex autem accipitur influentia, manus moventis, & applicantis, & instrumenti applicati, ita agens naturale per propriam accidentalem virtutem, veluti instrumentum conjunctum agere intelligitur.

## §. II.

*Proponitur, & probatur nostra  
Conclusio.*

<sup>448</sup> **D**icendum, quòd substantia creata non producit aliam per se ipsam immediatè, sed per accidentia, quæ sunt virtus propria ipsius substantiæ. Hæc proculdubio est sententia B. Doctoris ; eam multis in locis innuit Philosophus, ut supponit Commentator præsertim 7. Metaph. text. 31. & 12. Met. text. 13. & 18. eam tamen efficaci ratione probare valde est difficile, ut considerando singulas rationes, quæ pro ea communiter afferuntur, posset patere ; cùm autem pro contraria nulla adducatur ratio de necessitate cogens, hanc cum B. Doctore eligimus, tūm quòd ea magis est rationabilis, tūm quòd magis consona textui Philosophi : illam ergo tenet B. Doctor ex instituto in 2. dist. 19. q. 1. art. 2. dub. 2. lat. & in quodl. 3. q. 1. & 10. aliter autem sèpissimè illam attingit,

ut in 2. dist. 1. p. 1. q. 2. & dist. 18. secundissimè, præterim vero q. 2. art. 2. dub. 3. later. in 2. de Anim. text. 146. & sepe alibi.

449. Prob. itaque primò ratione, qua utitur B. Doctor loc. citat. 2. dist. 19. quæ sic formatur: Sic se habet substantia ad facere, sicut ad fieri; sed substantia non sit, & producitur immediate, sed mediis accidentibus: ergo. Maj. nota supponitur; non enim alio substantia ponitur per se ipsam immediatè agere, nisi quia sibi respondet substantialis terminus. Probatur itaque min. Non aliter producitur substantia ab agente creato, quam eductio ne formæ de potentia materiæ; sed non educitur forma per se ipsam immediatè: ergo. Major patet ex terminis; non enim producitur materia, neque forma aliter potest ab agente creato, quam de materia, & per eductionem. Ostenditur min. Non aliter potest materia transmutari ad substantiale formam, nisi in quantum disponitur, & determinatur ad illam; sed sic disponitæ per accidentia ab agente inducta: sicut ergo passivè produci intelligitur mediis accidentibus, ita active producere.

Confirmatur altera ratione, quam ibi habet B. Doctor: Non intelligitur in materia ab agente creato mutatio, sive mutatum esse, quod non sit terminus ali-

cujus motus; sed mutatum esse, quod est terminus motus, aut est forma accidentalis, aut media forma accidentaliter inducitur: ergo terminus substancialis non nisi medio accidente producitur. Patet conseq. quia substantia in instanti producitur, & generatio non motus est, sed mutatio, sive mutatum esse terminus motus. Patet deinde major, quia agens creatum non aliter agit, quam tangendo, & alterando, quare per motum. Patet tandem min. quia motus tantum est ad terminum, qui successivè attingitur, quare de necessitate formam accidentalem inducit, quæ sola potest successivè induci: si ergo producitur substantia non intelligitur nisi medio motu; si item ipsa substantia per se ipsam immediatè motum non terminat, quia non successivè, sed in instanti producitur, relinquitur, quod non nisi medio accidente producitur.

Confirmatur ulterius: Sic agit substantia per accidens sibi conjunctum, sicut agit artilex per instrumentum separatum, quo utitur ad opus artis; sed non solum id, quod instrumento respondet de se, sed ipsum principale opus artis ab artifice procedit medio instrumento: ergo non solum accidentalis dispositio; sed ipsa substantia generatio à substantia agente procedit medio accidente. Ostenditur ma-

450 Sicut enim in opere naturæ, substantia ignis v. g. responderet signum producere, & calori ejus calorem inducere, ita artifici responderet formare scamnum, & dolabrum respondet talis modus contactus, quo lignum disponitur, & ad formam scanni aptatur; sicut item forma scanni supra vires est dolabrum, ita forma ignis supra vires caloris; sicut insuper agens artificiale non nisi assumendo illud opus dolabrum, quo lignum aptatur; potest formam scanni inducere, ita ignis non nisi applicando actionem caloris, qua materia disponitur, potest substantiam formam inducere; sicut ergo formatio scanni non nisi medio instrumento ab artifice, ita productio substantiae non nisi medio accidente substantia.

451 Ex hoc solutio rejicitur, quo ad principalem rationem respondetur: dicitur enim, quod non nisi media dispositione transmutatur materia ad substantiam formam; at vero alia actio est, & aliud fieri inductione substantialis formæ; quare postquam per actionem caloris transmutatur materia ad calorem, & alia accidentia, quibus disponitur ad formam ignis, sicut alia transmutatio est, qua ipsa forma ignis inducitur, ita aliam actionem requirit, & influentiam, & hæc est ipsius substantiae agentis immediate per

se ipsam. 452 Ad hoc, inquam, ex dictis patet; et si enim alia sit transmutatio, qua materia transit ad formam substantiam, non tandem quæ novam aliam influentiam requirit, sed quæ naturali necessitate concomitatur accidentalem transmutationem, qua disponitur; sicut itaque in opere artis aliud est id, quod respondet instrumento, nempe ipsa aptatio, & dispositio ligni ad formam scanni, ab ipsa forma scanni, non tamen proinde nova alia influentialia artificis requiritur præter illam, qua instrumentum applicat, & medio illo agit; ita in opere naturæ, licet alia sit substantialis forma, non tamen aliam influentiam requirit præter illam, qua ignis calorem applicat, & eo mediante agit: sicut ergo ex parte agentis utriusque influentialia accipitur, non tamen duplex, sed una ignis per calorem, & mediante calore; ita in passo unum est fieri, quo duplex forma inducitur, substantialis mediante accidentali, & ad illam naturali necessitate secuta.

453 Sed dices: Ex hoc sequitur, quod calor se ipso, & propria virtute posset substantialis formam ignis inducere; sed hoc est aperte absurdum: ergo. Prob. sequela maj. Si enim ad accidentalem transmutationem, qua dispositiones inducuntur, quibus determinatur mate-

ria, sine nova substantia influentia sequitur naturali necessitate transmutatio ad formam ignis, patet, quod illa accidentalis transmutatio posset ab accidentibus propria virtute fieri; quare si Deus accidentia conservaret sine subjecto, sicut conservantur in Eucharistia, illa de se, & naturaliter haberent transmutare ad substantialem formam. Neque refert, quod communiter dicunt Doctores nostra sententiaz, & sape repetit B. Doctor, accidentia nempe agere in virtute substancialis formaz; cum, quia à nemine hucusque explicatur, quid est agere in virtute substancialis formaz; cum, quia aut aliquid hoc est substionale ipsi accidenti communicatum; aut ipsum accidentis relinquitur in propria sphera accidentalis virtutis? Si hoc secundum dicitur, relinquitur omnino impotens attingere effectum substancialem: si autem primum dicatur, præterquam quod illud substionale accidenti communicatum aperte implicat, habetur propositum; ab isto enim substanciali immediate producitur substancialis effectus.

453 Resp. quod operatio accidentis aut accipitur secundum se, ut ab ipso accidente propria virtute oritur; aut accipitur, ut est virtus substancialis, & ut ab ipso oritur in virtute substancialis, sive ut ab ipsa substancia applicatur, & est virtus ejus: priori

modo, quantumcumque calgle  
v. g. calefaciat, nunquam induexp  
cet substancialem formam ignis;  
posteriori autem formam ignis  
inducit sine ulteriori influentia  
in virtute ignis, à quo applicador  
tur, sive cujus est virtus: hinc  
accidens sine subjecto conservadab  
tum conservetur secundum illam  
habitudinem, qua est virtus sublit  
stantiaz, substancialem operatiogan  
nem habet naturaliter, quia tunc  
non agit virtute propria, sed in  
virtute substancialis; sic videmus  
de facto, quod ab accidentibus  
patris, quæ sunt in semine, trans  
mutatur materia usque ad organe  
nizationem, & substancialis for  
ma inductionem, ipso tunc non  
influente, & forte nec existente  
patre; sic etiam accidentia Eu  
charistica habent substancialem  
operationem, nutriend enī,  
sicut nutritur substancia panis,  
quia nempe ista accidentia con  
servantur secundum habitudinem,  
qua sunt virtus substancialis,  
scilicet accidentia semenis in se  
mine ipso, quod est pars sub  
stantiaz à generante decissa, in  
Eucharistia autem per miracu  
lum sine omni substancia.

Quid autem sit conservari,  
ut sunt virtus substancialis, & age  
re in virtute ejus, fateor, à ne  
mine sufficienter explicatum vi  
deo: pro explicatione itaque re  
colenda sunt, quæ precedente  
disputatione de rationibus semi  
nalibus diximus, ex quarum ne  
glectu

glectu difficultas hæc non bene expeditur: itaque, ut ait B. Doctor in 2. dist. 18. q. 2. art. 2. dub. 5. lat. *Quantò magis aliquis sit sciens, tanto magis dubitat, quomodo sit actio, & passio in rebus, nisi ultra virtutes activas, & passivas in ipsis inferioribus incurrit ad alias superiores iusas; nihil enim transit ab agente in passum, quia accidens non migrat de subiecto in subiectum; sicut autem quantumcumque aliquis sit dives, & potens sitate, si aliquid de bursa ejus non transit ad pauperem, ex sola presentia, & approximatione paper non ditabitur; ita quantumcumque sit virtus alicujus iuxta, & potens transmutare, si aliquid ab ipso in passum non mutat, ex sola præsentia, & approximatione ejus non transmutatur: sit ergo actio, & transmutatio secundum rationes seminales, quia nempe virtutibus attivis, & passivis Deus benedictione indidit quasdam habilitatis, seu habitudines activi ad passivum, & è contra, secundum quas ex debita utriusque approximatione hoc agit, illud patitur.*

Hinc via patet ad intentam difficultatem: quia enim Deus huic substantiæ hoc tale accidens dedit ut propriam virtutem, quam in agendo uteretur, porta, igni calorem, rationem seminalem, secundum quam talis substantia

debet agere, illi accidenti affixit: agere ergo in virtute substantiæ est agere secundum hanc habitudinem, quæ est ipsius substantiæ ratio seminalis; & quia connaturaliter talem habitudinem habet hæc virtus accidentalis, secundum quod est propriæ substantiæ unita, & ab influentia ejus applicatur, connaturaliter, & ipsa substantia per talem virtutem operatur substantialem effectum; & ipsa virtus non nisi ut applicata ab influentia substantiæ talem effectum habet; quia tamen posset supernaturaliter sine substantia cum tali habitudine conservari, ut conservatur in Eucharistia, aut etiam in parte quadam propriæ substantiæ naturaliter, sicut conservatur in semine, ideo hic, & ibi influentia actuali propriæ substantiæ agit virtute ejus, & substantialem effectum habet.

454 Prob. secundò conclusio alia ratione, quam habet B. Doctor in quodl. 3. q. 10. Accidens fluidum, & viale non comparatur ad substantiam nisi medio accidente permanente; sed operatio accidentis est fluidum, & viale: ergo non nisi media accidentalis virtute permanente comparatur ad substantiam. Maj. ex connaturali ordine, quem servant inter se perfectiones, nota est; tūm, quia magis immediate ad perfectum comparatur, quod magis perfectum est, & naturæ ejus proportionatum; tūm, quia

magis

magis distat, quod magis distinguuntur; magis autem distinguitur, quod fluidum est, & viale, quam quod habet esse permanens à substantia, à qua utrumque procedit.

455 Hanc rationem B. Doctoris ipsum citans proponit, & instat Scotus in 2. dist. 16. q. unica, sed paulò aliter proponit, nempe quod variabile non nisi medio invariabili inest substantia, tunc autem instat: Aut tale accidens, quo medio convenit substantiae operatio, habet esse variabile, aut invariabile? Si primum dicatur, qua ratione operatio non comparatur immediate ipsi substantiae, cādem non poterit hoc accidens, cū pariter habeat esse invariabile: si autem dicatur alterum, qua ratione operatio non comparatur immediate substantiae, cādem non poterit huic accidenti comparari, cū pariter utrumque habeat esse invariabile, & utroque modo sequitur processus in infinitum; quare ratio non tenet.

Secundò ad eamdem rationem ex aliis respondet N. Argentinas in 1. dist. 3. q. 2. art. 2. quo sententiam B. Doctoris propugnat, dist. maj. quod nempe ea vera sit de accidente fluido, quod habet esse divisibile, non autem de eo, quod habet esse indivisibile; licet enim motus non nisi medio accidente convenientia materia, generatio autem immē-

diat in ipsa materia subjectata; jam autem operatio, qua substantia producitur, licet habeat esse fluidum, & non manens, est tamen in indivisibili,

456 Sed neutrum vim factam rationis infriagit: ad instantiam Scoti dicitur, quod non arguit B. Doctor ex repugnantia accidentis variabilis, seu fluidi ad substantiam absolute, sive ex invariabilitate, & permanentia substantiae, sed arguit ex ordine, quem ex natura rei debet habere ad substantiam utraque perfectio, permanens, & fluida; & quod quia comparantur, seu comparari debent ordine quodam, non potest immediate comparari fluidum: licet ergo ex variabilitate, & fluiditate ipsius non arguitur, quod non possit immediate comparati ad id, quod habet esse invariabile, seu permanens; arguitur tamen, quod non potest immediate comparari ad substantiam. Ad alteram solutionem dicitur, quod generatio, ut ab alteratione differt, ipsa est forma substantialis, prout ab agente inducitur, & quatenus talis forma in nuda materia recipitor, ea dicitur esse generationis subjectum; hoc autem non tollit, quin actio quocumque modo accepta sit perfectio fluida, & transiens, quæ proinde non nisi medio accidente permanente comparatur ad substantiam.

I.

III.

*Solvuntur Argumenta.*

457 **A**rguit primò Mastrius: Nullum imperfectius potest esse causa perfectioris; sed quodlibet accidens imperfectius est substantiā productū: ergo non ab ipso, sed à substantia producitur immediatè. Hoc eit potissimum hujus sententiaz fundamentum, ad quod, ut jacet, neg. conseq. solum enim sequitur, quòd accidens non sit causa substantiæ productæ, & hoc concedimus. Ique causa dicitur, quæ pro virtute effectum producit; hæc, quia effectum præcontingit, nequit esse ipso inferior, virtute autem, quæ non de se, sed ut applicata per influentiam principialis agentis agit, inferioris est ordinis; agit enim supra se in virtute alterius, & ratione influentiæ, à qua applicatur, sicut patet in instrumento artificis attingente opus artis, ad quod de se non sufficit.

458 Hanc solutionem multis impugnat Mastrius contendens, non solum causam, sed virtutem ipsam, quæ est ratio causandi, debere esse aquæ perfectionem cum effectu causato: causam in tantum causat, in

quantum habet virtutem sufficientem ad causandum, ipsa enim virtus est sibi ratio causandi; sed quamvis ipsa causa in perfectione sua entitativè aequat, aut etiam excedat perfectionem effectus, si tamen illam non aequat virtus causandi, non habet virtutem sufficientem; in tantum enim virtus erit sufficiens, in quantum ipsa aequat effectum causandum: equalitas autem entitativa cause de materiali se habet, non enim erit in ratione cause, & secundum virtutem causandi: ergo. Mitto cætera, quoniam ex solutione hujus patet ad reliqua.

459 Respond. itaque, quòd equivocatione ntitut hoc, sicut & alia; virtutem enim accipit pro ratione causandi radicali, & prima, hæc est ipsa forma substantialis, & hæc utique debet ad minus effectum aquare, ut causa constituat sufficienter potentem; sed quia hæc ratio est, & virtus radicalis, ulteriori virtute indiget, quæ se habet veluti instrumentum: hæc itaque entitativè, & de se inferior est, sicut est instrumentum ad opus artis; formaliter autem, ut virtus est substantialis, & ut applicatur ab influentia ejus, quia in virtute ejus agit, potest attingere effectum, quem entitativa perfectione sua non aequat; quid autem sic agere in virtute substantiæ, jam patuit supra.

460 Arguitur secundò: Immediate agere dicit perfectio nem; sed ista accidenti convenit: ergo potiori jure debet concedi substantia. Maj. patet, tūm, quia id Deo convenit; tūm, quia agere est perfectio, quare magis agere magis erit perfectio; immediate autem agere est magis agere. Hoc argumentum nullius esse roboris, ostendit Benjum. ex ipsa Scotti litera 9. Metaph. q. 4. ubi docet, quòd ex perfectione, aut imperfectione non arguitur magis agere, aut minus.

461 Resp. ita que neg. conseq. et si enim perfectius sit agere immediate, illam tamen noluit Author substantia concedere, eo quòd per accidentalem virtutem ipsam voluit subjectum sibi passibile disponere, & aptare, & quòd ita insituit, colligimus ex modo agendi, quem videmus in ipso, ut factæ rationes ostendunt.

462 Arguit tertio Benjum. Illa forma est principium agendi, in qua agens assimilat sibi passum; sed in substantiali productione passum assimilatur agenti in substantiali forma: ergo ea est immediata ratio agendi. Resp. sicut ad primum neg. conseq. solum enim sequitur, quòd forma substantialis sit ratio agendi principalis, & prima, & hoc concedimus, non autem quòd sit ratio immediata: itaque opus artis immediate procedit à dolabra,

non autem ipsi assimilatur, sed formæ, qua artifex constituitur in ratione talis, nempe formæ apprehensæ; ita in opere naturæ, non accidentalí virtuti, quæ se habet ut instrumentum, & à qua procedit immediate, sed formæ, qua agens principale constituitur, assimilatur effectus.

463 Arguit quartò idem: Actio, qua producitur substantia, est actio substantialis; sed actio substantialis nequit ab alio principio, quam à substantia, per se, & immediate oriri: ergo. Ostenditur min. Quia actio, quæ ab accidente procedit, accidentalis est, & tantum alterativa. Instatur aperte: Quia actio formativa scamni artificialis est; sed actio artificialis nequit ab alio per se, & immediatè, quam ab artifice procedere: ergo non procedit ab instrumento. Dicunt neg. min. Ad probat. ejus dicitur, quòd actio, quæ procedit ab accidente per se, & propria virtute, accidentalis est, & tantum alterativa; quæ autem ab ipso procedit immediatè, non autem per se, & de se, sed ut est virtus substantia, & ab influentia ejus, applicatur, est etiam generativi.

464 Arguitur quintò ex eodem: Accidens ex natura sua dependet à substantia, & est illa posterius; sed causa sive instrumentalis, sive principalis, prior est, & independens ab effectu suo: ergo accidens neque ut cau-

Instrumentalis potest attingere productionem substantiæ. Resp. quod ad sensum patet, quod alteratio dispositiva præcedit, & prioritatem habet ad substantiam generationem. Directe dist, maj. Dependet, & posterius est substantia agentis, cuius est virtus, conc. maj. substantia, cuius productionem attingit, neg. maj.

465 Arguit sexto idem, est que fundamentum, quo utitur Hurtado: Nulla formalitas est in effectu producto, quæ possit respondere accidenti: ergo nullo modo accidens, sed sola substantia agit in productione alterius substantiæ. Patet conseq. quia in tantum causa aliquo modo cauit, in quantum sibi aliquid responderet in causato. Patet item prec. siquidem effectus producens se toto substantia est, de his enim productione agitur; in substantia autem nihil est, quod possit respondere accidenti.

466 Resp. dist. antec. Nihil est, quod possit respondere accidenti secundum se, & propria virtute, conc. antec. ut est virtus substantia, neg. antec. vel claritatis gratiæ subdistinguatur: In effectu ipso entitative, & secundum se, conc. sic est adæquate substantia in effectu, ut producatur, neg. antec. sic enim unum est fieri cum alteratione dispositiva, & hoc est, quod in productione respondet accidenti.

467 Arguitur septimo: Si

substantia non est immediate operativa, tenet sententia Durandi de concursu Dei; sed id est contra communem sententiam ergo. Prob. sequela maj. Tunc salvatur, quod substantia sit causa principalis per hoc solum, quod à substantia derivetur virtus accidenti; sed pariter à Deo derivatur virtus causæ secundæ: ergo pariter per hoc solum salvatur in Deo ratio causæ primæ: Confirmatur: Si salvatur, quod substantia sit principalis causa substantiæ per hoc solum, quod à substantia producente fluit accidentis, quod immediatè agit, sequitur, quod ignis v. g. causans calorem in aqua sit causa calefactionis, quam postea causabit iste calor in aqua existens; sed hoc est aperte absurdum: ergo. Patet maj. quia iste calor aquæ ab igne fluit, & causatur.

468 Respond. neg. maj. Ad probat. neg. maj. non enim per hoc solum, quod accidens fluit à substantia tamquam passio ejus, ipsa substantia dicitur causa principalis; sed quia ipsa influit medio accidente ipsum applicando, & movendo, quare ipsi coinfluir, & cum influentia accidentis conjungitur influentia substantiæ; si quando autem non influente substantia accidens in virtute ejus substantiam producit, sive naturaliter, ut in virtute seminis, sive supernaturaliter, ut in accidentibus Eucharisticis,

agit tunc per rationes semifinales ipsius substantiae; quare licet non formaliter, virtualiter ipsa substantia tunc influit. Quo patet ad confirmationem; neg. enim suppositum maj. quia non per hoc solum, quod accidens fluit a substantia, salvatur, quod ea sit causa principalis, sed quia influit formaliter, aut virtualiter cum ipso.

469 Arguit octavò Merlin. In materia virtus recipiendi non est aliquid entitati sua superadditum; similiter in accidente virtus producendi aliud accidens: ergo pariter in substantia virtus producendi aliam substantiam. Resp. quod virtus producendi aliam substantiam radicalis, & essentialis ipsa est substantia; quod si intendit, hanc virtutem immediate attingere productiōnem, tunc neg. conseq. materia enim non motu, & operatione exercet causalitatem suam; accidens vero, cum ejus perfectio non sic comparetur ad operacionem, sicut perfectio substantiz, potest illam immediate attingere: quia ergo diversa est ratio utriusque assumpti, non sequitur conseq.

470 Arguit nonò idem: Principium essendi, & operandi, licet formaliter different, sunt tamen idem realiter; sed in unoquoque principium essendi immediatum est ipsa substantialis forma: ergo & principium operandi. Patet

maj. quia idem est realiter essentia, & natura, & operari sequitur ad esse. Patet item min. quia esse ipsi essentiæ substanciali convenit immediate. Resp. primò in stando: Quia esse identificatur realiter essentiæ in sententia Scoti; operari autem realiter distinguuntur, & contingentiter convenit essentiæ existenti: ergo diversa est utriusque ratio. Rursus: Esse non formæ, sed totius est per se, & formaliter, operari autem, licet totius sit realiter, formaliter vero formæ convenit. Directè neg. conseq. quia enim formaliter differunt, diversa est utriusque ratio, & aliter ad esse, ac ad operari comparatur.

471 Arguitur decimò: Si substantia non operatur per se ipsam immediate, sequitur, non per se, sed per accidens esse operativam; sed hoc est inconveniens. ergo. Patet min. quia effectus producti aliquia est per se causa, neque ea potest esse accidens. Orientatur maj. Quia tunc virtus, & ratio formalis causandi est accidens; sed unumquodque causa est per virtutem causandis ergo. Resp. neg. maj. Ad prob. dicitur primò, quod ratio formalis, qua substantia constituitur operativa, ipsa est sua quidditas, quare per se ipsam operativa est; accidens autem non est virtus, qua est operativa, sed instrumentum, quo operatur. Dicitur secundò, quod æquivocat

in ly per accidens: ignis enim per se est calidus, imò nullum calidum adeo est per se tale, cùm sit primum calidus; & tamen non entitate sua, sed accidente superaddito calidus est: quòd ergo substantia non per quidditatem suam, sed per accidentalem virtutem operetur, arguit tantum, quòd non per se in primo modo perfectatis, poterit autem esse per se in quovis alio modo, quod sufficit, ut non sit per accidens.

472 Arguit undecimò Lalem. Sicut se habet accidens ad productionem accidentis, ita substantia ad productionem substantiae; sed accidens immediate contingit alterius accidentis productionem: ergo. Prob. major: quando unum non est posterioris conditionis, ac aliud, quod uniconceditur, non debet alteri degredi in proprio genere; sed substantia non est posterioris conditionis, ac accidens: ergo. Respond. primum instando: Sicut artifex ad opus artis se habet, ita instrumentum ad id, quod sibi convenit, nec posterioris conditionis est artifex, quam instrumentum: si ergo instrumento conceditur immediate attingere opus suum, id debet artifici concili; videmus autem, quòd non nisi medio instrumento opus suum exequitur.

Resp. secundò neg. maj. Ad prob. dicitur, quòd quantum ad actum primum, & continere

effectum non est posterioris conditionis accidente substantia, quare per se ipsam continet; at verò quantum ad actu producere posterioris conditionis est quodammodo, eo quòd perfectior ipsa est, quam accidens; quare operatio non ipsi immediate, sed medio accidente convenit: dicitur autem quodammodo, quia ista posterioritas est valde secundum quid; absolute autem neque accidens sine substantia, neque substantia sine accidente potest opus suum exequi; magis verò accidens à substantia, quam substantia ab accidente dependet, cùm accidens etiam ad propriam operationem sit movens motum, & applicatum à substantia; quare absolute inferius est, & posterioris conditionis.

473 Arguitur duodecimò: Angelus intelligit se ipsum per substantiam suam, & sine specie media; sed actus intelligendi effectus causatur ab objecto: ergo substantia Angeli per se ipsum immediate agit. Majorem docet expressè B. Doctor tract. de cognit. Angel. Min. praterquam quòd expressè constat ex illo P. Augustini: *Ab objecto, & potentia paritur notitia*, in nostris principiis manifesta est, probabimus siquidem in lib. de Anim. quòd intellectus mere passivè se habet ad actum intelligendi.

474 Resp. neg. min. Ad prob. ejus dicitur, quòd locum

S. Parentis in lib. de Anim. latè expendemus, interim causalitas, quam habet objectum in actum intelligendi, non propriè, sed reductivè tantùm effectiva est, nempe causa ad quā; non enim aliquā influentiā intelligitur objectum potentiam immutare; jam autem illa causalitate non negamus, passiones immediate fluere à natura, sed illa causalitas non est operari, de quo querimus. Nonnulla ad pleniorē hujus conclusionis intelligentiam articulo sequente attingantur de modo, quo applicatur, & elevatur instrumentum.

## ARTICULUS III.

*Quid sit instrumentum, & qualiter elevetur?*

475 **N**onnulla de instrumento dubitantur, quæ ab aliquibus latiori calamo tractantur; quia tamen nullius ferè sunt ponderis, breviter attingemus. Dubitatur primò, per quid constituantur instrumentum in ratione talis? Mirum sanè, quanta sit de re tantula sententiā varietas. Prima sententia docet, instrumentum constitui per hoc, quòd non sibi, sed alteri tribuatur effectus. Sed hæc non assignat, quid est instrumentum. Præterea: Sicut principalis causa

non talis est, quia sibi tributus effectus, imò è contra, sibi tribuitur effectus, quia aliquid habet, quo in ratione principalis cause constituitur, ita instrumentum non per hoc instrumentum est, quia non sibi effectus tribuitur, sed rationem instrumenti pro priori, & ex aliquo alio habet.

476 Secunda sententia in hoc ponit rationem instrumenti, quòd agit ut motum, cùm causa principalis non ut mota agat, sed ut movens, & applicans ipsum instrumentum. Hoc quidem verè dicitur, sed insufficienter; tūm, quia prius est in se ipso instrumentum esse, quām applicatione, & motione indigere; tūm, quia ignis ut motus, & applicatus à manu comburit, nec tam ut instrumentum. Quod autem contra hunc modum objicit Eliseus, quòd nempe creature non nisi ut motæ à Deo agunt, & tamen sunt principales causa, non tenet; patuit enim suprà, quòd creature ad Deum comparantur ut instrumenta.

477 Tertia sententia ponit instrumentum id esse, cui nulla formalitas respondet in effectu. Hæc item falsò, & insufficienter; falsò quidem, quia ostendimus infra, nihil posse ut instrumentum assumi, quin propriam habeat operationem, quæ ab agente principali assumatur; aliquid ergo sibi de se responderet,

In sufficienter item, quia prius est in se ita se habere, seu id habere, quo instrumentum est, quam instrumentaliter concurrere, & quod sibi ita, vel ita effectus respondeat.

478 Quarta sententia ex hoc defumit rationem instrumenti, quod ex duabus causis simul concurrentibus illa est instrumentalis, quæ imperfectior est in entitate sua. Hæc item insufficienter assignat, tūm, quia perfectio entitativa de materiali se habet, & solum attenditur virtus, & modus influendi; quare poterit instrumentum perfectius esse entitative principali causa; tūm, quia duabus causis partialiter concurrentibus nihil prohibet altem esse entitative imperfectio-  
nem, quæ non proinde erit instrumentum, siquidem est partialis causa.

479 Quinta sententia, quam post impugnatæ præcedentes, ponit Eliseus, tria requirit ad rationem instrumenti; primum, quod non propria virtute, sed per virtutem à principali agente derivatam influat; secundum, quod non secundum exigentiam, sed per non repugnantiam agat; causa enim principalis secundum exigentiam suæ virtutis operatur; tertium, quod agens principale illud est, quod agit ut mo-  
vens, seu ut principium, unde incipit motus, instrumentū vero agit ut motum, & applicatum,

Sed ista magis, quam alia, potest excludi: quantum ad pri-  
mum enim, non semper virtus instrumenti à principali agente derivatur, ut patet in serra, quæ instrumentum est fabri lignarii, non tamen ab ipso, sed à ferrario accipit dentaturam, qua instrumentum est. Quantum ad se-  
cundum item; si enim ipse in in-  
strumento requirit virtutem à  
principali agente derivatam, pa-  
tet, quod ad virtutem sequitur  
exigentia. Quantum ad tertium  
etiam; non enim est contra ra-  
tionem causæ principalis, quod  
ab ipsa non incipiat motus, seu  
quod agat mota, & applicata, si  
nempe propria virtute effectum  
continet, erit causa principalis,  
quamvis ab alio applicetur.

480 Sexta sententia est, quam ponit Spin. quæ duas con-  
ditiones requirit ad rationem in-  
strumenti; alteram, quod virtu-  
tem acceperit à principali causa;  
alteram, quod in bonum causæ  
principalis operetur. Hæc item  
quantum ad primam jam suprà  
ostensa est insufficient; serra  
enim non ab artifice, cùjus est  
instrumentum, virtutem accipit,  
qua instrumentum est. Quantum  
ad secundam item rejicitur; non  
enim, quia in bonum agit prin-  
cipalis agentis, instrumentum  
est, imò è contra, quia instru-  
mentum est, & sibi potest deser-  
vire, eo assumitur ab agente prin-  
cipali, & non sibi, sed ipsi prin-  
cipali.

cipali operatur.

481 Nobis itaque ex his, quæ habet B. Doctor quodl. 3. q. 1. in 2. dist. 1. part. 1. q. 2. art. 5. & iape alibi, dicendum, quòd sicut causa principalis in ratione talis constituitur per hoc, quòd talem habeat virtutem de se contentivam effectus, & quæ possit illum causare, ex quo sequitur, quòd tali modo insuit, & ita sibi correspondet effectus; ita instrumentum in ratione talis constituitur per hoc, quòd talem habeat virtutem, qua possit principali agenti deservire, quæ tamen de se, & sibi relicta sit ad effectum omnino insufficiens. Requiritur itaque, quòd aliquam de se virtutem habeat, seu, ut ait B. Doctor, quòd aliqua operatio sibi respondeat de se, & ut res quædam est; assumitur enim ut instrumentum ab agente principali, quatenus id, quod de se habet, per influentiam principalis agentis ad intentum ab eo opus dirigitur: si ergo nihil de se habet, omnino non poterit assumi.

Requiritur deinde, quòd illa virtus sit taliter insufficiens, nempe inferioris ordinis, & quæ ne partialiter quidem effectum contineat, aut possit ad illum; si enim aliquo modo effectum continet, licet partialiter tantum, & insufficienter, non elevatione indiget, & ultra propriam sphæram agit, quod est de ratione instrumenti: non ergo virtutem ac-

cipit ab agente principali, alioqui non posset ut instrumentum assumi, sed quod pertinet ad actum primum, & rationem, qua instrumentum est, in se habet permanentè, priusquam assumatur; si quid autem ab agente principali accipit, hoc pertinet ad actum secundum, & exercitium, quo assumitur; de quo infra.

482 Dubitatur secundò, quomodo elevetur instrumentum ad attingendum effectum principalis agentis? N. Villanova duas diltinguit elevationes; alteram, quam dicit subjectivam, quæ nempe instrumentum accipit id, ratione cuius aptum est assumi; alteram, qua exercite assumitur, & applicatur ad opus. Sed prior non est elevatio; prior enim ad id, quo aptum est assumi, non est instrumentum accipit itaque ferræ v. g. dentaturam, sed non eâ elevatur, prius enim, quam dentaturam habeat, nullius est instrumentum, & dentatorum instrumentum sit potens assumi, de quo queritur.

Prior sententia docet elevari per aliquid viale in ipso receptum, & derivatum ab agente principali, quod est mortio, seu impulsus. Ita N. Villanova, & videtur esse communis sensus. Secunda sententia, quam esse Thomistarum communem, ait Joannes de S. Thoma, docet, instrumentum separatum per il-

hod viale elevari , tēu fluidam qualitatem ; instrumentum verò conjunctum , ut calor , qui virtus ei instrumentalis ignis , per hoc solum elevatur , quod se ipso intransitive est virtus principalis agentis.

Sed in primis , ut suprà ad duximus num. 194. S. Thomas eodem modo philosophatur de agente applicante acumen cultelli ad scindendum , & de naturali causa applicante virtutem viam , & eodem tenore de utroque exemplificat : si ergo natura-licausa sine ulla qualitate viali virtutem suam applicat , & ele-  
vit , ut attingat productionem instantiæ , idem dici debet de  
mumento separato. Præterea:  
Nil transit ab uno in aliud sub-  
stanciam: non ergo potest illud via-  
lib agente derivari , & instru-  
mento imprimi. Rursus : Motio  
moventis in moto nihil est nisi  
motus , ut habet commune prin-  
cipium ex Philosopho in 3. Phy-  
sic. non ergo vialis illa qualitas.  
Insuper : Instrumentum conjunc-  
tum , seu virtus naturalis causæ  
permanenter , & per modum ac-  
tus primi habet , quod sit virtus;  
et quod elevetur , habet trans-  
fomer in ipso exercitio actus  
standi: non ergo per hoc eleva-  
tur , quod se ipsa intransitive est  
virtus principalis causæ.

483 Nobis dicendum , quod  
instrumentum sive conjunctum ,  
sive separatum per hoc elevatur ,

Tom. III.

quod influentia principalis agen-  
tis illi influentia , quam de se ha-  
bet instrumentum , conjungitur ,  
& ipsam dirigit ; tūm , quia nihil  
potest intelligi ab uno in alterum  
derivati , ut jam suprà patuit;  
tūm , quia fere ad sensum patet ,  
quod artifex ferram elevat , &  
ad intentum opus dirigit per  
hoc solum , quod manu illam ac-  
cipit , & ipso motu manus mo-  
vet; quavis enim qualitate seclusa  
eo quod conjunguntur , mo-  
tus manus motus est ferræ : simi-  
litèr in igne applicante calorem  
oportet intelligere , influentiam  
eius conjungi influentia caloris ,  
& quovis alio secluso , intelligi-  
tur calor moveri , & applicari.

484 In contrarium adducie  
N. Villanova locum B. D. in 2.  
dist. 14. q. 3. art. 2. §. Ad majo-  
rem , ubi ait , quod virtus prin-  
cipalis agentis habet esse in or-  
gano quasi in quodam transitu:  
Ut virtus artis habet esse in serra  
quasi in quodam transitu ; ubi vi-  
detur innuere impulsum illum ,  
seu transirentem , & vialem qua-  
litatem. Sed B. Doctor sapissi-  
me habet , quod agens principale  
non aliter elevat instrumen-  
tum , quam ipsum applicando , &  
ita expressè habet in eodem 2.  
dist. 1. part. 1. q. 2. art. 5. In-  
tendit itaque in loco adducto  
differentiam , quæ est inter instru-  
mentum conjunctum , & separa-  
tum , quod nempe instrumentum  
conjunctum , eo quod à natura

O.

ing.

insticuitur, permanenter habet id, quo est virtus principalis causæ, nempe rationes seminales; separatum autem veluti in transitu habet, nempe assumptione ipsa, & applicatione; de cetero autem exercita utriusque elevatio nihil est nisi influentia ipsa principalis agentis sibi conjuncta.

485 Dubitatur tertio: An virtus efficientis causæ sit propriæ instrumentum, puta, calor ignis ad producendam substantialem formam? Negat N. Manso h̄c num. 38. Dicendum tamen, quod vere, & propriæ habet rationem instrumenti: id passim habet B. Doctor, & ferè semper de instrumento exemplificat in calore ignis, ut loc. cit. 2. dist. 1. Ratione id patet: Quiditas enim instrumenti in hoc consistit, quod virtus ejus sit improportionata, & inferior, attingat autem effectum, quem non continet, in virtute alterius, à quo movetur, & applicator; sic autem se habere accidentalem virtutem respectu efficientis causæ, ex jam dictis patet.

486 Dabitur quartò: An accidentis sit causa principalis respectu eff. etiæ accidentalis, v. g. calor respectu calefactionis? Negant Conimbricenses quæst. 18. art. 3. & nonnulli alii. Motivum est: Quia unumquodque, sicut se habet ad esse, ita ad agere; sed agens nullo modo est principale

existens: ergo neque principale agens. Dicendum tamen affirmative cum B. Doctore theor. 43. & s̄pē alibi. Ratio est: Quia id est principale agens, quod propria virtute continet effectum, & cui ipsa actione intenditur assimilari passum; sed id totum habet accidentis respectu effectus accidentalis: ergo. Motivum in contrarium de facili solvit; tantum enim id dedit, quod habet commune principium, quod operari sequitur ad esse, seu quod actiones sunt supervisorum, quæ vera sunt in sensu reali, non autem in sensu formalis, nempe, non quod esse existentia sit ratio formalis operandi, sed quod prærequisitur, & quod operans est de necessitate singulare existens, quod non tollit, quin accidentis, sicut per & propria virtute continet effectum accidentalem, ita sit causa ejus per se, & principalis.

487 Tandem dubitatur quomodo accidentia substantiale formam inducant, quando non adest, & simili iofficit substantia ipsa? Casus coningit in generatione perfectorum animalium, quæ à omili, sive ex femine generantur; tunc enim non influente, vel eriam non existente substantia, quæ est principale agens, accidentia, quæ sunt in femine, transmutant materiam usque ad substantiam generationem; item si speciebus vi-

post consecrationem immisceatur aqua in minori quantitate, illa materia transmutatur, & amissa forma aquæ, formam vini acquirit, de quo agit B. Doctor theor. 48.

P. Suarez disp. 18. sect. 2. assert. 4. vult, influentiam substantię tunc suppleri per concursum alicujus causæ superioris, nempe per influentiam Cœli, vel concursum Dei; & hunc modum multi alii tenent. Hunc tamen modum rejicit B. Doctor loco citat, tūm, quia effectus particulatis in particularem causam debet refundi; tūm, quia nulla naturalis generatio, saltim perfectorum animalium, esset univagens enim principale, quod insiceret formam, subindeque quod esset generans, esset alterius speciei, nempe causa universalis; quo redit posicio formarum ab omnibus rejecta, quod sollet ad præsentiam dispositionum causa universalis inducere formam.

488 Dicendum ergo, quòd ipsa substantia, licet non formaliter, virtualiter in illis accidentibus existit, & ipsa virtualiter influit: quatenus enim illa accidentia propria sunt hujos substantiarum, & virtus naturalis ejus ratio seminalis, secundum quam hac substantia agit, & habet substantiam sibi materiam ad propriam formam transmutare, in illis accidentibus residet tam-

quam in proprio organo hujus substantie; quare, Deo disponente naturaliter, aut supernaturaliter separata à propria substantia illam habitudinem conservant, quæ est ratio seminalis ejus, virtute ejus operantur, & ipsa in illis virtualiter influit: hinc patet, quare calor in aqua existens, quantumcumque substantiam materiam calefaciat, etiam usque ad expulsionem propriæ formæ, non tamen formam ignis inducat, quia ibi non est secundum habitudinem, qua est virtus organica ignis, quare non agit secundum rationes seminales ejus.

Hinc tamen una quadam difficultas insurgit: Si enim in virtute substantiarum, & secundum rationes seminales ejus possunt accidentia transmutare ad substantiam formam, eodem sensu poterit substantialis forma ex quantitate educi: v. g. quando ex speciebus Eucharisticis generatur vermis, poterit ipsa quantitas ad formam vermis transmutari in virtute materia, & secundum rationes seminales ejus; neque enim major ratio est, ut virtus organica efficientis causæ conservetur cum tali habitudine, qua est virtus ejus, & virtute ejus habeat substantiam operationem, quam ut conservetur quantitas cum habitudine, quæ est ratio seminalis, secundum quam transmutatur materia, &

virtute ejus posset substantialiter transmutari. Jam autem omnes fatentur, quod oportet miraculosè creari materiam, ex qua forma vermis educatur, & nos ipsi ita diximus suprà: non ergo tenet hæc data doctrina.

489 In primis B. Doctor theor. 45. quo hanc versat difficultatem, docet nullum ibi intervenire miraculum, & generatio illa vermis omnino naturalis est: quod enim Deus materiam creat, non est miraculum, immo miraculū esset, quod non crearet: miraculo. se itaque operatur Deus, quando supra naturam operatur; quando autem secundum exigentiam naturæ, ut Author naturalis, & naturaliter operatur; jam autem in casu naturalis rerum ordo materiæ creationem exigit, quare ea est naturalis. Quod deinde ex illa materia in ipso instanti, quo creator, educatur forma, est etiam naturale: creator enim illa materia sub quantitate, & dispositionibus ad generationem; quod autem ex materia in instanti, quo est ultimò disposita, educatur forma, naturale est.

490 Deinde ad propositam difficultatem neg. sequela. Ad rationem ejus dicitur, quod diversa est ratio de quantitate respectu materiæ, & de virtute organica respectu efficientis: primum, quia quantitas non est virtus organica materiæ, nempe ea, quantum ad transmutari ulla in-

diget virtute organica; sed quantitas, & alia dispositiones conditiones sunt magis ab agente, quam à materia requisitæ: non ergo ratio seminalis, secundum quam transmutatur materia, in quantitate residet, aut potest quantitas in virtute materiæ transmutari. Secundò, quia ratio seminalis non est habilitas, ut materia transmutetur, ut enim disputatione præcedente diximus, ratio seminalis non requiritur in genere causæ materialis, & formalis, sed tantum in genere effectivo activi ad passivum, & è contra. Dato ergo, quod ratio seminalis, qua materia agenti subjicitur, conservaretur in quantitate, ea haberet agenti subjici, ad quod est illa ratio seminalis, non autem ad formam transmutari, quam non continet; hoc enim ad causalitatem materiale pertinet, ad quam nihil facit ratio seminalis.

## ARTICULUS IV.

*An aliquid possit agere in se ipsum?*

§. I.

*Relatis sententiis, nostra probatur.*

491 HÆc difficultas com. moniter disputatur in 7. Physic. sive etiam in 8.

qui:

quibus determinat Philosophus omne, quod moveatur, ab alio moveri; quia tamen in textu Philosophi multa sunt, quæ disputationem non habent, ordinem textus non sequimur; quare in presenti hanc, sicut & sequentem attingimus, quia ad conditiones efficientis causa utraque pertinet. Sensus itaque dubitationis est: An idem directe, & per se posset in se ipsum agere; indirecte enim, & movendo aliud, à quo vicissim moveatur, vel dubium, quia poterit aliquid in se ipsum agere. Prima intentio afñmat. Ita Scotus, & Discipuli apud Mastrum disp. 4. art. 2. Ex aliis Suarez disp. 18. sect. 7. Hurtad. Aver. ener item N. Arism. Secunda intentio negat. Hanc tenent communiter Thomistæ; tenet item Resolutus, quem sui sequuntur; eam ex instituto probat B. Doctor quodl. 5. q. 15. & 16. & s̄epe alibi, quam proinde omnes Nostrí tenent.

492 Dicendum itaque, quòd directe, & per se nihil potest in se ipsum agere. Prob. primò ex Philosopho, qui 7. & 8. Physic. late probat, quòd omne, quod moveatur, ab alio moveatur, ita quòd se moventia, seu quæ in se habent principium sui motū, oportet esse organica, & partes habere diverse rationis, & sic accipere partem, quæ moveatur, & quæ moveat: intendit autem in-

de deducere, quòd deveniendum est ad primum motorem non motum, quatenus in per se ordinatis repugnat processus in infinitū; quare standū est in aliquo, quod moveat, & à nullo alio moveatur, quem discutunt omnes apud probant: patet ergo, quòd non est ad propositū communis Scotistarum solutio, quòd nempe loquitur Philosophus de movente univoco; quare poterit ut movens equivocum aliquid se ipso moveare, & in se ipsum agere; tūm, quia nisi assumpta proposi-  
tio universaliter accipiatur, non deducitur intentum Philosophi;  
tūm, quia si intendit, ut nullus dubitat, deveniendum esse ad primum motorem, patet, quòd primus motor non est movens univocum, & ejusdem speciei-  
cum moto.

493 Probat. secundò ex P. Augustino lib. 2. de liber. Arbit. cap. 17. quo per totum hanc propositionem intendit, & late probat, sic itaque incipit: *Omnis enim res mutabilis, etiam formabilis sit, necesse est; sicut autem mutabile dicimus, quod mutari potest, ita formabile, quod formari potest, appellaverim; nulla autem res formare se ipsam potest, quia nulla res potest dare sibi, quod non habet, & utique, ut habeat formam, formatur aliquid.* Respondebat Mastrius, S. Parentem non accipere formati pro aliqua perfectione acciden-  
tali.

tali, sed pro natura, & quidditate; quare sensus est, quod nullares potest se ipsam producere. Hoc solutio-mera est tergiversatio, & quæ nulla indiget ratione rejici: in ipsis enim verbis S. Parentis sensus habetur aperte, nempe formabile dicit, quod potest formam suscipere, quare de re loquitur, quæ naturam habet, qua posset formari, & formam suscipere.

Deinde, non solum propositionem assertit, sed rationem adducit; quare sequitur: *Quapropter quilibet res, si quam habet formam, non ei opus est accipere, quod habet; si qua verò non habet formam, non potest à se accipere, quod non habet;* at de perfectione etiam accidentalí hæc ratio procedit, quam nempe non habet agens, sibi dare non potest, quam autem habet, non potest recipere. Hoc itaque est potissima hujus conclusionis ratio, quæ, ut vides, ex P. Augustino desumitur, nempe unumquodque agit, secundum quod est in actu per formam, secundum quam agit; quare oportet formam ipsam in actu habere, quam actione interdit communicare, & habere quidem aut perfectius, aut æquè perfecte, ac potest, communicare, quia nequit producere effectum se ipso nobilitatem; sed formam, quam habet in actu, nequit ulterius recipere eodem, aut inferiori mo-

do quam habet: non ergo potest in se ipsum agere.

494 Hinc communis Scotistarum solutio exclusa manet: respondet enim, quod unumquodque agit, secundum quod est in actu sive formalí, sive virtuali; agens univocum est in actu formalí, quare habet in actu formaliter formam, quam intendit communicare; agens verò æquivocum solum habet in actu virtuali, sicut patet in Sole calefaciente, qui non habet actu formaliter calorem: non ergo convenit, quod aliquid existat virtualiter det sibi formaliter formam, quam tantum virtualiter habet, sicut posset cuiuslibet alteri dare, & sic ageret in ipsum, sicut ageret in aliud subiectum.

495 Hoc in primis solutio directe intendit, quod S. Parentis inepte arguit, & insufficienter illo enim argumento, quod solutio dicit insufficiens, utitur S. Parentis. Deinde: Insufficiens solutionis jam ex dictis patet sufficit utique, quod agens æquivocum sit in actu virtuali, ita tamen quod præstantius sit quam habens formaliter ipsum actum, quod primò patet i exemplis arguentis, Sol nempe s habet virtualiter caliditatem, quod altioris est perfectionis ipsa formalí caliditate, quam causat; deinde ratione adducta, quia agens nobilis est, aut æquè no-

bile

bile effectu producto, nempe aequalē, si sit agens univocum; perfectius, si sit æquivocum, quia nequit effectum se perfectiorem causare; at nequit imperfectius recipere, quod perfectiori modo habet: et si ergo agens sit æquivocum, nequit in se ipsum age-re.

496 Prob. tertio alia ratione conclusio: Agentis ad passum est relatio realis prædicamentalis de secundo modo relativum; sed ejusdem ad se ipsum nequit esse relatio realis pædamentalis: ergo nequit idem ad se ipsum agere. Patet maj. quia relatio prædicamentalis de secundo modo fundatur in potentia effixa determinata per exercitium influendi, aut in potentia passiva determinata per exercitium passionem; quare ad influentiam de necessitate consequitur itaque relatio. Patet item min. quia relatio quidditative est ad alterum se habere.

497 Resp. Matrius in solut. ad 4. quod agens ut non habens formam distinguitur à se ipso, ut habet formam; quare bene potest ejusdem ad se ipsum esse relatio realis. Sed contra: Omnis non potest talis relatio accipi inter habens, & non habens formam; agens enim debet illam habere, ut agat; passum autem passionem illam acquirit, refertur vero ex passione; solum ergo potest accipi sensus, quem inten-

dit, inter habens virtualiter, & habens formaliter, ut nempe agens sit in actu virtuali, & reducat se ad actum formalem. Sed in primis virtualiter tale, & formaliter tale in eodem non possunt accipi secundum illam relativam oppositionem. Deinde: Quod est tale virtualiter, ita ut possit agere, prastantius est eo, quod est tale formaliter: non ergo poterit ipsū fieri formaliter tale, imperficeretur enim, & deteriorius fieret. Præterea: Oppositiō relativa est subjecti ad subiectum, sive ipsius fundamenti realis; sed in eodem directe, & per se, sive secundum eamdem partem non poterit accipi duplex fundamentum reale: ergo neque oppositio relativa ad ipsam.

## §.

## II.

## Solvuntur Argumenta.

498 **A**rguitur primò fundamento Scoti, quod sic proponit Matrius: Quodlibet contentum sub objecto alicujus potentiae est per se objectum illius factum secundarium, ut calefactivum per se primò respicit calefactibile in communī, secundariō autem quodlibet particulare calefactibile; sed potest aliquid actuum esse alicujus formæ, & similiter passivum illius

Illijs ejusdem formæ: ergo poterit se ipsum respicere ut aliquid particulare passibile à sua potentia activa. Probatur min. Multi suau effectus æquivocè producibilis à forma substantiali, vel accidentalí, ut est levitas in igne: ergo habens illam formam acti- van per se est levificativum; sed forma ista potest esse in aliquo levificabili, ut patet in ipso igne: ergo. Aliter hoc ipsum probat Martin. Quando agens est æquivo- cum, non habet in actu, & formaliter formam, quam potest inducere; sed poterit contingere, quod ad illam sit in potentia: ergo.

499 Hoc unicum est, quod directe militat contra conclusio- nem; reliqua enim indirecte pro- cedant, quatenus pertinet sibi quasdam difficultates solvi. Ad hoc autem lex jam dictis patet: neg. itaque min. Ad ejus primam prob. neg. suppositum anteced. quod nempe levitas in igne sit æquivoce producibilis, quare pariter neg. subsumpta. Itaque igni debetur levitas ut propria passio, quare ea non est æquivoce producibilis, neque ignis erit ab aliquo agente levificabilis, sed ad ipsam ejus naturam natu- rali necessitate consequitur levi- tas: quod ergo levificativum est, sive utcumque alicuius formæ communicativum, aut ipsam for- mam habet, aut naturam ipsâ nobiliorem; quare non poterit

talem formam ab aliquo agente suscipere. Quo patet ad secun- dam prob. agens enim æquivoco- cum nobilioris est naturæ; quare non potest formam in se recipere, quam in alio causat: levificat itaque, sive levitatem inducit ignis, & Sol; ignis autem univo- ce, & levitatem habens; Sol ve- rò æquivocè ut agens superioris naturæ: neutrum ergo est levifi- cabile, seu potens levitatem sus- cipere.

500 Arguitur secundò: Gra- via, & levia moventur ad cen- trum; sed motum in ipsis non est agens, quod causat præter ipsa; ergo se movent, & in se ipsa agunt. Prob. min. Grave clavo suspensum, hoc tantum, quod rumpatur funiculus, quo suspen- ditur, seclusa quacumque in- fluentia agentis extrinseci, loca- liter movetur, & tendit in cen- trum: tunc autem negari non po- test, quia hic sit motus de novo causatus; sed alionde præter ip- sum grave nihil est, à quo cau- setur: ergo ipsum grave per for- mam suam gravitatis se moveret, & in se ipsum agit.

501 Resp. primò, quod se- quitur grave perfectius esse, quām vivens, & magis se mo- vens; vivens enim eo organicum ponitur, ut secundum unam par- tem moveat, & secundum aliam moveatur; grave autem direc- secundum quamlibet partem se moveret, cū secundum quam-

libet habeat formam gravitatis.  
Resp. secundò directè neg. min.  
Ad prob. dicitur, quòd movens  
non intelligitur sine influentia,  
& activo conatu, quod est acti-  
vani mouere; grave autem nec  
intelligitur, nec intelligi potest  
indumentam habere in se ipsum;  
ponit enim ipse arguens, quòd  
tantum, & præcisè sublatione  
funiculi sequitur ille motus.

Itaque de moto gravium,  
& levium ex instituto agitur tūm  
disput. sequente, tūm in lib. de  
Anima, interim dicendū, quòd  
formæ gravitatis connaturaliter  
convenit esse deorsum, sicut le-  
vitatis esse sursum; & quia, qui  
dat formam, dat consequentia  
formam, illà cādem influen-  
tia, qua communicatur forma,  
communicatur exigentia effendi  
sibi loco, & ita esse, nisi ab ali-  
quo prohibeatur; quare grave  
nra proprium locum solum in-  
diget, quòd removeatur prohibi-  
tio, quo sublato, naturali seque-  
la secundūm exigentiam suam  
sequitur tendentia deorsum: si  
ergo aqua ab igne calefacta,  
quòd naturaliter exigit frigi-  
ditatem, per hoc solum, quòd  
moveatur ignis, calorem amittit,  
& frigiditatem recuperat; ne-  
que in hoc influentia aliqua in-  
tervenit, sed naturalis resultan-  
ta frigiditatis, ita grave per hoc  
solum, quòd removeatur impedi-  
ens, naturali sequela ad exi-  
gentiam formæ suæ tendit deor-  
sum.

sum; quare influentia, & aetivum  
movere tantum indirecte requi-  
ritur ad remotionem impedien-  
tis, directe autem à generante  
movetur, à quo formam acci-  
pit.

502 Arguitur tertio: Actio  
dividitur in immanentem, &  
transeuntem; sed immanens in  
hoc à transiente differt, quòd  
non in alio, sed in ipso agente  
recipitur: ergo actione immanen-  
te agens se ipsum movet, & in se  
agit. Patet min. ex ipsa quiddita-  
tate utriusque actionis; transiens  
enim eo talis dicitur, quia tran-  
sit in aliud, immanens verò, quia  
manet in principio, à quo egre-  
ditur. Confirmatur: Vita est mo-  
tus à se, & in se: ergo vivens mo-  
vet se ipsum.

503 Ad hoc item, tūm dis-  
put. seq. tūm in lib. de Anima  
dicitur ex instituto, interim neg.  
min. quidditativa enim distin-  
ctio immanentis à transiente, ut  
ibi ex ipso Philosophi textu pa-  
tebit, in hoc est, quòd transiens  
terminum ponit, quare propriæ  
est actio; immanens autem non  
ponit terminum, sed tantum at-  
tingit, quare impropriæ, & tan-  
tum grammaticaliter actio est;  
hoc est, significatur per modum  
actionis, & exercitii: manet ita-  
que actio immanens in ipso sub-  
iecto, quod denominatur agens,  
sed non proinde tale agit in se  
ipsum, neque aliquid in se ipso  
producit, sed terminum intra se

vitaliter attingit. Ad confirmationem ex dicendis in lib. de Anim. disting. antec. Est motus à se, & in se secundum eamdem partem, sive secundum eamdem potentiam, neg. antec. secundum diversam, conc. antec. Itaque ipsa anima per unam potentiam movet, per aliam movetur, ut in intelligendo movet per voluntatem, quæ intellectum applicat, & movetur per intellectum, qui objectum in specie representatum percipit; ex quo solùm sequitur, quod se moveat indirecte.

504 Arguitur quartò: Angelus movet se ipsum de loco ad locum: ergo agens potest se ipsum movere. Confirmatur: Non minus opponuntur cognoscens, & cognitum, amans, & amatum, quam movens, & motum, quia utrobius est oppositio relativa; sed idem potest se ipsum cognoscere, & amare: ergo & se ipsum movere. Secundò: Potentia ad actum suum movetur ab objecto; sed potest ipsa potentia esse sui ipsius objectum: ergo. Patet min. quia potest intellectus se ipsum cognoscere.

505 Resp. disting. anteced. Angelus movet se ipsum directe, & aliquid in se ipsum influendo, neg. antec. indirecte, & influendo in aliud, conc. antec. & neg. conseq. Itaque Angelus est, ubi operatur, quare se determinat ad essendum alicubi, quatenus

per voluntatem applicat virtutem suam ad operandum ibi: se ergo de loco ad locum movere non est aliud, quam velle hic, aut ibi operari, in quo nulla est influentia directe ad se ipsum. Ad primam confirmationem neg. maj. & ad rationem ejus dicitur, quod utrobius est oppositio relativa, sed inter cognoscens, & cognitum tantum secundum dici. Cognoscens itaque non movet, sed movetur; est enim cognoscere, percipere immutationem ab objecto causatam; cognitum autem movet, sed non propriè, & per influentiam aliquam, ad quam tantum sequitur relatio de secundo modo relativorum, sed movere tantum latè, & impropriè, tūm, quia motu intentionalī, tūm, quia in genere causa ad quam.

Ex quo ad secundam confirmationem primò disting. maj. Potentia movere ab objecto immediate, neg. maj. mediante specie, conc. maj. & tunc data min. neg. conseq. Non itaque potentia per se ipsam directe se ipsam movet, neque se ipsam per se ipsam cognoscit, sed per species aliorum, de quo suo loco; quare dato, quod sit sui ipsius objectum, non agit in se ipsum. Resp. secundo, quod objectum movere potentiam in genere cause ad quam, & non per influentiam, sed per quamdam relvantiam, ad modum neinpe, quo

ad præsentiam corporis opaci  
reluitat in speculo imago ipsius,  
ad præsentiam objecti potentia  
fit in actu, & reuitat in ea simili-  
tudo, quam potentia suo mo-  
do percipit: dato ergo, quod  
potentia se ipsam per se ipsam  
attingat, non agit in se ipsam  
neque ut percipiens, neque ut  
percepta; hoc autem latius ex-  
pendere pertinet ad libros de  
*Animæ*.

## ARTICULUS V.

*An agens possit agere in distans,  
quoniam attingat me.  
dium?*

§. I.

*Probatur communis sententia.*

506 **P**Artem affirmativam  
tenet Scotus, quam  
Scotistæ sequuntur apud Ma-  
tthiæ disp. 7. q. 4. art. 3. Com-  
munis tamen cæterorum senten-  
tiæ negat cum Philosopho: ea  
videm nulla potest efficaci ra-  
tione probari; quandoquidem  
enim nihil transit ab agente in  
passum, sed secundum rationes  
females, ad præsentiam utrius-  
que hoc agit, illud patitur, bene  
posset salvare, quod sine ulla me-  
diæ immutatione sequeretur im-  
mutatio passi. Quia tamen in re-

pure philosophica Philosophum  
Peripatetici sequuntur, quia  
item communem Doctorum au-  
thoritatem sequi præstat, quan-  
do nulla est manifesta ratio in  
contrarium, hanc cum B. Docto-  
re, & communi sequemur.

507 Dicendum itaque, quod  
agens non potest agere in dis-  
tans, quin agat in medium. Hanc  
expresse habet Philosophus in 7.  
Physic. à text. 9. & ibi Commen-  
tator, & N. B. D. quam item  
habet in 2. dist. 2. q. 2. art. 4. &  
dist. 14. q. 3. art. 2. Prob. pri-  
mò ex illo Actor. 17. *Quamvis  
non longe sit ab unoquoque nos-  
trum; in ipso enim vivimus, mor-  
emur, & sumus.* Ubi Aposto-  
lus Dei præsentiam ex operatio-  
ne deducit; ineptè autem pro-  
baret, si posset esse operatio in  
distans: supponit ergo ut per se  
notum, quod agens ibi est, ubi  
operatur, & consequenter, si in  
aliquid distans operatur, per me-  
dium continuatur operatio.

508 Huic probationi duo  
reponit Matriss; alterum, quod  
contra nos est textus: ait enim,  
quod non solum præsentiam Dei  
ex operatione deducit Aposto-  
lus, sed præsentiam intimam; at  
intimam præsentiam neque nos  
requirimus: plus ergo locus pro-  
bat, quam intendimus, & quia  
nimis probat, nihil probat. De-  
inde respondet directè, quod  
consequentialia Apostoli non est  
formalis, sed realis, sive in sensu

identico; quia nempe in Deo  
identificantur omnia attributa,  
quare operatio ipsa est immensitas;  
quare inferre ex operatione  
Dei ejus praesentiam, est inferre  
ex immensitate.

509 Sed utrumque de facili  
excluditur: primò quidem, quia  
sicut ex tali operatione talis de-  
ducitur praesentia, ita ex opera-  
tione ut sic praesentia ut sic deduc-  
itur: quia ergo Apostolus no-  
tum supponit, quod praesentia  
infertur ex operatione, ex inti-  
ma operatione deducit intimam  
praesentiam. Secundò item: De-  
ductit enim Apostolus Gentili-  
bus, qui Dei perfectionem, &  
identicatem illam inter attributa  
ignorabant: si ergo tantum tenet  
illa deductio in sensu identico,  
& quatenus operatio ipsa est im-  
mensitas, aut hanc identitatem  
debuit subsumere Apostolus,  
aut inepte arguit, & insufficien-  
ter; quare, ne hoc dicatur, di-  
cendum est, quod ex operatione  
in sensu formalí praesentiam de-  
ducit, & notum supponit, quod  
operatio præsentiam infert.

510 Probat. secundò ex P.  
Augustino de Genes. ad lit. lib.  
8. cap. 26. ubi ex eo, quod Deus  
omnia administrat, & in esse con-  
servat, deducit, Deum esse in re  
qualibet intimè magis, quam ip-  
sa sibi; quod item docet D. Am-  
brosius lib. 1. de Spirit. Sancto,  
D. Hilarius 8. de Trinit. D. An-  
selmus in Monol. cap. 21. qui

omnes sicut ex tali operatione  
talem præsentiam deducunt, ita  
notum supponunt, quod opera-  
tio præsentiam infert; quare ver-  
ba D. Anselmi haec sunt: *Sed quis*  
*aliquid sine Deo neque usquam,*  
*neque unquam est, necesse est il-*  
*lum esse ubique, & semper.*

511 Prob. tertio ex Philo-  
sopho 7. Physic. text. 9. ubi ita  
habet: *Primum autem movens*  
*non ut id, cuius causa, sed ut id,*  
*unde principium motus simùl cum*  
*eo est, quod movetur; simùl au-*  
*tem dico, quia nihil inter ipsa est;*  
*sensus est, quod principium mo-*  
*tus effectivum, quod est, unde*  
*motus incipit, simùl est cum eo,*  
*quod movetur, hoc est, nihil me-*  
*diat inter tale movens, & motu-*  
*quod latè inductione probat per*  
*singulas motus species usque ad*  
text. 14. & idem habet in exp-  
ositione hujus loci Commen-  
tor.

512 Resp. Mastrius, Philo-  
sophum nos debere intelligi de  
immediatione contactus mathe-  
matici universaliter, sed vel de  
mathematico, vel de physico.  
Sed textus ipse omnem exposi-  
tionem excludit; ait enim, non  
solum quod sunt simùl, quo con-  
tactus significatur universaliter,  
sed etiam addit, quod ita simùl,  
quod nihil mediat, quo omois  
tolitur ambiguitas. Deinde, in  
probando inducitivè proposicio-  
nem illam per singulas species  
motus ostendit corporalem con-

tacuti agentis ad passum, vel per se, vel per instrumentum: qui ergo voluerit oppositum tenere, fateatur, necesse est, nolle se Philosophum sequi.

513 Prob. quartò nonnullis conjecturis, quæ et si nō de necessitate cogant, sufficienter tamen conclusionem ostendunt viâ rationis: prima sumitur ex connectione istius universi corporalis in partibus ejus; videmus enim naturæ conatum ad vitandum vacuum, quo docemur, naturalem quamdam necessitatem habere corpora se mutuò tangendi; tunc ita corpora contiguitas non alio necessaria videtur, quam ut per unum in aliud fiat iatio. Secunda: Videmus enim, usam aliquam in aliqua distan-  
tia, ut ignis stupam accentuat aliquantò distantem; si tamen aliquod corpus solidum, & qui resistentia interponatur, illam non accedit: signum ergo est, quod per medium deferebatur influentia ignis. Tertia: Si nihil agit in medium, non impeditur uetus ejus à distantia, ea enim series intermedii interpositio de materiali se habet; at videmus à distantia impediri, & non nisi in tali determinata distantia agere: ergo idem. Alia mitto, tūm, quod conclusio magis authoritatis, quam ratione tenetur; tūm, quod ea patebit sufficienter solvendo, quæ adducuntur in contrarium.

## §. II.

## Solvuntur Argumenta.

514 **A**rguitur primò: Cœlum, & supercœlestia effectus suos causant in his inferioribus, quin aliquid in medio causent: ergo. Antecedens multis probat Mastrios: primò: Siquid operantur in medium, id motus est; per motum autem non possunt tam varii effectus induci, tūm, quia motus non est ratio agendi, sed solum conjugit agens passo; tūm deinde, quia motus semper adest, non autem semper causantur illi effectus. Secundò: Si dicatur à lumine causari, contra: quia lumen sicut solum est intentionalis forma reddens perspicuum, ita non habet effectum physicum inducere. Tertiò: Si dicatur, quod mediis influentiis à motu, & lumine diversis, neque ita esse potest; tūm, quia impossibile est intelligere aliquid fluere, & emitiri sive substantiale, sive accidentale; tūm, quia aut esset una qualitas, aut multiplex; & neque per unam qualitatem tot possunt causari effectus, neque tot possumus qualitates multiplicare, quot sunt effectus causati. Quartò: Effectus, quem causat influentia supercœlestium in medio, valde diversi

diversus est ab illo, quem causat in visceribus terræ; sed hoc ipso impertinens est omnino, & de materiali se habet ad effectum hinc inferius causatum: ergo immediate influentia supercoelestium causat in distans effectum suum.

515 Difficultatem hujus argumenti tangit, & late versat B. Doctor in 2. dist. 2. q. 2. art. 4. & dist. 14. q. 3. art. 2. dub. 1. & 2. Respondetur ex ipso neg. antec. Ad ejus probationes dicuntur, quod influentiam superioris per medium derivari non est aliquid ab ipso emitte, sed medio ut tamquam organo, seu instrumento; quare ait B. D. quod ista inferiora sunt organa supercoelestium; jam autem agens utitur organo suo non aliquid ipsi imprimendo, sed per hoc solum, quod conatum suum, & activum movete illi conjungit: deinde actus activorum sunt in paciente, & disposito; quare secundum diversam passi dispositionem diversa est operatio, & effectus ejusdem influentiarum, & eo Cœlum dicitur causa communis, quia virtus ejus ita est indifferens, quod in alio, & alio subiecto aliud, & aliud effectum habet: patet ergo, qualiter Cœlum per media corpora agit, nempe conjugendo influentiam suam influentiis elementorum; patet deinde, quid in medio operatur, nempe ipsum movere, & appli-

care, & influentiam ejus diversificare ex coniunctione influentia sua; patet insuper, qualiter hoc in medio causatum ad effectum conducit inferius causandum, quamvis diversum sit, quia ex diversa dispositione passi diversus effectus sequitur hinc, & ibi.

516 Arguitur secundò: In magnete videmus, tunc, quod ferrum distans, etiam interjecto aliquo corpore, secum movet, & ad se trahit; tunc, quod ad polum movetur, & ferrum ex contactu ipsius polum querit in quamcumque distantia, sicut patet in acu Nautica; sed hinc nullus talis effectus, aut influentia aliqua reperitur in medio: ergo immediate agit in paucum distans. Resp. neg. min. quidquid enim sit id, quo ferrum sic movet, & talem in eo effectum causat, de quo postea, quod hinc talis effectus non reperiatur in medio, non arguit, quod non per medium deferatur influentia ejus, quia, ut dictum est, actus activorum sunt in paciente, & disposito; & quia illa dispositio, secundum quam ferrum recipit magnetis influentiam, non reperitur in medio, alius est hinc, & ibi effectus, nec in hoc aliquid est speciale; videntur enim, quod ignis in stuprante distante formam ignis inducit, non autem in aere intermedio, & idem in multis aliis patet frequentissime.

517 De mirabili itaque, & pro-

prostus occulta vi magnētis multum differunt Antiqui, & Moderni, neque ullus hucusque eam liquidō ostendit; hoc enim unum est de multis, quæ Naturæ Author magis voluit nos admirari, quam nosse; itaque exercitii gratiā modos dicendi adducemns, & proprium B. Doctoris adjungemus, qui magis appetet vero similiſ. Prīmō itaque Thales apud Philosophum in t. de Anima voluit, lapidem illum esse animatum, & attractionem illam cauare in ferro, ei videlicet vitam communicando, qua motum illum quasi vitalem possit habere. Sed hæc positio, præterquam quod vitam lapidi voluntarie, sine ulla ratione adscribit, magnem relinquit difficultatem, non modò nempe, aut qua ratio posset lapis vitam ferro immitiri, & facere ipsum vivere, vitalem motum habere.

Secundō Alex. lib. 2. qq. natural. cap. 3. docet, hanc attractionem à magnēte fieri velut sine, ponit nempe in ferro inquit à natura propensionem illum lapidem tamquam ad suum. Sed primō moventur à fine tantum cognoscens, quia finis movet mediā apprehensione. Secundō, motio finis non est localis tractio, sed allidentia. Tertiō, naturalis propensio ex quacumque distantia moveret, sicut patet in gravi, & levī; sed ferrum non ex quacum-

que distantia à magnēte trahitur: ergo non per naturalem propensionem. Tertiō Albert. Magnus, quem multi sequuntur, docet, magnētem non ut finem, sed ut efficientem ferrum attrahere; sed hæc efficiens non facile explicatur, quare multiplex est dicendi modus.

Primus ad sympathiam recurrat, quæ nihil est aliud, quam quidam naturæ consensus, vi cuius ferrum magnētis conjunctionem ambit. Sed præterquam quod voluntaric adstruitur hæc sympathia, ex illo consensu non magis ferrum ad magnētem, quam magnes ad ferrum deberet moveri. Secundus modus, clique inter Peripateticos frequentior, ponit à magnēte emitti incognitam quādam qualitatem, quam proinde dicunt occultam, & attractivam, & eā ferrum trahiatur. Sed quamvis ad occultum quid, & prostus ignotum necesse sit recurrere, iste tamen modus parum est philosophicus: primō, quia illa emissio qualitatis à subjecto in subjectum prostus repugnat. Secundō, quia qualitas attractiva mera verba sunt; deinde formā impressā non trahebatur ferrum, sed tenderet sicut leve sursum, & grave deorsum. Præterea, semel accepta illa qualitate, ex quacumque distantia traheretur, sicut semel habita gravitate, ex quacumque distantia grave tendit deorsum.

Quare

Quare tertius dicendi modus, quem tenent Moderni Atomistæ, irritet primò recursum ad occultam qualitatem, quam proinde dicit inane ignorantie confugium; docet deinde, à magnaè quo dām emitti effluvios tenuiorum corpusculorum, quæ, quia sunt de materia prima elementi, cui primò convenit motus, habent terrum movere, & eorum impressione ad magnètem tendit. Sed in primis iste modus incurrit id ipsum, quod irritet; recurrat enim ad occultum quid, & ignotum, nempe occultum pariter est, quæ sunt, & qualia illa corpuscula. Deinde majoribus subjacet difficultatibus, quām quivis alius: primò: Continua emissio corpusculorum sensim imminuit quantitatem corporis, à quo emittuntur, cùm pars substantiæ illa emissione detrahatur; non autem quantitate minuitur magnes ex quantacumque ferri attractione. Secundò: Corpuscula prima elementi motum, qui ipsis convenit, de necessitate impertinentur cuicunque imprimantur corpori; quare non magis magnes attraheret ferrum, quām lapidem, aut quodvis aliud corpus. Tertiò: Corpuscula illa motum habent impetriri corpori, cui imprimuntur, non tamen præcissè tractionis; quare explicandum relinquitur, unde, aut ex quo ferrum habet magis tractione,

quām pulsione moveri. Aliam mīto, quoniam ex his satis patet insufficientia hujus modi.

518 In re itaque proorsus ignota, & cuius quædam tantum potest afferri conjectura, modus B. Doctoris hic est in 7. Physic. lect. 4. qua de divisione motū in pulsionem, & tractionem determinat, dub. 3. de hoc querit, & primò docet, motum ferris ad magnètem non esse patè localem, non quod ferrum non moveatur localiter, hoc enim ad sensum patet, sed quod causaltas magnètis alterativa est, & quod hujusmodi motus non est locati ad locum, ex triplici signo colligit: primò, in tali motuquiritur quantitas mobilis; non enim quantumcumque ferrum in quantocumque magnète trahitur; quod si ad locum moveretur, quod majus esset ferrum, magis moveretur. Secundò: Non in quacumque distantia ferrum vadit ad magnètem; si autem tenderet ad locum suum, facta sibi impressione, à quacumque distantia tenderet. Tertiò: Si magnes angatur allii succo, aut hincino sanguine, non trahit ferrum; si autem ad locum esset illus motus, cùm per hoc non mutetur magnètis natura, etiam se tenderet.

Hæc indicant, quædam alterationem in ferro causatæ magnètis, quam sic explicat: Imaginabimur, quod in ferro ei in comple-

completa; & veluti imperfecta quedam perfectio, quæ completa est in magnete; deinde unumquodque recipit influentiam aeternis secundum modum, & dispositionem naturæ suæ: hinc ergo illa magnetics influenza, quia in ferro tantum hanc talem dispositionem invenit, in ferro tantum hanc causat alterationem, ad quam motus ille sequitur; quare sicut Sol elevat vapores, quatenus alterando causat levitatem, qua sursum tendunt, ita magnes alterando causat in ferro tale mutantem esse, quo ad ipsum fatur. Quidquid autem id sit, quo feruum movetur, ad difficultatem argumenti, cuius causa haec sicut sunt, jam patuit, quod non poterit, non operari per medium, ex quo in medio non causatur illa tractio, quia diversa est natura, & dispositio medii.

§. 2 Arguitur tertio de fas-

cinatione: Fascinantes enim à longe, & nullo contactu, sed aspectu solo insciunt: ergo operantur in distans. Huic additur, quod de Basilisco asserunt Naturalistæ, quod nempe solo aspectu intersicit. Item, quod dicitur de pisces quodam, qui ab effectu dicatur Torpedo, quod nempe haemo captus, vel rete manum piscatoris sic afficit, quod torporem causat, quo rete, vel calatum cogitur abjecere.

§. 20 Ad hoc eadem solutione præcedentis neg. conseq. in his enim per medium defertur influentia; quia tamen diversa est dispositio in medio, non idem ibi experitur effectus. Idem dicitur ad multa alia, quæ hujus generis obiciuntur, quare in iugis sigillatim expendendis superfluum est tempus haberi.



# QUÆSTIO SEPTIMA DE CAUSA FINALI.

## ARTICULUS. I.

*Quid sit, & quotuplex finis?*

521 DE Fine agit B. Doctor in 2. dist. 1. part. 2. q. 1. per totam, & dist. 38. q. 2. art. 1. duabus dubit. later. Ex quo quantum ad primum notandum, quod non est idem finis, & causa finalis: finem enim habere omni agenti convenit; moveri autem à fine, quo exercetur causalitas ejus, solis convenit cognoscentibus: finis itaque est, quod agens intendit, quare constituitur in ratione talis per terminare tendentiam agentis; finalis causa est id, quod alliciendo movet, quare constituitur per habere virtutem sic movendi, & ejus causalitas est sic movere; de quibus in sequentibus.

522 Quantum ad secundum dividitur primò finis in finem cui, & cuius gratia: finis cuius gratia est id, quod intenditur, si-

ve ipsa bonitas, à qua movetur agens; finis autem cui est subiectum, cui ipsa bonitas desideratur, & intenditur: v. g. Medicina intendit sanitatem ægro: finis eius gratia Medicus agentis est ipsa sanitas; finis autem cui est homo, cui sanitas intenditur. Hanc divisionem habet Philosopher 2. de Anim. text. 37. Dividitur secundò in formalem, & objectivum, seu in finem qui, & quo: finis qui, seu objectivus, quod intenditur; finis quo, formalis est ipsa assecutio: v. g. Deus est finis noster objectivus, seu qui; ipsa autem Dei visio, seu fruitio est finis quo, & formalis; intendimus enim Deum vivere, & eo frui, sive Dei visionem, & fruitionem.

Dividitur tertio in finem forma, & finem usus, ut habet Philosophus 2. Physic. text. 23, seu ut habet 1. Eth. cap. 1. in finem operis, & operantis; utrumque enim pro eodem accipit B. Doctor ubi supra dist. 1. q. 1. art. 2. §. Propter argumenta: finis operis, ut ibi habet B. Do-

ctor,

et, ipsa est forma, seu perfectio operati, ideo dicitur finis forma, ut in ædificatore finis operis est domus, & ejus perfectio finis verò operantis est commodum, sive utilitas, quæ ex ipso opere intenditur, ideo dicitur finis *usus*; ad hoc enim ædificator intendit domum, ut eâ uatur; & quia hic finis commodum est ipsius agentis, dicitur finis operantis; notat autem ibi B. Doctor, quod principalior est finis *usus*; tunc, quia magis mouet tunc, quia finis *forma* ordinatur ad finem *usus*, & propter illum intenditur.

Dividitur quartò in finem ultimum, seu remotum, & proximum, sive intermedium: finis ultimus dicitur, quod sic determinat, & ita propter ipsum est ratio, ut non ulterius ordinetur aliud; finis verò proximus, si intermedium est, quod sic terminat, ut ulterius ad alium finem dirigatur intentio agentis: v. g. finis *forma* erit proximus, sive intermedium, quia ad ultum ordinatur, & propter usum *forma* intenditur; finis verò *usus* est ultimus, quia in illo silit intentio agentis. Mitto alias divisiones, que nullius sunt utilitatis; vide, si placet, apud Suarium disput.

523 Circa primam divisionem dubitator: Uter ex illis finibus sit propriè causa finalis? Nominales communiter citantur,

quod velint, finem cui propriè exercere rationem causæ, non verò finem *cujus gratia*. Motivum est, quod causa finalis est propriè, quæ propter se intenditur; sed propter se intenditur finis cui, non autem *cujus gratia*: ergo. Patet min. quia in fine *cui* silit intentio, finis autem *cujus gratia* non propter se queritur, sed propter subjectum, cui intenditur bonitas. Per oppositum Vazquez in 1. 2. disp. 2. quem sequitur Salas, tenet, finem *cujus gratia* esse propriè finalē causam, non verò finem *cui*. Motivum est, quia, si finis *cui* esset propriè finalis causa, magis homo esset causa beatitudinis, quam è contra; patet enim, quod homo est finis, *cui* beatitudo intenditur. Deinde, finis *cui* comparatur ut subjectum ad finem *cujus gratia*: ergo magis propriè ipse finis *cujus gratia* erit causa finalis, siquidem se habet ut forma, & perfectio in illo genere. Præterea, Philosophus hic text. 24. ait, hominem esse finem omnium quodammodo; sed est finis *cui*: ergo non propriè, sed secundum quid, & quodammodo habet finis *cui* rationem causæ.

524 Dicendum tamen cum communi, neutrum per se, & seorsim habere rationem causæ, sed ex utroque compleri causam finalē. Ratio prima est, quia causa finalis non eo habet rationem causæ, quia terminat inten-

tionem, sed quia movet, seu nata est movere; in hoc enim causalitas finis exercetur; sed non movet ipsa bonitas, nisi ut assequatur, neque assequenda intelligitur, nisi alicui subjecto: similiter ipsum subjectum secundum se, & seorsim non movet finaliter, sed ratione bonitatis, quæ ipsi intenditur; si enim secundum se, & seorsim movet, non finis cui, sed cuius gratia erit: relinquitur ergo secundum, quod nempe ex utroque adsequatur ratio finalis causæ, altero se habente veluti materiali ratione, altero veluti formalis.

525 Quo patet ad motiva priusque opinionis; utraq[ue] enim rationem finis considerat, non verò finalis causæ: ad motivum primum neg. maj. non enim finalis causa ex eo est, quia terminat intentionem, sed quia movet; & quamvis finis cui ultimò terminet, non tamen movet. Ad primum alterius opinionis, id solum probat, quod finis cui per se, & seorsim non habet rationem causæ; ex hoc tamen non sequitur, quod finis cuius gratia se solo moveat, seu sit finalis causæ. Itaque in alio, & alio sensu beatitudo est finis hominis, & homo est finis beatitudinis, nempe homo est finis cui, beatitudo finis cuius gratia: causa autem finalis ipsa est beatitudo, non absolute, & secundum se, sed ut homini assequenda. Ad secun-

dam, se habet utique finis cuius gratia per modum formæ, sed hoc ipso non aliter movet, quam in ordine ad subjectum, cui forma est. Ad tertium ait Philosophus, quod homo est omnium finis quodammodo, non autem, quod est finalis causa: quia ergo quodammodo finis est, nempe subjectum, cui cetera ordinantur, cetera omnia non absolute movent, sed ut ordinata ad hominis commodum tamquam ad finem cui.

526 Circa quartam divisionem dubitatur item: An finis proximus, sive intermedius habeat propriæ rationem finalis causæ? Negat Vazquez in t. p. disp. 82. Motivum est ipsa definitio finalis causæ; est enim, cuius gratiâ cetera sunt; quare libi repugnat ad alterum ordinari, alii qui non propter illam, sed propter illud alterum agens agit; sed finis intermedius ex proprietate sua ad alterum ordinatur: ergo. Confirmatur: Medium ut tale non habet propriam bonitatem aliam à bonitate finis, ut omnes supponunt, & suo loco latius explicabitur: ergo medium ut tale nullam habet causalitatem finali distinctam à causalitate finis; sed finis intermedius eo talis dicitur, quia ad alterum ordinatur, & est medium respectu illius; ergo non habet propriam rationem causæ finalis.

527 Nihilominus communis

lenten-

sententia affirmat. Pro' cujus intelligentia nota , quòd id , quod ad alterum ordinatur , deobus modis potest considerari ; altero præcisè secundùm ordinem conducentiæ ad alterum ; altero secundùm se , & in propria ratione sua : priori quidem modo non habet aliam appetibilitatem , quam illius , ad quod conductit , scilicet tantum , & præcisè accipit intellectus ordinem conducentiæ ad alterum ; posteriori autem modo bonitatem potest , & appetibilitatem in se habere , quæ tamen sit ad alterum ultetiùs ordinabilis. Hoc itaque secundo modo est finis proximus , sive intermedius ; priori autem nullo modo finis , sed tantum medium & finem , quod causalitatem non habet , sed est veluti instrumentum patet ergo , quòd finis proximus , sive intermedius aliquam habet causalitatem , licet non plenam , & absolutam.

528 Per hoc patet ad motiva in contrarium : ad rationem dicitur primò , quòd illa definitio finem explicat , ut finis est , non verò ut est causa , nempe terminare tendentiam , non autem moveare. Dicitur secundò , quòd propter quod , seu cuius gratia , strictè loquendo , solum mihi ultimo convenit , eo quòd intermedius non absolute intenditur propter se , sed ad alterum habet ordinari ; sicut autem hoc non tollit , quin in se aliquam

habeat appetibilitatem , qua moveat , & quam agens ad alterum finem ordinet ; ita neque tollit , quin agens hunc talem finem aliquo modo intendat , & propter ipsum aliquo modo operetur ; quare prius propriè etit propter quod , & finis , propriè tamen rationem finis habebit , & propter ipsum erit operatio. Ad confirmationem patet ex dictis numeris preced . neg. itaque subsumpta non enim idem est formaliter medium , & finis intermedius ; & quamvis medium ut tale non habeat propriam appetibilitatem , & de se movere , habet tamen finis intermedius.

## ARTICULUS II.

*Quænam sit causalitas finalis cause?*

529 N qualibet causa prior est virtus , & formalis ratio , qua causa est , quam causalitas ; cogimur autem ordinem invertere , quia explicata prius causalitate , clarius expedientur dicenda de ratione formalis finalizandi. N. Manso q. 12. §. 2. quarit : An finis moveat efficienter ? Pro resolutione præmittit definitionem Tridentini lss. 6. quòd libertum arbitrium non se habet mere passivè ; ex quo supponit de mente omnium , quòd voluntate

voluntas ad actum volendi se habet active, & efficienter elicit ipsum actum; quo supposito, querit: An actus sit efficienter ab objecto? Et late probat sententiam affirmativam, quæ est plurimum Thomistarum.

Sed in primis de illo supposito satis dictum est num. 231. ubi rectum Concilii expendimus, & patuit, quod de voluntate loquitur, ut est liberum arbitrium; ex quo nihil sequitur quantum ad actum volendi, & quandoquidem ipse citat B. Doctorem in 2. dist. 25. ibi potuit videre sententiam ejus, quod voluntas, quantum ad actum volendi, se habet passivè, ut latius explicabimus in lib. de Anima. Deinde ad dubitationem, quam ipse instituit, nihil refert illud suppositum, neque congruè poterit explicari, quomodo idem actus in eodem genere efficientis causæ seorsim sit totaliter ab objecto, & totaliter à potentia. Insuper, ponit quidem B. Doctor, quod actus ab objecto causatur, sed in primis illa causalitas non est efficientia, sed resultantia quædam, & causalitas causæ ad quædam, quæ inpropriè, & reducitive tantum ad efficientiam pertinet; deinde, id non est speciale in finali causa, sed cuique objecto convenit; quare non ad causalitatem finis, de qua queritur, id pertinet.

530 Ad propositum itaque

prima sententia esse poterit, quam tenet N. Gavardi, neque omnino rejicit Manso, quod nempe causalitas finis constituit in eo, quod causat in voluntate impulsus quedam, seu qualitatem, quæ est actus primus volendi, quo voluntas facta in actu se movet, & procedit ad actum secundum volendi; pro qua item multi citantur Thomistæ. Hanc N. Manso confirmat ex B. Doctor in 2. Physic. lect. 11. dub. 2. in resolutione, ubi sic ait: *Dicendum, quod finis videtur comparari ad efficiens, sicut forma ad materiam; sicut enim materia de se quid indeterminatum dicit, determinatur autem per formam, sic efficiens determinatur per finem.*

Sed in primis ex hoc loco non deducitur intenta sententia; et si enim ibi habeatur, quod efficiens determinatur à fine, non autem habetur impulsus ille, seu qualitas causata in voluntate. Deinde, impulsus ille, eo dato, pertinet ad rationem objecti, & communiter in quacumque potentia ab objecto causatur actus primus, quo potentia movetur: relinquitur ergo intacta difficultas, de qua queritur, quomodo nempe illa qualitate causata allicitur voluntas: sæpe itaque doctrinam illam habet B. Doctor, quod notes velim propter argumentum, quod inde posset desummi; sensus tamen ejus est, quod voluntate

voluntas dupliſi modo movetur, ſempre motu ad formam, & ad finem: v. g. ſicut grave & moveatur ad formam gravitatis, & eā voluntas movetur ad finem, ſic voluntas movetur ad formam, nemadī ad actum primum, & eo acquisito, ſive facta in actu moveatur ad finem: quæritur ergo, in quo conſtituit causalitas, qua ſic movetur; de quo nihil habet ſententia illa.

331 Secunda ſententia eſt, quam tenet N. Villanova, & Thomistæ, docet, quod ſicut causalitas efficientis eſt fieri, in actio, ita causalitas finis eſt ſum trahi efficientis cauſæ; utre ipſa actio, quæ prout abiente eſt causalitas efficientis ea, prout a fine allicitur, eſt causalitas cauſæ finalis. Hanc N. Villanova deducit ex loco B. D. m. præced. adducto. N. Mansuetum confirmat ratione indeducta: finis determinat efficientem cauſam, ſicut forma materialis; ſed forma determinat materialiam per ſolam unionem, & de aliquo ipſi impresso: ergo, quondam: Tractio voluntatis ſequitur ad formam apprehensam, aut tendentia in gravi ad gravitatem ipſi impressam; ſed ut grave inclinatur, nihil datur diſtinctum a forma gravitatis: ergo.

Tertiō: Ad actualem inclinationem appetitus in finem ſuficit, quod finis imprimat appeti-

tenti similitudinem ſuam; ſed hanc imprimat uniendo voluntati formam apprehensam: ergo in hac ſola unione conſtituit causalitas finis. Quartō: Inclinatio voluntatis ex P. Augustino eſt pondus ipſius; ſed hoc pondus intelligitur præcissa apprehensione bonitatis: ergo. Major conſtat ex illo S. Parentis: *Amor meus pondus meum, illo feror, quocumque feror.* Minor item patet; ex eo enim, quod bonitas apprehenditur, movetur voluntas ad habendum in re bonitatem, quam habet in apprehensione.

Hæc ſententia neque ſufficienter ex probationibus deducitur, neque in ſe ipſa ſufficienter explicat causalitatem finalis cauſæ: primum cuique patet; ſolum enim probationes deducunt, quod non eſt accipere realitatem aliquam efficienti impressam, ſicut ponit prior ſententia; non autem ex hoc ſequitur, quod causalitas finis ſit ipsum exercitium efficientis prout a fine. Secundum ex ipſo exemplo, quod conſumit, potest ostendi: causalitas enim efficientis influentia eſt, & conatus, quo intelligitur dare eſſe effectui, & ſine quo non intelligitur illud fieri; vere enim mutatum eſſe, quod materia conſequitur, intelligitur eſſe a forma, & ab ea participari; non autem eſt actio, aut fieri prout a forma, non alio, niſi quia ex parte forma non intelligitur influentia

tia illa: similiter passiones à natura originantur; non autem ibi accipitur actio, aut fieri, quia non accipitur intentionis.

Sicut itaque in efficiente activè, & ex parte causæ accipimus causalitatem, illam nempe intentionem, cui correspondet moveri in passo, quod est fieri, & actio; ita queritor in causa finali, quid est active, & ex parte ipsius ejus causalitas, cui correspondet illud moveri, & allici. Præterea, aliud est allici, & ex hac allicatione determinari ad agendum, aliud vero agere: ergo dato, quod causalitas finalis causæ sufficienter explicetur passive per ipsum moveri efficientis, non in ipsa actione consistit prout à fine, sed in allicatione, quæ est pro priori ad actionem. Infuper: Licet omne agens propter finem agat, moveri à fine, seu allicit tantum convenient appetitui: ergo idem.

532 Dicendum itaque, quod causalitas finis formaliter, & propriè nihil est aliud, quam ipsam bonitatem apprehensione propositam exercitè placere, seu quod idem est, allicere appetitum; per hoc enim ipsum exercite determinat, & movet ad executionem. Requiritur itaque impressio facta à fine, quam ponit prima sententia, sed ea presuppositivè se habet, & pertinet ad actum primum: requiritur item apprehensio, veluti conditio ap-

plicans bonitatem; quæ movet ex hoc autem, quod bonitas sic proposita placeat, allicitur appetitus, & movetur agens. Hoc amplius constabit ex dicendis articulo sequente; latius autem probare non est hujus loci, pertinet enim ad lib. de Anima.

533 Ad motiva autem utriusque opinionis dicendum: ad primum quidem, quod locus B. D. tantum intendit ordinem, quem causæ servant inter se; & quia finis est prima causatum, sicut materia est ultima, eo quod primum perfectibile, & fundamentalis naturæ, finis determinat efficientem, efficiens formam, & formam materiam; inde tamen nihil ad causalitatem. Quo ad rationem N. Maeso: priùm, si earet, sequitur, quod causalitas efficientis nihil est præter ejus applicationem: sicut enim forma materiam determinat, ita efficiens determinat formam; sed, ut ipse subsumit, causalitas formalis nihil est præter unionem: ergo idem de efficiente. Deinde: Forma sic determinat materiam, quod effectum ei communicat: si ergo paritas inde ad finalem causam sumitur, cogimur ei effectum concedere distinctum ab allicatione, & motione voluntatis. Patet itaque, quod ex illo ordine causatum non potest paritas fieri ad causalitatem.

Eodem modo dicitur ad secundum; sequitur quidem tristitia voluntatis.

voluntatis ad bonitatem apprehensam , sicut descensus ad gravitatem ; sed non eodem modo : illam ergo paritatem ad hoc affinit B. Doctor , quod sicut in gravi accipimus motum ad formam , quo nempe acquirit gravitatem , & deinde descensem , qui ad hanc gravitatem sequitur ; ita in voluntate debemus accipere motum ad formam , quo nempe per apprehensionem sibi proponitur , & suo modo unitor bonitus , & deinde motum ad finem , tractionem , quæ ex illa omissione bonitatis sequitur ; de tertio autem non sicut descensus naturali necessitate consequitur gravitatem , ita tractionem bonitatis , sed allicet appetitus ab ipsa bonitate induita per apprehensionem magis , aut minus , secundum quod unagis , aut minus placet .

Ad tertium neg. maj. postquam enim finis imprimis similitudinem suam , & ea per apprehensionem ostenditur voluntati , movetur , aut non movetur voluntas , secundum quod illa bona sibi placet , aut non placet . Aliquartum dicitur primo , quod non finis ipse , sed amor , seu inclinatio , qua ab illo movetur voluntas , est pondus ipsius juxta S. Parentem . Deinde neg. min. non enim apprehensione formaliter , sed causaliter tantum habetur illud pondus : ex quo itaque apprehensione ostenditur bonitas ,

sequitur voluntatem allici , modi veri , seu inclinari , & hæc inclinatio est pondus , quo fertur ad executionem .

## ARTICULUS III.

*Quenam sit ratio formalis finalizandi?*

§. I.

*Relatis sententiis , nostra probatur.*

544 **P**rima sententia asserta est , esse rationem communem ad bonum , & malum , ita quod etiam malum tubratione mali possit movere , & finalizare voluntatem . Pro hac citantur Nominales , & solit etiam tribui Scoto , & aliquibus Scotistis , de quo RR. Scotista queruntur ; mens enim Scotilongæ alia est : docet itaque , quod sicut viso corvo , potest intellectus albedinem aliunde apprehensam illi attribuere ; ita potest voluntas proposito objecto sub praecissa ratione mali bonitatem aliunde acceptam illi attribuere , & illud ratione hujos bonitatis amare ; quæ proinde dicitur bonitas præfixa , sive prælata , quia cum illam non habeat objectum , voluntas sibi præfixit .

Sed priori sensu hæc sententia

tentia ab omnibus rejicitur tamquam rationi, & experientiæ ipsi repugnans: ut enim ex D. Dionysio communiter circumfertur, nemo intendens in malum operatur; & videmus appetitum non moveri nisi ad aliquid sibi congruum, & conveniens: oportet enim sibi placere id, à quo movetur; quod autem malum ut tale placeat, seu, quod idem est, congruat, est aperta contradic-tio, nempe quod congruat id, quod incongruit, quatenus tale: oportet ergo bonitatem habere id, quod movet, veram, aut apprehensam, honestam, utilem, aut delectabilem. Quantum ad alterum sensum, quem intendunt Scotistæ, non est hujus loci; ad præsens enim quod attinet, à bonitate movetur voluntas in illo actu; an autem ea possit sibi bonum præstituere, quando apprehensione non proponitur, disp. 3. de Anima determinabimus.

535 Secunda sententia docet, rationem formalem finali-zandi esse apprehensionem. Ita Medin. Sonec. & alii secuti Avi-cennam 6. Metaph. cap. 3. Tertia sententia docet, in fine, se-cundum quod habet causalita-tem effectivam, apprehensionem esse rationem formalem; in fine vero, secundum quod habet cau-salitatem finalem, apprehensionem esse conditionem, rationem vero formalem esse ipsam objec-ti

bonitatem. Ita N. Manso pro se citans Villanovam, & B. Docto-rem. Sed neutrum stare potest: primum quidem, quia appre-hensio quid transiens est, & ad ipsum pertinet exercitium; ratio autem formalis virtus est causæ perma-nenter ipsi conveniens, & perti-nens ad actum primum. Præ-te-re: Apprehensio, cùm sit pro-positio objecti, se habet velu-ti applicatio; applicatio autem conditio est: apprehensio ergo conditio est quædam de necessi-tate ad finalizandum requisita, non autem ratio movendi.

Secundum item, quod in-tendit N. Manso, primò rejici-tur, quia finis tales effectivam causalitatem non habet; tūm, quia activare potentiam, & cau-fare in ea actum priuū, non finis est, sed objecti; tūm deinde, quod id non per efficientiam, sed per resultantiam præstat, & in gener causa ad quam. Secundò, dato tales habere, ea non est ad pro-positum; si enim queritur de ra-tione finalizandi, impertinens est omnino ratio efficiendi. Tertiò, dato ad propositum pertinere, falso est, quod apprehensio sit ratio illius causalitatis effectiva, sed tantum conditio: quod pri-ma rationes factæ probant; de-inde manifeste deducitur ex loco ipso B. Doctoris, quem pro se ipse adducit, quod nempe mo-vens ut agens, est forma in ani-ma, movens ut finis, forma ex-

tra animam: hic enim non apprehensio, sed forma apprehensa dicitur movere ut agens: patet ergo, quod sive ad activationem, quo se habet ut agens, sive ad sufficienciam, quo se habet ut finis, apprehensio est mera conditio.

336 Communis itaque sententia docet, rationem formalē finalizandi esse bonitatem, apprehensionem verò condicionem esse de necessitate requisitum ad exercitium movendi, quia finis non nisi appetitum movet; appetitus autem mediā cognitione movetur. Nonnihil tamen controvertitur: An bonitas secundūm esse intentionale, quod in apprehensione habet; an vero secundūm esse reale sit rationalis finalizandi? Ratio abitandi est ex una parte, quod bonitas imaginata, & pure intentionalis, ut talis, neminem moveret; nullus enim bonitatem appetet pure phantasticam. Ex alia autem bonitas rei omnino materiali se habet ad movendum voluntatem; sāpe enim à bonitate, quæ in re nulla est, motus appetitus.

337 Sed haec controversia nō est de modo loquendi. Di- cendum itaque, quod ratio formalis finalizandi bonitas est realis, sive secundūm esse rei, non præcisè quæ in re est, sed quæ est, aut esse posse apprehenditur: artifex enim à bonitate mo-

vetur, non quæ est, aut quam ipse apprehendit in re esse, sed quam apprehendit esse posse; ad hoc enim movetur, ut illa bonitas artificiati in re ponatur. Hanc habet B. Doctor in 2. dist. 38. q. 2. art. 1. dubit. 1. later. §. Propter primum, ubi versans dictum Commentatoris sup. ad ductum, quod movens, ut agens, est forma in anima, distinguunt de illo esse, quod bonum habet in anima, nempe secundūm apprehensionem, & secundūm intentionem; & priori modo, ait, non esse finem, sed tantum se habere per modum agentis; posteriori modo est ratio finis: sensus est, quod illa intentio aut accipitur absolute secundūm esse, quod in se habet sine ullo respectu ad extra; aut accipitur, ut est imago illius, quod est in re, aut esse putatur; & hoc tantum posteriori modo est formalis ratio movendi finaliter.

Hinc patet ad rationem duabitandi: bonitas nempe intentionalis, ut talis, neminem moveret, hoc est, secundūm esse subjectivum, quo in se est pura intentio; bonitas autem, quæ subjective habet esse intentionale, & pure idéale, objectivè autem habet, aut habere putatur esse reale, secundūm hoc esse objectivum moveret. Quia itaque non movet secundūm esse subjectivum, quod habet sive in re, sive in apprehensione, de materiali est boni-

tas, quam habet, aut non habet in te; & quia secundum esse objectivum movere, quod apprehensione proponitur, tantum requiritur, quod apprehensione accipiatur sibi in re convenire bonitatem.

538 Probatur itaque communis conclusio: Id est formalis ratio finalizandi, secundum quod finis est aptus placere, & ad se trahere appetitum; sed id est bonitas appre hensa secundum esse objectivum, quod sibi in re con venit: ergo. Patet maj. quia ratio formalis cuiuslibet causæ est id, quo est virtuosa, & potens causalitatem suam exercere; causalitas autem finalis causæ est movere, & ad se trahere appetitum. Patet item min. quantum ad primum quidem, quia appetitus non est de se cognoscitivus, quare non habet de se attingere objectum suum, nisi quatenus à potentia cognoscente proponitur. Quantum ad secundum atem, quia secundum esse subjectivum, quod in re habet, non potest potentia conjungi, ut ipsam moveat; at secundum esse subjectivum, quod habet in apprehensione, pura intentio est, & proinde non appetibilis, aut potens movere: solum ergo potest movere secundum esse objectivum.

Confirmatur: Si bonitas posset movere secundum esse intentionale, posset etiam secun-

dum tale esse terminare; sed apud ipsos etiam contraria sententia. Authores terminare non potest: ergo nec movere. Ostdicitur maj. In eo silit, & terminatur intentio cuiuslibet, quod querit, & intendit; sed querit id, quod sibi placebat, & movebat inclinationem: si ergo nullius intentio potest in bonitate intentionalis sistere, nullus potest à tali moveri.

## §. II.

## Solvuntur Argumenta.

539 Arguitur primò ex fundamentis pri-  
ma sententia: Objectum adequatum voluntatis non est bonum sed præcissa ratione boni: ergo est ratio communis abtrahens à bono, & malo. Prob. antec. Voluntas exercetur etiam per actum nolitionis; sed hujus objectum nequit esse bonum ut tale: ergo. Confirmatur primò: Quia eadem est potentia contrariorum, sicut patet de visu ad albedinem, & nigredinem, & de intellectu ad assentium, & dissensum: ergo pariter voluntas, & consequenter non præcisè à bono specificatur. Secundò: Voluntas non solùm moveret ad prosecutionem, sed etiam ad fugam; sed tantum fugit, & recedit à malo, ut ma-

lum est: ergo ab eo moveretur.  
Tertiò: Sæpe aliquis inimico  
vult malum ut tale: ergo idem.

540 Resp. quod latius patet  
objectum voluntatis, quam finis  
suis; quare, ex quo objectum sit  
ratio communis ad bonum, &  
malum, non sequitur, quod ma-  
lum habeat rationem finis. Ita-  
que voluntas se extendit ad to-  
tam latitudinem entis, sicut  
etiam intellectus, quare attingit  
conveniens, aut inconveniens;  
conveniens quidem prosecutio-  
ne, inconveniens autem fuga,  
seu odio; moveretur autem tan-  
tum à bono, & convenienti, in  
ipso etiam actu nolitionis, quo  
malum respicit tamquam objec-  
tum; eo enim à malo recedit,  
via à bono illi opposito allicitur,  
are semper finis ejus, à quo  
sicutur, & finaliter moveretur;  
aliquid bonum. Quo ad pri-  
mam confirmationem conc. con-  
seq. nihil tamen inde ad propo-  
sitionem: est utiq[ue] voluntas poten-  
tia contrariorum, moveretur tamé-  
tatum à bono, sive ut ipsum pro-  
sequatur, sive ut à malo opposi-  
to recedat. Item ad secundam;  
in actu enim fuga non à malo, a  
quo recedit, sed à bono opposi-  
to moveretur, quod illi placet.  
Pariter ad tertiam; qui vult ma-  
lum inimico, respicit ut sibi de-  
letabile, quod alteri malum est.

541 Arguitur secundò: Si  
apprehendat intellectus odium  
Dei, ut præcisè malum est, aut

illud potest velle voluntas, aut  
non potest? Si primum, habetur  
propositum: si autem secundum,  
non erit libera: ergo. Confirmat-  
tur primo: Quia alioqui non po-  
test voluntas peccare nisi præce-  
dente errore intellectus, quo  
apprehendat malum sub ratione  
boni; sed hoc est falsum, imò  
defectus voluntatis præcedit, &  
causa est erroris intellectus, hic  
enim oritur ex imperio volunta-  
tis: ergo. Confirmatur secundo:  
Quia tunc nullum daretur pecca-  
tum ex malitia; sed hoc est fal-  
sum: ergo. Prob. sequela maj.  
In hoc differt peccatum ex malia-  
tia à peccato ex fragilitate, sive  
ex passione, quia peccans ex ma-  
litia, sciens, & volens amplecti-  
tur malum peccati: si ergo potest  
voluntas ex pura malitia pecca-  
re, potest malum, ut tale, am-  
plecti, & ab eo finaliter moveri.

542 Resp. ad argumentum,  
quod in illo casu non potest vo-  
luntas velle illud objectum, &  
consequentè ad illud, ex supposi-  
tione, quod sic proponitur, non  
potest libertatem exercere, nec  
in hoc aliquid est inconveniens:  
requiritur itaque ad exercitium  
libertatis indifferentia judicij,  
seu quod objectum proponatur  
indifferenter; quare quando sub  
una tantum, & præcisa ratione  
ponitur boni, aut mali, non ha-  
bet voluntas indifferentiam ad  
utrumque actum defectu condi-  
tionis, nempe judicij regulantis:

quan-

quando ergo objectū sic proponitur sub ratione mali , puta, in honesti, quod relinquitur sub aliqua ratione utile, aut delectabile, potest voluntas aut illud nolle, quia in honestū , & tunc movetur ab honestate opposita; aut potest illud velle , & tunc movetur à bonitate utili , aut delectabili; quando autem sic proponitur sub ratione mali , quod nulla relinquitur ratio boni , seu , quod idem est , proponitur sub omni ratione mali , omnino non potest illud velle.

Ad primam confirmationem respondet B. Doctor in quodl. 1. q. 19. & in 2. loco supra citato , quod omnis peccans aut peccat ignorans , aut ex ignorantia , quare semper in acto regulante voluntatem aliquis est defectus, quia non considerat, ut debet: verum quidem est , quod iste defectus aliquando oritur ex imperio voluntatis , & ita contingit in peccante ex malitia; tunc autem voluntas ad sic imperandum non movetur à malo, sed à bonitate delectabili , quæ sibi magis placet , & quam prouinde vult honesto præponere. Quo patet ad secundam, neg. sequela maj. & ad rationem ejus dicitur, quod peccans ex malitia sciens , & volens , non malum ut tale bono præponit , sed bonum delectabile bono honesto ; quare à bono movetur , nempe delectabili.

543 Arguitur tertio pro se cunda sententia : Diversitas specifica amoris debet provenire ab eo , quod est ratio formalis movendi; sed sola apprehensio sufficit diversificare actum voluntatis : ergo ea est ratio formalis movendi. Minorem multis probat N. Manso: primò, nulla facta diversitate in objecto per hoc solum , quod apprehensio illud proponat ut honestum, vel in honestum , variatur actus voluntatis; sed hic tantum variatur apprehensio: ergo. Secundò: Si objectum proponitur ut præsens , causat amorem ; si autem ut absens , causat desiderium ; sed in hoc tantum variatur apprehensio proponens: ergo. Tertio : Amor Dei in via , & in Patria essentias liter differunt; sed nulla est diversitas objecti, sed tantum cognitionis proponentis : ergo.

Confirmatur: Finis movere potest sine reali bonitate , non autem sine apprehensione; sed magis à ratione formalis movendi, quam à conditione dependet: ergo apprehensio non conditio erit, sed ratio formalis. Major quantum ad primum patet ex jam dictis; aliquando enim voluntas objectum amat , quod in re nullam habet bonitatem, quia intellectus male apprehendit habere. Quantum ad secundum item , quia eo dicitur , quod nihil volitum , quin præcognitum , quia voluntas est potentia cœca,

quæ

que in nullum potest actum exi-  
re, nisi ab intellectu reguletur.

544 Resp. dist. min. Apprehensio per se, & formaliter suffi-  
cit diversificare, neg. min. qua-  
unus ex apprehensione diversifi-  
catur bonitas proposita in ratio-  
ne moventis, conc. min. ad hoc  
autem mera conditio est appre-  
hensio proponens. Quo ad pro-  
bationes patet: ad primam neg.  
min. tunc enim diversificatur  
bonitas proposita, non quidem  
realiter, sive ut est in re, sed for-  
maliter, ut habet movere. Ad se-  
condam eodem modo neg. min.  
Ad tertiam, aliqui volunt, amo-  
rem viae, & Patriæ non essentia-  
liter differre, sed tantum secundum  
gradus intentionis, sive si-  
completum, & incompletum;  
tamen essentialiter differre,  
magis videtur innuere B.  
dator, quia alter liber est, alter  
cessarius, dicitur sicut ad pri-  
mum, quod diversitas cognitio-  
nis diversificat objectum, non  
realiter, sed formaliter in ratio-  
ne moventis, quia nempe magis  
quam sic proposita habet  
movere ipsa bonitas.

Ad confirmationem neg.  
conseq. solùm enim ex præmissis  
infertur, quod realis bonitas,  
sive secundum esse, quod habet  
in re, non sit ratio formalis, non  
autem quod talis sit appre-  
hensio. Itaque sine bonitate appre-  
hensione proposita impossibile  
voluntatem moveri; et si au-

tem realiter non possit bonitas  
nisi per apprehensionem movere,  
metaphysicè verò tacta hypothe-  
si, quod sine apprehensione pro-  
poneretur voluntati, ea movere-  
tur; è contra autem apprehensio  
sine bonitate omnino non move-  
ret: magis ergo necessaria est bo-  
nitas, quam apprehensio, nempe  
bonitas metaphysicè, & ut ratio  
formalis movendi, apprehensio  
verò physicè ut conditio, sine  
qua non.

545 Arguitur quartò ex N.  
Manio: Eo modo bonum existit  
in apprehensione, quo substantia  
generantis in semine; sed prop-  
ter hanc virtualem existentiam  
semen est virtus, & ratio forma-  
lis generandi: ergo pariter ap-  
prehensio erit ratio formalis fi-  
nalizandi. Si dicatur, quod ap-  
prehensio est veluti existentia, &  
applicatio bonitatis; talis autem  
in nullo genere causæ est ratio  
formalis. Contra insurgit ipse:  
Sicut apprehensio est mera exis-  
tentia, & applicatio bonitatis  
cognitæ, ita species erit mera  
existentia, & veluti applicatio  
objecti; sed apud omnes species  
est virtus objecti: ergo. Rursus:  
Ideo species non est mera exis-  
tentia objecti, sed virtus ejus,  
quia continet repræsentativę co-  
gnoscibilitatem objecti, imò est  
ipsa objecti cognoscibilitas; sed  
pariter apprehensio continet re-  
præsentativę bonitatem, & ap-  
plicabilitatem finis: ergo.

Resp.

546 Resp. dist. maj. In apprehensione formalis, neg. maj. in apprehensione objectiva, conced. maj. & hoc sensu etiam conseq. apprehensio enim objectiva ipsum est objectum, sive bonitas apprehensa actu percepta, & voluntati proposita; & haec utique est ratio formalis movendi. Itaque apprehensio aut sumitur pro acta cognoscendi, & sic mera est applicatio bonitatis moventis, & veluti existentia, seu praesentia ejus, & sic dicitur conditio ad movendum; aut sumitur apprehensio objective pro ipsa re apprehensa, & sic ipsa est bonitas movens, & ratio formalis movendi.

Huc patet ad utramque instantiam: ad primam, falso supponit, speciem esse virtutem objecti; id quidem docet communis sententia Thomistorum; ac B. Doctor, tum quodlib. 5. tum in 4. Sent. & sape alibi docet, quod species nihil habet nisi suppleret absentiam objecti, seu facere objectum praelens, quare non ejus intelligibilitatem continet, sed est representative, & intelligibiliter ipsum objectum; hinc quando objectum per se ipsum unitur potentiaz, nulla intervenit species, ut contingit in visione Dei: species ergo aut accipitur pro materiali entitatis suæ, & sic mera conditio est, id nempe, in quo representatur objectum; aut accipitur pro formalis

illus, quod representat, & si ipsum est objectum, non virtus ejus; quare secundum quod ab objecto distinguitur, mera conditio est, quæ omnino nihil facit ad intelligibilitatem objecti, sed tantum ad presentiam ejus, & unionem cum potentia; de hoc autem latius in lib. de Anima. Per hoc patet ad secundam instantiam, quod falsa est major, & suppositum ejus; quamvis ea data dist. min. Apprehensio semper formaliter pro actu cognoscendi, continet representative, neg. min. & de ea hoc sensu est praesens difficultas: apprehensio sumpta objective continet, conc. min. sic est formaliter, & quantum ad movere, ipsa bonitas finis apprehensa, & apprehensione proposita.

#### ARTICULUS. IV.

*Quenam moveantur à fine?*

547 **M**ultiplex esse potest dubitationis sensus: primò, aliud est a fine moveri, aliud verò finem intendere, seu propter finem agere; finem enim intendunt, & propter finem agunt quæcumque in finem diriguntur; moverur autem à fine tantum, qui, agens à proposito, in finem ordinat. Secundò, potest esse comparatio ad omnes causas;

causas: An nēmpe sicut efficiens à fine determinatur, ita etiam materialis, & formalis habeant à fine moveri, seu finem intendere? Tertiō, potest sensus esse comparativè tantum ad efficiētes causas: An ea tantum, quæ à proposito agunt, & prævia cognitione, moveantur à fine, an potius sicut omne agens propter finem agit, ita quodlibet à fine moveatur? De singulis breviter determinabimus, quia de his nulla est controversia.

548 Dicendum primò, solum efficientem causam per se, & immediate finem intendere. Hæc de facili potest patere: ipse nūm ordo causatum satis ostendit, quòd finis ad efficientem, sciens ad formam, forma ad materiam habet comparari: illius nūm est finem intendere, cuius timovere, & agere aliquo modo; hoc autem solius est efficientis. Quòd si dicitur, quòd finis materia est forma, & finis forma compositum, sensus est, quòd huius agentis transmutantis materiam ipsa est forma, & per formum compositum.

549 Dicendum secundò, quid omnne agens propter finem agit. Hanc probat B. Doctor in 2. Physic. lect. 14. dub. 3. & in 2. dist. 1. p. 2. q. 1. art. 1. & 2. ubi quatuor habet rationes, sufficit autem prima, quæ talis est: Nullum esset agens per se, si non ageret propter finem; at dicitur

efficiens causa effectus, quæ per se causa est: ergo qualibet talis agit propter finem. Maj. patet: ut enim quæst. sequente patebit, ea dicitur causa per accidens, quæ præter intentionem in effectum influit: ergo ea est causa per se, quæ ex intentione finis influit. Patet item min. quæ enim pugnacca causas est, non dat esse effectui, sed contingentē conjungitur cum illa, quæ dat esse, & per se causa est, ut si Musicus ædificat, ratio Musici omnino non influit in ædificium, sed cum ratione ædificatoris per accidens conjungitur.

Confirmatur: Non posset actio esse, qualis esse debet, nisi agens propter finem aliquem agit; sed id est aperte inconveniens: ergo. Patet maj. etenim enim talis est actio, qualis esse debet, quatenus à fine non deviat. Rursus: Nihil esset monstrum in natura, si agens non agit propter aliquem finem; sed id est contra experientiam, qua videsmus sive monstra contingentes: ergo. Patet maj. in tantum enim monstrum sit, in quantum effectus à fine deviat.

550 De Deo dubitatur: An propter finem agat? Negat communis sententia, saltim de actionibus ad intra, contra Socr. 5. Metaph. q. 2. Affirmat absolute B. Doctor in 2. dist. 1. p. 2. q. 1. art. 2. quo de hoc ipso querit. Pro explicatione nota, quod

jam suprà innuimus, aliud esse à fine moveri, aliud verò propter finem agere: à fine moveri dicit positive se habere ad causalitatem finis; agere autem propter finem, præcissivè ab eo, quod est moveri, & allici, dicit tantum finem aliquem intendere. Deinde: Ad intra non nisi latissime salvatur in Deo ratio efficientis, cùm ad intra nihil sit factum, sive productum; quare ad intra non debemus querere finem, propter quem Deus agere dicatur, cùm neque agere possimus invenire.

In omni itaque productio-  
ne ad extra propriissimè Deus  
agit propter finem; alioqui casu,  
& sine providentia ageret, hoc  
autem sacrilegium est imaginari:  
si ergo à proposito agit, & pro-  
videntiâ, aliquem finem inten-  
dens agit. Finis itaque ultimus,  
& simplicitè, quem Deus inten-  
dit, ipsa est sua bonitas creatu-  
ris communicanda, & communica-  
tione ostendenda; quare dicitur Proverb. 16. quòd universa  
propter semetipsum operatus est  
*Dominus*; præter hoc autem ni-  
hil prohibet, quin unam creatu-  
ram propter alteram creaverit,  
& creatura hoc sensu sit finis pro-  
ximus, sive intermedius Dei: ip-  
sa enim creature ad se ordinem  
habent, & una est propter alte-  
ram, & cùm Deus eas, ut sunt,  
creaverit, unam propter alteram  
hoc sensu creavit. Deinde, quod

ait Philosophus suprà adductus,  
hominem nempe esse quodam-  
modo omnium finem, habet P.  
Augustinus lib. 83. QQ. q. 36.  
& B. Doctor ubi proxime art. 4.  
septem modis ostendit, quòd  
creata omnia sunt propter homi-  
nem: propter ipsum ergo tam-  
quam proximum, & interme-  
diū finem cætera omnia Deus  
creavit.

An autem cum hoc, quod  
est finem intendere, & propter  
finem agere cohæreat Deum à fi-  
ne moveri? Si proprie loquen-  
dum est, negari debet: moveri  
enim à fine passivam dependen-  
tiā à causa explicat, quam in  
Deo non possumus concipi; si  
autem latè, & sublati imperfec-  
tionibus loquamur, nihil prohibe-  
bit, quòd sicut ratione nos  
distinguimus bonitatem Diu-  
nam moventem à Deo moto, &  
dem ratione concipiamus Deum  
allici, moveri, & quodammodo  
determinari ab ipsa sua bonita-  
te ad agendum, seu ad bonita-  
tem ipsam rebus communican-  
dam.

550 Dicendum tertio: Ea  
solum à fine moveri, quæ agunt  
à proposito, sive quæ præviâ co-  
gnitione ad agendum dirigun-  
tur. Ratio est manifesta: Finis  
enim non movet nisi cognitus,  
quare apprehensionem diximus  
conditionem de necessitate re-  
quisitam: ergo ea solum nata  
sunt à fine moveri, quæ cogni-  
tio-

## ARTICULUS V.

*Quid sit idea, & ad quod genus  
causa reducatur?*

§. I.

*Relatis sententiis, nostra pro-  
batur.*

552 **D**E primo quidem nulla est controversia: idæa, ut ad præsens specat, communiter definitur: *Forma, quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem.* Dicitur primò *formæ loco generis*, quo convenit sive cum causa formalis, quatenus est ratio quidditatis ipsius operatis sive cum ratione constitutiva efficientis, quatenus est ratio, quæ agens artificiale ultimò determinatur, unumquodque enim agit, ut est in actu per formam; de hoc autem postea: cætera tenent locum differentia. Dicitur deinde *quam effectus imitatur*; est enim idæa forma, & ratio quidditatis, non informativæ, & intrinsecè, sed extrinsecè, & per imitationem. Insuper additur, *ex intentione agentis*; si enim casu pictura evadat similis Petro, non proinde Petrus erit idæa, sed illud exemplar, quod in mente habuit pictor, & quod imitari intendebat.

S. 2.

Tan-

Tandem dicitur determinantis sibi finem, quo à ratione idēa excluduntur naturales formæ, & potissimum determinatur quidditas idēa: intendit enim naturale agens formam suam passo communicare; quare effectus ex intentione agentis hanc formam imitatur; sed non pro inde ea est idēa, sive exemplar, quia de ratione hujus est, quod illud sibi proponat agens imitandum; quare idēa solū reperitur in agente artificiali, quod à proposito agit, & proposito sibi exemplaci, quod imitetur. Quo patet, quod propriissime in Deo reperiuntur idēa: est enim, ut ait textus, omnium artifex, sed non de illis ad præsens agitur, sed de idēa, sive exemplari creati artificis.

Solet dividi idēa, sive exemplar in internum, & externum: externum dicitur imago exterior, quam sibi imitandam proponit artifex; interior autem conceptus, quem format, qui propriè est idēa artificiati. Sed præterquamquod exterius exemplar magis est objectum, quam exemplaris causa, & non nisi medio conceptu causalitatem habet, non aliter, quam ipsa interior idēa ad effectum concurrit: de hac ergo queritur: An speciale genus causæ constitutum? Et dato, quod non, sed ad aliquod ex quatuor assignatis debeat regredi, queritur: Ad quod ge-

nus magis pertineat?

553 Prima sententia docet, idēam constituere quintum genus causæ distinctum à reliquis. Hec Platonis tribuitur. Communis Peripateticorum sententia docet, non debere speciale genus constituere; posito tamen, ad aliquid ex illis quatuor debere reduci, acriter controvertitur, ad quod magis pertineat? Supponitur communiter de materiali, & finali non esse dubium: & de materiali quidem satis de se patet; est enim ejus causalitas perfici, & recipere, quod à causalitate idēa valde dilitat. De finali autem sic communiter ostenditur: Causalitas enim, & modus movendi finalis causa: est allicer, & placendo determinante agens; at idēa non sic concurrit ergo.

Tota ergo controversia est. An ad efficientem, aut formalem reduci debeat? Prima sententia, eaque communior, docet, ad efficientem reduci. Ita D. Thom. & Scotus, cum quibus utraque Schola; item D. Bonavent. Ales. Perer. Suarez, Rubio, & alii. Secunda sententia docet, quod non ad efficientem, sed ad formalem reduci debet. Pro hac citantur Albert. Magn. Durand. Abul, ad cap. 5. Marth. q. 12. Cajet. Fontec. Conimbr. & alii: hanc tenet B. D. theor. 37. & ex ipso Argent. in 1. dist. 45. q. 1. a. 2. quare hæc nobis tenenda est.

Dicen-

de ratio agendi.

556 Prob. itaque ratione, quæ ex præcedenti loco B. Doctoris deducitur: Eatenus idæa ad genus efficientis reducitur, quia est forma, qua artifex est in actu; sed non idæa, sed ars ipsa talis forma est, idæa autem tantum est conditio: ergo. Probatur minor: Id est forma constitutiva artificis in ratione talis, qua artifex ultimò constituit potens artificium exequi; sed non idæa, sed arte ipsa sic constituit potens: ergo. Patet maj. quia talis forma est virtus ejus, & ratio, qua plenè est in actu primo potens. Ostenditur min. quia statuarius v. g. eo ultimò, & plenè potens est statuam formare, quantum artem habet, quæ regulas præscribit, & modum formandi statuam, si autem hoc non habet, non habet artem; idæa autem solum requiritur ut conditio determinans artem ad statuam hujus; quare licet idæam habeat, si artem non habet, omnino nihil habet virtutis, & potestatis ad formandam statuam. Confirmatur: Quod est ratio formalis agendi, permanenter per modum actus primi convenit; sed ita convenit ars, idæa vero transeunter pro ipso actu secundo formatur, non ut sit artifex, sed ut hoc artefactum operetur: ergo.

557 Dicendum tertio, quod idæa reducitur ad genus causæ formalis. Ita B. Doctor cit. theor.

37. Prob. quia ad illud genus reducitur, cum quo similitudinem habet ejus causalitas; non enim oportet, quod ipsam causalitatem exerceat, alioqui non reducitur, sed directe, & per se est in illo genere; sed sic est, quod causalitas idem similitudinem habet cum forma: ergo. Prob. hoc min. Forma enim causa est, quantum est species, sive speciositas rei, aut ratio quidditatis; sed ita, & non aliter idem dat esse ideato, sive causa ejus est, patet enim, quod ipsa est ratio, & quidditas, quam artifex intendit in ideato exequi: ergo.

558 Tandem dicendum, quod idem majorem habet similitudinem cum finali causa, quam cum quavis alia, & magis habet ad finalem reduci. Hec quamvis sit contra commune suppositum, ostenditur de facili: Est enim causalitas finis alliciendo moveare, & determinare agens, ut agat; sed magis hoc modo, quam quavis alio idem concurrit ad esse ideati: ergo. Patet minor; non enim aliud habet, quam movere, & determinare artificem. Confirmatur: Medicus, cum artificiose operatur aegroti curacionem, a sanitate movetur, quam intendit aegroto; sed hanc ipsa est idem, quam format ut artifex: ergo. Neque inconvenit, quod per reductionem ponatur in duplice genere: hoc enim nihil est aliud, nisi quod aliquam habeat cum

utroque similitudinem, & analogiam.

## 9. II.

## Solvuntur Argumenta.

559 **A**rguitur primò pro

fententia Platonis: Quot modis potest fieri quæstio de re, sive interrogatio propter quid, tot oportet esse causas, quia per causam respondetur ad interrogationem propter quid; sed ultra quatuor communes causas superest interrogatio, ad quam nulla ex illis satisfacit, sed tantum idem: ergo ea alia causa est ab illis quatuor. Prob. min. Sit imago Sortis sima, & queratur propter quid sima evanescit. Patet, quod huic interrogacioni non respondetur, quod propter materiam, quia illa simitas non est ex necessitate materia; neque propter formam, quia ipsa est forma, cuius causa queritur; neque propter efficiens, quia artifex potuit rectam formare; neque propter finem, quia artifex non allicitur a simitate, ut imaginem simam formet: relinquitur ergo, quod propter idem, quam sibi proposuit artifex imitandam, & consequenter hanc est alia causa ab illis.

560 Resp. neg. min. Ad prob. ejus respondet communis

sen-

sententia, quod propter efficiens evasit sima illa imago; & ad rationem in contrarium dicitur, quod artifex signatè, & in actu primo, quatenus nempe arte tantum instruitur, potuit rectam formare; exercitè verò, quatenus ars per talem idéam determinatur, debuit simam formare. Hæc solutio nobis non probatur: Si enim artifex signatè, & in actu primo indifferens est ad sic, vel sic formandum, id, quo determinatur, ut sic formet, non pertinet ad rationem efficientis; ratio namque efficientis adæquatur, & plenè intelligitur, dum gens intelligitur plenè potens: ergo pro priori ad idéam intelligitur plenè potens signatè, in actu primo per artem, quam habet, idéa non pertinet ad rationem agentis ut ratio agendi, sed tantum ut conditio requisita actum secundum.

Nobis ergo dicendum, quod illam interrogationem responderetur utique per idéam, quam sibi proposuit artifex imitans; negatur autem subillatum, quod nempe propter hoc alia sit causa ab illis quatuor, debet enim ad hoc attendi causalitas, & modus dandi esse diversum omnino ab illis quatuor, quem tamen idéa non habet. Itaque si in rigore accipiantur quatuor causalitates, per nullam responderetur ad illam interrogationem, quod probat, idéam non perti-

nere directè, & per se ad aliquod genus ex illis; ut autem proprium genus constituat, ulterius requiritur, quod propriam habeat causalitatem, & modum dandi esse, qui non possit ad aliquem modum ex illis quatuor reduci: quia ergo ex analogia, quam habet modus idéa, revocatur, aut ad modum formæ, quatenus est ratio quidditatis, aut ad modum finis, quatenus movet, & determinat agens, ut dictum est in probando conclusionem nostram, non quinta causa est, sed ad unam ex illis reducitur.

561 Arguitur secundò pro communi sententia, quod idéa reduci debet ad efficiens, ex Philosopho 7. Metaph. text. 23. ubi docet, quod dominus exterior sit à domo, quæ est in mente artificis, quo apertè intendit dominum in mente artificis, quæ est idéa, effectivam causalitatem habere. Rursus, in 2. Physic. text. 33. & 5. Metaph. cap. 2. in hoc assignat discriumen causæ per se à causa per accidens, quod aliter Pollicetus, aliter statuarius est causa statuæ, Pollicetus quidem per accidens, statuarius verò per se, non alio, nisi quia non est causa statuæ per formam, qua est Pollicetus, sed per formam, qua est statuarius, quæ est ars; sed ars non est ratio causandi nisi per idéam, à qua determinatur: ergo sicut ars pertinet ad causam

*efficiens*

effectivam, ita idēa.

562 Rēsp. quod in priori loco tantum habet Phīlos, quod domus exterior causat ab idēa, sive domo, quae est in mente artificis, non autem determinat, in quo genere causa; verba hæc sunt: Quare quodammodo ex sanitatem sanitatem accidit fieri, O domum eam domo, qua sine materia, eam, quae habet materiam; quibus tantum intenditur aliqualis causalitas, non autem hujus, aut illius generis. Ad secundum neg. min. immo ea plus deducit, quam intendit arguens, quod neimpe non reductivè, sed propriè, & directè idēa est in genere causæ efficientis: sicut eam artifex est propriè causa efficiens, ita ars propriè pertinet ad illud genus tamquam ratio causandi; quare si non, nisi per idēam est ratio causandi, idēa proprie pertinet ad illud genus. Itaque idēa non aliter ad artem pertinet, quam ut conditio determinans patet enim, quod cā seclusa ars plene instruit, regulas præscribit, & constituit artificem sufficienter in actu potentem, & virtuosum.

Dices: Dispositiones determinantes materiam ad genus materialis causæ reducuntur, quamvis plenam supponant in ipsa potestatem illius generis, similiter applicatio, quae conditio est efficientis, ad idem genus reducitur: si ergo idēa conditio est

determinans artem, quæ est ratio agendi, ad idem genus reduci debet. Rēsp. quod si conditio determinans aliunde non habet aliqualem causalitatem, titulo conditionis ad genus reducitur illius, cujus est conditio; at verò idēa aliqualem causalitatem habet, sive quatenus est ratio quidam datus ipsius operati, seu quatenus movet artificem.

563 Arguitur tertio: Forma, quæ constituit agens, est illi ratio formalis agendi; sed idēa constituit artificem in ratione talis: ergo. Prob. min. Sicut se habet naturalis forma ad agens naturale, ita forma artificialis ad agens articiale; sed forma naturalis est ratio agendi agenti naturali: ergo & forma artificialis agenti artificiali; forma autem artificialis duplex est, altera habitualis, & permanens, quæ est ars; altera actualis, quæ est idēa: ergo.

564 Rēsp. neg. min. Ad prob. ejus neg. subsūpta; actualis enim forma non est forma artificis, sed artificiati, nec cā illo modo artifex constituitur in ratione talis, sed arte tantum; nam cuiq pater, quod Polycletus nullius habens idēam plenissimè, & completissime habet rationem statuari per hoc, quod artem habet, & regulas scit formandi statuam. Hoc unicum est, quo viā rationis illa sententia nicitur, quod propter apparentiam illa æquivocatione fundata omnibus videtur sufficiens.

QUEST.

# QUÆSTIO OCTAVA

## DE CAUSIS

PER ACCIDENS.

### ARTICULUS I.

*Quid sint Casus, & Fortuna, ubi etiam de Fato?*

565 **A**D plenam determinacionem de Causis agit Philosophus de Causis pr. accidens, quia recti, & obliqui, sive etiam privationis, & habitus eadem est determinatio; sunt autem causæ per accidens quasi quædam obliquitas, & deviatione à causa per se: determinat autem de casu, & fortuna, & de monstris, in quibus ratio causæ per accidens reperitur: de his breviter agemus, nulla enim est specialis difficultas; in hoc quidem articulo de casu, & fortuna, quibus communiter adjungitur statum, in sequenti vero de monstris.

566 Notandum itaque ex B. Doctore in 2. Physic. lect. 11. quod per accidens duobus modis dicitur, altero ex parte causæ, altero ex parte effectus: ex

Tom. III.

parte causæ, quando ei, quod est per se causa, conjungitur aliquid, quod de materiali se habet ad effectum, ut statuarius est per se causa statuæ; quod autem sit musicus, aut Pollicetus, vel Phidas, est per accidens ex parte causæ. Ex parte effectus contingit per accidens, quando ei, quod per se producitur, conjungitur aliquid, quod per accidens, & præter intentionem agentis sequitur; ut si quis aperiat fenestram, ad hancmodi aperitionem sequitur ingressio lucis, & illuminatio domus; quia tamen hanc non intendit aperiens, ipse est causa per accidens illuminacionis. Notandum autem, quod poterit aperiens illuminationem intendere, sed hoc non tollit, quin tantum ut causa per accidens illuminet; quia ipsa apertio per se non ordinatur ad illuminationem, nec aliquam influentiam habet, aut causalitatem, quare est illuminatio præter intentionem operis, & operantis ut talis, licet sit secundum intentionem ejus per accidens; & quia

T.

ipse

ipse sciens aliunde illuminatio-  
nem sequi, ipsam vult: solum er-  
go est causa ejus per accidens re-  
movendo prohibens.

Notat item ibi B. Doctor,  
quod per accidens ex parte cau-  
sa in hoc differt a per accidens  
ex parte effectus, quod priori  
modo per accidens nihil opera-  
tur, ut si Musicus adificat, Mu-  
sicā nihil confert ad adificatio-  
nem, & est in adificatore tam-  
quam si non esset; per accidens  
vero ex parte effectus aliquid  
operatur per se; ex quo sequitur  
id, cuius dicitur causa per acci-  
dens, ut aperiens fenestram per  
se operatur apertioem, ex qua  
sequitur illuminatio: quia ergo  
per accidens ex parte causæ nihil  
operatur, causa, quæ sic per ac-  
cidens dicitur, ad propositum  
non spectat.

567 Definit Philosophus ca-  
sum: *Causa per accidens in his,*  
*qua raro contingunt in agentibus*  
*propter finem.* Prior particula ex  
jam dictis liquet, quod nempe  
dicitur causa per accidens poste-  
riori modo, sive ex parte effec-  
tus. Pro explicatione secundi  
notat B. Doctor, quod ad effec-  
tum per se aliquid per accidens  
sequitur tribus modis, aut sem-  
per, aut s̄epe, aut raro: ut quod  
sublato impedimento descendat  
grave, semper sequitur, & remo-  
vens illud impedimentum est  
semper causa per accidens illius  
descensus: ad apertioem fenes-

træ sequitur illuminatio domus,  
non tamen semper, quia poterit  
in nocte aperiri, sequitur tamen  
s̄epe, sive ut in pluribus; quare  
aperiens fenestram est s̄epe causa  
per accidens illuminationis; at  
vero si quis vadit ad forum causâ  
emendi virtualia, contingit ex  
hoc, quod inveniat debitorem,  
& hoc contingit neque semper,  
neque ut in pluribus, sed raro,  
sive ut in paucioribus: dicitur  
ergo, quod casus est in his, quæ  
raro contingunt; patet enim,  
quod nullus dicet, casu grave  
descendere sublato impedimen-  
to, neque casu domum illumina-  
ri apertione fenestræ; casu autem  
ire ad forum causa est inveniendi  
debitorem.

Dicitur deinde: *In agenti-  
bus propter finem*, quod alicui  
videretur superfluum: probat  
enim in eodem processu Philolo-  
phus, quod omne agens agit  
propter finem: si ergo omne  
agens agit propter finem, super-  
fluè poniatur, quod contingit ca-  
sus in his, quæ agunt propter fi-  
nem. Hęc difficultas duobas  
modis potest solvi: primò, ut di-  
catur in agentibus propter fi-  
nem, ut contradistinguuntur ab  
agentibus à proposito, & quia  
in agentibus à proposito est for-  
tuna, quod casus est in agenti-  
bus propter finem, sive in his,  
quæ non agunt à proposito, illa  
particula ponitur, ut distingua-  
tur casus à fortuna.

Alio modo potest difficultas solvi, pro cuius expeditione notat B. Doctor, quod ibi in text. 62. intendit Philosophus differentiam inter vanum, seu frustrā, & id, quod est à casu; est tamen frustrā, quod præter intentionem finis, ut si quis ambulet causā digestionis, si eam non consequitur, frustrā est ambulatio, & contingit ibi vanum; quod si ita est, non apparet differentia ejus à casu, est enim casus etiam præter intentionem. Polquam autem ostendit B. Doctor, quod in multis convenienter casus, & frustrā, sive vanum, differentiam in hoc assignat, quod, licet utrumque sit per comparationem ad finem, vanum tamen dicuntur, in quantum finem non vingit, casus vero, quia finem vingit quidem agens, sed ultra, & præter intentionem finis ibi est, quod dicitur casus. Dicitur iisque casus contingere in agentibus propter finem, nempe, in his, quæ finem attingunt, quod vero, & ultra illum finem contингit, casus est, quo differat ab eo, quod est vanum, & frustrā.

568 Fortuna est quidam particularis casus, seu quædam ejus species, cujus quidditatem sic explicat Philosophus à text. 54. Casus latius patet, quam fortuna, quod enim fortuna est, casu accidit; non autem ē converso, quidquid casu accidit, fortuna est: quia fortuna in his tantum

confuevit dici, in quibus est eu-praxis, seu benè contingere, nam fortuna aut est fœlicitas, aut fœlicitati proxima: quia ergo benè contingere, & fœlices esse in his solum reperitur, qui sibi finem præstitūunt, & ex deliberatione agunt, hoc addit fortuna supra casum: est itaque causa per acci-dens in his, quæ raro, & præter intentionem finis accidentur agentibus à proposito, seu ex delibe ratione; quare, quod universali-ter in omnibus est casus, in his particulariter, qui habent delibera-tionem finis, erit fortuna, nempe, si sit eupraxis, seu benè contingere, erit eufortunium, seu bona fortuna; si autem caco-praxis, seu male contingere, erit disfortunium, aut fortuna mala.

Hinc subjungit ipse, solum analogicè, & ex quadam simili tudine fortunam dici in his, quæ non agunt ex deliberatione: ut Protarchus dixit eufortunatos, seu benè fortunatos esse lapides, ex quibus Aræ sunt, quia ab hominibus honorantur; infortunatos autem his proximos, ex quibus gradus sunt scalæ, per quam ad Aram ascenditur, quia conculantur; quia in his sicut non est cognitio, ita neque benè esse, aut male, penes quod accipitur fortunatum esse: & eodem sensu accipendum illud Tullii: O for tunatam natam, me Consule Romam; ubi fortunatam dicit ur-bem, ex quo in Consulatu suo

Betreditis Cathiline machinatio-  
nibus, liberata est ab insidiis.

Dao hinc dubitantur: alterum: An in Deo, & Angelis, & Supercoelestibus casus reperi-  
tar, & fortuna? Alterum: Ad  
quod genus causæ reduci debeat?  
Utrumque mittimus, quia ex  
propria utriusque ratione neu-  
trum habet dubitationem: pri-  
mo quidem, quia in his solùm  
est reperire casum, aut fortu-  
nam, in quibus est aliquid con-  
tingere præter intentionem; Deo  
autem, & Angelis nihil inopina-  
tum, & præter intentionem con-  
tingit; supercoelestium verò in-  
fluentia, cùm sit causæ univer-  
salis, non determinatur ad aliquem  
particularem finem; quare nul-  
lum particulare est illis casuale,  
& præter intentionem. Secundò  
item, quia causæ per accidens  
non tam causæ sunt, quam obli-  
quitates, seu deviationes à ra-  
tione causæ; quare ad illud redu-  
ci habent, cui fortuitum con-  
tingit.

569 Ad considerationem de  
fortuna annexitur communiter  
determinatio de fato, quoniam,  
ut ajunt, valde est ei affine. Sed  
licet fortunæ in sensu, & fictio-  
nibus Poëtarum affine sit fatus,  
in sensu tamen, quo à Physicis  
consideratur, non affine, imò  
contrarium est: fatus dicebant,  
qui illud ponebant Gentiles, in-  
evitabilem eveniendi necessita-  
tem in unoquoque ex ordine su-

percoelestium impressam: hoc  
sensu fatus esse vanum eorum  
figmentum, latè ostendunt San-  
cti, neque est, cùm in eo osten-  
dendo immoremur, cùm nullus  
jam sit, qui tale fatus statuat:  
fatus ergo dicere possemus or-  
dinem causarum ex æterna Dei  
providentia, vi cujus necessaria  
evenire necessaria necessariæ, &  
contingentia contingenter.

An fatus dici debeat ordo  
causarum active, & prout est Di  
voluntas disponens, an potius  
passivæ, & prout est ordo in ipsis  
causis? Hoc secundum afferere  
videtur Rubio; quare ulterius  
dubitac: An in absoluto, an in  
relativo consistat fatus? Nobis  
rationem tollit dubitandi S. Pa-  
rens lib. 5. de Civit. Dei cap. 9.  
ubi ait: *Si mibi fati nomen aliud  
rei adhibendum placeret, magis  
dicerem fatus esse firmioris, p-  
tentiorisque voluntatem, quam  
illum causarum ordinem:* & ju-  
quidem, quia iste causarum or-  
do magis fatalis necessitas, seu  
fatu*ipius effectus, quam fatus*  
*est: monet autem S. Paren*s, et  
rem teneamus, corrigendam esse  
liogiam, ne vocibus utramur

Gentilium. De his vero  
fatis.

## ARTICVLVS II.

*Quid sit Monstrum, & qualiter eveniat?*

370 **H**OC alterum est de his, quæ per deviationem à fine contingunt; quare inter causas per accidens computatur, quo Philosophus absolvit 2. Physic. & determinationem de causis à text. 82. Ait itaque, quod sicut contingit in arte peccatum, quia scriptor v. g. à fine deviat, & non recte scribit, ita contingit in opere naturæ, quod agens à fine intento deviat, & non recte operatur, id contingit monstrum: ut ergo, quid est, possimus habere, totandum, quod monstrum aliquid habet, quo convenit cum casu, & frustrâ, & aliquid, quo abutroque differt, quare est tertium quid quodammodo medium inter utrumque, & quidam particularis casus. Diximus itaque, casum à vano in hoc differit, quod vanum contingit per non affectionem finis, casus vero per hoc, quod finem assequitur agens, ex quo tamen ulterius aliquid sequitur præter intentionem ejus: ut si causâ digestionis quis ambulat, cùm non fecutâ, est vanum, & non casus; similiter si causâ emendi victualia ivit ad

forum, si ea emit, & debitorem invenit, non est vanum, quia finem assequitur, & est casus, quia ultra, & præter intentionem suam invenit debitorem; si verò non emat victualia, & debitorem inveniat, est vanum in eo, quod non assequitur finem, & est casus in eo, quod aliquid præter intentionem contingit.

Imaginabimur itaque, quod contingit monstrum in eo, quod agens neque omnino fine suo frustratur, neque omnino illum assequitur, & aliquid est in effectu præter intentionem ejus: v. g. quod homo habeat sex digitos, monstrum est, in quo omnino non frustratur generans fine suo, generat enim hominem; neque omnino finem assequitur, non perfectum generat secundum prescriptas à natura leges; alio quid item ibi est casuale, & præter intentionem ejus, nempe habere sex digitos: convenit ergo cum vano in eo, quod non omnino finem assequitur, & differt, quatenus non omnino eo frustratur; convenit item cum casu, quatenus aliquid præter intentionem contingit; differt vero, quatenus non omnino assequitur intentum finem.

Poterit itaque monstrum definiri: *Effectus per accidens, in quo per deviationem à debito fine contingit peccatum contra prescriptas à natura leges.* Dicitur primò *effectus per accidens,* quo

quo cuncti casu convenit, & vano, quoties enim contingit a fine deviare, seu intentum finem plenè non assequi, id est, per accidens. Dicitur deinde *per deviationem à fine debito*, quo denotetur, monstrum medio modo habere ad vanum, & casuale, nempe, neque ex toto finem assequitur, neque omnino eo frustratur, sed ab eo deviat. Dicitur tandem *contra præscriptas à natura leges*; si enim illa deviatio ad effectum deflectat, qui licet sit præter intentionem agentis, sit tamen secundum leges naturæ effectus in se perfectus, erit quidem causus, non verò monstrum, quia de hujus ratione est, quod sit effectus in se deficiens, & contra naturæ leges. Hinc à calumpnia liberatur dictum Philosophi, quod nempe in generatione animalium semper natura intendit masculum, quia intendit perfectios. Hoc multi calumniantur, quia sequeretur, quod femina esset monstrum, nempe ex necessitate materiæ, & præter intentionem agentis. Licer autem quodammodo sit casuale feminam generari, monstrum tamen dici non debet, quia non est contra præscriptas à natura leges.

571 De secundo, qualiter monstrum eveniat, duos potest habere sensus: alter est, ex qua causa? De hoc latè Conimbricentes, ex quibus Rubio; cùm tamen monstrum contingat per

deviationem à debito fine, sive pervacaneum omnino est hujus causam querere; ad finem quidem intentum unus est modus perveniendi, deviandi autem, & deficiendi à fine multi sunt modi, neque possunt ad certas leges reduci: ex quocumque ergo capite contingat à debito fine deviare, & in operatione deficere, contingit monstrum.

Alter sensus est: An monstrum omnino præter intentionem naturæ contingat, seu alicuius modo natura intendat monstrum? Ratio dubitandi esse potest, quia omne agens propter finem agit: quidquid ergo unicunque agitur, sicut ab aliquo agente, ita ex aliqua intentione de necessitate agitur. Hoc sensu difficultatem latè versat Rubio, quem vide, si placet, nos breviter relatis sententiis, nostram proponemus; res enim est parvus ponderis. Itaque prima sententia vult in monstris debere distinguiri substantiam, & obliquitatem, seu defectum, & quantum ad substantiam à natura intendi, non verò quantum ad obliquitatem. Hanc, ait Rubio, tenuisse Themist. quem sequuntur Nominales. Sed, aut natura intendit substantiam perfectam, & tunc obliquitas, & defectus est contra intentionem ejus; aut intendit substantiam ut sic, & præcissive à perfectione, & imperfectione; & sic, præterquam quod sicut substan-

stantiam ut sic non potest producere, ita neque eam ut sic intendit; hoc dato, nihil erit monstrum, quia nihil à ratione substantiæ ut sic deviat.

Secunda sententia docet monstrum comparari, aut ad causam per se generationis, aut ad causam impedientem, ne generatio fiat, ut debet, & tunc à causa impediente intenditur, non verò à causa per se. Pro hac idem Rubio citat Toletum in Phys. q. 13. Sed finem intendere agentis est, impediens verò sepe non est agens, sed dispositio materiae, aut instrumentum, quo agens utitur, intento effectui impropotionatum. Tertia sententia, quæ nihil ferè à præidente differt, docet, à causa secundum se non intendi, intendi vero ab ipsa reduplicative ut sic circumstantiata. Hanc tenent Combricenses. Sed si causa secundum se intendit effectum perfectum, ipsa exigit non sic circumstantiari, seu id non concurrens, ratione cujus effectus evadat monstruosus.

Quarta sententia docet, non intendi à causis particularibus, intendi verò ab universalibus. Ita P. Suarez disp. 19. sect. 12. Sed universalis causa eo talis dicitur, quia influentiam habet universalem à particulari causa determinabilem; quare de se neque intendit, neque producit particularem effectum. Quinta

est, quam tenet Rubio, quod nempe ex primaria intentione natura intendit effectum perfectum, quare monstrum est contra primam intentionem naturæ, intendit verò natura monstrum secundariò; sicut ex primaria intentione intendit generationem, secundariò verò intendit corruptionem, sine qua generatio esse non potest. Sed si monstrum intenditur, monstrum non est, non enim erit deviatio ab intento fine. Rursus: Malum, ut tale, non intenditur; est autem monstrum, ut tale, malum, & defectus; quare neque corruptio ullo modo à natura intenditur, si enim ipsa posset formam inducere sine alterius destructione, generaret sine corruptione: hoc ergo tantum ipsa intendit, totum generare; & quia hoc non potest sine alterius destructione exequi, corruptionem permittit, quam nullo modo intendit.

572 Nobis ergo dicendum primo, quod si accipiatur natura naturans, nempe Deus ipse statutum naturæ ordinem disponens, hoc sensu natura intendit monstra: patet enim, quod nihil esse potest præter intentionem Dei, neque ejus intentio potest ullo modo frustrari, sed monstra, & defectus naturalium causarum ipse intendit ad decorum universi, & ad alios fines providentiz locorum; quare respectu Dei non defectus sunt, sed effectus

congruentissimè deservientes ad intentum ab ipso finem. Deinde, si de causa loquamur particulari, quæ est natura naturata, hoc sensu natura omnino non intendit monstra, alioqui talia non essent, cùm de ratione monstri sit, quod sit deviatio ab intento fine. Ratio autem dubitandi nihil urget: Licet enim agens semper intendat finem, non autem semper sequitur, aut id tantum agit, quod intendit; quare aliquid contingit in opere, quod omnino non intenditur, ut casuale, & fortuitum, & hujusmodi est monstrum.

Quod autem tertia sententia ponit, verum est, non autem ad propositum: pro cuius explicatione, quia Philosophus ex defectu, qui in opere artis contingit, monstrum explicat, ex ipsa arte possumus exemplum desumere: Imaginabimur itaque, quod hominem defectuosum, & monstruosum pingi, duplice modo contingit; altero præter intentionem artificis, puta, quod ipse intendat rectum pingere, ex quocunque autem defectus contingat, defectuosus evadat; altero, quod ipse intendat ridiculum, & defectuosum pingere; priori quidem modo ab intento fine deviat, & sic est præter intentionem, & defectus in arte; posteriori autem modo neque præter intentionem est, neque defectus in arte, aut contra re-

gulas artis, quia regulæ artis intendenti ridiculum pingere, ita pingendum prescribunt.

Sic ergo in proposito, quod homo v. g. sex digitos habens generetur ( quod de hoc dicatur, dictum esto de reliquis ) aut comparatur ad generantem absolutè, aut reduplicative secundum quod tales habet dispositionem, ex qua defectus ille sequitur: priori quidem modo homo genitus evadit præter intentionem, & contra prescriptas à natura leges, quia ex naturali dispositione absolutè, & precipitè ab illa circumstantia, homo debet cum quinque digitis generari; & hoc sensu monstrum est, quod generetur sex digitos habens; posteriori autem modo non est præter intentionem, que contra natura leges, sed neque est monstrum: est enim naturalis dispositio hujus agentis reduplicative, ut sic se habet, quod ita materiam disponat, & talem organizationem induat; quare hoc ipse intendit reduplicative, & ex suppositione, quod ita se habet: eo ergo sensu, quo monstrum est, est præter intentionem.

Dicta itaque sufficiant de monstris, & de tota disputatione de causis.

jo(

# DISPUTATIO III. DE MOTU, ET HIS, QVÆ MOTUM CONSEQUUNTUR.

**P**OSTQUAM PHILOSOPHUS NATURAM Mobilis, ejus principia, & causas in 1. & 2. lib. determinat, in 3. & reliquis consequentibus de Motu determinat, quia est prima passio, & potissimum Physicæ intentum; & quia de ratione Motus est continuitas, de ratione autem continuitatis est infinitas partium: rursus sine spatio, in quo exerceantur, & tempore, quo mensuretur, Motus non intelligitur, de his in reliquo Physicæ processu determinat; quia tamen multa sunt, de quibus nulla est disputatio, omnia hac una disputatione comprehendimus; quare primò quæretur de Motu; & quia Actio, & Passio aut à motu non differunt, aut sine motu non intelliguntur, secundò quæretur de Actione, & Passione; tertio de Continuo, & Infinito; quartò de Loco, & Vacuo; quintò de Tempore, & Duratione.

Quare sit

# QUÆSTIO PRIMA DE MOTU.

## ARTICULUS I.

*Quid sit, & quotplex Motus?*

**D**ifficilis quidem tractatio est de Motu, quod ipse notat Philosophus in 3. Physic. textu 15. ubi B. Doctor, quod difficultas cognitionis in aliquo contingit, aut ex defectu potentiae, aut ex defectu ipsius objecti: nam nobis quidem difficile est, immo impossibile cognoscere substantias separatas, quamvis enim existant maxime intelligibiles, quia etiam intellectus noster non nisi per species intelligit per sensus acquisitas, cum tales substantiae nullo possint sensu percipi, ex defectu ipsius nostrae potentiae eas non possumus cognoscere; aliquando autem difficultas cognitionis ex ipso objecto oritur, quia habet esse valde debile, & quod minus habet de esse, minus habet de intelligibili, & ita contingit in motu, & quibusdam aliis; quare ait Philosophus: Et

*motus actus quidem aliquis est videtur, imperfectus tamen; causa autem est, quoniam imperfectum est ipsum possibile, cuius est actus, & ob hoc jam difficile est accipere quid ipsum sit.*

Disputationem ergo de motu hac forte causâ multi aut prætermittunt omnino, aut jejunè admodum attingunt: ea quidem omnino prætermitti non debet, cum motus sit prima parsio subiecti Physicæ, sed neque proinde eam latissimè prosequi fertur; non enim, ut jam alibi monimus, eo Phyletalia trahimus, & naturæ scrutemur arcana, & præcisé, ut Philosophimus, sed ut Sacra Theologia viam sternamus; quare neque necessaria prætermitteremus, neque in illis expendendis, quæ solius sunt curiositatis, tempus teremus; quod ut commodius fiat, quæ de motu secundum se necessaria videntur, per §§. expendemus.

)\*

## Explicatur definitio Motus.

**M**otum esse, quam  
quam negaverit Zenon, potius supponit, quam  
probat Philosophus; est enim  
per se, & sensibili experientia  
notum, quare fertur Diogenes  
non aliter Zenonem convicisse,  
quam eo assumpto per medium  
deambulans Lyceum, & exclama-  
mans: *Stulte, nonne hic est mo-  
tus? Nihilominus*, ne videamur  
iditrationabilitatem supponere, ra-  
tiones Zenonis, ut eas adducit  
Philosophus in 6. Physic. a text.  
adducemus, & solvemus.  
Prima haec est: Si quid movetur,  
v.g. loci mutatione, oportet,  
quod prius perveniat ad medium  
spatii, per quod movetur, quam  
ad finem ejus, & prius ad me-  
dium hujus medii, & sic deinceps;  
at impossibile est ita per-  
venire: ergo & moveri. Prob.  
min. Quia spatium est in infinitum  
divisibile, & infinitas habet  
mediates; sed impossibile est  
infinita pertransiri: ergo.

Hæc ratio duobus modis  
solvitur; altero, solutione, quam  
habet Philosophus text. 77. que,  
ut ait B. Doctor, est ad homi-  
num; altero, solutione directa.  
Primò itaque misla maj. respon-

det Philosophus disting. min.  
Infinitum impossibile est per-  
transiri à finito, & in tempore fi-  
nito, conc. min. ab infinito, &  
in tempore infinito, neg. min.  
sicut autem spatium est infini-  
tum, & infinitas medietates ha-  
bet, ita tam corpus, quod per-  
transit, quam tempus, quo per-  
transit, est infinitum, & infinitas  
habet medietates, cum sit par-  
tē utrumque corpus continuum.  
Resp. secundò directè neg. min.  
Ad prob. ejus disting. maj. Spa-  
tium est in infinitum divisibile  
secundum partes proportiona-  
les conc. maj. secundum aliquo-  
tas, neg. maj. Itaque partes cu-  
juslibet continui, aut accipiunt  
proportionales, ut v. g. cor-  
pus habet duas medietates, &  
medietas, cum sit corpus, item  
habet duas medietates, & sic de-  
inceps; aut accipiuntur partes  
aliquotæ, v. g. linea bipalmatis  
duos habet palmos, & quilibet  
ex his non duos palmos, sed  
duos semipalmos habet: priori  
quidem modo itur in infinitum,  
non autem posteriori, quia est  
devenire ad partem ita mini-  
mam, quæ ulterius non possit  
physicè dividi: partes hoc poste-  
riori modo acceptæ, sunt actu in  
continuo, quare has pertransit  
mobile, sed hæ finitæ sunt; priori  
autem modo infinitæ sunt, sed  
ex non actu, sed potentia sunt  
in spacio, quare illas non per-  
transit mobile.

2 Secunda ratio Zenonis hæc est: Impossibile est, equum quantumcumq; velocissimè currentem aliquando pervenire ad testudinem sibi præcedentem, etiam si hæc tardissimè moveatur; sed hoc est manifeste absurdum: ergo. Prob. maj. Sit motus equi centesimus ad motum testudinis, ita quod in duratione, qua equus leucam percurrit, transit testudo centesimam ejus partem, & sit præcedentia testudinis per unam leucam, tunc quo tempore equus hanc leucam percurrit, transit testudo centesimam ejus partem, & quo tempore equus currit hanc centesimam, transit testudo centesimam hujus centesimæ; sed sic est ite in infinitum, quia non est status in divisione continui: ergo semper testudo præcedit. Hanc, ait Philosophus, à præcedente non differet: falsum est enim, quod non sit status in divisione continui physica, & secundum partes, quibus pertransitur, nempe aliquotas; licet sit ite in infinitum divisione mathematica, & secundum partes proportionales, secundum has autem non sit transitus, quia motus commensuratur spatio physicè accepto, & secundum partes aliquotas: quia ergo finitæ sunt partes determinatæ, & harum centum pertransit equus, dum unam transit testudo, citoq; ad illam perveniet.

3 Tertia ratio, quæ directe

probat, mobile quiescere, dum videtur moveri, hæc est: Corpus, dum est in spatio sibi aquali, non moverit; sed in quolibet instanti durationis est in spatio sibi æquali: ergo in nullo movesatur. Patet min. quia, cum in instanti non sit successio, in eo quiescit corpus, & est in spatio sibi correspondentem. Hanc, ait Philosophus, in eo fallere, quod putat durationem, & quodlibet continuum ex solis indivisibilibus componi; hoc autem falsum est, ut infra probabitur: licet ergo quiescat corpus negative in spatio sibi correspondentem pro instanti, movesatur parte temporis, quæ inter duo instantia mediat, & successivè mutat spatium sibi correspondens.

4 Quarta ratio super demonstratione mathematica fundatur: Sit triplex magnitudo æqualis, quiescat media, & moveantur extremæ ad se invicem, ita quod in principio motus finis magnitudinis A corresponeat principio magnitudinis C. Tunc æquale velocitate, & æquali tempore quilibet ex illis pertransit simul unum, & duo spatia; sed hoc est aperte impossibile: ergo impossibilis est motus. Prob. maj. Eodem spatio temporis, & eadem velocitate magnitudo A v.g. pertransit totam magnitudinem C.

Et medietatem magnitudinis B; sed magnitudo C dupla est ad medietatem magnitudinis B: ergo simili, & uno motu pertransit unum, & duo spatia, sive magnitudinem simplam, & duplam. Patet maj. quia in fine motus equalis est illa triplex magnitudo; erat autem pertransienda tota magnitudo C, & medietas magnitudinis B.

Hanc solvit Philosophus detegendo æquivocationem, qua nimirum: ait ergo, quod uno motu, & equali velocitate unum tantum spatiū est pertransire, nempe si una sit comparatio, qualis est corporis A ad corpus B, ibi item est duplex comparatio, tempore comparatur corpus A non unum ad corpus B, sed etiam ad Clarius, neg. suppositum maj. quod nempe unus sit motus; movetur enim non solum corpus A, sed opposito modo corpus C: quilibet ergo motus seorsim, & se solo medietatem pertransit corporis B, & uterque simul duas medietates; quare est accipere unum, & duo spatia, quia est accipere motum, ut unus est, & ut duplex. Patet itaque, quod æquivocatione nituntur rationes Zenonis, qua detecta, congruentissime supponitur, motum esse.

Hoc supposito, motum sic definit Philosophus: *Actus illius, quod in potentia existit, prout sic in potentia est*, seu ut hanc ipse explicat: *Actus mobilis in eo quod*

*mobile*. Quæ definitione brevius communiter traditur: *Actus entis in potentia, prout in potentia;* notandum autem, quod *ly entis* in haec definitione non debet accipi substantivè, sed adjective, & per modum participii, nempe *illius quod est in potentia*, neque enim de ente ut sic Physicus agit, neque ens in eo, quod tale, subjectum est mobile, de quo satis diximus in quæstione Proemiali. Dicitur primo *actus* loco generis; debet tamen *actus* accipi latissime, prout *actus* est quidquid utecumque potentiam determinat; motus enim non est absolute actualitas aliqua, sed, ut ipse ait Philosophus, actualitas deficiens, & imperfecta, quod per differentiam ejus sufficienter explicatur.

Dicitur deinde: *Entis, sive existentis in potentia*; quo non movens, sed mobile significatur, ut alia definitione explicat Philosophus: motus ergo non est actualitas moventis, sive illius, quod potest movere; hoc enim, secundum tale non in potentia est, sed in actu, sed est *actus mobilis*, sive illius, quod potest moueri, quod, secundum quod tale, in potentia est ad formam, quæ est terminus motus; quia, ut in processu patebit, movens debet esse tale in actu, quale est mobile in potentia, cum intendat mobilis communicare formam. Tandem dicitur *prout in potentia,*

quo specialiter quidditas motus determinatur. De hujos particula sensu multum controvertitur, & ea multiplicitate explicatur, sensus tamen ejus planus est in textu; ait enim Philosophus text. 9. *Dico autem in quantum sic; est enim as potentia statua, sed tamen non aris entelechia, & in quantum est as, motus est, nempe as accipitur, aut in quantum as est, & sic est in actu; aut in quantum potest fieri statua, & sic est in potentia: motus ergo actus est aris, in quantum potest statua fieri, & prout sic potest.*

Pro intelligentia itaque imaginabimur mobile inter duos terminos; semper enim motu derelinquit unum terminum, qui dicitur *à quo*, & acquirit alterum, qui dicitur *ad quem*; quare in termino *à quo* est plenè in potentia ad actualitatem, quæ est terminus *ad quem*, & in ipso termino *ad quem* est plenè in actu: dum ergo inter illos duos terminos accipitur, neque plenè est in actu, quia nondum in termino *ad quem*; neque plenè est in potentia, quia jam non in termino *à quo*, sed in medio. Patet itaque, quòd motus actualitas est, quatenus eo aliquo modo excluditur potentia, nempe terminus *à quo*, & actualitas illius, quod erat in potentia, scilicet illius, quod erat in termino *à quo*; talis autem actualitas, quæ relinquit in potentia, nempe in via, & po-

testate acquirendi terminum *ad quem*: quando ergo mobile accipitur in termino *à quo*, nondum incepit motus, quia est in pura potentia, & nihil habet de actualitate termini *ad quem*; quando autem accipitur in termino *ad quem*, jam nihil est de motu, quia plenè est in actu, & plenè habet actualitatem termini *ad quem*; quando verò medio modo accipitur, nempe partim in actu, quatenus in via est, & cœpit de relinquere terminum *à quo*; & partim in potentia, quatenus nondum acquisivit terminum *ad quem*, est in motu, & ista via, & medio modo se habere est actualitas potentialis, & actus illius, quod erat in potentia, prout in potentia relinquitur.

6 Quæres primò: Quid est formalitas in motu, an respectu ad mobile, vi cuius est actualitas ejus, an potius respectus ad terminum, vi cuius est actualitas potentialis? Sensus est: Cùm motus sit via, & medium inter terminum *à quo*, & terminum *ad quem*, per comparationem ad terminum *à quo*, actualitas est, quatenus incipit illum excludere; per comparationem autem ad terminum *ad quem*, potentialitas est, quatenus nondum illum acquisivit, & relinquit in potentia: quæritur ergo: Quænam comparatio sit formalior? Videtur, quòd comparatio ad terminum *à quo*: priuò, quia ex illa est

actus; ex altera autem est potentialitas. Secundò, quia illa in re adponitur in definitione; dicitur enim, quod motus est actus mobilis. Tertiò, quia accidentis definitur ex ordine ad subjectum suum, ut similitas est curvitas natus; sed in comparatione ad terminum à quo importatur habitudo ad subjectum mobile: ergo.

7. Resp. B. Doctor lect. 2. quod formalius est in motu respectus ad terminum acquirendam, vi cuius est potentialitas, & hoc ipsæ ostendunt rationes adductæ in contrarium: primò quidem, quia non utecumque actus est, sed talis determinatè actus, nempe imperfectus, & deficiens; hanc autem imperfectionem importat ex habitudine ad animum acquirendum. Secundò item, quia id, quod importatur in recto in definitione, tenet locum generis; patet autem, quod formalius, & magis per se est in unoquoque id, quod habet locum differentiam. Tertiò, similiter; non enim quodlibet accidentis ex ordine ad subjectum definitur, sed illud tantum, quod ex propria quidditate determinat ibi speciale subjectum, ut curvitas in naso constituit similem, in crure constituit rectum; tunc autem definitur per ordinem ad illud secundum illam specialem rationem, qua est subjectum ejus, ut anima definitur non per ordinem ad corpus, sed

ad corpus organicum: jam autem motus definitur per ordinem ad mobile, non specificativè, sed reduplicativè, ut mobile est; priori autem modo importat habitudinem ad terminum à quo, posteriori verò habitudinem ad terminum ad quem.

8. Quæres secundò: Quoniam iste respectus ad terminum acquirendum duo dicit, nempe, & quod motus sit in se incompletum quid, & quod sit via, & habitudo ad completum, quid potius dicat motus? Videtur, quod primum, quia motus est actus potentialis, & incompletus; quare ipsam potentialitatem, qua in se est incompletum quid, importat loco differentia. De hoc querit B. Doctor lect. 3. & respondet, quod sicut locus pro materiali importat superficiem corporis continentis, pro formali vero ordinem ad polos, ex quo sumitur immobilitas, ita motus pro materiali importat ipsam incompletionem, seu potentialitatem, pro formali vero habitudinem ad perfectum, seu mutatum esse. Hoc suadet ipsa ratio in contrarium facta: nam potentialitas ipsa, quæ est de formalis ratione motus, viam, & habitudinem ad terminum significat, cui est potentialitas, non quod aliqua sit relatio, sed ipsa successio, & viale transire te ipso est ad terminum transcender, & intransitivè. Nonnulla fo-

lent

lent contra definitionem Philosophi objici, quæ, quia levia sunt, prætermitto:

Rorsus: Eo probat Philosophus, non dari motum ad substantiam, quia non successive, sed in instanti fit transitus ad substantiam, eo quod non habet contrarium: ergo quia sentit, quod mutatio instantanea non est motus. Tertio: Philosophus ipse in hoc 3. Physic. text. 1. ait, motum esse de genere continuorum; sed mutatio instantanea nequit habere continuatem, cum nullas habeat partes, neque in se, neque in termino suo: ergo. Quartò: Si utrumque intenderet Philosophus hac definitione comprehendere, deberet postea rationem definitam dividere in motum, & mutationem, ut postea de motu ageret, ut a mutatione distinguitur; sed nulla divisio in textu reperitur: ergo illa definitio non committet de utroque, sed tantum de motu traditur.

Confirmatur, & explicatur: De eodem hæc definitio est, de quo in processu agit; sed in consequentibus de motu agit, ut accipitur contra mutationem: ergo illum sic illa definitione intendit. Patet maj. eo enim definitum explicat, quia de illo intendit agere; quod si non de illo, sed de aliqua specie intendit; divisione opus est, qua talem speciem determinet. Minor item patet legenti textum; determinat enim in consequentibus, quod ad substantiam non datur motus; patet autem,

I. II.

*An hæc definitio convenientia mutationi instantaneæ?*

N Egativam partem te-  
nent Soto, Pereira,  
Conimbricenses; & ex nostris  
Villanova, & Manso, qui putant  
mentem esse B. Doctoris in He-  
xam. part. I. cap. II. eaque va-  
lidis probatur argumentis: pri-  
mò ex ipsa definitione: Motus  
enim dicitur *actus entis in poten-*  
*tia prout in potentia*, quo signifi-  
catur, quod talis est *actus*, quo  
mobile partim est in actu, &  
reliquit terminum a quo; partim est  
in potentia, & nondum acquisi-  
vit terminum ad quem, sed in  
medio est, & inter utrumque ter-  
minum; sed hoc impossibile est  
intelligere in mutatione instan-  
tanea: ergo illi non convenit de-  
finitio. Patet min. mutatio enim  
eo dicitur instantanea, quia in  
indivisiibili perficitur; in indivi-  
sibili autem impossibile est intel-  
ligere subjectum in medio, cum  
istò indivisiibili mensuretur in-  
tinsecè ipsa acquisitio termini:  
ergo impossibile est mobile ac-  
cipere in via, & potentia ad ac-  
quisitionem.

larem; quod datur mutatio instantanea; agit item de continuo, & tempore; mutatio autem nec continuitatem habet, nec tempore mensuratur: cætera omnia, de quibus in reliquis libris Physica determinat, motui tantum convenientia, ut contra mutationem dicitur.

10 Nihilominus quod etiam mutatio illâ definitione comprehenditur, aperte ex ipso textu colligitur: siquidem in principio hujus libri tractatus de mutationem assignat, quare sibi de motu agendum est, quod nempe cum natura sit principium motus; non poterit exacte sciri natura, nisi sciat, quid est motus; ait itaque: *Quoniam autem natura quidem principium est mutationis, methodus autem nobis de natura est, non latere nos oportet, quid sit motus; necessarium enim est, ignorato ipso, ignorari naturam:* ergo de motu intendit in illa definitione, motus ponitur in definitione naturæ; sed in definitione naturæ ponitur motus communiter ad motum, & mutationem, natura enim principium est non solum alterationis, sed etiam generationis: ergo.

Rursus, text. 6. definiens motum ita habet: *Eius, quod potentiâ existit actus, quatenus hujusmodi, motus est; ut alterabilis quidem, quatenus alterabile, alterabilis, augmentabilis autem, & opposi-*

*sti decrescibilis ( nullum enim est commune nomen in utrisque ) augmentum, & decrementum; generabilis autem, & corruptibilis, generatio, & corruptio; ejus verò, quod fertur, latio.* En post definitionem de singulis exemplificat, quæ intendit illâ comprehendere; sed inter cætera assunt generationem, quæ non motus, sed mutatio est: ergo illam etiam intendit comprehendere.

Insuper, text. 7. probatus ita esse, talem habet rationem: Unaquæque potentia suum habet actum ipsi correspondentem; sed ædificabilis, ut talis, non est actus ipsum ædificium, ergo erit ædificatio, quæ est motus. Minorem eo notam supponit, quia actus non destruit potentiam, sed perficit, quare manet potentia sub actu suo; at non manet ædificabile cum ipso ædificio, bene autem cum ædificatione: ergo non ædificium, sed ædificatio actus est ædificabilis, ut talis. Nunc autem: Hæc ratio aut nulla est, aut illa definitio comprehendit etiam mutationem; patet enim, quod generabilis, ut talis, non genitum, sed generatio est actus: intendit ergo etiam mutationem comprehendere.

Præterea: Generatio actus est illius, quod erat in potentia, nempe ipsius generabilis, prout sic in potentia relinquitur, non

enim generatione, sed termino ejus sit plenè in actu: ergo idem. Tandem: De motu debet accipi illa definitio, ut est prima passio subjecti Physicæ, & per se de consideratione ejus; sed ita comprehendit etiam mutationem, paret enim, quod de generatione substantiali agit per se Physicus: ergo. Quæ autem in contrarium objecta sunt, commodius solventur §. sequente,

## §. III.

*An univocè conveniat illa definitio motui, & mutationi?*

11 **A**ffirmativam partem omnes tenere Doctores Modernos, asserit Rubio q. 4. & probat primò, quia Philosophus sine ullo discrimine definitionem accommodat motui, & mutationi; quare sentit, quod eadem ratione utriusque convenit, & sic univocè. Secundò, verba definitionis æqualiter motui, & mutationi convenient: ergo univocè. Prob. antec. Motas dicuntur *actus entis in potentia prout in potentia*, quia sic constituit mobile in actu, quod relinquit in potentia ad terminum motus; sed hoc æquè convenit mutationi: ergo. Prob. min. Generatio sic constituit in actu ipsum generabile, quod per se, & formaliter relinquit in potentia ad ter-

minum generationis; formaliter enim non est ipse terminus, sed acquisitio ejus. Confirmatur: Non minus alteratio est via ad alteratum esse, & formaliter differt à termino alterationis, cui realiter identificatur, quam generationis sit via ad terminum generationis, & ab eo formaliter differat, licet identificetur realiter: ergo eodem modo utriusque convenit definitio.

Tertiò: In hoc differt conceptus univocus ab analogo, quod analogus non præscindit ex parte objecti, quare in ipso reperitur inæqualitas, qua ad unum principaliter, ad cætera secundum *quid*, & per attributionem ad principale, descendit; sed conceptus, quem explicat definitio motus, præscindit ex parte objecti, & æqualiter comparatur ad motum, & mutationem: ergo. Prob. minor: Quod enim sit actualitas potentia, quam relinquit determinabilem, & in potentia accipitur ab intellectu sine ulla determinatione ad alterationem, aut generationem, & æqualiter generabile generatione, & alterabile alteratione ita determinatur; sed ille est conceptus, quem explicat definitio motus: ergo.

12 Nihilominus dicendum, quod analogicè illa definitio convenit motui, & mutationi, nempe principaliter motui, mutationi vero secundum *quid*. Id

esse intentum Philosophi, primò patet, quia quoties de motu loquitur, simpliciter, & sine addito motum dicit, ut accipitur contra mutationem; ipsam verò mutationem, sàpe ait, motum non esse, nempe simplicitè, & propriè. Præterea: Probaturus, vacuum repugnare, deducit pro inconvenienti, quòd, eo dato, motus fieret in non tempore; id autem non est inconveniens, si motus univocè cum mutatione dicitur; patet enim, quòd mutatio sit in non tempore, nempe in instanti. Rursus, in hoc 3. text. 9. ait, quòd necesse est tres esse motus, nempe quantitatis, qualitatis, & secundum locum; sed si motus univocè cum mutatione dicitur, plures sunt: ergo. Super: Eo probat, non dari motum ad substantiam, quia motus requirit contrarietatem inter utrumque terminum; sed talem non requirit mutatio: ergo.

Ulterius, citat. text. 9. sic habet: *Quoniam autem motus mutatio quedam est, mutationes autem tres sunt dictæ; barum autem, quæ secundum generationem, & corruptionem, non sunt motus.* En aperte generatio, & corruptio, quæ sunt mutationes instantaneæ, non sunt motus, ab solutè loquendo; quòd si communis definitione cum motu comprehenduntur, id est ex analogia, sicut accidens eadem defi-

nitione entis comprehenditur cum substantia. Præterea: Si modi, & mutationi univocè communis est aliqua ratio, substantia, & accidens habent supra se genus, nempe illam rationem univocam; sed id est inconveniens, prædicamenta enim sunt genera suprema: ergo. Patet major, quia motus non datur ad substantiam, ut in principio 5. probat Philosophus; quare mutatio est ad substantiam, motus verò ad accidens.

Hoc ipsum sàpe intendit B. Doctor, & expressè illo loco, quem pro se adducunt NN. Villanova, & Manso, nempe in Hexam. part. I. cap. II. ubi determinat, quòd mutatio, ut generatio, aut corruptio, non est motus, sed terminus ejus; ait itaque: *Sed hujusmodi actio, per quam acquiritur substantialis forma, non est motus, cum hæc fiat in instanti, sed est mutatio, id est, terminus motus.* In hoc ergo ipsi falluntur, quòd putant idem esse, quòd mutatio non sit propriè, & simplicitè motus, & quòd illa definitiōne non comprehendatur; ipse enim B. Doctor sàpe ait, quòd accidens non est ens, nisi quia entis, & tamen definitiōne entis comprehenditur analogicè cum substantia.

13 Ad motiva in contrarium facile est respondere: ad primum dicitur, quòd Philosophus de motu intendit, ut est

prima passio subjecti Phisicæ, ut ponitur in definitione nature, & est de consideratione Phisici, quare communiter ad motum, & mutationem accipit, quia de utroque agit per se Phisicus, & ita communiter accipitur in definitione naturæ; & quia ista ratio sic communis potest una definitione explicari, eam sic definit, ex quo non sequitur, quod illa definitio sit univoca: sicut Metaphysicas, quia de ente intendit communiter substantiam, & accidentem, ejus rationem sic communem definit; quæ definitio, licet utrumque comprehendat, principaliter tamen substantię convenient, & accidenti secundum quid, & ex analogia ad substantiam.

Ad secundum neg. antec. Ad prob. ejus neg. min. ad cuius rationem dicitur, quod esse actualitatem potentialem, ut explicatur per definitionem motus, utique convenient mutationi, alioqui non illi conveniret definitio; sicut autem posse realiter existere, quæ cù definitio entis, licet accidenti convenient, minus tamen propriè, quam substancialiter convenient; ita ratio actualitatis potentialis impropiè, & tantum quodammodo mutationi convenient. In motu itaque ratione successionis realiter, & physicè accipitur determinare potentialitatem mobilis, & relinquere in potentia; in mutatione vero,

quia in indivisibili est determinatio mobilis, & plena acquisitione termini, non nisi metaphysicè, & secundum præcisionem intellectus nostri accipitur illa potentialitas ad terminū, quam explicat definitio; & licet realiter identificetur motus cum termino, minus tamen, quam mutatione, quia ipsa formalis distinctione partitur latitudinem, nempe accipit intellectus, quod neque motus, neque mutatione est realitas aliqua alia à termino; accipit tamen, quod aliter se habere ipsa subjectum in acquisitione termini per motum, & per mutationem, quia per motum successivè, & partim, ita quod physique, & re ipsa est in actu, & in potentia, quod non habet physique, sed tantum metaphysicè, quando mutatione acquirit, quare habet actualitatem potentiam secundum quid, & quodammodo.

Per hoc patet ad confirmationem; dicitur nempe, quod alteratio est via realiter, & physique, generatio vero tantum metaphysicè, & secundum quid. Patet item ad tertium; neque enim perfectè præscinditur conceptus via, & actualitatis potentialis, neque equaliter utrique attribuitur; sicut namque posse existere ex parte objecti id significat, quod in se habet esse, & hanc propriè attribuitur, ita esse actualitatem potentialem, & sic consti-

tuere in actu, quod relinquat in potentia, id ex parte objecti significat, quod physicè, & re ipsa ita constituit, & huic attribuitur propriè, & simplicitè; quod autem tantum metaphysicè, & ex consideratione intellectus ita constituit, tantum secundum quid, & ex quadam analogia illum conceptum habet.

14 Nunc ad argumenta, quæ p̄cedente adducta sunt in contrarium, patet de facili: & primò ad authoritatem B. Doctoris jam patuit suprà, quod tantum intendit, mutationem non habere propriè, & simplicitatem motus, quod non tollit, quin analogicè illam habet, & hoc sensu definitione comprehendatur, sicut dictum me accidente. Ad primam rationem disting. min. Id nequit intelligi in mutatione instantâ proprie, & simplicitè, conc. min. secundum quid, & ex quadam analogia, neg. min. Ad prob. ejus dicitur, quod, quia in invisibili intelligitur mobile determinari, & plene esse in actu, ea acquirere terminum, physicè, & realiter non accipitur via, seu actualitas potentialis; quia tamen ipsa acquisitione formaliter non est terminus, & plena actualitas, metaphysice ipsa accipitur esse semiplena, & imperfecta actualitas; quare, licet non absolute, aliquo modo tamen id habet, quod definitio explicat.

Ad secundum disting. conseq. Ego, quia lentit, quod mutatio non est motus eo sensu, quo ibi motum accipit, conc. conseq. eo sensu, quo motus hic accipitur, neg. conseq. Itaque Philosophus ipse hic afferit, motum se accipere, ut ponitur in definitione naturæ; sic autem latè, & communiter accipitur, & comprehendit motum, & mutationem, quia natura utriusque principium est: ibi autem probat, motum non dari ad substantiam, accipit motum strictè, ut dicitur contra mutationem; hoc autem sensu mutatio non est motus, ut ipse habet hic text. 9. Ad tertium ait utique ipse Philosophus, quod motus est de genere continuorum; sed ipse etiam ibi ait, quod priùs de communib⁹, deinde de specialib⁹ agere intendit: motus ergo communiter sumptus, ut priùs accipitur, dum ejus definitionem tradit, præscindit logicè à continuitate, quia accipitur, ut est analogice communis ad successivum, & non successivum; motus autem, ut poslea accipitur à textu 9. & deinceps, est de genere continuorum, quia inde incipit motum accipere strictè, ut dicitur contra mutationem.

Ad quartum neg. min. ex parte enim illam divisionem habet Philosophus in principio 5. text. 9. ubi incipit de motu strictè sumpro determinare, verba

ejus

ejus superius adducta sunt. Præterea: Licet ratio univoca ita deberet accipi, quod, postquam definita est, oporteret dividi, ut determinaretur consideratio de speciebus ejus, quia ea æquè simpliciter stat pro qualibet: quia tamen ratio analoga simpliciter, & sine addito stat pro principali, licet definitio communiter comprehendat utrumque analogatum, ut sequens determinatio de principali intelligatur, non necesse est dividere, sed ipsa ratio de se sufficierter determinat considerationem.

## S. IV.

*An successio, & continuitas sit de quidditativa ratione motus?*

15 **S**upponi debet motui simpliciter dicto utrumque convenire; sine successione enim non motus est, sed mutatio instantanea; sine continuitate autem successio non unus est, sed multiplex motus: debitur ergo: An quidditativè, & ut essentiale quid, an potius ut passio, & proprietas utrumque, vel alterum motui conveniat?

16 De successione quidem per se notum est esse de quidditate motus propriè dicti: consi-

tit enim quidditas ejus in eo, quod partim, & semiplenè reducat ad actum, seu quod talis sit actualitas, qua mobile incipiat in actu fieri, & relinquatur adhuc in potentia ad terminum; hoc autem, si propriè, & realiter accipiatur, ipsam significat successionem: non enim aliud est successio, quam fluxus ipse, quo mobile ad terminum transit; & partim acquirit, quatenus est in via ad illum, partim relinquit acquirendum, quatenus nondum sub illo est, sed in via.

Neque ea, quæ in contrarium objiciunt Conimbricenses, quid urgent: primò, quod successio nihil est aliud, quam negatio simultatis partium; negatio verò nullius entis quidditas esse potest. Secundò, quod successio alicujus est successio; id non alterius, quam ipsius motus aut ergo motus erit successio sui ipsius, aut successio non quidditas est, sed passio secuta ad quidditatem. Ad primum neg. antec. successio enim modus est positivus, fluxus nempe partium quo una post aliam existit. Ad secundum fallit apertè illa forma: rationalitas enim alicujus est rationalitas; patet autem quod non alterius, quam hominis, neque hoc tollit, quin sit de quidditate ejus. Itaque realitas motus ipsa est realitas, aut subjecti mobilis, secundum quod successivè transit ad terminum;

ut termini , secundum quod successivè acquiritur ; de quo postea : hujus ergo realitatis flusus est successio , & motus .

17 De continuitate negant Conimbricenses esse de quidditate motus , pro se citantes Commentatorem 4. Physic. tex. 119. Albertum Magn. Fonsec. Perer. Iand. & alios. Probant primò : Quia motus formaliter est acquisitionis termini ; sed acquisitionis non est quidditativè continuitas : ergo. Secundò : Motus in sua ratione est incompletum quid ; sed continuitas quid completum est : ergo. Prob. min. Continuitas consistit in extendendo continuè successivam acquisitionem termini ; sed in hoc non designat incompletum quid , sicut patet de continuitate temporis : ergo. Tertiò : Ratio motus analogæ sequitur varietatem termini , & per omnia prædicamenta variatur ; sed continuitas est ratio simplex , univoca , & quæ determinatur ad prædicamentum quantitatis : ergo.

18 Nihilominus dicendum , quod continuitas est de quidditate motus successivi , sive strictè sumpti. Prob. primò : Quod non pertinet ad quidditatem rei , sed est passio ejus , eo per intellectum sublato , relinquitur conceptus rei , ut sublata per intellectum risibilitate , relinquitur conceptus hominis ; sed sublata per intellectum continuitate , non

relinquitur conceptus motus successivi : ergo. Patet min. eo enim , quod discontinuatur successio , quiescit mobile , & finitur motus. Confirmatur : Vnumquodque per idem habet esse , & unum esse ; sed à continuitate habet motus , quod sit unus : ergo. Patet min. quia eo , quod discontinuatur , sit duplex.

Quod autem hoc sit de mente Philosophi , patet ; nam in 5. Physic. text. 23. docet , quod continuitas motus sumitur ex non interruptione , seu ex continuitate temporis mensurantis , ita quod , licet spatiū , quod mobile pertransit , non continuum sit , si tamen contiguum sit , ita quod discontinuatio ejus non obstat , quominus sine interruptione durationis fiat motus ; erit continuus ; at verò text. 34. docet , quod unum ē tribus , quæ ad unitatem motus requiruntur , est successio temporis non interrupta , seu ejus continua duratio : cùm ergo unitas sit de quidditate rei , quia per idem habet esse , & unam esse , relinquitur , quod continuitas est de quidditate motus .

19 Opposita autem non est difficile solvere : & primò locus Commentatoris , qui in contrarium adducitur , prater intentiōnem ejus accipitur : illo ergo textu ait Philosophus , quod tempus non mensurat mobile secundum substantiam suam , sed secundum

cundum quod est sub motu; & ibi ait Commentator, quod tempus mensurat mobile secundum quantitatem, quæ accedit motui: sensus hujus propositionis non est, ut intendit arguens, quod aliqua quantitas, & subinde continuitas ejus sit accidentis motus; sed sensus est, quod tempus mensurat mobile secundum quantitatem, quæ motui convenit, seu quam habet ratione motus, ut si tantum durat motus, tanto tempore accipiatur mobile sub ipso; sicut autem quantitas, secundum quam mobile dicitur tempore mensurari, ipsa est quidditas motus, ita continuitas ejus.

Deinde ad primam rationem dicitur, quod motus est non utcumque acquisitionis termini, sed talis acquisitionis, nempe successiva; tunc autem dicitur ad minorem, quod talis acquisitionis non est formaliter continuitas, sicut neque homo est formaliter rationalitas; sicut autem homo est formaliter, & quidditativè rationalis, ita acquisitionis est formaliter continua, alioqui non una erit, sed multiplex. Ad secundam, continuitas in permanentibus completum quid designat; in successivis vero ex propria eorum quidditate dicit incompletum quid, & patet in ipso exemplo, quod pro se assumit arguens: Tempus est numerus motus secundum prius, & postius; quare partes ejus sunt pra-

teritum, & futurum, quæ instanti præsenti copulantur, & continuitas ipsa est copulatio, qua id, quod fuit, conjungitur cum eo, quod erit: ipsa ergo continuitas successivi potentialitatem, & vialitatem significat.

Ad tertiam, motus accipitur, aut formaliter ex habitudine ad terminum, à quo specificatur, & hoc sensu vagatur per omnia prædicamenta, aut per illa saltum, ad quæ datur per se motus; aut accipitur quasi materialiter secundum id, quod est in se, & subjectivè, & sic non est quidem per se quantitas, quia non per se, sed ratione mobilis, aut termini, qui acquiritur, partes habet; sicut autem quamdam habet divisibilitatem ratione illius, ita ad prædicamentum quantitatis determinatur, & quædam quantitas, non formaliter, sed reductivè; quare continuatatem habet, quæ convenit quantitati successivæ, ad quam reducitur.

## ARTICULUS II.

*Quotuplex sit motus?*

I. I.

*Explicantur divisiones motus.*

20 **S**icut motus dividitur in successivum, & instantaneum, in tardum, & velocium,

cem, in violentum, & naturalem: sed prior divisio analoga est, & eadem, ac in motum, & mutationem; quæritur autem de motu, ut contra mutationem dicatur: alia ex accidentibus desumuntur motui extrinsecis; quod si ex his vellemus motum dividere, longissime procederet divisio. Motum itaque dividit Philosophus cum 5. Physic. tex. 18. tam, & latius in 7. Phys. à text. 10. probatur enim, quod movens esse non debet distans à moto, per singulas motus species id inductive ostendit; ex ipso itaque

27. Dividitur primò motus in motum se moventis, & ab alio moti: motus se moventis est, in quo ipsum mobile habet in se principium activum, seu effectivæ causacivum sui motus, & huiusmodi est motus vitalis, de quo in lib. de Anim. interim tamen notat hic B. Doctor, non sic debere accipi motum se moventis, quod aliquid possit moveare se ipsum directe, & per se, sed aut indirecte, & per accidens movendo aliud, à quo moveatur, ut se movet grave removendo prohibens; aut per partes, sive potentias, & ita se movent viventia, quæ eo organica sunt, & diversitatem habent partium, & potentiarum, ut una alteram moveat, & ipsum vivens per unam moveat, per aliam moveatur: ab altero motu di-

cuntur, quæcumque in se non habent principium, à quo effectivæ causatur motus, quod tantum dicitur movens; forma enim sive principium formale non habet influentiam, quæ est activum movere.

Horum motus dividitur secundò in motum ad formam, & ad ubi; motus ad formam transmutatio est, qua forma acquiritur perfectiva ipsius mobilis; & ulterius subdividitur in alterationem, quæ est motus ad qualitatem, & augmentationem, aut diminutionem, qui sunt ad quantitatem, de quibus in lib. de Generat. Motus ad ubi, qui communis nomine dicitur latio, sive loci mutatio, dividitur in pulsionem, & tractionem: pulsio est motus ad aliud; tractio autem motus ab alio: utrumque sic definit B. Doctor, qui notat, quod in pulsione est unus terminus ad quem, & duo à quo: pellens enim de necessitate ad aliud pellit; potest autem aut à se, aut ab alio pellere: in tractione vero è contra est unus terminus à quo, & duo ad quem: nam trahens de necessitate ab alio trahit; potest autem ad se, vel ad alterum trahere. Pulsionem subdividit Philosophus in expulsionem, & impulsionem: impulsionem dicit, quando movens toto tempore motus conjunctū est ipsi mobili, seu, ut ipse erat, cum movens mobilis non deficit: expulsionem ve-

rò à contrario , quando movens moto deficit , seu non est ipsi conjunctum toto tempore , quo motus durat , ut cùm quis projicit lapidem , expellere dicitur , quasi extra se pellere : hæc autem divisio accidentalis est , cùm non ex termino motus , sed ex quadam accidentalí circumstantia accipiatur .

22 Dices: Motus juxta Philosophum ex termino *ad quem* speciem sumit , subindeque & distinctionem ; sed tractio non ex termino *ad quem* , sed ex termino à quo definitur , & à pulsione distinguitur: ergo non benè. Patet minor ; quia quantum ad terminum *ad quem* pulsio est ad alterum , & tractio ad alterum esse potest , quare ejus quidditas est , quòd sit de necessitate ab altero. Resp. primò , quòd pulsio à tractione non specificè , sed genericè differt ; potest autem generica distinctio ex termino à quo haberi. Resp. secundò , quòd non ex termino à quo , sed *ad quem* uterque motus differt ; explicatur autem utriusque quidditas per terminum à quo , quatenus ex ipso diversificatur terminus *ad quem*: ad alterum enim formaliter differt , ut terminat motum à se , & sic specificat pulsionem ; & ut terminat motum ab alio , & sic specificat tractiō nem.

23 Notandum autem , quòd Philosophus quatuor species as-

sigat lationis , seu motū secundū locum ; ultra duas enim assignatas ponit vectiōnem , & vertiginem , seu circulationem. Ita autem ad duas illas reducuntur: nam vectio est motus per accidens , nempe , quod vehitur , non per se movetur , sed ratione alterius , à quo , sive in quo vehitur ; videmus enim , quòd , qui est in navi , eo solūm vehitur , quia movetur navis , & ea quiescente , non vectiōne , sed fortè alio motu movetur , puta , quia ipse ambulat vectio ergo ad pulsionem , aut tractum reducitur ; si enim vehens pulsione movetur , ut navis , pulsione movetur vectum ; si autem vehens movetur tractione , ut currus , eādem movetur vectum .

Dubitatem autem circa hoc movet B. Doctor , quia non videtur , quòd semper vectio à pulsionem , aut tractionem reducatur ; contingit enim , quòd quis equo vehatur , & tunc neque pulsione , neque tractione moveatur. Ad hoc respondet B. Doctor , quòd loquitur Philosophus de motu eorum , quæ ab alio moventur , ideo vectiōnem ad pulsionem reducit , aut ad tractum absolute autem , sicut aliis motus est præter motum ab alio , nempe motus se moventium , in vectio ad illum etiam reduci potest ; hoc autem non tollit , quia vectio non particularis species est , sed ad motum reducitur ve-

hentis.

hentis; & hoc ipse intendit.

Circulatio, seu vertigo motus est ex duobus compositus; in eo enim, quod circulariter movetur, aliae partes pulsione, aliae vero tractione moventur, nempe partes precedentibus trahunt, posteriores vero pellunt: quia ergo ratio utriusque motus reservatur in isto, non tertia species motus dici debet, sed ex duabus illis compositus; quare aut per reductionem ad alterum, aut per copulationem utriusque ad illas duas species reducitur motus secundum locum.

De hoc autem dubitacionem etiam movet B. Doctor in 7. Physic. lect. 4. quia Philosophus hic circulationem dicit non simplicem motum, sed compositionem ex pulsu, & tractione, & ad illos reductam; at vero oppositum docet in lib. de Cœlo; ibi enim vult, quod motus circulatis simplex est; assignat quippe tres species motus, à centro, ad centrum, & circa centrum; & hunc tertium, qui circularis est, dicit simpliciorem, & perfectiorem aliis. Ad hoc respondet B. Doctor, quod motus aut accipitor secundum se, aut ex ordine ad subiectum, & secundum modum, quem ratione illius habet; in lib. de Cœlo motum accipit Philosophus ex ordine ad subiectum, nempe motu latioris, de quo loquitur, subiectum mobile aut grave est, aut leve, aut neu-

trum; & grave quidem ad centrum movetur, leve à centro; quod autem neque grave est, neque leve, neque à centro movesatur, neque ad centrum, sed circa centrū; & quia hujusmodi natura simplicior est quolibet subelementari corpore, quod grave est, aut leve, ejus motus simplicior dicitur, & perfectior; hoc autem non tollit, quia motus secundum se aut pulsio sit, aut tractione, aut ad hos educatur, ut jam patuit; & hoc sensu hic accipit.

Si itaque seriem divisionum, & veluti prædicamentum motus velimus ordinare, quo omnes comprehendantur, motus primo dividitur in motum se moventis, & ab alio moti; & reliquo motu se moventis, quod vitalis est, motus ab alio motu dividitur in per se, & per accidentem; per accidentem erit veccio; per se autem poterit ulterius dividiri in simplicem, & compositum; compositus erit circulatio; simplex vero dividetur ulterius in pulsionem, & tractum; & pulsio iterum in impulsione, & ex-pulsionem: quod si ratione mobilis velis dividere, quo sensu circularis simplex est, dividetur motus per se in rectum, & obliquum; obliquus erit circula-tis, rectus autem à centro, aut ad centrum.

S. II.

*De motu gravium, & levium,  
ad quodnam extreum  
pertineat?*

24 **D**E abstrusioribus Naturæ arcanis putatur motus gravium, & levium, de quo late agit Philosophus in 7. Physic. & in 8. à text. 29. & ibi B. Doctor in 7. lect. 4. & in 8. lect. 10. & 11. & quia non parum difficultatis motus gravium, & levium inducit pro explicando in lib. de Anim. conceptu vitæ, illum oporter aliquantò latius expendere. Ratio dubitandi est, quia ex una parte sine ullo exteriori movente per hoc solum, quod removeatur prohibens, grave descendit, leve ascendit, quare eorum motus videtur pertinere ad se moventia: ex alia autem se movere proprium est viventium, & in hoc consistit conceptus vitæ; quare ait Philosophus, & validissimis probat rationibus, ut infrà patet, quod impossibile est ipsa, nempe gravia, & levia, à se ipsis moveri; patet enim, quod sunt vitæ expertia.

25 Prima itaque sententia est, quam tenent recentes Atomistæ, quæ docet, pulsione, aut tractione moveri, nempe vult

Cartesios, quod pulsione mouventur, Gasendo verò, quod tractione: convenient quidem in eo, quod nullum corpus est leve, neque levitas est aliquod accidens positivum, sed illud corpus leve dicitur, quod minus est grave, præter Æther primum Cartesianum elementum, quod totius est gravitatis expers. Tunc autem Cartesianum systema de motu gravium sic explicant: Æther eo quod primum motus vehiculum, motu ab Authore impresso cito moveatur in gyrum ab Occidente in Oriens; deinde corpora gravia motu suo conantur à centro recedere: cum ergo per lineam rectam à centro recedunt, in æther impingunt cito: involutum, & ab eo ad terram pelluntur. Hoc duplici comprehendant oculari experientia: videmus enim, quod lapis funditus in gyrum, quo magis, & velocius movetur, magis nititur recedere: signum ergo est, quod corpus grave motu sibi ab æthere impresso nititur à terra recedere: insuper videmus, quod si aqua in vase aliquo moveatur in gyrum, festucam, si qua in ea est, primò ad circumferentiam vasis, deinde paulatim quiescente, aqua, ad centrum pellit: ergo illi idem vortices, qui corpora à centro movent, ipsa ad centrum pellunt.

Ita Cartesianum systema explicat Tosca: præterquam quod autem

autem multa in eo voluntariè ponuntur, & ex levissimis deducuntur conjecturis; ex eo deducitur, quod motus gravis, quo recedit à terra, naturalis est, quo verò ad terram pellitur, est violentus; si enim naturalis conatus secundum motum sibi ab æthere impressum est à terra recedere, ad terram moveri violentum est; videmus autem, quod naturalissime quiescit, dum est in terra; è contra autem, dum à terra levatur, pondere suo nictat resistere, quo violentiam indicat. Præterea, inintelligibile est, quomodo iidem vortices à terra movent, & ad terram. Insuper, si ab æthere motum habent, quo nuntiantur à terra recedere, dum in ipsum æther impingunt, magis liberent de illo motu participare. Ulterius, ab æthere in gyrum isto neque à terra, neque ad terram deberent moveri per lineam rectam, quod etiam objicit Tosca; videmus enim, quod quidquid pellitur à corpore in gyrum isto, oblique pellitur, & per lineam spiralem.

26 Docet ipse Tosca, quod pulsione moventur gravia, sed non ab æthere, sed à Deo, qui gravibus in sua conditione determinationem dedit, qua ad centrum propendunt, ut globem terre conficiant. Ab ista parum differt, quam ipse refert Honorati Fabri, quod impulsu quodam accidentalì à Deo impresso

descendant. Sed illa determinatio, & propensio ad terram ipsa est gravitas, quam ponit sententia Philosophi, & cā relinquitur, quod ab eo moventur, à quo talem determinationem habent, qui motus non est cur pulsio dicatur; non enim ab eo est, qui movere. Iste autem impulsus quid videtur significare transunter impressum; videmus autem, quod id, quo grave nuntiat, & ad terram inclinator, sibi permanenter inest; quod si dicatur impulsus ille permanenter impressus, ipsa est gravitas, & ab eo movetur grave, qui talem dedit, sive impulsum dicas, sive gravitatem.

27 Altera sententia ponens gravia tractione moveri, qua est Galendi, ponit quosdam effluvios tenuium corpusculorum à terra emitti, quæ, dum in corpus impingunt, virtute magnetica illud secum ad terram trahunt. Hanc, postquam 1. conclus. impugnavit, ex parte sequitur in 2. Baptista Duh. quam item ex parte tenere Maign. ait Tosca. Sed hæc minus est intelligibilis, quam præcedens: in primis qualitatem trahivam, quam aliqui Peripatetici in magnete ponunt, isti irrident, & dicunt ignorantia confugionem; nunc autem ad eam aperte recurrent pro effectu minus difficultis; neque enim quid est aliud illa vis magnetica, qua emitti à terra effluvii dicuntur  
trahe-

trahere, quām occulta qualitas Peripatetica. Deinde, præterquamquod omnino voluntariè isti effluvii supponuntur, qua vi ad terram redeunt, non explicatur; si enim naturali pondere, eodem poterit corpus grave.

Præterea, qua ratione corpus ligant, ut secum deferant, omnino non appetet. Insuper, cur aliud corpus, quod nempe nobis leve dicitur, non ad terram trahitur, sed pellitur, & recedere cogitur, cū tamen ipsis omne corpus sit grave? Quod enim minus est grave, minus debet trahi, non autem recedere. Ulterius, non per se, & proprio motu gravia, & levia moverentur, sed motu ventionis, & per accidens; conatus autem sive gravis deorsum, sive levis sursum satis ostendit, per se, & proprio motu ista moveri; & insuper, cū corpora sint gravia, illi effluvii, nulla est ratio, cur magis motum habeant, quām possint reliquis corporibus communicare. Sed præstat ista relinquare.

Itaque inter Peripateticos duplex versatur sententia: prima docet, gravia, & levia ad se moventia pertinere. Ita Scotus in 2. dist. 2. q. 10. quem sequuntur Discipuli, & præ cæteris latè Merlin. 7. Physic. q. 2. ex Nostris Arim. in 2. dist. 6. Vener. & Saxon. 8. Physic. ex aliis Hurtado, Aver. Perer. Plaza,

Murcia, & alii apud cit. Merit. Parum ab ista differt sententia Resoluti apud Eliseum dist. 2. q. 7. art. 2. quod nempe, si in primo instanti contingat moveri gravia, & levia, à generante mouentur, deinceps autem se ipsa mouent.

Sed in primis hæc secunda; quod pro prima parte assumit, destruit secundam, nempe eo à generante dicit moveri, quia qui dat formam, dat consequentia ad formam: toto enim tempore, quo grave tale est, verum est, quod à generante accepit formam gravitatis: aut ergo descensus sequitur ad hanc formam, semper quod nullum sit prohibens; aut non sequitur, sed influentiâ aliquâ causatur? Si illud primum dicitur, semper moverentur à generante, semper enim non alia est influentia, & effectiva causalitas, quām generantis dantis formam: si autem dicitur alterum, neque in primo instanti moventur à generante; pro aliquo enim priori formam gravitatis accipit, quæ motum causat; quare non motum causat generans, sed formam, à qua motus causatur; & tunc, quod assumunt, male assumentur, non enim motus sequitur ad formam, sed ab ea causatur; neque actio, qua ignis calefacit, etiam in primo instanti, à generante est dante formam caloris, sed ab ipso igne per formam, quam in se habet.

De.

Deinde, gravia dicere se  
moveantia, apertissime est contra  
textum Philosophi, ut patet  
inferius: in hoc enim consistit  
conceptus vitæ; quod sit motus  
i se, seu quod vivens in se ha-  
bet sui motus principium: si  
ergo grave se mouet, erit vivens.  
Præterea, movens est principium  
motus effictivum, neque sufficit  
formam habere, secundum quam  
est motus; at gravitas in gravi  
non est effectivum principium,  
id formale tantum: non ergo  
grave est movens in motu des-  
census, sed tantum motum. Pa-  
net maj. quia movens significat  
aduentiam, & activum cona-  
sum, qui est efficientis causaliti-  
us. Patet item min. quia forma  
proprio subiecto suo tantum  
habet formalem causalitatem, &  
dictum.

Confirmatur, & explicatur:  
aut grave per formam gravi-  
tatis formam habet, secundum  
quam est motus descensus, &  
qui est illius motus principium  
formale, ita Cœlum per naturam  
habet formam, & principium  
formale motus circularis;  
sed hoc non sufficit, ut Cœlum  
se moveat, sed ab Intelligentia  
motrice moveri dicitur: ergo.  
Maj. patet per Philosophum in  
lib. de Cœlo; sicut enim grave  
se habet ad motum ad centrum,  
& leve ad motum à centro, ita  
quod neque grave est, neque le-  
ve ad motum circa centrum; &

sicut grave per suam gravitatem  
habet formam, cui correspondet  
motus ad centrum; ita Cœlum,  
quod naturâ suâ neque grave  
est, neque leve, per illam suam  
naturam formam habet, secun-  
dum quam est motus circularis.  
De min. autem nullus dubitat.

29 Altera sententia ponit,  
gravia, & levia non se mouere,  
sed moveri à generante, quate-  
nus nempe ad formam gravita-  
tis naturali sequela sequitur des-  
census, si à nullo impediatur,  
illa eadem influentia, quæ for-  
mam gravitatis causat, causat  
motum ad illam secutum; neque  
ulterior influentia requiritur in  
ipsum motum, sed tantum ad  
impediens, quo sublato, motus  
sequitur; sicut quia similitudo  
ad esse album naturali necessita-  
te sequitur, illa influentia, quæ  
effectivè facit album, effectivè  
causat similitudinem; et si pona-  
tur, quod caliditatem naturali  
necessitate comitatur levitas,  
aut raritas, tunc poterit contin-  
gere, quod subiectum sit dispo-  
situm ad formam caloris, non  
autem ad alias; quo posito, post-  
quam formam caloris suscepit,  
requiritur quidem influentia ali-  
qua, non autem qua illæ formæ  
producantur, sed tantum qua  
removeatur indispositio; si enim  
ad formam, quam habet, natu-  
rali necessitate sequuntur aliae,  
per hoc solum, quod à nullo im-  
pediat, illæ sequentur.

Quia

Quia itaque descensus naturali necessitate gravi convenit per hoc solum, quod removeat impeditus, sequi intelligi, & illa influentia, qua effigie causat gravitatem, est movens, & effigie causans descensum, qui sequitur; quare reducitur hic motus ad tractionem, non qua ad se, sed qua ad alterum, nempe ad centrum, moveantur ab ipso generante dante formam, ad quam iste motus sequitur. Hac est communior inter Peripateticos.

Dicendum ergo, quod gravia, & levia non se movent, sed directe, & per se a generante moventur, seu dante formam gravitatis, & levitatis; indirecte vero, & per accidens a removente prohibens; & quia ipsius gravis potest pellere corpus impediens, indirecte, & moveando aliud potest se mouere; quare eorum motus ad tractionem reducitur, non enim a se pellit dans formam gravitatis, auctoritatis, sed ab alio moveat, sive ad se, sive ad aliud. Hac quantum ad omnes suas partes est aperta sententia Philosophi; pro cuius probatione brevi synopsis percurremus 4. caput lib. 8. Physic. quo non solum auctoritate, sed ratione etiam ea habentur.

Itaque illo capite intendit Philosophus, quod quidquid moveatur, ab alio moveatur: dis-

tinguit primò de eo; quod morietur, aut moveatur per se, vel per accidens; deinde quae per se moveantur, quedam a te, quedam ab alio, quedam naturaliter, quedam violenter moveri, atque eorum quidem, quae violenter moveantur, nulla est difficultas; per se enim notum est, quod violencia ab alio inducitur: in his deinde, quae se movent, non esse obscurum ait, quod moveatur, ab alio moveri; pars enim partem moveat, aut potentia potentiam; & hoc pacto totum animal se mouere dicitur, & hac ratione corpus viventis organicum debet esse, & partes habens diversam rationis, ut una aliam moveat.

Subjungit itaque: Maximi verò dubitatur reliquum dicti divisionis ultimæ membrum: nam enim, quae motu carent alicuius, quedam praeter naturam moveri dicimus, quedam naturam autem sunt, quae dubitationem afferunt, a quoniam moventur, tunc levia, graviaque. Haec enim ad opposita quidem locis pulsata moventur; ad propria verò levia quidem ad supera, gravia vero ad infera suaptè naturam frumentur. A quoniam autem moveatur? Nam impossibile est a se ipsum ipsa moveri: est enim hoc officium virtutis, ac antimantium proprium. En dubium, & ejus resolutionem fateatur quidem difficultatem, sed absolute assertit impossibile.

libile esse ea à se ipsis moveri, & primò subjungit rationem: Se movere enim viveatium est; sed grave nullam habet vitam: ergo. Præterea: In se moventibus oportet accipere diversitatem sive partium, sive potentiarum; sed grave, quatenus tale, omnino est homogeneum, nempe si aliquam habet diversitatem, non est in eo, quod grave, sed ex alia ratione: ergo.

Deinde hoc multiplici ratione probat: primò sic proponit: Consistere etiam à se ipsis possent: nam si quidpiam sibi causa sit ambulandi, est etiam causa non ambulandi, quare si collocatum esset in igne moveri sursum, esset in ipso situm deorsum tiam ferri: metas quoque rationis creditur, & uno motu dumtaxat se ipsis moveri, si ipsa se ipsa moveant. Ratio talis est: Quod le movet secundum locum, non solum potentatē habet movendi, & quietiendi, sed etiā est contra rationem, quod ad unam tantum differentiam positionis moveatur; videamus enim talia æquè ad dexteram, & ad sinistram moveri; sed grave & est ad unam differentiam motus determinatum, & non habet potentatē quietiendi: ergo non se movere.

Proreditur ulterius, & aliam rationem, qua jam supra insinuata est, sic proponit: Præterea, qui fieri potest, ut continuum quid, copulatum vè se ip-

sum moveat? Intendit ergo, quod non potest intelligi se mouere nisi id, in quo est accipere diuersitatem partium, ut una sit movens, alia mota; grave autem continuum est, & homogeneum. Hanc rationem sic expendit B. Doctor: Quarta vero ratio innittitur huic fundamento, quod omne, quod movetur ex se, habet partes diversarum rationum, quia est divisibile in movens, & motū, quæ, secundum quod hujusmodi, in unam rationem non coincidunt: corpus ergo simplex, si dividitur in plures partes, vel hoc erit in plures partes essentiales, ut in materiam, & formam, vel in plures partes quantitativas: si igitur talia corpora se ipsa mouent, & sunt divisibilia in plures partes, quarum una est per se movens, & alia per se mota; vel hoc erit, quia forma ibi erit per se movens, & materia per se mota; vel quia una pars quantitativa erit ibi per se movens, & alia per se mota.

Primum ait B. Doctor stare non posse, quia materia de se est in pura potentia passiva, quare sibi non convenit moveri secundum locum, sed toti, cui convenit esse in loco. Addo, quod movens physicam influentiam, & effectivam causalitatem habet in id, quod movetur; at forma in materiam, quam perficit, non effectivam, sed formalem tantum causalitatem habet:

non ergo grave se movet, ita quod forma moveat, materia moveatur. Secundum item ait stare non posse: si enim partes quantitatibus homogeneæ sunt, & ejusdem rationis, non est, cur una magis, quam alia moveat, aut moveatur; sed grave, quatenus tale, non est organicum: non ergo se movet, ita quod una pars quantitatibus moveat aliam.

Habito ergo, quod grave non se movet, progreditur ulterius Philosophus à text. 31. explicare, à quo movetur, & ait, quod, quia esse in potentia multipliciter dicitur, hæc causa est, ut non sit perspicuum, à quonam talia moveantur: ait ergo, quod esse in potentia dicitur dupliciter; aliter enim in potentia est ad actum sciendi, qui addiscit, & nondum scientiam acquisivit, & qui jam scientiam habet, quam potest exercere per actum sciendi; nempe primum est in potentia essentiali, & ad formam, secundum autem est in potentia accidentalis, & habens formam solum est in potentia ad actum ipsum: qui autem in potentia essentiali est, agente indiget, à quo fiat in actu, & suscipiat formam; qui vero est in potentia accidentalis, & formam habet, non indiget agente, nisi forte per accidens, ut removeatur impediens.

Tunc itaque grave considerabimus, aut priusquam habeat

formam gravitatis, & sic agente indiget, à quo formam accipiat, & est in potentia essentiali; aut illud considerabimus, postquam formam gravitatis habet, & sic non indiget agente, est enim in potentia accidentalis, & si nullum sit impediens, statim tendit deorsum; quare solum agente indiget, à quo moveatur, indirecte, & removendo prohibens: concludit ergo Philosophus: Nihil igitur horum, ut patuit, se ipsum moveat, sed motus quidem habet principium, non movendi tamen, atque agendi, sed patienti. Quod si omnia, quæ moventur, aut natura, aut præter naturam, & violentia motu centur, & ea, quæ vi, præterque naturam moventur, ab aliquo cuncta, atque ab alio moventur, ut patet; & rursus, quæ natura moventur, ab aliquo motu centur, sive a se ipsis moveantur, ut animalia, sive non a se ipsis, ut levata, gravia que (nam aut ab eo moventur, quod generavit, ac leve fecit, vel grave; aut ab eo, quod ea, quæ prohibent, obstantque, dimovit) universa, quæ motu centur, ab aliquo projecto moventur: est ergo ad apertissimam lucem cutire, de mente Philosophi dubitate.

31. Quamquam autem ex hucusque dictis sufficienter conclusio pateat, pro majori explanatione volumus dubitationem B. Doctoris subiungere. Querit ergo

Irgo ibi lect. 10. Quomodo grave, & leve non movet se? Ratio dubitandi est, quod omni per se moto correspondet per se movens; at grave per se movetur deorsum: ergo aliquod est per se movens; tale autem nequit esse generans: quia effectus in actu requirit causam in actu; continet autem generans non existere, quando est hujusmodi motus. Rursus: Natura est principium motus; sed grave habet in se ipsa naturam, qua est grave: ergo sui motus principium.

Ad hanc dubitationem responderet, quod ex 5. Metaph. cap. de *per se*, tot modis dicitur per se, quot dicitur causa; quare, si grave dicatur per se moveri per se in unum ad causam materialem, sum est, quia per se ipsum immediatè motum recipit; si item et ordinem ad causam formam, quia formam habet, cuius effectus est talis motus, nempe gravitatem; si autem per ordinem ad causam efficientem, impossibile est intelligere, quod grave se movet per se: pro cuius applicatione notat, quod sicut vapores sursum ascendunt, ita grave descendit; vapores autem non sic ascendunt, quod se moveant, sed a Sole elevantur: Sol itaque non aliter vapes elevat, quam causando calorem, & medio calore levitatem; & quia levitatis effectus est esse sursum, quod magis levitatem ac-

cipiunt, eo magis loco sursum appropinquant; quare motus ille ad levitatem comparatur tamquam ad causam formalem, tamquam verò ad principium efficiens ad id comparantur, à quo levitas inducitur.

Rursus, alio exemplo hoc ipsum explicat: Sicut enim album esse comparatur ad albedinem, ita esse deorsum ad gravitatem; quia sicut habenti albedinem per se competit album esse, ita quod esset violentum, si habens albedinem non haberet album esse, ita habenti gravitatem competit esse deorsum, ita quod violentum est, quandiu non est deorsum: nunc ergo paries v. g. non albificat se effectivè, sed principium effectivum sui esse albi id est, à quo effectivè inducitur albedo; quare pariter grave non facit se deorsum effectivè, sed principium effectivum motus, quo ponitur deorsum, id est, à quo effectivè inducitur gravitas: concludit itaque B. Doctor: Ridiculum enim esset dicere, quod grave movet se per se deorsum propter hoc, quod habet in se formam, & naturam, quae est ratio, & principium talis motus; sicut ridiculum est dicere, quod paries albificat se ipsum, quia habet in se albedinem, quae est principium albificandi.

32 Dices autem: Sicut effectus formalis albedinis est esse album, ita effectus formalis gra-

vitaris est esse in se grave; si ergo legitimè arguatur, dici debet, quod sicut principium effectivum essendi in se album id est, à quo inducitur albedo, si autem ipsa albedo aliquem motum haberet, principium effectivum hujus non id esset, à quo ea inducitur, sed ipsa albedo est subiectum eam habens; ita in propozito principium effectivum essendi in se grave id est, à quo inducitur gravitas; motus autem, qui inde sequitur principium effectivum, ipsum est grave per gravitatem.

Sed contra: Sufficienter ratio B. Doctoris hanc excludit replicam: quia enim albedo esset effectivum principium motū, qui ad ipsam sequeretur, puta, albificandi aliud, ea non esset violenta sine tali motu; sicut habens calorem non est violentiam, dum non exercet motum calefaciendi; at grave violentum est, quandiu non est deorsum, aut exercet motum tendendi deorsum: non ergo principium effectivum est respectu hujusmodi. Aliter itaque philosophandum est de eo, quod ad formam consequitur in proprio, & alieno subiecto; in proprio enim subiecto quidquid habet, ut forma habet, & in genere formalis; quare hujus principium effectivum ipsum est agens, à quo forma inducitur, & hoc sensu passiones dicuntur effectivē causati à

generante naturam, quia ad formam ejus in proprio subiecto naturali sequela, & sine nova influentia consequuntur; ad id vero, quod ad formam coaequitur in alio causandum, ipsa forma est virtus, & ratio effectivē causandi.

In gravi itaque ad motum in alio causandum, puta, quo medium pellit, & prohibens removet, ipsa forma gravitatis est effectivum principium; ad motum verò in se ipso, nempe quo descendit, est tantum principium formale, ratio videlicet, secundum quam sibi competit sic moveri, principium verò efficiens ipsum erit agens, à quo talis forma inducitur: quia ergo causa formalis gravitatis est constitutæ in se grave, in eodem generi comparatur ad motum tendendi deorsum; grave enim formaliter, & quidditatè hoc est, natum esse deorsum, sive quod de se exigit deorsum esse; & sicut quia ignis convenit calidum esse, & de se exigit formam caloris, non est principium effectivum ejus, neque aliquā influentiā talem formam in se casat, sed naturali sequela illa sit & effectivē à causante formam ignis inducitur; ita esse deorsum habenti gravitatem convenienter; quare tendentia deorum naturalis est sequela ad formam gravitatis, & effectivē causatur à causante talem formam.

33. Ad motiva dubitandi respondet B. Doctor: ad primum, quidem, verum esse, quod assumitur, negat autem subsumptum, quia tale per se movens ipsum est generans. Ad rationem, cum dicatur, quod effectus in actu habet causam in actu, dicitur, quod verum est sive formaliter, sive virtualiter; non autem requiritur, quod sit in actu praesertim formaliter. Itaque causa debet esse in actu formaliter, quando ipsa influit; quando autem effectus hujus influentiae in esse ponitur, non oportet, quod ipsa sit in se, & formaliter, sed sufficit, quod sit virtualiter, & in alio: id potest exemplis patere passim obviis; genitum enim vocul dubio est effectus generans; quando autem in actu producitur genitum, non oportet, quod in actu sit generans in se, & formaliter, sed sufficit, quod sit virtualiter in semine: pariter similitudo à causante albedidem causatur effective; poterit autem tunc non existere, quando ponitur aliud album, & consequitur in actu similitudo, sed est virtualiter in albedine, quam causavit, & ad quam haec similitudo consequitur, & idem patet in multis aliis: pariter ergo inducens gravitatem est in actu, in se quidem, & formaliter, quando influit, & talem gravitatem causat; quando vero descensus ponitur, est virtualiter in forma gravitatis,

quam causavit, & ad quam talis motus consequitur.

Ad aliud motivum dicitur, quod natura est principium motus sive activum, sive passivum, nempe est natura moventis principium, quo movet; moti vero principium, quo moveretur: in gravi ergo est natura, quæ est principium motus, quo descendit, alioqui non esset naturalis ille motus; non autem, quæ est principium activum, sed quæ est principium passivum, & secundum quam movetur. Multa alia ibi habet B. Doctor ad hoc ipsum, sed latè admodum in hoc vagati sumus; vide, si placet, ipsum tota illa lect. 10. & sequenti, quibus de hoc agit; pro pleiori autem expeditione oportet solvere fundamenta Scoti.

### §. III.

#### Solvuntur Argumenta.

34. **P**rimò ad locum Philosophi responderet Scotus, tantum intendere, quod est devenire ad unum primum motorem; quare eo tantum sensu asserit gravia non se movere, quo ad hoc suum intentum id confert; jam autem quanvis grave se moveat, quia tamen formam, qua tale est, ab alio habet, est devenire ad primum, à quo

quo illa derivatur: solum ergo non se movere a se hoc sensu, hoc est, non a se habet formam, & virtutem se movendi. Respondet secundò, eo tantum sensu velle Philosophum, gravia non se movevere, quo hoc vitale est, & proprium animatorum, quod nempe habeant in se principium spontaneum, & gubernativum, quo non solum possint se moveare, sed etiam se sistere; hoc autem non tollit, quin se moveant determinata ad unum. Respondet tertio; solum inde concludi, quod gravia non se movent ad formam aliquam; ad hoc enim requiritur, quod una pars sit in actu secundum illam formam, ut moveat, & alia sit in potentia, ut moveatur; cum hoc autem stat, quod totum grave sit in actu per formam gravitatis, & in potentia ad actum secundum essendi deorsum, & secundum quod est in actu, moveat se ipsum, prout est in potentia.

35 Mirum sane, quod de adeo manifesta potuerit aliquis dubitare, quod enim rationes Philosophi cocludant, aut non cocludant, relieta autoritate ejus, poterit dubitari; quod vero ipse intendit, grave non se movere ullo modo per se, sed moveri ab alio, manifestum est adeo, ut nullam possit tergiversatione eludi; ait enim aperte, quod habet principium non movendi, atque agendi, sed patiendi,

nempe principium; quod mōvetur, non quo moveat. Rursus ait, quod ab eo mōvetur, quod generavit, ac leve fecit, vel grave, aut ab eo, quod ea, que prohibent, obstantque, dimovit. Deinde finis, ad quem tota illa doctrina ordinatur, utique est ostendere, quod est devenire ad primum motorem; eo tamen capite hoc tantum intendit, quod quidquid mōvetur, ab alio mōvetur, & id inductivè explicat per singulos motus, & accipit per se, & per accidens, naturale, & violentum, se mōventis, & ab alio moti, atque etiam motum reflexionis, quo pila projecta ad projiciētem revertitur: si ergo in singulis ostendit, & latius in ipso gravi, quod est de necessitate accipere mōvens aliud ab eo, quod mōvetur, nullo sensu intendit, quod grave se mōvet.

Ad primam itaque solutionem Scotus ipse contra sententiam Durandi intendit, non salvari reductionem secundæ causæ ad primam per hoc, quod à prima accepit virtutem causandi, quare ponit necessitatem concursus Dei immediate in ipso exercitio causandi. Præterea: Si grave, habita formâ, se mōvet, & non ab alio mōvetur; quantum ad esse quidem, & habere virtutem in aliud reducitur, a quo habet formam; quantum autem ad mōvere non in aliud reducitur, a quo moveatur; qua-

it ipsum erit movens non motum, & non erit inde ascendere ad primam. Ad secundam solutionem id assunit Phil. quodcumque se movent secundum locum, ita se movent, quod spontaneum, & non ad unam differentiam, neque est accipere aliud se movere secundum locum; & quia grave non ita se habet, deducit, ipsum non se movere: non ergo aliquo tantum sensu, sed absolute, & omnino intendit, non se movere.

Ad tertiam solutionem, absolute, & in quocumque sensu movens, qua tale, debet esse in actu, & motum in potentia; & quia impossibile est, idem, si unum est, & homogeneum, esse actu, & in potentia, deducit philosophus, quod in se moveat, ut sit accipere movens, & motum, est de necessitate ponere diversitatem sive partium, sive potentiarum. Præterea: Si aliquo genere motus idem se ipsum movet, destruitur intentum Philosophi, quod omne, quod mouetur, ab alio mouetur.

36 Arguit primò Scotus ex eodem loco Philosophi, quatenus text. 32. distinguit de esse in potentia essentiali, aut accidentalis: Sicut ignis, dum est in potentia accidentalis ad calefacendum, & quod habet in se formam caloris, verè effectivè se habet ad calefactionem; ita grave, dum habet formam gravita-

tis, est in potentia accidentalis ad motum deorsum: ergo ad talem motum verè effectivè se habet per formam gravitatis: ergo aut dicendum est, quod Philosophus ineptè comparat, & paria facit, quæ non sunt paria; aut dicendum est, quod sicut de igne philosophamus ad actum calefacendi, ita debemus de gravi ad motum descensus.

37 Resp. quod hoc assunit Philosophus, ut inde ducatur, quod sicut ei, quod est in potentia accidentalis, non opus est alio agente; ita gravi, postquam habet formam gravitatis, nulla effectiva causalitas addi debet, sed illa sufficit, à qua fit grave. Directè itaque disting. maj. Effectivè se habet ad se ipsum, neg. maj. ad actum in alio causandum, conc. maj. & concessa min. dist. eodem modo consequens: Ergo ad talem motum in se ipso causandum effectivè se habet grave, neg. conseq. ad motum in alio causandum, quo nempe pellit medium, & removet prohibens, conc. conseq. Patet itaque, quod benè Philosophus paria facit, quod nempe est in potentia essentiali, & quod habet formam, si non impediatur, in se habet quidquid ad formam consequitur, & in alio potest causare, nihil autem in se effectivè; & ita grave, nisi impediatur, habet descensum ad formam suam consecutum, & in alio agit;

non autem in se effectivè aliquid causat.

38 Arguit secundò ex eodem Philosopho 4. Physic. cap. 9. ubi ait, quòd durum, & rārum comitantur dūa contrarie. tates, scilicet grave, & leve, dūrum, & molle; & quòd secundūm priorem contrarietatem sunt activa motūs, secundūm alteram verò passiva: ergo grave, & leve se habent ad motum activē, & consequenter se movent. Resp. quòd verba Philosophi text. 86. hac sunt: Rarum enim, ac densum hoc quidem contrarietate lationis sunt effectiva; ratione verò duri, mollisq; causa sunt facilis, difficultivè passionis, & non lationis, sed potius alterationis. Quamvis itaque textu precedente dixerit, quòd grave, & leve illæ dūa contrarietates comitan- tur, ut, quod grave est, si durum, & densum; quod verò leve, si rārum, & molle, non de contra-rietate, que est secundūm gravitatē, & levitatem, sed de aliis loquitur, & ait, quòd durum, & molle non ad motum lationis, sed alterationis pertinent, sive quia causant passionem in tactu, seu potius, quia quod durum est, alteracioni resistit; quod verò molle, de facili alteratur; alia autem contrarietas, nempe rārum, & densum, pertinet ad motum lationis, quatenus rārum dilatatur ad majorem locum, densum verò constringitur ad

minorem: nihil ergo de gravi, & levi habet.

39 Arguit tertio ex Com- mentatore 3. de Ccelo text. 28, ubi sub finem ita ait: In simplici- bus corporibus idem est secundūm speciem motor, & motum, sed differunt secundūm modum; lapis enim movet se, in quantum est gravis in actu, & movetur, in quantum est potentia inferius; & causa in hoc, quod invenitur uno modo in actu, & alio modo in po- tentia, est, quia componitur ex materia, & forma: forma igitur ejus movet, in quantum est for- ma, & movetur, secundūm quod est in materia. En ubi expresse habet, quòd lapis movet, & mo- vetur, est in potentia accidentia- li ad motum, & in actu essentiali per formam.

40 Rtp. quòd ipse Scom- moner, non multum innitendū esse in authoritate Commentato- ris, quia, quamvis hoc loco pro- fe esse videatur, in aliis docere videtur oppositum; quantum au- tem hoc loco ipsi faveat, ipsa verba commenti poterunt indi- care; prosequitur itaque: Et ideo lapis non est per se motus essentia- litè, sed assimilatur ei, quod movetur per se, & ideo indiget in suo motu motore extrinseco; m- que etiam numeratur inter ea, que moventur ab extrinseco, quia non moventur hoc motu ab extrin- seco immediate, sed mediante sua forma. Agebatur itaque in illo

textu de motu projectorum, & incendit Commentator, quod non movetur lapis ab extrinseco modo, quo moventur projecta, quia projiciens nullam imprimet formam, secundum quam sit talis motus; lapis vero formam habet, quæ est sui motus principium: non tamen proinde est se movens, quia indiget moveare extrinseco eo sensu, quo ait Philosophus moveri à generante, aut removente prohibens; quare intendit, quod medio modo se habet inter projecta, & se moventia.

41 Arguit quartò à ratione: Effectus in actu habet causam in istu; sed dum lapis descendit, nihil est, quod possit esse causa ejus motus, nisi ipse lapis per suam gravitatem: ergo. Maj. cit Philosophi 2. Physic. text. 37. v. 5. Metaph. text. 3. Min. ostenditur: Talis causa nequit esse generans, quia tunc forte non est, & omnino in talem motum non influit; sed aliunde neque esse potest, quod removet prohibens, quia hoc est causa tantum per accidens: relinquitur ergo precipitè ipsum grave. Respond. quod hoc argumentum contra se objicit B. Doctor in ratione dubitandi, illud ex ipso supra solvimus num. 33. ibi solutionem vide, ne dicta cogamur iterare.

42 Arguit quintò: Quid non movet nisi prius ab alio mo-

Tom. III.

tum, ab eodem habet, quod moveat aliud, & quod ipsum moveatur; sed grave, cui alligatum est aliquod leve, illud trahit, & secum movet ad centrum: ergo ab eodem habet, quod illud leve moveat, & quod ipsum moveatur; patet autem, quod illud leve a se activè movet per suam gravitatem: ergo & se. Confirmatur: Quando aliquid habet potentiam activam respectu alicujus formæ, eam potest causare in quocumque passo proportionato; sed grave habet potentiam activam ad ubi deorsum, quippe illud causat in levi, quod secum trahit, & aliunde ipsum grave est receptivum illius ubi: ergo. Confirmatur secundò: Ab eodem principio est quies, & motus; sed quies gravis in centro est à sua gravitate: ergo & motus ejus ad centrum. Patet maj. quia natura est principium motus, & quietis. Patet item minor, quia grave à gravitate sua habet quietem in centro.

43 Resp. missa maj. neg. min. quia grave non trahit leve sibi alligatum, aut aliquo motu movet per se, sed illud leve per accidens descendit vectum, & motu ipsius gravis: non ergo ab ipso gravi, sed ab eo, à quo motus gravis causatur, movetar ipsum leve, sicut quodlibet vectum; non enim, qui curru vehitur, ab ipso curru movetur, sed ab equis moventibus currum.

Quo patet ad primam confirmationem, neg. nempe min. non enim ab ipso gravi, sed à mouente illud caufatur illud ubi deorsam. Ad secundam disting. min. Est à sua gravitate tamquam à forma, cōic. min. tamquam à principio effectivo, neg. minor. Itaque gravitati debetur esse deorsum, ideo ad ipsam sequitur tendentia deorsum, nisi ab aliquo impediatur, & secundum illam in centro quiescit ipsum grave, non tamen in hoc ulla importatur influentia, sive effectiva causalitas.

44 Arguit sextò: Grave agit in medium, & ipsum pellit; sed non alio, nisi quia intendit se facere in centro: ergo ab eodem principio habet utrumque, nempe à se ipso per suam gravitatem. Confirmatur: Magis grave velocius moveretur ad centrum, quam minus grave; sed ab eodem generante esse potest utrumque: ergo motus ille non est à generante. Patet conseq. quia causa uniformis eodem modo movet, quare deberet utrumque eodem modo descendere. Confirmatur secundò: Motus in fine intenditur juxta Philosophum 1. de Cœlo text. 88. sed non potest assignari causa hujus intensionis, si moveretur ab extrinseco: ergo.

45 Resp. disting. conseq. Ab eodem principio, & eodem modo, sive in eodem genere, neg. conseq. ab eodem princi-

pio, in diverso tamen generē, conc. conseq. Itaque ab eodem principio habet ignis, quod sit in se calidus, & quod aliud calefaciat; sed non proinde se calefacit effectivo: ab eadem ergo gravitate habet grave medium pellere, & tendere deorsum; sed illud pellere est effectiva causalitas in aliud, hoc autem tendere est quasi formalis effectus in se, nempe naturalis sequela ad formam suam. Ad primam confirmationem neg. conseq. & ad rationem ejus neg. suppositum; et si enim generans sit unum, non se habet uniformiter, ex quo magorem haic, quam illi dat gravitatem.

Ad secundam confirmationem dicitur, quod illo textu intendit Philosophus. quod si motus esset infinitus, aut medium, necesse esset ponere infinitam gravitatem; ad hoc probandum illam propositionem assumit, quod motus, quo magis approximat ad centrum, velocior est: si ergo infinita esset distantia, infinita deberet esse velocitas, & consequenter infinita gravitas. Ex hoc autem nihil ad propositionem; à quocumque enim ille motus sit aetivè effectivo, est secundum gravitatem; quare pariter infertur infinita gravitas. Ad tractionem itaque diximus reduci huac motum, quatenus gravitati convenit esse deorsum, & ad illam sequitur naturalis pro-

penso ad céntrum , cuius est sequela motus ille , nisi impediatur: quia ergo hæc propensio naturali necessitate major est , quoniam distat , motus est in fine velocior , quin ad hoc requiratur , quod effectivè ab ipsa gravitate procedat.

46 Tandem arguit Merlin. in alio loco Philosophi 4. de Celo text. 25. ubi comparans guse , & leve quantum ad moveri cum eo , quod est sanabile quantum ad tanari , in hoc , ait , interre , quod grave , & leve in ipsis mutationis principium ha- ptevidetur , illa verò non in se- pti , sed foris ; sed principium visivum æquè habent : ergo lo- vitur Philosophus de principio vivo , & consequenter sentit , od grave , & leve habent in se principium sui motus effectivum . Confirmatur : In quocumque est principium radicale , & male agendi , illud est principium motus , seu actionis effectivum ; sed in gravi est principium radicale , nempe sua substantia , & formale , nempe gravitas , mo- us deorsum : ergo .

47 Resp. quod Philosophus ad finem illius capitil ita habet : prius in sermonibus dictum est , in quibus definiebamus , nihilrum ipsum se ipsum movere . Non itaque intendit , quod gra- se movet , sed tantum in illa comparatione intendit , quod ad. 2. dixerat , nempe , quod

grave habet sui motus fomenta , scilicet formam , secundum quam est motus , & ad quam naturali necessitate sequitur , nisi impi- diatur , quod non habet sanabile . Ad confirmationem distingue maj. Est principium activum in se ipso , neg. maj. in alieno sub- jecto , conc. maj. causalitas enim effectiva est de necessitate ad aliud ; quare grave per formam suam potest motum in alio cau- sare , nempe pellere medium , ad se autem nihil est principium ac- tivum , quare se habet , sicut na- tura ad passiones suas , quæ in se non illas causat , sed naturali ne- cessitate flunt , illas autem po- test in alio causare effectivè .

## J. IV.

*De Motu Projectorum.*

48 D ifficillima quidem de motu projec- torum tractatio est , in qua ad singulos dicendi modos difficul- tates opponere facile est , propriè verò explicare sententiam valde difficile : non ergo explorati ali- quid afferemus ; quia tamen sen- tentiam Philosophi , ut eam ex- plicat B. Doctor , minus nobis apparer diffcilis , eam conabi- mur expendere ; seorsim autem de motu projectorum hic age- mus , de motu verò resiliuentium §. sequente .

49 Prior itaque modus , isque valde communis projectio-  
nis motum fieri docet per qual-  
itatem quamdam in projecto cau-  
satam à projiciente , qua dicitur  
impulsus , & est qualitas de tercia  
specie , non quidem permanens ,  
& quæ sit passibilis qualitas , sed  
fluens , & de facili mobilis , quæ  
est passio ; quare durat motus ,  
quandiu durat hæc qualitas , &  
pâ cessante , finitur . Hæc feré om-  
nium est , & ea primo aspectu ap-  
paret valde facilis ; sed , si bene  
perpendatur , gravissimis subja-  
ceret difficultatibus , nonnullas at-  
tingemus .

Primò : Accidens non mi-  
grat de subjecto in subjectum ,  
quare nihil à projiciente transit  
ad projectum : illa ergo qualitas  
educitur ex potentia passiva pro-  
jecti ; patet autem , quod projici-  
ens nullâ agit qualitate activâ ,  
nec alterationem causat in pro-  
jecto . Secundò : Motus projecti  
non esset violentus , quod ad sen-  
sum patet esse falsum : eo enim  
Sol vapores elevat naturali mo-  
tu , quia formam levitatis impri-  
mit , secundùm quam est ille mo-  
tus ; sed pariter projiciens for-  
mam imprimit , secundùm quam  
sit motus projecti , nempe qual-  
itatem illam : ergo . Tertiò : Si  
qualitas illa est motus lationis  
principium , ad aliquem terminum  
erit , sicut gravitas est ad  
locum deorsum , levitas ad lo-  
cum sursum ; esse enim ad quam-

libet differentiam positionis solis  
convenit viventibus , ut supra  
arguebar Philosophus ; sed pro-  
jectio est ad quamlibet differen-  
tiā : ergo . Quartò : Motio mo-  
ventis in moto est motus : ergo  
non qualitas illa . Quintò : Im-  
plicat qualitas , quæ non sit ali-  
cujus substantiæ perfectio ; sed  
illa qualitas non projicientis  
perfectio est , quia non in ipsis  
nec projecti , quia illi violenta ;  
ergo .

Sextò : Projectum non im-  
pulsione , sed expulsione move-  
tur , patet enim ad sensum , quod  
projiciens extra se pellit projec-  
tum ; at illâ datâ qualitate , non  
expulsione , sed impulsione mo-  
vetur : ergo . Patet min . est enim  
impulsio , in qua movens moto  
non deficit ; at si illam imprimat  
qualitatem , patet , quod mo-  
non deficit , sed per illam two  
motu assistit . Septimò : Quali-  
tas , quæ per violentiam induci-  
tur , ab influentia agentis con-  
servatur , quare incipit cum ipsa  
influentia , & esse definit , quando  
incipit deficere influentia ; at illa  
qualitas , si ea datur , per violen-  
tiam inducitur , patet enim , quod  
violentia est projectio : ergo debet  
incipere cum influentia projici-  
entis , & deficere , quando talis  
influentia deficit ; at videmus  
oppositum , incipit enim illa qua-  
litas , ubi incipit deficere influen-  
tia projicientis : ergo . Octavò :  
Philosophus 8 . Physic . text . 8 .

eo probat, motū projecti non esse per antiperistasm, quia si ita esset, deberet esse continuus, motus iuxtam projecti non est continuus, sed apparet; sed datâ illâ qualitate, continuus esset motus, quia sine interruptione, quandiu moveretur, haberet formam, secundum quam moveretur: ergo.

50 Aliqui ergo pro hujus modi motu explicando ad antiperistasm recurrent, non quæ est secundum alterationem, sed quæ est secundum lationem, est enim antiperistasis circumobstantia; sic explicant: Projectio non nisi int̄erē fit, aut aqua, aut corpore fluido; cùm enim in corpus dum impingit projectum, reflit: s̄i ergo impulsu projicientis dissūs naturali conatu redit ad initiatem suam, & quod à parte interiori velocius dividitur per corpus projectum, eò magis à posteriori nictur uniri; quare hac unione pellit corpus projectum, & hae aëris obstantia ipsum moveretur.

Hanc aliqualiter innuit N. Villanova, & ea quidem accedit ad modum Philosophi, non tamen intentem ejus tenet: primò, quia ipse Philosophus expressè rejicit antiperistasm. Secundò, quia tunc non à projiciente moveretur projectum, sed ab aëre pellente. Tertiò, non expulsione, non enim movens moto deficeret. Quartò, non quia aëris moveatur, moveretur projectum, sed è

converso, eo quia corpus projectum movetur, & scindit aërem, aëris moveretur, unitur, & corpus pellit; si autem ab illa aëris pulsione moveretur projectum, eo moveretur absolute, quia aëris moveretur, & pellit, quia motio moventis prior est motu mobilis ratione, & causâ. Itaque adjuvari ab illa aëris undulatione tamquam à conditione, sine qua non esset, docet Philosophus, moveri tamen à projiciente.

51 Pro explicanda itaque Philosophi sententia querit B. Doctor: An in eo, quod movet motum, quiescente eo, quod movet, quiescere debeat, quod moveretur? Resp. autem, quod in motu purè locali, quiescente eo, quod movet, quod moveretur, debet quiescere. Ratio est: Quia motio moventis in moto est motus; quiescente eo, quod movet, cessat motio: ergo debet cessare motus in moto. At verò motus localis non semper est purè localis, sed aliquando comitantur ipsum aliqua alteratio: ut si quis v. g. duo corpora dura ad se invicem confricando collidat, hic tantum est motus localis; ex eo autem aëris interpositus calefacit adeo, ut aliquando generetur ignis: quia ergo aëris calefactus fit levis, & levitate ascendit, poterit in hujusmodi motu contingere, quod, quiescente eo, quod movet, eo nempe, à quo generatur levitas, moveatur adhuc ipsum.

ipsum leve;

52 Dubitat ulterius: Utrum hoc contingat in aere, vel aqua, quod quietcente eo, quod movebat, & impellebat, non proinde debeat quiescere aer, vel aqua? Respond. autem, quod in aere, & aqua, & in quolibet, quod sit de facili rarefactibile, & condensabile, non oportet, quod quietcente eo, quod movet, debeat quiescere corpus motum. Hoc autem ita explicat: Hujusmodi corpora ex impulsu facto in una parte comprimuntur, ex quo in aliqua parte condensantur, in alia rarefiunt ultra debitum; & quia unumquodque naturali conatu intendit statum sibi debitum, & connaturalem, illa pars, quae ultra debitum addensata est, tendit ad raritatem, & quae ultra debitum rarefacta est, tendit ad densitatem: ex isto ergo conatu pars moverit partem, & durat motus in toto, quoad usque naturalis status acquiratur; & patere hoc, ait, in procella maris, maximè quam dicunt surdam; nullo enim sensibili motu aeris impellentis vides mus aquam moveri, & quod una procella aliam urget, non alio, nisi quia ex impulsu alibi facta pars pulsata constringitur ad minorem locum, quo alia dilatatur, & ex hoc resultat, quod pars moverit partem, & est motus in toto.

53 Ex hoc autem facile esse,

ait, mentem Philosophi percipere, quam ipse sic proponit in 8. Physic. text. 82. Necesse autem est hoc quidem dicere, id, quod primò movit, facere, ut movere etiam possit, aut aer, aut aqua, aut aliquid tale, quod quidem est aptum movere, motu nque subire, sed non simul definit movere, atque moveri, sed definit quidem moveri, cum is, qui movit, movere definit, est autem adhuc movens, quapropter moveretur alii barens, Et in hoc eadem ratio est; definit autem, cum movendi potentia minor est in eo, quod beat; penitus autem definit, cum antecedens non ulterius movens fecerit, sed motum subiens solum.

Sensus hic est: Posuit in antecedentibus, quod projectio fieri nequit nisi per aliquod medium corpus, quod sit fluidum, sive aptum movere, & moveri; quare ait necesse esse, quod projectans motum faciat in aere, aqua, aut aliquo tali: deinde, quia hoc corpus medium aptum est movere, & moveri, ex quo secundum unam partem moveretur, moverit aliam sibi proximam; & ex hoc oritur, quod non cessat motus projecti, quando cessat influentia projectans, quia tunc prima pars aeris cessat esse mota, est vero movens; & cum haec cessat esse movens, secunda pars definit esse mota, est autem movens aliam, & ita in reliquis usque ad ultimis.

ultimam; quare, postquam cessavit primum movens, nempe projiciens, durat motus in aëre, secundum quod major est, aut minor compressio facta in prima parte aëris; secundum hoc enim movendi potentia, ut Philosophus ait, minor est in eo, quod heret, nempe in parte proxima.

Vult itaque Philosophus, motum projecti à projiciente causari, & ipsum esse, quod movet, adjuvari tamen à motu in aëre causato, sine quo omnino non posset motus projecti durare, postquam cessavit projiciens, nempe aëris motus undulatione illa, & continuo motu partium corpus projectum successivè pellit, & durat motus projectionis, uandiu in partibus aëris durat motus secundum compressionem, & dilatationem, & virtus pullendi projectum.

54 Hinc patet primò, quod motus projecti expulsio est: nam movetur motu causato à projiciente, cui tamen projiciens deficit toto tempore, quo motus durat. Dices autem: Hujusmodi motus vectio est, nam ab aëre moto movetur projectum; vectio autem est motus per accidens, immo non aliis, quam ipsius vententis. Resp. quod in hoc multi falluntur, & sententiam Philosophi non percipiunt, quia putant, ipsum velle, quod corpus projectum ipso motu aëris moveatur, qualiter utique esset ve-

ctum: intendit ergo Philosophus, quod motus projecti est motus per se expulsionis alias à motu aëris, à quo adjuvatur, & quasi partialiter causatur; quare non vectio est, sed pulsio, ad causam quidem principalem, nempe ad projiciens, expulsio; ad causam verò adjuvantem, & quasi partialiter causantem, nempe ad medium, impulsio.

Patet secundò, quod citat text. ait Philosophus, quomodo hic motus non est continuus, sed appetat: eo enim motus projecti durat, postquam quiescit projiciens, quia pars aëris movet partem, & isto motu adjuvatur, & continuatur motus projecti; at isti motus partium aëris, non unus motus continuus, sed multi sunt contigui, & consequenter se habentes; patet enim, quod multiplex pars aëris est multiplex mobile: ergo. Patet tertio, quod non militant contra nos difficultates adductæ contra qualitatem projecto impressam, ut nobis objicit Merlin. eo quod nos pariter ponimus qualitatem in aëre causatam: talis enim est raritas, & densitas, quæ de facilitate patet, quomodo causatur, ex compressione enim necessaria est partem compressam addensari, & consequenter aliam rarefieri, & dilatari; & hæc qualitas definit per hoc, quod aëris quiescat, & ad naturalem statum reducantur partes.

Patet igitur, quoniam corpus projectum etiam contra validissimum ventum vadit, quod alterum est, quod objicit Merlin. & ait, difficile esse explicare: non enim motu ipso aëris moventur projecta, ut malè ipse imaginatur, sed requiritur tamquam conditio adjuvans, & ipsum faciens manere, & continuari: quia ergo à projiciente causatur motus projecti; sicut ventus, quantumcumque validus, non obstat compressionem, & dilatationem aëris, ita non obstat, quominus motus projecti continuetur ad finem, seu terminum à projiciente intentum. Patet tandem, qua ratione, si æqua vi projiciatur pluma, & lapis, magis lapis, quam pluma movetur, quamvis magis pluma nata sit ab aëte pelli, & adjuvari: hoc signum est, quod motus projecti à projiciente causatur; quia enim actus activorum sunt in paciente, & disposito, quatenus aptior est dispositio lapidis, major est motus à projiciente in eo causatus; & ita poterit ad alia patere: rem ergo ex se satis difficultem sufficiat aliqualiter explicasse.

S. V.

*De Motu Resilientiae;*

**M**inor quidem de his est difficultas; non nihil tamen de duobus convertitur: alterum de principio hujus motus; alterum de quiete in puncto reflexionis. Quantum ad primum, Plaza apud Merlin docet, motum resilientię causari per se à corpore duro, in quod impingit resiliens per impulsum in eo causatum; & quidem, si projectio in eam qualitatem refunditur, quæ dicitur impulsus, valde consequenter in eamdem refunditur resiliencia; neque enim major est ratio, ut à projiciente causetur qualitas, quam ut à resistente; neque magis illa, quam ista, poterit movere. Prob. suam sententiam Plaza: primò, quia pila descendens sola sua gravitate, dum terram offendit, resilit aliquantulum, ut experientia docet; sed non est tunc projiciens, à quo talis motus causetur, nec potest à gravitate lapidis causeri, quia gravitas non sursum, sed deorsum nata est mouere: ergo ab impulse causatur à terra ipsa impresso. Secundò, quia, si talis motus est à projiciente, nulla est ratio, cur magis pila, quam lapis resiliat, neque cur magis resiliat,

sit, datus in corpus durum, quam dum in molle impingit; poterit siquidem aequali impulsu projici.

56 Sententia tamen Philosophi in 8. Physic. text. 32. est, quod à projiciente causatur motus reflexionis; ait enim: *Sicut reflexa sphaera, non à parte反射a est, sed à projectante.* Ratio est: Quia movens per se id est, quod influit, & conatu suo cau-  
lit directè, & per se motum ip-  
sum; sed corpus offendit merè  
passivè se habet, neque aliquam  
influentiam intelligitur habere:  
ergo motus reflexi corporis non  
ab eo, in quod offendit, sed à  
projiciente causatur, seu ab eo,  
quod causa est motus directi.  
Confirmatur: Oculati experien-  
tia patet, quod lux, dum diapha-  
num terminatum offendit, refe-  
ctetur, & reflexione illuminat  
patrum; sed tunc ineptè dicere-  
tur, quod diaphanum illuminat,  
aut per se causat lucem in medio:  
ergo motus reflexionis non à re-  
flectente est, sed à primo move-  
nte, seu causante motum direc-  
tum.

57 Ad ea autem, quæ in con-  
trarium objicit Plaza, dicitur:  
ad primum quidem, quod motus  
ille causatur à generante eodem  
impulso, sive influentia, qua cau-  
sat motum descensus, qua nem-  
pe causat gravitatem, ad quam  
sequitur descensus; concurrit au-  
tem, ut conditio, dispositio cor-  
poris, in quod offendit, atque

etiam ut causa adjuvans, motus  
aëris modo, quo s. præcedente  
explicuimus de motu projectis  
quia enim pondere suo dividit,  
& pellit aërem, motum in eo  
causat compressionis, & dilata-  
tionis, à quo nonnihil velocita-  
tis descendens, & aliquantò for-  
tiùs impingit; quare ex majori  
distantia, ceteris paribus, magis  
resilit.

Hinc ad secundum negatus  
assumptum: quia enim motus ille  
non à projiciente causatur secunda-  
dum se, & se solo, sed concurre-  
rente etiam, ut conditione rea-  
quisita, dispositione corporis, in  
quod impingit; si hoc sit molle,  
cedit, & motus refrangitur; qua-  
re ab eodem impulsu in corpus  
durum causatur resiliens, in cor-  
pus molle, aut nulla, aut minor  
causatur; quia item actus acti-  
vorum sunt in patiente disposi-  
to, quatenus aptior est diligatio  
lapidis, quam pilæ, major in  
lapide causatur motus ab eodem  
impulso, & magis lapis, quam  
pila resiliens: debet ergo attendi  
dispositio utriusque resiliens  
non absolute, & in se, sed com-  
parative cum ad projiciens, cum  
ad corpus, ex quo fit resiliens;  
non enim projiciens se solo causa  
est illius motus, sed concurrit, ut  
jam diximus, ut conditio, dispo-  
sitio reflectentis; ad projiciens  
quidem magis disponit pondus  
utriusque projecti; ad reflectens  
autem durities reflectentis, & re-

flexi; quare secundum quod istæ dispositiones diversificantur, diversificatur reflexio, & major est, aut minor.

58 Quantum ad secundum de quiete in punto reflexionis, notandum, quod quies est duplex, negativa, & privativa: dicitur quies negativa, quæ respondet indivisibili temporis mensurantis; in indivisibili enim utique non movetur corpus, quare in eo habet quietem, quæ nihil est nisi carentia motus; quia tamen in indivisibili motus repugnat, hæc quies dicitur negativa, nempe carentia in suje<sup>t</sup>o incapacit: quies privativa dicitur carentia motus pro aliqua parte temporis, licet minima; quia enim in parte temporis potest motus exerceri, hæc carentia est in subiecto apto, & proinde dicitur quies privativa: quæritur ergo: An in punto reflexionis mobile quiescat privativè, sive pro aliqua brevi morula; de negativa enim nulli dubium est.

Philosophus in eodem 8. text. 65. abioitæ affirmat, & ibi B. Doctor lect. 20. ubi duas rationes Philosophi expendit, neque aliquam addit, vere enim ea sufficiunt ad propositum. Prima ratio hæc est: Motus resilientiæ nequit esse idem cum motu projectionis, sive directo; sed esset idem motus, si mobile non quiescit privativè: ergo. Patet maj. quia tales motus sunt aper-

tè contrarii, nempe respectivè ad eundem terminum sunt ab ipso, & ad ipsum. Prob. min. Motus, qui ad alterum comitatur, est unus motus cum illo; sed si mobile non quiescit privativè, resiliens continuatur ad proiectionem: ergo. Patet maj. quia continuum est, cujus partes sunt unum, quare si hoc illi continuatur, unum sit ex utroque. Patet item min. quia tunc hic, & ille motus eodem indivisibili conjunguntur, nempe punto reflexionis; sunt autem ejusdem mobilis, & ab eodem movente, ut jam patuit: ut ergo salvetur utriusque distinctio, debet poni quies privativa, qua discontinuantur.

59 Ad hanc rationem respondet Merlin. quod motus illi contrarii sunt, hoc autem non prohibet, quin sint contigui, quare possunt simili esse, & eodem instanti mensurari finis unius, & initium alterius, nihil enim prohibet eodem instanti duos motus concurrere. Hæc solutio vim factæ rationis non attingit: potest utique eodem instanti duplex motus concurrere, sed tunc ex aliquo capite erit duplex, aut quia duplex erit mobile, aut quia duplex erit movens; in proposito autem idem supponitur mobile, nempe pila projecta, idem etiam est movens, nempe projiciens: non ergo ex alio capite poterit duplex esse

motus,

motus, nisi quia dividatur, neque dividi aliter potest, quam discontinuetur; si enim eodem indivisibili communicat extreum huius, & initium illius, non contigitatis, sed continuitatis hæc unio est.

60 Resp. secundò Eliseus, qui etiam tenet oppositam sententiam, quod illi motus non sunt contrarii. Sed in motu secundum locum esse à movente, ad ipsum apertissimè contrariantur; est autem motus projectiō projiciente, reflexio verò ad ipsum. Præterea, saltim non potest negari, quin duplex sit motus, posito, quod à projiciente ipso causatur reflexio; non enim eodem motu, & influentia potest projiciens mouere idem corpus rectè, & per se à se, & ad se; ad non salvatur diversitas, nisi discontinuentur, neque aliter discontinuantur, quam per inversitatem quietem privativam: ideo. Neque dicas, quod contra hos hæc ratio recurrat; non enim poterit idem movens eadem influentiā, & in eodem mobili contrarios motus causare directè, & per se. Resp. enim, quod ad reflexionem concurrit, ut conditionis, corpus reflectens, & ex hac conditione sicut discontinuantur motus, ita fit aliis, & contrariis.

61 Altera ratio Philosophi est: Impossibile est, quod idem ab eodem, & eodem motu acce-

dat, & recedat; sed si reflexio à projectione non discontinuatur per quietem privativam, id sequitur: ergo. Resp. item ad hanc Merlin. quod punctum reflexionis est extrinsecum ad utrumque motum, quare non verificatur nunc est accessus, & recessus, in quo solum esset contradic̄tio, sed tantum, quod duratione præcedente ad hoc nunc erat accessus; in duratione sequente est recessus; in quo nulla est contradic̄tio. Rursus potest dici: In eodem motu per rectam lineam, ad punctum, quod est in medio spati, medietas motus præcedens est accessus, sequens verò est recessus: non ergo implicat, quod idem mobile, & eodem motu accedat, & recedat ab eodem punto extrinseco.

Sed neutrum evacuat rationem Philosophi. Ad primum dicatur primo, quod mutatum esse, seu indivisible, quod est terminus continuatus, aut terminatus motus, intrinsecè se habet ad motum; tunc autem idem intrinsecum indivisibile copularet, & continuaret utrumque: eo ergo diceretur, nunc est accessus, nunc est recessus. Dicitur secundò, quod ratio Philosophi non ex comparatione ad corpus reflectens, & punctum ipsum reflexionis procedit, sed ex comparatione ad movens, nempe idem motus ab eodem movere nequit esse accessus, & recessus, ab

ipso enim, & ad ipsum sunt differentia tractionis, & pulsionis; est autem projectio a movente, reflexio autem ad movens: debent ergo esse diversi motus, neque aliud habent, quo diversificentur, nisi quod separantur, & collatur continuitas. Quo patet, quod ex diversa habitudine ad eundem terminum extrinsecum poterit idem motus diversam denominationem habere, non autem diversus esse, & contrarius idem, & ab eadem influentia moventis.

62. B. Doctor contra se obicit, quod sequeretur ex conclusione Philosophi aliquid absurdum: Ponatur, quod parvus lapis prolixiatur contra aliquod magnum corpus pondere suo motum, puta, contra cadentem turrim, tunc oporteret, quod parvus lapis detineret motum turris, & quiescere cogeret, quia illa morulâ, qua deberet quiescere lapis in punto reflexionis, non posset turris moveri, motu enim suo debet lapidem movere: Si ergo manifeste est absurdum, quod descensus turris a parvo lapide detineatur, dici debet, quod lapis in punto reflexionis non quiescit privativè.

Nonnihil habet apparentia hec difficultas; respondet autem B. Doctor, quod idem per se moveri simul contrariis motibus aperte implicat; quod autem uno moveatur per se, alio vero per accidens, sive contingit, ut qui

navi vehitur, motu ventionis moveretur ad Occidens, motu autem ambulationis poterit simul moveri ad Oriens: in casu itaque lapis in turrim impingens per accidens non resiliret, sed ueste ne ferretur deorsum motu turris; quare in punto reflexionis finiretur motus projectionis, & ab alio movente, atque alio motu inciperet in eodem punto vehi, nempe motu turris. Patet itaque, quod resilientia ad tractionem reducitur, est nempe motus ad ipsum movens, & eadem influentia moventis, quæ se sola causat pulsionem, concurrente conditione resistentis causat tractionem.

## AATICVLVS III.

Vnde sumatur Unitas Motus.

63. D E utrâque unitate queritur, numerica, & specifica; de utrâque tamen nulla fere est controversia. De unitate itaque individualiter determinat Philosophus in 5. Physic. text. 34. quod tria requiruntur ad unitatem motus, nempe unitas mobilis, & termini, & temporis, quo mensuratur motus, seu, quod idem est, continuitas ejus; quare de his nulla est dubitatio: queritur autem An requiratur unicus motor?

Negat

Negat Soto, quem sequitur Joan. de S. Thoma q. 19. art. 4. Affir-  
mant ceteri fere omnes, & teste Rubio, est communis sententia  
Philosophi in 8. Physic. tex. 49.  
probat, motorem primum esse  
unū, quia motus unus est, & con-  
tinuus; si autem mobile, aut mo-  
tor diversificantur, non conti-  
nuus est, sed consequenter se ha-  
bentes plures motus, supra quæ  
B. Doctor: Notandum autem,  
vix rationis hujus in hoc consiste-  
n, quod, quia motus Cœli est sem-  
per, & continuus, ideo est unus,  
& quia est unus, est unius mobi-  
lii, & ab uno motore; diversi  
motores per se, & imme-  
diatè non possunt facere motum  
unum, & continuum, licet possint  
facere motus consequenter se ha-  
bentes. Ita lect. 16. in fine.

64 Nobis dicendum, quod per se, & formaliter unitas nu-  
merica motus ex continuitate  
ejus habetur; quia tamen motus  
non continuatur nisi præter uni-  
tatem temporis mensurantis, sit  
unus terminus, unum mobile,  
atque unus etiam motor; hæc  
omnia ad unitatem numericam  
motus requiruntur. Ita B. Doc-  
tor tūm loc. cit. ait enim, quod,  
quia motus Cœli est continuus,  
ideo est unus; tūm in 5. Physic.  
lect. 7. ad textum Philosophi su-  
præ citatum, ex quo etiam id col-  
ligitur; assignatur enim ratio-  
nem, quare tria illa ad unitatem  
motus requirantur, texg. 32. sic

hoc esse, quia motus dicitur sim-  
pliciter unus, eo quod continuus  
est; non autem potest esse continuus  
sine illis tribus. Rursus tex.  
42. ita habet: Est autem quando,  
et si imperfectus sit, unus est, si  
solum sit continuus, ubi ad con-  
tinuitatem tamquam ad solam  
causam unitatem ejus refundit,  
supra quæ B. Doctor: Notandum  
autem, quod unitas motus simpli-  
citer accipienda est ex continuitate;  
dicitur enim motus simpliciter;  
& absolute unus, si solum sit con-  
tinuus, unitas tamen ejus secun-  
dum quamdam comparationem  
potest accipi ex perfectione, &  
etiam ex aliis causis, hoc est, à  
posteriori, & veluti à signo noti-  
ficante, sive etiam indirecte, aut  
etiam per modum causæ sine qua  
non, potest ex aliis haberi unitas  
motus, simpliciter autem, & pro-  
prie ex continuitate habetur  
tamquam ex formalí causa.

65 Ratio est, quia in hoc  
differt natura permanentis à na-  
tura successivi, quod entitas, &  
totalitas rei permanentis consi-  
lit in habere omnes partes suas  
simil; unitas vero, seu entitas,  
& totalitas successivi consistit in  
habere partes suas in fluxu, &  
una post aliam, quæ tamen per  
indivisibile presens uniantur; sed  
quidditas motus successiva est:  
ergo in illa unione continuatis  
consistit unitas, & totalitas ejus.  
Confirmatur: Quocumque allo-  
secluso, & hoc tantum accepto,

quod continuus est, intelligitur motus esse unus, quia multiplex non continuitatem, sed contigitatem habet, cum extrema non unum sint, sed simili: è contra autem sublata continuitate, et si intelligatur, quod unus est motor, aut mobile, aut terminus, motus non intelligitur unus, quia per hoc, quod discontinuitur, multiplex relinquitur consequenter se habens: ergo.

Philosophus itaque illo tex-  
tu 34. signa ostendit, ex quibus possit colligi, quod motus est unus, non autem formale principium unitatis ejus; ait enim: *Quis autem hujusmodi sit, manifestum est dividentibus.* Præterea cuique patet, quod tempus est mensura extrinseca motus; quare unitas temporis non aliter ad unitatem motus pertinet, quam ut extrinsecum indicans continuitatem ejus; cetera autem conditiones sunt ad continuitatem requisita, quatenus alias motor, sicut aliam influentiam habet, ita non priorem motum continuat, sed alium causat consequenter se habentem; similiter aliud mobile aliud habet moveri.

66 Quæ autem in contrarium objiciuntur communiter, levia sunt, & quæ ex dictis facile solvi possunt: primò, quod unitas termini non requiritur: Nam qui localiter movetur continuè, plura ubi acquirit, nempe est successive in omnibus partibus

spati; sed iste motus unus est, cum sit continuus, habet tamen plures terminos: ergo. Secundò, quod unitas mobilis non requiritur: Quia si animal è turri cœdens moriatur in medio motu, variatur mobile, cum alia sit substantia vivi, & mortui; sed non proinde discontinuatur motus, oporteret enim quiescere, nullo prohibente descensum: ergo. 3. quod non requiritur unitas temporis: Nam tempus entitatem, & unitatem suam à motu habet, est enim numerus motus, seu motus ipse ab anima numeratus: si ergo unitas motus à tempore desumitur, est circulatio.

67 Ad primum dicitur, quod terminus simplicitè illius motus unus est, illud nempe ubi, in quo quiescit mobile; alia autem ubi sunt mutata, esse continua-va motus; & sicut ista multiplicantur, multiplicantur partes motus; quia tamen in nullo quiescit, nullus est terminus, sed indis-  
tinctum continuativum. Ad secundum neg. maj. mobile enim non est substantia in eo, quod talis, sed grave; gravitas autem eadem manet in vivo, & mortuo, ut probabimus in de Generat. Ad tertium, tempus est motus primi mobilis ab anima numeratus secundum prius, & posterius, sine ulla autem circula-tione, aut inconvenienti motus primi mobilis mensura est ex-trinseca aliorum motuum, & hac

tantum ratione, nempe ut mensura indicans continuitatem, unicas temporis concurrit ad unitatem motus.

68 De unitate specifica motus, à termino *ad quem* desumunt omnes ferè supponunt; id quippe pañsim affirmat Philosophus, neque opus est in re clara textus adducere: solum ergo de duobus dubitatur; alterum, an etiam quodammodo sumatur à termino *à quo*? Alterum, an à termino *ad quem* materialiter, & ut res est per motum requisita, an vero formaliter, ut motum terminat, & ad illum comparatur? De utroque sententia sunt, & argumenta nonnulla; quia tamen ea petunt quasdam difficultates soli magis, quam concludant propositum, in re parvi ponderis ab his referendis supersedemus.

69 Dicendum itaque, quod unitas specifica motus tantum sumitur ex termino *ad quem* formaliter, & in esse termini. Ita colligitur ex B. Doctore, loca tamen mittimus, quia id frequentissime attingit toto 5. & 8. Physic. Pro explicatione itaque notandum, quod ad motum requiritur contrarietas inter utrumque terminum: non enim est motus sine successione; successio autem non intelligitur sine distantia à mobili transeunda: hæc ergo distantia est oppositio, quæ requiritur inter utrumque terminum; patet enim, quod si termini-

nus *ad quem* non distat à termino *à quo*, sine ulla successione statim, ac mobile relinquunt terminum *à quo*, erit in termino *ad quem*, quare non motus, sed mutatio erit.

Quia itaque de formalis ratione motus hæc distantia est, quatenus ab ea causatur successio, in qua consistit quidditas motus, diversificatur, aut non motus secundum speciem, secundum quod diversificatur hæc distantia; jam autem à termino *ad quem* materialiter, & ut res est, ea non diversificatur, sed tantum formaliter, & comparatione facta ad terminum *à quo*; & motum ipsum: patet ergo, quod ab eo sic sumpto specificatur motus; & quia eadem res comparatione ad diversum terminum *à quo* diversificat distantiam motu transeundam, diversificatur formaliter in ratione termini ex diverso termino *à quo*; quare non ex ipso termino *à quo* specificatur motus directe, & per se, sed indirecte tantum, in quantum ab eo diversificatur terminus *ad quem* formaliter in ratione talis.

70 Quod patet ad ea, quæ in contrarium objiciuntur: nam primò P. Suarez disp. 48. Metaph. sect. 3. num. 8. intendit, à termino *ad quem* realiter sumpto specificari motum, non vero ab eo sumpto formaliter; non alio, nisi quia impossibile est assignare

signare defensionatē, quid est terminus in formalī ratione termini, seu quid hoc addit supra ipsam ejus realitatē. Ad hoc ex iam dictis patet; supra ipsam enim realitatē termini addit formalis ratio habitudinem ad terminum à quo, ex qua habetur distantia per motū transūndā: p.g. realitas calorū ut duo, præscindendo pro nūnc à modo, quo sit intensio, si terminus à quo sit non calidū, erit terminus alterationis generativæ calorū ut duo; si autem terminus à quo sit calidū ut duo, illa eadem realitas erit terminus alterationis intensivæ ad calorem ut quatuor; si vero terminus à quo erit calidū ut quatuor, illa realitas erit terminus intensiōnis ad calorem ut sex, & ita eadem realitas ex alia, & alia habitudine ad terminum à quo magis, aut minus in ratione formalī termini diversificatur, secundū quod diversificat distatiōnē motū transūndā.

71 Arguit secundò: Augmentatio, & diminutio sunt motū contrarii, & subinde quidditativē diversi; sed possunt esse ad eundem terminum: ergo. Prob. min. Si enim palmaris quantitas uno palmo augeatur, sit bipalmaris; at si tripalmaris uno palmo minuatur, sit etiam bipalmaris: ergo idem est terminus utriusque motū. Resp. disting. min. Possunt esse ad eundem

terminum materialitēs; tamen min. ad eundem formaliter, neg. min. Ad prob. dicitur, quod terminus utriusque motū est quantitas bipalmaris, quæ secundū dūm se est eadem, differt verò per comparationem ad terminum à quo.

72 Arguit tertio de motu locali: Quia ad unum ab acquisi rendum potest quis viā rectā tendere, & alter viā obliquā; tunc autem patet, quod motus est duplex, unus autem terminus; ergo. Resp. sicut ad præcedens, quod terminus unus est materialiter, nempe ubi in se acceptum est autem duplex formaliter, nempe comparativè ad terminum à quo, & distantiam, quæ pertransitur. Per hæc potest ad reliqua patere.

#### ARTICVLVS IV.

Quomodo distinguatur Motus à mobili, & termino?

73 E st ferè per se notum, quod motus in sua quidditate, sive ut est via, quæ successivē transit mobile ab uno ad alterū terminum, est modus quidam, & solum est difficultas: An sit modus termini, ita quod sit ipsa forma fluens, & in esse imperfecto; an potius sit modus ipsius mobilis, quo successivē transi-

transit ad formam, ita quod non forma fluens, sed fluxus ad formam sit? N. Villanova primò assent, quod motus differt realiter tamquam modus à re, cuius est modus: secundò ait, quod est modus formæ, seu termini acquirendi. Pro utroque adducit B. Doctorem, quantum ad primum de Esse, & Essent. q. 7. in solut. ad 1. quantum ad secundum q. 23. de Gen. Sed in utroque mentem ejus deserit.

74 Quantum ad primum itaque est expressa sententia B. Doctoris cit. præsertim trac. de Esse, & Essent. q. 9. quod modus à re modificata non differt realiter, neque est aliquid ullo modo ipsi superadditum, sed tantum determinatio ejus, sive ipsa res sic se abens; quare non ponit in numerum cum ipsa, aut ab ipsa distinguitur, sed facit eam differre ab ipso non modificata. Hanc sententiam sèpissimè habet B. Doctor, sequuntur ejus Discipuli Gerardus, & Argentinas; & iam apud Nostros pro indubitate habetur, hanc esse menrem B. Doctoris; quare illam ex instituto probabimus in Metaph.

Quantum ad secundum, si sermo sit de motu ad qualitatem, nullus de Nostris dubitat, neque ipse etiam Villanova, quod terminus in sententia B. Doctoris non habet divisibilitatem, qua possit successivè acquiri, sed successio in alteratione tantum

est secundum esse, quod subjectum habet à forma, quo ad eam disponitur, & in instanti termino nativo hujus dispositionis inducit formam, ut late expendemus in de Generat. explicando modum, quo fit intensio: non ergo illa successio modus est termini, sed subjecti mobilis. Si autem de motu ad locum, patet item, quod ubi in instanti acquiritur termino nativo, motus, & successio est, quatenus ipsum mobile successivè est in diversis partibus spatiis Pariter in motu ad quantitatem, quamvis enim ipsa sit divisibilis, & partim acquiratur, continua tamen successio motus non attenditor penes has partes, sed penes dispositionem, qua unamquamque acquirit mobile, ut etiam ex B. Doctore explicabimus in de Gener.

Praterea: Modus est affectio, & determinatio illius, quod modificat; quare implicat concipere aliquid esse modum illius, cum quo repugnat conjungi; sed successio, in qua consistit motus, repugnat conjungi cum termino; ergo non illius, sed subjecti mobilis est affectio. Patet minor; in instanti enim terminativo motus, quo terminus acquiritur, & quod mensurat mutatum esse, nihil est de motu, sed tantum duratione præcedente erat. Insuper: Motus ex definitione sua est actualitas mobilis in eo, quod talis: ipsius ergo est affectio, &

modus.

75 Dicendum itaque, quod modus est subjecti mobilis; quare ab ipso differt tantum ratione, à termino autem realiter entitativè, nemque est ipsa realitas mobilis sic se habens, nempe partim, & incompletè in actu, quæ utique à termino differt realiter. Hæc conclusio quantum ad hoc secundum probanda est in Metaphysica, quod nempe modus non est realitas aliqua à subjecto suo distincta; quare primum sic relinquitur; quantum ad primum ex jam dictis patet; ulterius autem aliqua adducemus B. Doctoris loca, ex quibus constet, hanc esse mentem ejus.

76 Primò itaq super Prædicam. cap. de Quanto querit: An motus sit quantitas? Resp. negative, quia motus partes, & continuatatem habet à subjecto mobili: ergo ipsius affectio est successio, in qua consistit motus. Præterea, in 5. Physic. lect. 4. dub. 1. ita ait: Nam, cùm motus sit in corpore mobili sicut in subjecto, per se, & primò per hujusmodi motum acquiretur aliquid in subjecto, non aliquid extra. Rursus in eodem 5. lect. 8. ad text. Quoniam autem querit: An motus habeat quantitatem ex termino à quo? Respond. autem: Sciendum ergo, quod ratio, quare motus est quantus, est, quia mensuratur tempore; ratio autem, quare requiritur in transmuta-

tione tempus, ut ostendebatur in 4. est propter contrariam dispositionem materiae: nam, ut ibi dicitur, si non esset contraria dispositio in materia, in instanti induceretur in ea forma. En ex dispositione materiae, sive subjecti mobilis habetur successio motus, non autem ex forma acquirenda; quare non forma, sed subjecti affectio est illa successio.

Amplius autem hoc constabit expendendo loca, quæ profere adducit N. Villanova. Ad hoc itaque, quod modus est affectio formæ, adducit B. Doctorem q. 23. de Gener. querit ibi Doctor: An alteratio sit motus? Ratios nem dubitandi sic proponit: Notandum autem, difficultatem questi in hoc esse, quod, cùm omne, quod moveatur, sit partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, ut probatur in 6. Physic. oportet in motu salvare successionem aliquam: si ergo forma accidentalis in simplici essentia consistit, & non potest induci successivè, rationabilitè dubitatur, quomodo in transmutatione ad talem formam potest salvari ratio motus. En de ipso modo successonis querit.

Resp. autem: Sciendum ergo, quod in hujusmodi transmutatione tria sunt consideranda; essentia ipsius forme, qua pertalem transmutationem inducitur; & subjectum, quod tali forme

subj.

In  
si-  
ce-  
is-  
in-  
il-  
di-  
no-  
ui-  
sed  
el-  
na-  
ro-  
oc-  
io-  
q-  
or-  
lo-  
lo-  
se-  
ne-  
en-  
no-  
tu-  
ma-  
tia-  
ac-  
ur,  
tabicitur; **O** esse, sub quo talis forma existit: cum ergo queritur, an in alteratione reservetur ratio motus, si comparemus hujusmodi transmutationem ad ipsam formam secundum se, non potest in reservari ratio motus; quia, ut arguebatur, **O** bene, ipsa forma secundum se, cum non habeat partem, **O** partem, vel simul tota appellatur, vel simul tota inducitur; **O** quia similitas repugnat motui, in ea secundum quod hujusmodi non reservatur ratio motus; sed si referimus hujusmodi transmutationem ad ipsum subiectum, in qua forma recipitur, **O** ad esse, quod habet forma in tali subiecto, ibi potest aliquemodo ratio motus reservari. En illo loco, quem pro se adducit illanova, docet Doctor, quod in forma ipsa non potest accipi successio, & motus, sed tantum in subiecto, aut secundum quod in alia, & alia parte subiecti successivè inducitur forma; aut secundum quod, esse, quod forma tribuit, successivè amittit, aut acquirit.

partem, quam aliam. En priori modo, quo salvator successio ipsius est subjecti, quaténus prius una pars ejus, quam altera transmutator. De alio modo sic ait: Nam, licet quilibet forma, quantumcumque accidentalis, non habeat gradus secundum essentiam, potest tamen habere gradus quantum ad esse, ita quod secundum esse, quod habet talis forma in subjecto, potest intendi, Et remitti; Et quia ubicumque est assignare gradus, Et intensionem, Et remissionem, ibi potest assignari successio motus, in forma accidentis tali secundum esse, quod in subiecto habet, motus, Et successio esse potest.

Quod autem ait in resolutione, quod potest aliquomodo reservari ratio motus, de qua posset alicui scrupulus suboriri, eo dicit aliquomodo, quia alteratio extentiva non est simpliciter unus motus continuus, ut suo loco dicetur; quilibet enim pars successivè, & proprio motu disponitur, ut in ea inducatur forma. Hac latius voluimus prosequi, tum, quo pateat, quo fundamento B. Doctorem pro se adducit N. Villanova; tum, quia communiter tenetur, quod successio est modus termini, seu forma fluens; nulla autem jam dubitatio relinquitur, quin B. D. oppositum intendit, quod nempe est modus se habendi, & affectio ipsius subjecti mobilis.

77 Alter locus, quem pro se addicit Villanova, ita habet: *Ad primum dicendum, quod in successivis, & in his, quae non sunt simul, non est idem terminus cum eo, cuius est terminus, ut forma non est idem, quod motus ad formam; non enim dicimus simpliciter, quod motus ad formam est idem, quod forma, sed motus ad formam vel est dispositio ad eam, vel est ipsa forma non simpliciter, sed sub esse incompleto.* Ille locus non leviter indicat utrumque, & quod motus est ipsa forma fluens, & in esse incompleto, & sic modus ejus; & quod ab ea realiter differt: & ne videamus difficultatem dissimulare, volumus alium locum adjungere, quo clarius id habet, de hoc ex instituto querens.

Itaque in 3. Physic. lect. 3. querit: An motus sit idem, quod forma incompleta? Resp. autem: *Dicendum, quod motus materialiter aliquomodo est idem, quod forma incompleta, vel quod dispositio ad formam, sed formaliter non est idem, addit autem supra formam incompletam, vel supra id, quod acquiritur, est, ordinem ad illud, quod ulterius acquirendum restat: possumus ergo dicere, quod materialiter aliquomodo idem sunt actio, & passio, motus, & forma incompleta, calefactio enim, vel ipsa etiam forma calor, dum est in fieri, & habet esse incompletum, potest importare*

*actionem, passionem, motum, & formam incompletam; sed actio est, ut est ab agente; passio, ut suscipitur in passo, forma incompleta est ratione perfectionis acquistae, motus autem est, propter supra id, quod est acquisitum, additur ordo ad complementum, ita quod, si ordo ille intercipetur, & non acciperetur ulterius pars post partem, cessaret motus: completere ergo rationem motus dicit forma incompleta, vel dispositio acquisita cum actuali ordine ad complementum. En clarissime motus est forma fluens, & successio ipsius termini.*

78 Quamquam fateamur, oportet, non nihil apparentia hanc locum habere, eo maxime, quia ex instituto de proposita difficultate querit, licet sensus ejus non esset adeo manifestus, oporteret nos ipsum investigare, & ad sensum nostrum conclusionis exponere; neque enim abullo potest dubitari, quod in sententia B. Doctoris forma in individuali consistit, & non successivè inducitur, sed in instanti terminativo motus, & tota simul; quare id, quod dicit formam incompletam, non potest significare aliquid ipsius formæ, quod ordinem habeat ad id, quod ulterius acquirendum restat, sed est, ut ipse ait, dispositio ad formam.

Itaque in priori loco de Esse, & Essent. querit: An creatio sit idem, quod esse rei creatæ,

quare non de motu agit strictè somptu; quia tamen primum argumentum erat, quod terminus non est idem cum eo, cuius est terminus, respond. id verum esse in motu, & successivis; quare ex eo, quod ad alterum locum dicitur, patet sensus hujus: dicit ergo, quod motus est forma incompleta, non in se, & ut accipitur absolute, sed ut accipitur habitudine ad completementum ulterius acquirendum, quo significatur via, quæ est quidditas motus; formam autem incompletam ipsam dicit dispositionem, qua subjectum mobile incipit transire ad formam, non utrum aliquid formæ: effectus enim in causa ipsa est entitas causæ; at pro priori ad mutatum se, quo forma educitur, toto tempore motus ipsa forma in via continetur, ex qua educitur, nempe in subjecto mobili: non ergo aliud est, quam ipsa eius entitas.

Quatenus itaque hæc subjecti entitas, puta, lignum in motu ad formam caloris, disponitur, & minus habet de esse frigido, & habet raritatem, siccitatem, levitatem, & alia, cum quibus benè se habet forma caloris, aut minus habet de esse à contrariis formis, dicitur incompletæ, & in via habere calorem, non quia habeat aliquid ipsius formæ; ipsa enim in instanti tota inducitur; & hoc sensu motus

dicitur forma incompleta: patet ergo, quod successio modus est, & affectio ipsius subjecti sic se habentis, & quod terminus motus realiter ab ipso motu differt, quod intendit Doctor.

79 Adducitur communiter in contrarium Philosophus 3. Physic. text. 4. ubi ait: *Motus non est præter res, ad quas est motus*, & Commentator in expositione ait, quod motus consuevit dici fluxus formæ, aut forma fluens, & quod primus modus est famosior, secundus autem ve- rior; utroque autem aperte innuitur, quod successio est modus ipsius formæ. Resp. autem, quod Philosophus ibi intendit, motum non constituere speciale prædicamentum, & hoc sensu ait, quod non est præter terminum, nempe calefactio in ipso est prædicamento caloris, ex quo nihil ad propositum; prædicamentum enim non realitatem significat, sed conceptum quidditativum, ex quo sumitur prædicatio.

Ad locum Commentatoris dicendum, quod debium movere, quomodo hic dicitur, quod motus non inventur in uno prædicamento, cum tamen in Prædicamentis dictum sit, quod est in prædicamento passionis? Ad hoc respond. quod motus uno modo non differt à forma, ad quam vadit, & hoc modo hic dicitur, quod non est in uno prædicamento; alio modo potest ac-  
cipi.

cipi, ut est fluxus; & via ad formam seorsim ab ipsa forma, & hoc sensu dicitur in Prædicamentis, quod est passio; & subdit, quod alter modus est famo-  
sior, alter vero verior: ex hoc autem nihil ad propositum; aliud enim est loqui de quidditate in  
se, & metaphysicè, & hoc sensu hinc loquimur; aliud vero de con-  
ceptu logicè, & quantum ad præ-  
dicationem; quia enim illa dis-  
positio subjecti est quedam in-  
choatio formæ, ad prædicatio-  
nem ipsius formæ reducitur, ut  
calefactio ad calidum esse, quod  
non tollit, quin in se sit affectio  
subjecti.

80 A ratione autem tantum  
objicitur motus augmentationis,  
in quo, cum terminus partes ha-  
beat, consistit successio in eo,  
quod una pars post aliam acqui-  
ritur; quare successio est affectio  
ipsius termini. Respond. autem,  
quod in motu augmentationis  
& est accipere, quod pars quan-  
titatis acquiritur; & quod subje-  
ctum mobile ad talem acquisitionem  
disponitur: secundum quod  
pars qualitatis acquiritur, in quo  
est propriè augmentatio, non mo-  
tus est, sed mutatio, sive mutatum  
esse terminus motus, & quod  
una pars post aliam acquiritur,  
sunt plura mutata esse, non con-  
tinua, sed consequenter se ha-  
bentia; augmentatione enim non  
est unus motus continuus, ut di-  
cemus in de Generatione: prout

vero dispositio præcedit ad hanc  
quantitatis acquisitionem, suc-  
cessio est continua in hujusmodi  
dispositione, & ea affectio est, &  
modus se habendi ipsius quanti-  
tatis, quæ acquiritur; ea autem  
se habet ut subjectum mobile;  
augmentatio enim propriè dicta  
solùm reperitur in nutritione vi-  
ventium; & in ea & est accipere,  
quod nutrimentum alteratur, ut  
uniatur viventi; & quod ipsum  
vivens partes nutrimenti sibi  
unit, tūm quantitatis, in quo est  
augmentatio; tūm substantiaz, in  
quo est nutritio: in priori qui-  
dem subjectum mobile est nutri-  
mentum, quod successivè acqui-  
rit qualitates, quibus disponitur;  
in posteriori autem subjectum  
mobile est ipsum vivens, quod  
tamen non una continua succel-  
sione, sed multiplici mutatione  
partes nutrimenti acquirit; in-  
terrumpuntur enim acquisitiones  
istæ per motus, quibus qualibet  
pars nutrimenti disponitur: de  
hoc autem latius loco citato.

## ARTICULUS V.

*Ad quæ Prædicamenta detur per  
se motus?*

81 **D**E hoc agit Philos-  
sophos in 5. Phy-  
sic. quoniam autem ad termi-  
num motus id videtur pertinere,  
de

de eo h̄ic determinabimus. Conditiones ad motum requisitas varie determinant RR. aliqui duas requirunt: primam, quōd sit inter terminos positivos; & hac ratione ait Philosophus, quōd generatio non est motus, quia est de non esse ad esse. Secundam, quōd subjectum mobile non sit ens in pura potentia, sed habeat aliquid esse determinatum; & hac item ratione excluditur generatio, quia subjectum ejus est nuda materia. Alii tertiam addunt conditionem, quōd termini non solum positivi sint, sed contrarii: hanc innuit Philosophus text. 10. nam eo probat, ad substantiam non dari motum, quia ea non habet contrarium. Alii quartam addunt, quod inter terminos detur distantia successivè transcurrentia; enim terminus omnino non diffidat, in instanti, & sine ulla successione erit mobile in termino quem.

Sed frustrā conditions multiplicantur; per hoc enim, quōd inter terminos detur determinata distantia, cetera omnia ad motum requisita intelliguntur: hoc quidem, quōd debeat dari determinata distantia, patet de facili; quōd enim aliqua requiriatur, jam patuit; quōd autem ea debet esse determinata, patet item; infinita enim, aut indefinita non poterit determinatā aliquā successione pertransiri: quōd

autem in hoc alię conditiones intelligentur, patet item; inter esse, & non esse aut infinita datur distantia, aut nulla; & quia subjectum in pura potentia nullum habet esse determinatum, quod acquisitione termini amittat, si in pura potentia intelligitur, de omnino non esse transit ad esse; contrarietas item non stricta requiritur, sed lata; ait enim ipse Philosophus, quōd motus fit aut ex contrario, aut ex medio; lata autem contrarietas nihil est nisi determinata distantia inter utrumque terminum: per hoc ergo sufficienter intelligitur quid quid ad motum requiritur.

82 Notat itaque B. Doctor ad citatum text. 10. quōd omnia prædicamenta possunt reduci, quantum ad præsentem dubitationem, ad substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, ubi, & motum; quare statuto de his, soluta manet dubitatio: nam actio, & passio ad motum reducuntur, sunt enim ipse motus, prout ad agens comparatur, vel passum: quando, cūm sit adjacentia corporis ad tempus, si tempus ipsum motus est, ad motum item reducitur: habere importat habitudinem habiti ad habentem; & situs est ordo partium in loco; quarē alterum ad relationem, alterum ad ubi reducitur. De his itaque, de quibus difficultas relinquitur, brevitē dicemus, nulla enim est

## controvèrsia:

83 De substantia itaque ait Philosophus citat. text. 10. *Secundum substantiam autem non est motus propter nullum entium substantiae contrarium esse.* Itaque mobile ad substantiam est nuda materia, quæ de non esse ad esse transit per substantiale formam, eo enim, quod talis est, dat esse simpliciter, & primò; quare oportet subjectum mobile de non esse transire: quia ergo inter esse, & non esse non datur determinata distantia successione transienda, ad substantiam non datur motus, & substantialis forma non motu, sed mutatione instantanea acquiritur.

84 Pro contraria sententia, quod ad substantiam detur motus per se, citantur Arriaga, & Ant. And. quamvis autem apud ipsos non invenio, potest motuum esse: Quod substantia partes habet non minus, quam quantitas: ergo licet non in generatione, poterit saltum in nutritione successivè acquiri, & erit ipsa nutritio motus ad substantiam, non minus, quam augmentatio motus ad quantitatem. Hoc quidem poterit difficultatem inducere ponentibus, quod substantia materialis habet de se partes, nobis autem neg. antec. probabimus enim in Metaph. quod substantia materialis partes habet à quantitate: sicut ergo per quantitatem dividitur, ita per

ipsam terminat motum:

85 Poterit secundò ad hoc ipsum argui: Forma caloris v. g. per nos inducitor in instanti terminativo alterationis tota simul, & sine ulla successione, nihilominus per motum inducitur, & motum terminat, quia instans terminativum alterationis est ejus inductio, seu mutatum esse, quo primò est; sed pariter hoc instans est mutatum esse, quo inducitur substantialis forma; non enim aliud est instans generationis, quam ipsum instans terminativum alterationis, alioquin oporteret pro duratione aliqua esse materiam ultimò dispositam, quin sequeretur generatio: sicut ergo dicitur forma caloris illo motu induci, & motum terminare, quia est mutatum esse terminus illius motus, pariter dici debet de substantiali forma.

86 Ad hoc dicitur, quod illo eodem instanti terminativo alterationis mensuratur primum esse substantialis forma, & eo illa inducitur, nihilominus motus, qui hoc instanti terminatur, dicitur inductio formæ accidentialis, & ea hunc motum terminare, non autem substantialis; ratio est, quia illa successio praecedens hoc instanti terminata alter ad utramque formam comparatur, nempe forma accidentalis per se exigit illam præcedentem successionem, & dispositio-

nem

nem subjecti; quare ea est terminus intrinsecus illius successio-  
nis, & ille motus est per se indu-  
ctio ejus; quare talis forma motu  
per se terminat; at verò substan-  
tialis forma talem præcedentem  
dispositionem, & successionem  
per se non exigit, sed per acci-  
dens ratione accidentalis formæ;  
quare ad illam successionem  
comparatur ut terminus extrin-  
secus; & sic licet illo codem in-  
stanti inducatur, non dicitur illo  
motu induci, aut motum termi-  
nare.

87 Ad relationem item non  
dari motum per se, multis pro-  
bat Philosophus, quæ tamen  
mittimus; de se enim manifestum  
est, quod habitudo unius ad al-  
terum non alias causalitatem  
equirit, subindeque, & motum,  
nisi quo ponitur sufficiens funda-  
mentum, & terminus; his enim  
positis, & quovis alio secluso, de  
necessitate intelligitur consequi  
relatio; motus autem requirit de  
necessitate influentiam moven-  
tis. De motu item non est, cur  
multis probemus, non posse mo-  
tum terminare, manifestè enim  
iretur in infinitum, quare stan-  
dum in primis. De ubi item ad  
sensum patet; videmus enim mo-  
tu nos ad locum pergere; quare  
difficultas relinquitur de quanti-  
tate, & qualitate.

88 Ad quantitatem non da-  
ni motum per se, nonnulli do-  
cent, ut Martin. & Caber. apud

à S. Thoma huc; fundamentum  
est: Quia motus ad quantitatem  
tantum potest accipi in augmen-  
tatione viventis; at ibi non est  
ergo. Prob. min. Quantitas, quæ  
augmentatione acquiritur, aut  
producitur de novo, vel jam  
producta unitur? Si primum di-  
citur, non in toto, sed in nuda  
materia illa quantitas recipitur;  
transmutatio autem materiæ non  
motus est, sed mutatio: si verò  
dicitur secundum, eadem muta-  
tio erit augmentatio, & nutritio  
in tantum enim nutritio sit, in  
quantum pars nutrimenti nutri-  
to unitur; nutritio autem non est  
motus.

Confirmat hanc rationem  
Joannes de S. Thoma: Quantitas  
est passio materiæ ipsi coava;  
& ad ipsam ut naturalis passio.  
secuta; sed forma, quæ ita se ha-  
bet, non terminat per se motum;  
ergo. Patet min. quia talis eadem  
influentia fit, qua producitur na-  
tura, cujus est passio. Addit  
Merit. quod si quantitas est co-  
ava, motu accretionis solùm  
producitur indivisibile, quo  
quantitas addita alteri unitur;  
neque enim ipsa poterit produci;  
sed indivisibile non terminat  
motum: ergo.

Ulterius: Sicut nutritio,  
licet non fiat in instanti, non est  
motus, eo quod successio, quæ  
ibi intervenit, non est ratione  
ipsius substantiæ, sed ratione dis-  
positionis præcedentis; ita suc-  
cessio,

cessio, quæ est in augmentatio-  
ne, non erit per se ratione ipsius  
indivisibilis, quo quantitas uni-  
tur, sed ratione dispositionis præ-  
cedentis: ergo pariter ipsa aug-  
mentatio non erit per se motus.  
Rursus: Etsi ratione quantitatis  
sit successio, non tamen poterit  
esse motus continuus: quia pro-  
ductiones, quibus illa indivisi-  
bilia sunt, licet successivè sunt,  
& una post aliam, non tamen im-  
mediate se habent, sed mediat  
pars quantitatis eis unita: ergo  
non constituunt unum motum,  
sed plures mutationes conse-  
quenter se habentes. Tandem:  
Ex Philosopho cap. de Quanto,  
quantitati nihil est contrarium;  
sed ad motum requiritur contra-  
rietas, & eo substantia motum  
non terminat juxta Philosoph.  
quia non habet contrarium: er-  
go.

89 Nihilominus tenenda est  
sententia Philosophi, quam ha-  
bet 3. Physic. text. 18. quod ad  
quantitatem datur per se motus.  
Ratio est: Quia in quocumque  
transitu per se accipitur deter-  
minata distantia inter utrumque  
terminum, ille transitus per se,  
& ex terminis habet fieri succe-  
sive, & consequenter motus est;  
sed in transitu de minori ad ma-  
jorem quantitatem inter utrum-  
que terminum datur distantia  
determinata: ergo. Major patet  
ex iam dictis; eo enim quod per  
se, & ex propria ratione iste ter-

minus ab illo distat, per se est, &  
ex ratione terminorum, quod  
mobile non statim, & in instanti  
terminum acquirat. Patet item  
min. una enim quantitas ad al-  
teram determinatam propor-  
tatem habet, neque aliqua quanti-  
tas pure talis est, & in indivisibili  
consistens.

90 Ad ea autem, quæ in con-  
trarium adducta sunt, responde-  
tur: ad primum, quod non in  
materia immediatè, sed media  
quantitate præcedente recipitur  
quantitas augmentatioue acqui-  
sita, nempe ipsi unitar; quare  
non materia, sed quantum et  
subjectum, quod motu augmen-  
tationis transmutatur; neque  
hoc eadem transmutatio est nu-  
tritio, & augmentatio; in num-  
mento enim & quantitas, & sub-  
stantia viventi unitur, & secun-  
dum quod additur substantia  
stantia, nutritio est; prout vero  
quantitas quantitati additur, et  
augmentatio, & saxe una transmu-  
tatio fit sine alia: postquam enim  
vivens pervenit ad terminum na-  
turalem debitæ magnitudinis,  
nutritur quidem, & substantiam  
alimenti in propriam substan-  
tiam convertit, non vero auge-  
tur, neque aliquid de quantitatibus  
nutrimenti accipit.

Ad confirmationem di-  
citur, quod quantitas interminata  
est causa materiæ, quare haec  
nullo motu acquiritur, sed ei-  
materiæ congenita; quantitas u-

vero

verò determinata sequitur exigentiam formæ, & prout formæ exigit, augetur, & minuitur, & ad hanc datur motus. Ad id, quod addit Merin. dicitur, quod male supponit, quod motus est de necessitate productio; sicut enim latio nihil producit, sed est loci acquisitio, ita augmentatio tantum est additio quantitatis, quæ præexistebat in nutrimento, & quantitatem viventis. Ad prium itaque neg. maj. immo suppositum ejus; nihil enim producitur, sed quantitas quantitati additur; quare non indivisible, quo unitur, sed quantitas addita est terminus illius motus.

Ad secundum neg. antec. substantia enim substantia unita in nutritione per se, & ex propria ratione non habet latitudinem, & determinatam distanciam; quare successio, quæ in hujusmodi acquisitione intervenit, non per se est ex ratione termini acquisiti, sed per accidens ex adjuncto; at verò quantitas augmentatione acquisita per se, & ex propria ratione latitudinem habet; quare per se est successio, & motus in illius acquisitione. Ad tertium, verù est, quod augmentatione non est unus motus continuus, ut probabimus in de Generat. sed non proinde tollitur, quin sit motus. Ad ultimum ex Philosopho, non stricta contrarietas requiritur ad motum, tamen utique non habet quantitas,

sed sufficit lata, quæ nempe est determinata distantia inter utrumque terminum, qualis datur inter duo loca, & talis est inter majorem, & minorem quantitatem; & quia neque talem habet substantia, omnino non terminat motum per se.

91 Ad qualitatem dari motum per se, nullus negat; quare non est, cur in eo probando immoremur; ut autem pateat, ad quam speciem qualitatis datur, singulas breviter percurremus: prima species est habitus, & dispositio. Ad hanc non dari per se motum, probat N. Manso: quia istæ qualitates aut sunt spirituales, ut scientia; aut corporales, ut ægritudo, & sanitas: rursus, aut faciunt ad esse, ut sanitas; aut ad operari, ut virtus; tunc autem spirituales, patet, quod non terminant motum physicum; corporales verò, quæ faciunt ad esse, non terminant motum per se, ut habet Philosophus in 7. consistit enim sanitas in temperie primarum qualitatibus, quæ sunt de tertia specie; quare solum per accidens ratione illarum terminat motum: quæ verò faciunt ad operari, possunt quidem terminare motum, quia latitudinem habent successivè transcurrentiam; non autem terminant de facto, quia per Philosophum solum terminat motum, quod per se facit ad conservationem, aut corruptionem subjecti;

at virtus, vitium, & hujusmodi qualitates non faciunt ad conservationem, aut corruptionem, non enim ad esse, sed ad operari pertinent: concludit ergo, quod tantum datur motus ad qualitatem de tertia specie.

Conclusio quidem vera est, & eam habet Philosophus in 7. Physic. text. 14. supra quem B. Doctor ait: *Quia Philosophus in precedentibus dixerat, quod alteratio solum habet fieri secundum qualitates sensibiles, id est, secundum qualitates, quae sunt in tertia specie, ideo in parte ista probat, quod dixerat.* Probat ratione N. Manso in multis displicet: primò ejusdem generis est habitus scientiarum, & habitus citharizandi; sed ille motu inducitur citharizandi: ergo. Præterea: Quid per se habet conditiones ad motum requisitas, per se motum terminat; sed per ipsum aliquæ qualitates de prima specie habent conditiones ad motum requisitas, quare ipse ait, quod possunt motum terminare: ergo non est, cur de facto non terminant. Insuper: Ratio, qua probat de facto non terminare, probat terminare non posse: si ergo concedit posse, concedere debet terminare. Probat. antec. Aut ad motum requiritur, aut non requiritur, quod faciat ad conservationem? Si primam dicatur, non potest motum terminare; si autem secundam, non est, cur

non terminet id, quod non facit ad conservationem. Ulterius: Ea qualitas de prima specie, quæ pertinet ad operari, non terminat motum juxta ipsum, quia non facit ad conservationem; sed quæ pertinet ad esse, facit ad conservationem: ergo hæc terminat.


De multis quidem qualitatibus, quæ in prima specie computantur, aperte patet motum terminare: præterquamquod enim tūm hic text. 32. tūm in 5. sanationem ipse Philosophus alterationem dicit, jam patuit, quod habilitas, quæ est in citharizando, motu inducitur pulsandi citharam; item raritas, & densitas, motu inducuntur, quas Philosophus ipse in prima specie collocat. Aliunde autem dubitari non potest de mente Philosophi, quod ad primam speciem non datur motus: oportet ergo rationem hujus quædere.

92 Pro solutione itaque recolendum est, quod jam in Logica diximus, & habet B. Doctor q. 18. sup. Prædicam, quod prima species multam affinitatem habet cum tertia, & multe qualitates secundum unam considerationem sunt in prima specie, quæ secundum aliam sunt in tertia: v. g. habilitas à natura indita, est in una specie, eadem autem, ut actibus acquisita, est in alia; similiter de raritate, sa-

nitate,

hitate, & aliis. Ad ea itaque, quæ possunt difficultatem facere in contrariū, una solutione dicitur, quod qualitas secundum considerationem, qua motum terminat, non ad primam speciem pertinet, sed ad tertiam; prout verò ad primam speciem pertinet, non terminat motum; et si enim ipsa secundum realitatem suam conditiones habeat, quibus potest motum terminare; per hoc autem, quod motu inducitur, aliam habet considerationem, & alium modum prædicationis, quo ad tertiam speciem pertinet.

Secunda species qualitatis est naturalis potentia, quæ cùm per rationem, qua est secunda species, sit facultas à natura indita, patet, quod ut talis motus non terminat. Quarta species est forma, & figura, quæ cùm sit terminus quantitatis, non per se, sed ratione illius motus terminat. Relinquitur itaque, quod motus ad qualitatem est tantum ad qualitatem de tercia specie, de qua nullus dabitur: ad tria ergo tantum datur per se motus, ad quantitatem, qualitatem, & ubi.



# QUÆST. SECUNDA DE ACTIONE, ET PASSIONE.

## ARTICULUS I.

*Quid sint actio, & passio, qualiter inter se differant, & à motu, & termino?*

9. I.

*Proponitur nostra sententia.*

93 **H**æc omnia uno comprehendimus articulo; licet enim à multis leorū sim, & latè disputentur, nobis autem explicato primo, cetera legitimā consecutione deducuntur. Quantum ad primum itaque, ut jam in præcedentibus latè patuit, actionēm accipit B. Doctor uno modo causaliter pro influentia agentis, alio formaliter pro ipso fieri rei: hic autem actio sumitur hoc posteriori modo. Missis itaque dicendi modis, realitas actionis ipsa est transmutatio subiecti mobilis ad formam, cum

qua constituit unum quid, quod dicitur transmutatione fieri, seu actione produci; hoc sensu aīc sāpe B. Doctor, quod actio, & passio sunt unus motus, illa nempe transmutatio, quæ est motus ad formam, prout accipitur comparativè ad agens, à quo inducitur, est actio; prout verò in ipso consideratur subjecto, est passio; & quia transmutatio significat ipsam formam in exercitio inductionis, eadem realitas forma aliter, & aliter accepta est qualitas, actio, passio, & motus: v.g. realitas caloris in se accepta, est qualitas; in exercitio autem, quo inducitur, comparativè ad agens est actio; comparativè ad passum est passio; ipsum verò exercitium ut tale, & ut accipitur sub habitudine acquisiti ad acquirendum, est motus.

94 At verò in sensu formaliter distinguamus oportet actionem à motu, in quo multi decipiuntur; satis autem aperte Philosopher text. 19. ianuit, actionem, & passionem motui annexas esse,

&

& ibi B. Doctor leat. 4. sic incipit: *Postquam determinavit Philosophus de motu, quia actio, & passio videntur annexa motui, hic actionem, & passionem &c.* Præterea: Permanens totum simul habet esse, & intrinsecè incipit per nunc primò esse, quare ejus fieri non est ipse motus, sed mutatum esse terminativum ejus; *actio est fierirei prout ab agente,* de quo nullus ambigit: non ego est motus ipse, seu via ad formam, sed transitus ipse formæ de non esse ad esse, qui in termino motus intelligitur; jam enim in præcedentibus ex B. Doctore diximus, quod non intelligitur actio, nisi intelligatur in termino compositio ex acta, & potentia: non enim agens facit, quod potentia sit potentia, aut quod actus sit actus, sed tantum, quod potentia sub aliquo actu ponatur.

Iste ergo transitus, quo actus ad esse deducitur, & potentia conjungitur, est formalissimè actio, & passio, nempe sub habitudine ad agens actio est; sub habitudine vero ad potentiam, in qua actus ponitur, est passio: oportet autem, quod ista habitudo, seu comparatio ad agens connectat in ipso influentiis, quæ explicatur per ly ab agente; sine influentia enim neque principium dicetur agens, neque ille transitus erit fieri, & actio. Hinc primò, emanatio

proprietatum non est actio; ille enim transitus, quo de non esse ad esse deducitur passio, non est per se, & formaliter ab aliqua influentia; quare non fieri, sed resultantia est, & sequela. Hinc secundò, in lib. de Anim. dicemus, quod actio immanens, seu motus vitalis non nisi grammaticaliter actio est, nempe significatur per modum actionis, intellectio, volitio, sensatio; non autem in his aliquid fieri est, aut influentia, sed mera perceptio objecti. Hinc tertio, in Theologia dicemus, processiones Divinas nullo modo habere rationem actionis, sed esse purissimas emanationes; non enim ibi aliqua influentia principii potest accipi, sine qua non habetur quidditas actionis ut sic.

95 Relinquitur primò ex dictis, nullam actionem esse successivam in se formaliter, fieri enim est ipsum mutatum esse terminus successionis, alioqui non intrinsecè, & in instanti incipit res facta, sed extrinsecè, & parte temporis mensurante successiōnem, quod est contra communem sententiam, ut patebit q. 5. Præterea: Illud idem, quod comparatione ad agens dicitur actio, comparative ad passum dicitur passio; sed in passione nulla accipitur successio, est enim ipsum exercitium, quo forma recipitur in subjecto: ergo idem de actione. Cum hoc tamen congruentē divi-

dividitur actio in successivam, & instantaneam; ut dicatur successiva, quia, licet non sit formaliter ipsa successio, est mutatum esse per se terminus ejus, ut productio caloris; instantanea autem, quia aut omnino non est terminus motus, ut creatio; aut est terminus extrinsecus, ut genera-

96 Relinquitur secundò, quod actio aliquo sensu potest dici motus prout ab agente, propriè tamen non motus est, sed terminas prout ab agente: si enim actio est ipsum mutatum esse terminus motus, physicè est ipsa realitas motus, formaliter vero, & metaphysicè motum presupponit, & est ipsa realitas, qua per motum inducitur in ipso exercitio, quo inducitur. Hinc tertio, quamvis aliquo sensu actio sit ipsa realitas motus, & stat motus sine ulla actione, & actio sine motu: quando enim mutatum esse terminus motus non est deductio alicuius de non esse ad esse, tunc nullum est fieri, & motus non habet adjunctam actionem, & ita contingit in motu locali; quando autem fieri rei, & deduci de non esse ad esse per influentiam agentis est sine ulla successione, sic est actio, quod nullo modo est motus, & ita creatio propriissimè est actio productiva sine omni motu.

97 Relinquitur tandem, quod actio formaliter in se est

pura ratio quidditatìva; ipsis realitatem enim termini solum addit conceptibilitatem, nempe ipse terminus sine ulla realitate superaddita in instanti, quo esse incipit, sic, vel sic acceptus, est qualitas, actio, aut passio; nec accipi sub habitudine ad agens est aliqua relatio, alioqui prædicamentum actionis, aut relatio esset, & sic non novum prædicamentum constitueret; aut complexum esset ex qualitate, & relatione, & sic non esset prædicamentum: est ergo sola, & una realitas termini habens modum relativi, seu relationem secundum dictum, qua est aliter conceptibilis, & definibilis; & quia sub tali acceptance modum haberetendi, ex quo sumitur specialis prædicatio generalis, & non reduta in aliam, speciale constituit prædicamentum; & hoc sensu ait Doctor Nostrer, quod sex ultima prædicamenta neque rem dicunt, neque ordinem, sed rem sub ordine.

Non me latet, velle nostrum Manso, quod actio relationem importat termino superadditam. Sed quo sensu hoc ipse componat cum eo, quod ipse cum certis statuit, quod nempe prædicamentum debet importare simplicem, & incomplexam quidditatem, ego non video: aut enim prædicamentum actionis erit formaliter ipsa habitudo ad agens, & sic pura relatio non potest specia-

speciale prædicamentum consti-  
tuere; aut erit terminus cum illa  
habitudine, & sic non est quiddi-  
tis incōplexa: sicut ergo differen-  
tia quidditativa, puta, rationa-  
litas, se ipsa intransitivē habet  
modum qualitatis, & per ipsam  
quidditatem suam, qua est sub-  
stantia secundūm esse, est etiam  
qualitas secundūm dīci; ita ter-  
minus per ipsam realitatem  
sum, qua est quid absolutum,  
in exercitio, quo ponitur in esse,  
habet modum relativi ad agens,  
quo ponitur, quo est actio, & ad  
passum, quo est passio.

Negat item quod objicit N.  
Villanova, quem sequitur Man-  
sio, quod nempe terminus in illo  
indivisiibili, quo ponitur in esse,  
habet re ipsa exercitium essendi  
ab agente, quod duratione se-  
quente re ipsa non habet: ergo  
hoc exercitium aliquid est re ip-  
sa distinctum à termino. Ad hoc  
multoties in præcedentibus ne-  
gata est consequentia; habet  
enim re ipsa subjectum pro priori  
ad hoc instans carentiam for-  
mæ, hoc instanti non habet illam  
carentiam, sed formam; non au-  
tem proinde illa carentia aliquid  
est re ipsa superadditum subjec-  
to. Itaque re ipsa habet terminus  
exercitium essendi ab agente,  
non autem hoc aliud est, quam  
haec realitas re ipsa nunc habens  
modum relativi, quo est sic con-  
ceptibilis, quem non habet du-  
ratione sequenti.

Tom. III.

98 Jam de eo, quod secun-  
dò quærebatur, potest ex his de-  
facili patere, qualiter nempe ac-  
tio, & passio inter se differunt,  
& à motu, & termino: si enim  
actio, & passio metaphysicè, &  
ex propriis terminis dicunt pu-  
ram rationem quidditatis, inter-  
se, & à termino quidditativer  
differunt; comparantur enim in-  
ter se, & ad terminum secun-  
dūm formalitatem, quam ex  
propriis terminis important: ad  
motum autem poterit comparari  
realitas termini sub habitudine  
ad agens, qualiter est actio; aut  
sub habitudine ad passum, quali-  
ter est passio, quare à motu pos-  
sunt differre realiter; est enim  
motus realiter ipsa entitas mo-  
bilis sic determinata, & sub mo-  
do se habendi, quo successivè  
transit ad terminum, formaliter  
autem ipsa successio, seu via, &  
ab utroque realiter differt termi-  
nus sic, vel sic acceptus.

## §.

## II.

Solvuntur Argumenta in contra-  
rium.

99 COntra hanc nostram  
sententiam quo-  
dammodo militant omnia alias  
fundamenta, quare omnia  
oportet expendere. Arguitur ita-  
que primò fundamentis, quibus

Ee

N.

N. Venetus intendit actionem à motu realiter simpliciter differre: primò: Actio est actus perfecti; sed motus est actus imperfecti: ergo. Secundò: Actio non est actus mobilis, ut tale est, sed aut agentis, aut mobilis, ut in actu habentis terminum per ipsam; sed motus est actus mobilis, prout in potentia: ergo. Tertiò: Motus habet subjectum admixtum ex actu, & potentia; actio autem habet subjectum in actu: ergo. Quartò: Actio est tota simul; motus autem non nisi successivè: ergo.

Hec quidem quantum ad id, quod directe intendunt, non sunt contra nos, immò nos ipsis directè intendimus, quòd actio non consistit in ipso motu, quatenus autem aliquo sensu diximus motum esse ipsam actionem, eodem volumus sensum difficultatis expendere, ferè enim idem omnia intendunt. Dicimus itaque, quòd actio est mutatum esse terminus motus; & quia terminus motus est aliquid ejus, & aliquo sensu sp̄se motus, hoc sensu, nempe identice, & simul cum motu, idem habet subjectum, scilicet ipsum mobile in eo, quòd tale; in eodem enim recipitur motus, & mutatum esse terminus ejus, neque subjectum habet in actu signatè, & antecedenter, sed exercitè, nempe ipsa constituit in actu, aliter, & magis, quam motus; quia est germigus, & finis

via; quod non tollit, quin p̄s prie accipiendo actionem seorsim à motu, realiter differant.

100 Arguitur secundò fundamentis, quibus probatur, actionem à termino differre realiter: Generatio, & resurrecio non sunt una actio; sed terminos unus est: ergo. Min. nota est, & major ostenditur, quia diverso tempore, & à diverso agente fiunt. Confirmatur: Quæ realiter separantur, realiter distinguuntur; sed manet terminus sine actione: ergo. Secundò: Actio est causa termini; sed nihil est causa sui ipsis: ergo. Tertiò: Via non est terminus ejus; sed actio est via ad terminum: ergo.

101 R. sp. disting. min. Sed terminus unus est materialiter, & in esse rei, conc. min. formaliter, & in esse termini, sive secundū habitudinem ad agens, neg. min. ex quo sequitur, quòd actio non sit realitas ipsa termini secundū se, & absolute accepta, & hoc concedimus; est autem realitas termini sub habitu dine ad agens. Ad primam confirmationem latè dictum est in Logica de distinctione relationis à fundamento, item disputatione prima de distinctione unionis ab extremis, videantur ibi dicta, ne cogamur iterum dicere. Ad secundam neg. maj. non enim actio causa est, sed causalitas; hęc autem, si accipiatur activè, est inuentia agentis, sive utique dif-

est realiter à termino; si autem passio accipitur, est exercitium ipsum, quo terminus ponitur in esse, quod non est aliqua realitas ipsi superaddita, quare differt tantum secundum rationem quidditatis. Ad tertiam, via non est terminus, sed non proinde est realitas aliqua ipsi superaddita, & hoc tantum negamus.

102 Arguitur tertio ad hoc item: Si actio non differt à termino, non est, in quo distinguitur ab emanatione; sed hoc est inconveniens: ergo. Prob. maj. illudicuntur emanare, quæ sine actione distincta ponuntur in esse; sed si actio non differt à termino, quæ sunt, ponuntur in esse sine actione distincta: ergo. sp. neg. maj. Ad prob. diciunt, quod actio connotat influentiam principii, quam non connotat emanatio: licet ergo actio sumpta formaliter, ut est fieri, non differat à termino realiter, quod sit, actione producitur, tempe influentia agentis, quod item emanat, sine actione, mea resultantia ad positionem alterius ponitur in esse, quare differt emanatio ab actione.

103 Arguitur quartò: Actio non sit ab agente, sed emanat, terminus non emanat, sed sit; sed fieri, & non fieri, emanare, & non emanare non possunt eidem convenire: ergo. Confirmatur: Actio est causalitas agentis; sed terminus non est causalitas agen-

tis: ergo. Secundò: Agens quietit in termino; sed non in actione, quippe hæc est via ad terminum: ergo. Tertiò: Actio non est effectus, sed effectio; terminus non effectio est, sed effectus: ergo. Quartò: Actio determinat virtutem agentis; sed terminus sicut virtutem supponit, ita determinationem ejus: ergo. Quintò: Terminus potuit esse ab alio agente; sed ab alio esse non potuit eadem actio: ergo.

104 Resp. quod hæc omnia tantum probant, quod actio non est ipse terminus secundum se, & ut est terminus, & hoc concedimus; non autem probant, quod sit realitas aliqua superaddita termino, de quo est controversia. Ad argumentum itaque distingu. min. Non possunt eidem convenire formaliter, & secundum eamdem acceptionem, conced. min. eidem secundum diuersam acceptionem, neg. min. quamvis actio sub nulla acceptione emanat. Ad confirmationem primò, actio, de qua loquimur, nempe accepta formaliter, non est causalitas agentis; hæc enim est actio sumpta causaliter, nempe influentia agentis. Secundò, conceditur consequent. solum enim sequitur, quod terminus, ut talis, non est actio, & hoc verum est, non autem, quod actio est aliquid superadditum termino, & hoc solum intendimus. Ad secundam, neg. min. in ipso

ipso enim exercitio potentia sua quiescit agens: vel dist. claritatis gratia: Non quiescit in actione formaliter, conc. min. non quiescit realiter, neg. min. & solum sequitur, quod actione differat formaliter. Ad tertiam eodem modo dicitur, ac ad confirmationem; effectio enim idem est, quod causalitas. Ad quartam disting. maj; Actione sumpta causaliter determinat virtutem agentis, conc. maj. actione sumpta formaliter, neg. maj. Ad quintam dicitur sicut ad secundam, quod terminus secundum realitatem suam absolutam potuit esse ab alio agente, non autem ut accipitur secundum habitudinem ad hoc agens, & hoc secundo modo est actione.

105 Arguit quintò N. Manso pro sua distinctione reali quidditativa ex P. Augustino de Categ. cap. 13. ubi docet, quod calidum passione sui recipit formam caloris, & quod actione, & passio contrarietatem habent, & latitudinem non minus, quam ipsæ qualitates, ex quo arguit: Fieri calidum nihil est nisi recipere formam caloris; fieri autem calidum successivè, addit supra formam caloris modum successiva receptionis, quod nempe terminus partim recipiatur, quæ successio oritur ex contrarietate, & latitudine ipsius termini: ergo actione formaliter quidem solum dicit rationem quidditati-

vam, seu exercitium, quod terminus est ab agente; ut autem est successiva importat supra terminum modum successionis, quo realiter modaliter ab ipso differt.

106 Resp. ex loco P. Augustini nihil deduci; quare eo misso, ad argumentum, quod inde desumit, primo neg. antec. in sententia enim B. Doctoris, quam ipse etiam tenet Manso, forma caloris in indivisibili essentia consistit, neque divisibilitatem habet, qua possit partim recipi: illa ergo successio non est modus formæ, sive termini recepti, & subjecti recipientis, quod secundū quod minus habet de esse à contrariis formis, magis disponitur, & magis appropinquat ad formam caloris, neque illa latitudo ipsius est forma, sed effectus ejus. Secundò neg. conseq. primò, quia formaliter eodem modo differt actione successiva, ac instantanea à termino suo; in se enim, & formaliter nulla habet successionem, quare quilibet addit tantum rationem quidditatis. Secundò, quia ratio quidditatis non est realitas, neque ponit in numerum, & consequenter nec facit distinctionem realiter. Tertiò, quia distinctione modi à re non est realis, cum modus etiam non sit realitas, quæ possit facere numerum, & distinctionem, ut in Metaphysica probabimus; quare dato, quod successio sit actione ipsa, &

modus termini, non sequitur distinctio realis ejus à termino.

107 Arguit sextò idem ratione, quam dicit Aegidianam: Quia partes substantiae esse extensas est unam esse extra alteram, ideo extensio est modus distinctus realiter à substantia, quem ipsa non habet secundum se: ergo pariter, quia partes motus esse successivas est unam post alteram fieri, ideo sic fieri est modus distinctus à termino, quem non habet terminus, si totus simul fiat. Hanc rationem sic explicat: Pone calorem fieri successivè, hoc est, pars post partem; pone eundem fieri in instanti: quærimus: An fieri successivè sit modus distinctus à calore facto in instanti? Si sic, habetur propositum; si autem non, sequitur, quod extensio substantiae non sit modus ejus, cuius contrarium probatum supponit.

E o quidem non possum non mirari, qualiter ipse possit componere, quod calor sit in entitate sua indivisibilis, & tamen partim fiat: omnino enim implicat nullas habere partes, & partem post partem accipere. Ad formam itaque primo neg. suppositum antec. quod habere partem extra partem aliquid sit distinctum, & superadditum substantiae, & partibus ejus, utique est modus se habendi ipsius substantiae, quem ipsa secundum se non habet, qui tamen nihil est

præter ipsam ejus entitatem sic determinatam. Secundò neg. suppositum conseq. quod motus sit ipsum fieri termini; fieri enim termini est mutatum esse terminativum motus. Tertiò neg. aliud suppositum, quod terminus partes habeat.

Patet itaque ad explicacionem, quod calorem fieri successivè non est ipsum partim induci, sed subjectum successivè amittere esse, quod habet a contrariis formis, quo successivè disponitur, & in indivisibili terminativo hujus successionis forma caloris inducitur; ipsam autem non successivè fieri est illam dispositionem non præcederes quare illa successio non terminus est, sed subjecti: vides ergo, quantis deviat à genuina doctrina Aegidii ratio, quam dicit Aegidianam. Cætera mitto, quia supponunt, quod probandum erat, nempe quod actio in ipsa successione consistit; quod autem distinctio quidditativa non est realis, abunde probatur est in Logica,

## ARTICULUS II.

*An actio transiens subjectetur  
in agente, vel in  
passo?*

J. I.

*Referuntur sententiae.*

108 PRIMA sententia docet, actionem esse relationem agentis ad passum, & consequenter subjectari in agente. Ita tenent communiter Scottiæ; distinguunt autem multiplicem relationem in agente; ad propositum autem aliud esse dicunt causalitatem agentis, aliud actionem: causalitas agentis est relatio de secundo modo relatorum producentis ad productum, quæ ad positionem fundamenti, & termini resultat; & eo dicitur intrinsecus adveniens; actio vero est quidem relatio, quæ tamen non resultat ad positionem fundamenti, sed ab aliquo extrinseco dependet, & eo dicitur extrinsecus adveniens: v. g. fundamentum hujus, in quo consistit actio, est ipsa substantia agentis, ratio vero fundandi est virtus activa: non resultat ad positionem hujus virtutis illa relatio, quia habet agens dignitatem agendi, non tamen

agit, sed dependet à conditione extrinseca, quæ non est ratio fundandi, puta, ab approximatione, & eo dicitur extrinsecus adveniens, quia veluti ab extrinseco illam habet agens, quatenus dependenter ab illa conditione.

Hæc, quamvis pura relatio sit, non denominat relatum, sed agens, & ideo, sive etiam, quia alium modum habet à relatione intrinsecus adveniente, non ad prædicamentum relationis pertinet, sed speciale prædicamentum constituit: eodem modo dicunt de reliquis prædicamentis, sex enim ultima in relatione extrinsecus adveniente constituant. Iste est sensus, quantum ego capio, hujus sententiaz; nec enim, ut verum fatear, plene percipio.

109 Multa quidem in hac sententia difficultia occurunt; quia tamen ejus sensum plenè non capio, ab eis latius expendis supersedeo, unum tamen, aut alterum subjiciam: primo, per hoc quod sit extrinsecus adveniens, nihil amplius habens, quam referre, si pura relatio est; sed referre sic, vel sic non est specialis modus prædicationis alias à modo quarto prædicamenti: ergo non poterit speciale prædicamentum constituere, sed aut formaliter, aut per reductionem erit in quarto. Præterea: Relatio quilibet, si verè, & secundum esse suum relatio est, habet totum esse ad aliud, in hoc quippe differt

fert à relatione secundum dici, quod hæc secundum esse suum est perfectio absoluta, quæ habet modum relativi: si ergo relatio extrinsecus adveniens est relatio secundum esse, denominatio secundum talem nihil in se significat, sed totum ad alterum; sed denominatio agentis aliquid significat in se, nempe virtutem activam in se ipsa exerceri: non ergo si relatio extrinsecus adveniens,

Insuper: Posita approximatione, virtus activa in entitate sua immutata relinquitur, nempe ipsa potestas, & actus primus agendi: relatio ergo, quæ ad hanc consequitur, etiam illa conditione supposita, non erit agentis, sed activi, sive potentis agentis; ut enim ipsa virtus supra denominationem potentis proxime agere habeat denominationem exercitè agentis, oportet ipsam concipere in se subjective immutari, & reduci ad actum secundum, non quidem relationem ipsa agentis, quia relatio totam denominationem suam ad alterum tribuit: debet ergo ultra conditionem extrinsecam in ipsa virtute subjective accipi immutatio aliqua, & ad hanc consequetur relatio agentis, quare ea erit intrinsecus adveniens. Ulterius: Ad alterum se habere per modum agentis exercitè, & in actu secundo supponit in se ipso aliter se habere, ac quando erat præcisè potens agere; sed rela-

tio agentis est ad alterum se habere: ergo prælupponit actionem ipsam, nempe id, quo ipsa virtus in se, & subjective aliter se habet, ac quando est præcisè potens. Patet maj. sicut enim prius est, quod in se sit potens, quam quod ad alterum habeat relationem activi, & potentis agere, & in hac subjective potestate fundatur illa relatio activi; ita prius est, quod in se subjective intelligatur extrahi ab actu primo, & reduci ad actum secundum, & in hoc fundatur ad alterum se habere per modum exercitè agentis.

Rursus: Causalitatem agentis aliam dicunt ab actione; misso autem, quod illa causalitas etiam relatio dicitur, causalitas enim id est, quo in se agens exercetur, relatio autem, quo ad alterum se habet; hoc misso, aut illa causalitas præcedit, aut sequitur relationem extrinsecus advenientem, in qua consistit actio; utrumque autem valde est difficile: primò quidem, quia si præcedit causalitas, superfluit actio fecuta; ipsa enim causalitas est exercitium agendi, & præterea relatio agentis ad hanc causalitatem naturali necessitate sequitur tamquam ad proprium fundamentum, quare est intrinsecus adveniens de secundo modo relativorum, quæ nempe fundatur in virtute activa determinata per causalitatem, sive exercitiu[m] agendi.

Si autem dicatur, quod causalitas sequitur ad relationem extrinsecus advenientem, magis hoc est difficile, quod nempe agens habeat actionem, & denominationem agentis ante causalitatem, & exercitum agendi. In agente itaque ex approximatione ad passum nihil intelligimus nisi influentiam, & conatum, qui est activum movere; ex hoc autem sequitur in passo transmutatio, eductio formæ, & productio totius, quæ omnia idem dicunt, & in agente relatio de secundo modo relativorum, quæ sola est agentis, transmutantis, educentis, & producentis, secundum quod aliter, & aliter accipimus, & denominamus id, quod in passo resaltat ex illa influentia: superflue ergo multiplex relatio concipitur.

110 Secunda sententia ponit pariter, actionem in agente subjectari, quam tamen dicit realitatem absolutam, ad quam relatio agentis consequitur de secundo modo relativorum. Hanc præ ceteris latè probat Illustris. Palanco, pro ea longo agmine citat Thomistas, male tamen inter reliquos adducit Joannem de S. Thoma, & Complutenses; ille quidem tantum docet, actionem duas formalitates habere, & secundum alteram constitutere, & denominare agens, secundum alteram esse in termino, & ratione illius in passo; longè autem

aliud est esse in agente, ac denō minare agens: Complutenses, tūm juxta mentem Philosophi, tūm viā rationis ponunt, actionem esse in passo.

111 Hæc quidem ex ipsis suis rationibus posset late rejici: potissima enim ex eo sumitur, quod potentia agentis per actionem determinatur, & constituitur in acto secundo, quare actio debet esse in ipso agente; sed pariter terminus non solum est in subjecto perceptibilis, sed etiam agibilis, seu producibilis ab agente: ergo præter passionem, qua constituitur in passo, debet in ipso termino actio ponî, qua reducatur ad actum secundum potentia, qua est producibilis ab agente. Alia prætermitto, quia statim apparet equivocatio hujus sententia, quod nempe actionem dicit influentiam agentis, quæ est ejus causalitas, ex qua tamen actio sequitor, nempe fieri rei prout ab agente.

112 Tertia sententia docet, in quocumque agente transunter duas actiones requiri, quarum altera sit immans, qua agens in se ipso perficiatur, & constituantur agens; altera vero sit transitiva, quæ sit perfectio passi, & qua terminus denominatur actus, seu productus. Hanc esse mente B. Doctoris putavit N. Villanova, & ex ipso illam defendit Manso. Hæc quidem in se satis est difficultis; esset enim posse

ponere; quodlibet agens transeunter habere actionem a se, & in se, quæ est definitio vivens; est autem difficilior addi-  
cotorum explicazione: docent  
quippe, quod, quia unumquodque agit, ut est in actu, ignis  
i. g. calefaciens lignum prius  
lebet reddere se ipsum calidum,  
nam possit causare calorem in  
igno; illud primum dicunt ac-  
tionem immanentem, qua se ip-  
sum perficit; hoc secundum ac-  
tionem transeuntem, que est per-  
ficiō passi.

113 Hæc, inquam, explicatio difficiliorem reddit senten-  
tiam illam: eo enim ponitur illa  
tio immanens, ut eā constitua-  
re agens in actu secundo; sed  
ad perfectum esse, quod forma  
suum subiecto in se, non agens  
constituit, sed activum, sive po-  
sus agere: ergo. Præterea: Non  
nisi unumque agens, sed agens tran-  
seunter debet constitui, ita enim  
agit; sed illa actio, quippe im-  
manentens est, non transeunter, sed  
ad summum immanentē poterit  
constituere agens: ergo ad pro-  
positum nihil ea refert. Rursus:  
Denominatio agentis transiens  
& in exercitio agendi conve-  
nit; sed illud in se perficere per-  
manentens est, & permanentē con-  
venit, sive agat, sive non agat:  
ergo. Rursus: Actio quilibet est  
causalitas efficientis, & influen-  
tiā agentis importat, aut con-  
potat; sed virtus activa ad pro-

prium subiectum nullam habet  
influentiam, aut effectivam cau-  
salitatem, est enim forma ipsum  
perficiens: illad ergo reddere in  
se tale non est aliqua actio, sed  
effectus formalis formæ.

114 Resp. N. Manso q. 4:  
num. 10. quod forma aut facit  
ad esse tantum, & hæc tantum  
habet causalitatem formalem, ut  
quantitas; aut facit ad operari  
etiam, & hæc non solum habet  
causalitatem formalem, qua  
constituit tale quantum ad esse,  
sed etiam actione immanente  
perficit, quod pertinet ad opera-  
ti; & hoc patere, ait, in anima,  
qua non solum perficit corpus  
quantum ad esse, quo reddit vi-  
vens, sed insuper causalitate ef-  
fectiva, & actione immanente  
reddit vivens in actu secundo;  
quare ait, quod forma caloris  
v. g. in genere causæ formalis  
tantum dat esse calidum in actu  
primo; ut autem tribuat esse ca-  
lidum in actu secundo, quod  
pertinet ad operati, requiritur  
actio immanens.

115 Mirum, quanta coactus  
est deborare, ut paradoxum il-  
lad de dupliciti actione salvet:  
primò, quia anima ultra hoc:  
quod est dare tale perfectum esse,  
habet operationem in se manen-  
tem, est forma vitalis: ergo, si id  
habet forma caloris, erit etiam  
vitalis. Secundò: Non anima ip-  
sa, sed ex quo anima tale perfe-  
ctum esse tribuit, potentia moveat  
poten-

potentiam, & ita habet vivens operationem immanentem; sed in igne v. g. non est aſsignare, qualiter potentia movet potentiam, neque aliud intelligitur, quam formam caloris perficere ſubjectum ſuum: ergo. Tertiō: Hoc, quod actione immanente, ait, tribui, & pertinere ad operari, permanentē tribuitur: ergo non agens constituit, sed acti- vum. Quartō: Forma, quae facit ad esse, puta, quantitas, ex hoc, quod ſubjectum ſuum informat, exercitē, & in actu ſecundo tri- buit perfectum esse, quod ipsa continent, puta, extenſum eſſe: ergo forma caloris ex hoc præ- tissē, quod exercitē informat, exercitē, & in actu ſecundo tri- buit eſſe in ſe calidum; & quia tale eſſe pertinet ad operari, hoc quod eſſe in ſe in actu ſecundo calidum, eſſe in actu pri- mo calefactivū alterius, neque eſt intelligere, quod calor infor- met ſubjectum, & non tribuat eſſe exercitē, & in actu ſecundo calidum; hoc enim eſt formalis- simē informare, perficere, seu tribuere tale perfectum eſſe.

116 Resp. N. Villanova, verum quidem eſſe, calorem in ſubjecto poſitum reddere calidum in actu ſecundo; in hoc ta- men duo eſt conſiderare; alte- rum, quod ſubjectum habet in ſe, & in ordine ad ſe; alterum, quod habet in ſe quidem, ſed in ordine ad alterum, nempe eſſe

calidum, & eſſe calefactivū: il- lud primum eſt effectus prima- riū, & non actio immanens, ſed cauſalitate formalis tribuitur: hoc verò ſecundum eſt effectus ſe- cundarius, actione immanente tribuitur, & eſt veluti inchoatio actionis.

117 Sed contra, primō: Ef- fectus ſecundarius formā non actio eſt, ut patet in effectu ſe- cundario quantitatis. Secundō: Effectus ille ſecundarius, dato, quod actio ſit immanens, non agens constituit exercitē, & in actu ſecundo, ſed acti- vum, ut ipſe etiam concedit; ſed ad hoc illa actio immanens deſideratur, ut eā conſtituatur agens exercitē agens: ergo eā datā, non habent propositum ſuum. Tertiō: Eſſe calefactivū non eſt effectus ſe- cundarius: talis enim ſeparari potest, & ſine illo inveni- tur for- ma, nempe eſt aliquid ad quid- ditativam perfectionem ſuam, & effectum primarium conſequuntur; ſed eſſe calefactivū tranſcen- dentē, & impræſcindibiliter in- telligitur in eo, quod eſt eſſe ca- lidum, ipſa enim forma quiddi- tate ſua, & conceptu primario eſt virtus calefaciendi, & tale perfectum eſſe tribuit, quo for- maliter, & intransitivē ſubjectum reddat calefactivū: ergo. Aliis prætermitto, ex dictis enim fuſſi- cienter conſtat & equivocatio hu- jus ſententia, quod nempe id, quod B. Doctor intendit de in-

uentia agentis , h̄e actione sumpta causaliter , ipsi accipiunt de actione aliqua immanente .

118 Quarta sententia , eoque communis , docet , actionem proprie talem , qualis sola est transiens , in passo esse . Hanc expresse habet Philosophus 3. Physic. toto cap. 3. & ibi B. Doctor lect. 4. ubi illam tenet , adeo quod potius supponit , quam probat ; met item in 3. dist. 5. q. 1. art. 1. §. Ostendo unionem ; item dist. 7. part. 1. q. 1. art. 3. §. His itaque prælibatis ; & in disput. de Esse , & Essent. q. 3. in quodl. 6. q. 4. ex quo loco suam desumptam sententiam N. Villanova , locum tamen infra expendemus ; hanc proinde sententiam omnes Nostri tenent , exceptis Villanova , & Manso , quamquam non uno modo explicetur , quomodo constituit , & denominat agens , si non in ipso , sed in passo est , quæ potissima est in hac sententia difficultas , & quam facillime explicat B. Doctor per actionem sumptam causaliter pro influentia agentis .

## §. II.

*Probatur nostra sententia .*

119 **N**Obis ergo absolute dicendum , quod actione transiens subjectatur in

passo . Pro cujus explicatione duo nobis notanda sunt : alterum , quod s̄epe in præcedentibus expendimus , quod nempe actio causaliter , & active significat influentiam agentis ; aliter enim efficiens , aliter forma activa est , forma nempe tantum , & præcisè ex intima communicatione , & præsencia , quæ se haberet veluti applicatio , perficit , & constituit tale ; efficiens verò ultra applicationem , & debitam præsentiam passo , conatum habet , & activum movere ; ulteriùs autem actio significat ipsum fieri sive productionem effectus , quæ ex illa influentia sequitur ; & hoc secundo modo actio sumitur formaliter . Alterum , quod nobis supponendum est , hoc est , quod cum dicimus , actionem in passo subjectari , non intendimus , in passo esse tamquam in subjecto inhalationis , tale enim non habet actio per se , & formaliter ; inhalare quippe formæ competit , quæ habet perficere ; actio autem non est forma perficiens : dicitur ergo in passo esse ad modum , quo relatio est in fundamento suo , cui tamen non inheret , neque aliud quod perfectum esse tribuit .

120 Hoc secundum aperte rejiciunt Mastrius , & Ortiz . Arguit itaque Mastrius , primò : Quia actio est unum de novem prædicamentis accidentium ; accidentis autem essentialiter exigit subjectum inhalationis . Secundò

ad hominem: Eo actio creativa non petit subjectum inherationis, quia constituit terminum independentem à subjecto; sed actio eductiva constituit terminum dependentem à subjecto: ergo. Sed ad hoc secundum neg. maj. actio enim creativa non petit subjectum præexistens, quia ejus terminus à quo est nihil, sive omnino non est, actio eductiva petit subjectum præexistens, quia de priori esse transmutat ad aliud esse; quare petit subjectū, ex quo educit, sub alio esse præcessisse; utraque autem nihil est nisi terminus ipse prout ab agente, hoc enim significat fieri rei, quare non realitatem aliquam inherentem, sed rationem quidditativam, & conceptibilitatem ipsius termini utraque significat. Ad primum jam diximus in Logica, quod prædicamenta non significant formas, & realitates aliquas, sed modos essendi, ex quibus prædicatio sumitur generalis, & non reducta in aliam; & quia ex eadem realitate multipliciter accepta multiplex talis modus prædicationis sumitur, multiplex prædicamentum una realitas constituit: novem ergo prædicamenta accidentium novem modos significant prædicandi extra essentiam; & quia non cuiuslibet propria realitas respondet, non cuiuslibet respondet inherere.

121 Sed contra hoc reponit ipse: Si de ratione accidentis so-

lum est, quod sit extra essentiam, tunc existentia, subsistentia, & singularitas in substantiis erunt verè accidentia, cùm sint extra conceptum quidditativum rei. Rursus: Substantia ab accidente distinguitur per hoc, quod substantia est ens per se, quo inherentiam etiam aptitudinalem excludit; accidentis verò inherentiam importat saltim aptitudinem: ergo si actio ratione sui formaliter non petit inherere, aut erit substantia, aut saltim erit perfectior albedine, quæ inherentiam dicit.

122 Resp. ad primum, quod quantum ad prædicari illa omnia sunt accidentia, nempe prædicantur accidentaliter; non tamen ea sunt in prædicamento accidentis: quia non quodlibet prædicari constituit prædicamentum, sed modus generalis non reductus in alium; modus autem, quo illa omnia prædicantur, quamvis extra essentiam, ad modum reducitur, quo prædicatur substantia, nempe existere, in se subsistere, & hoc unum esse, modum referunt substantiæ; quae ad prædicamentum substantiæ reducuntur. Quo ad secundum, substantia utique constituitur, & ab accidente distinguitur per modum per se essendi, quo omnino excludit inherentiam; sed non proinde quidquid non est substantia, inherentiam importat, sed id, quod ita non est sub-

stantia,

stantia, quod est realitas aliqua nominalis, & de linea essentiæ, inherentiam importat; quod autem ita non est substantia, quod de se non realitas est, sed realitatis affectio quedam, aut determinatio, quia non est substantia, non habet in se esse; quia tamen non est de se realitas aliqua, non sibi competit inherere, & perficere, sed illi alteri, cuius est determinatio.

123 Sed adhuc instat, ex hoc potius sequi intentum suum: Si quod perfectius est, & magis ens habet de necessitate illam aptitudinem inherendi, potius illam debet habere, quod est imperfectius, & minus ens: ergo si albedo, quæ magis est ens, quam actio, illam aptitudinem habet, potius eam debet habere actio. Patet antec. per regulam topican: Si de quo minus videtur inesse, inest: ergo de quo magis. Rursus: Accidenti convenit inherere ex debilitate entitatis sua, quia non est tantæ perfectio- nis, quod possit in se esse: ergo magis ei debet competere, quod magis habet debilitatem, & imperfectionem. Accedit, quod non intelligitur, qualis sit illa adhæsio, qua actio in aliquo est sine vera informatione.

124 Resp. disting. antec. Si quod est magis perfectum, habet inherere, potius debet id habere, quod est minus perfectum, si tamen de illa sit linea, nempe si

sit realitas aliqua nata perficere, conc. si adeo sit imperfectum, quod non perveniat ad perfectionem, quamvis debilem, & defectuosam illius linea, neg. antec. Quo patet ad probationes ejus: ad primam, regula topica tenet cæteris paribus, & in his, quæ sunt ejusdem linea. Ad secundam inherere accidenti convenit ex imperfectione, quam habet respectu substantiæ, est autem perfectio comparativè ad id, quod est pura determinatio, formalitas, aut ratio quidditativa, nempe quod aliqua realitas est nata perficere, quod alterum non habet. Ad alterum, quia actionem ipsi concipiunt realitatem aliquam, non possunt intelligere, quomodo in aliquo est sine informatione; quia tamen ea non realitas est, sed mera determinatio, qua terminus ipse, sive id, quod fit, aliter accipitur, nempe in ipso fieri sub habitudine ad agens, ea est in ipso termino, & per illum in passo, non tamen informat.

125 Prob. itaque conclusio primo ex Philosopho citat. 3. Physic. cap. 3. quo ex instituto hanc movet dubitationem: An actio in agente sit, aut in passo? Namvis autem de motu inquirat, subjungit ipse, quod eadem est ratio de actione, & verè sicut movens motu movet, ita agens actione agit. Itaque ad utramque partem arguit, sive actio, & pas-

sio dicantur unus, sive duplex motus, & aliquibus rationibus ostendit, quod actio nequit esse in agente, & motus in movente; aliquibus deinde, quod nequit esse in passo: deinde text. 20. resolvit, quod in passo est actio, & motus in moto, solvens rationes in contrarium, & concludit: Alteratio enim actus est alterabilis in eo, quod est alterabile.

126 Prob. secundò ex B. Doctore ad citat. text. 20. lect. 4. ubi ait: Ad evidentiam prime partis sciendum, veritatem quæsiti in hoc consistere, quod actio, & passio sunt unus motus, & quod ambo sunt in paciente, & non in agente: cùm ergo Philosophus quasi sepiem rationes adduxisset arguendo ad questionem propositam, due rationum illarum non contradicunt huic veritati; nam prima ratio ostendens, actionem per motum non esse in movente, huic veritati non contradicit, cùm nos ponamus, actionem, & passionem esse in passo, non in agente. Et paucis interjectis: Dicit ergo, quod non est inconveniens, actum alterius esse in altero, doctio enim est actio docentis, est tamen in altero, quia est in addiscente. En supponit conclusionem, & quod illam intendit Philosophus, & solvit quinque rationes in contrarium.

127 Prob. tertio ex eodem B. Doctore q. 7. de Esse, & Essentia. qua querit: An creatio sit

idem, quod esse rei creatæ? Ad cuius explicationem sic ait: Respondeo, dicendum, quod, cùm loquimur de creatione, cùm creatio sit quedam actio Dei, ne laboremus in equivoco, oportet nos de ipsa actione distinguere. Dicemus enim, ut vult Philosophus 9. Metaph. quod duplex est actio, quædam transiens in exteriorem materiam, quæ est perfectio operati, & quædam manens in agente, quæ est perfectio operantis. Hanc autem distinctionem adaptare possumus ad actionem artis, nature, & Dei; & prosequitur, quod in actione artis est actio immanens, qua artifex idem concipit; & transiens, qua exterius artificium format; in opere naturæ est suo modo actio immanens influentia agentis, & transiens ipsum fieri effectus; pariter in actione Dei est actio immanens ipsum velle Dei aeternum, & actio transiens temporale fieri rei creatæ.

Subjungit deinde, quod priori modo, nempe influentia agentis dicitur actio secundum prædicationem causalem; posteriori autem, nempe ipsum fieri dicitur actio propriæ, & secundum prædicationem formalem, nempe illa influentia quodammodo causa est, aut causalitas hujus fieri; quia enim agens influit, sequitur fieri: ex hoc deducit ad intentum suum, quod creatio sumpta causaliter non est esse

reī creatæ; sumpta verò formaliter est ipsum esse reī creatæ, prout à Deo. Ad intentum autem in hoc loco non solum habemus intentam conclusionem, quod actio transiens est in passo, nempe ait, quod est perfectio operati, sed doctrinam etiam, qua omnes difficultates evacuantur, tota enim difficultas ad hoc refunditur, quod actio debet denominare, & constituere intrinsece ipsum agens, & cum hæc denominatio sit intrinseca, debet significare aliquid in ipso agente. Ad hoc autem dicitur ex præmissa doctrina, quod significat influentiam, sive actionem sumptu-causaliter; cum quo stat, quod actio sumpta formaliter in agente sit, sed in passo.

128 Prob. quartò ratione, quam intendit Philosophus: Si actio est in agente, motus erit in movente; sed hoc implicat: ergo. Majorem supponit Philosophus; potest autem sic ostendi: Sicut agens actione constituitur in actu secundo agens, ita movens motu constituitur exercitè movens; sed sicut mouere non est actus movantis in se, movet enim ipsum mobile, ita agere non est actus agentis in se, sed ad alterum, agit enim id, quod agitur: ergo qua ratione actio in agente dicatur esse, eadem dici debet, quod motus est in movente.

Nunc autem minorem probat Philosophus: Si motus dicatur esse in movente, sequitur de necessitate, aut quod movens in eo, quod tale, moveatur, aut quod habens motum non moveatur; sed utrumq; implicat: ergo & quod motus sit in movente.

Patet min. quantum ad primum quidem, quia moveri est pati; implicat autem, quod agens in eo, quod tale, sit patiens: ergo. Quantum ad secundum item; sicut enim implicat, quod habens albedinem non sit album, ita implicat, quod habens motum non moveatur. Prob. itaque sequela maj. Si motus esset in movente, movens in eo, quod tale, haber motum: tunc ergo aut movetur, & sic movens in eo, quod tale, movetur; aut non movetur, & sic habens motum non movetur: sicut ergo motus in mobili est, quamvis constituat movens, ita actio in eo, quod agitur.

129 Prob. quintò altera ratione Philosophi, quæ directe procedit de actione: Actio formaliter loquendo, est actus ab altero; sed actus ab altero nequit esse in agente: ergo. Patet maj. quia id est differentia quidamitativa actionis, sicut relationis ad alterum, & passionis in altero; quare Philosophus text. 22. ait, quod actus in hoc est passio, actus ab illo est actio. Min. item patet, quia in agente non ab altero est, neque habet ab, sed tantum in: debet ergo in passo esse ab agente,

130 Ad utratque rationem dicitur, quod si ea tenet, sequetur, quod nulla actio est in agente; at actionem immanenter in agente esse, nullus dubitat, eo enim talis dicitur; quare B. Doctor loc. suprà citat. in 3. Physic. ait: Notandum autem, quod duplex est actio, quadam transiens in exteriore materiam, & est perfectio passi; quadam non transiens, & est perfectio agentis. Resp. primò, quod actio immanens non nisi grammaticaliter actio est, ut jam suprà diximus. Secundò; quod ea non est in agente ut tali, nempe eo vivens de necessitate habet plures potentias, aut partes diversæ rationis, ut secundum unam moveat, secundum aliam moveatur; quare actus immanens in eodem toto est, quod denominatur agens, & movens, in potentia verò, aut parte, quæ movetur; at verò agens transiuntur, secundum quod tale non habet illam diversitatem: secundum id ergo, quo est movens, erit motum, si in ipso ponitur actio. Quia tamen porrissima difficultas in proposito est ea solvere, quæ objiciuntur in contrarium, amplius patebit

conclusio solutione  
argumento-  
rum.

## Solvuntur Argumenta:

131 **A** Rgitur primò ex B. D. in Quodlib. 6. q. 4. §. Postquam diffusè, ubi ita habet: Dicamus enim, quod in omni factione factum sit quodammodo per duplum actum, videlicet per actum non transiuntem, & per actum transiuntem, ita quod transiens actus est ab actu non transiente; & paucis interiectis: Et quod dictum est de agentibus à proposito, veritatem habet de agentibus à natura, ut calor, qui est ratio calefaciendi in rebus naturalibus, primò datum, lido esse calidum, & postea datum, quod calefaciat. In hoc loco NN. Villanova, & Manso fundant sententiam suam de duplice actione; & quidem satis aperte illam videtur intendere Doctor, si textus in cortice accipiatur, sensus tamen ejus planus est, si cum altero conferatur, quo ferè ad verbum id ipsum habet, nempe suprà citatum ex quæstionē 7. de Esse, & Essentia.

132 Resp. itaque, quod in citata quæst. 4. de eodem querit, ac quæst. 7. de Esse, & Essentia, & ex eodem medio ostendit, quod creatio uno modo non est esse rei creatæ, nempe sumpta causa-

causalitèt, alio modo, nempe sumpta formaliter, est ipsum esse rei creatæ, ad hoc utrobique illam distinctionem de dupliciti actione immanente, & transeunte adaptat, primò agentibus à proposito, deinde agentibus naturalibus, & tertio Deo; quare, quia idem utrobique intendit, scutum ejus possumus habere conferendo loca ad se invicem: itata ergo quest. 7. post verba superius adducta, in adaptando illas duas actiones ad operationem naturæ, ita habet: Sed si hanc distinctionem volumus adaptare ad naturam, oportet nos extendere novem actionis: nam, si vellermus actionem propriè sumere, nullum agens naturale, sive nullum corpus habet actionem non transeuntem, quia non habet actionem ad se conversivam, ut Proclus probat; sed si volumus nicipere actionem largè pro ipsa perfectione, & actu, dicemus, quod ignis calet, & calefacit, & ad eadem forma caloris competit sibi calere, & calefacer, sed ipsum calore est perfectio manens in igne calefaciente, sed calefacer est perfectio transiens in interiorum materiam, ut in rem calefaciam.

En ipse Doctor sensum exponit, quo non actionem, sed actum manentem ponit in agente transeunter; at enim, quod actionem ad se conversivam, qualcum habet vivens, omnino

non habet, sed tantum largè accipiendo actionem pro ipsa perfectione, qua ignis v. g. ut calefaciat, in se calidus est, & ad intentum suum hoc sufficit, quod nempe creatio, ut dicit actum non transeuntem, non est esse rea creatæ: non ergo duplex illa actio deducitur ex hoc loco, sed tantum actus aliquis in agente, & ad summum, ut paulò inferius ibidem explicat Doctor, actio sumpta causaliter, ut est influentia agentis.

133 Arguitur secundò ex Philosopho 2. de Anima text. 26. Actus est in eo, coquus est actus; sed ex eodem in 3. Physic. text. 18. & clarius text. 20. actio est actus agentis: ergo Confirmatur: Quia 8. Phylic. text. 9. probat, mundum non incepisse, quia si aliquando incepit, prius movens incepit aliter se habere, quod est inconveniens: ergo, quia sentit actionem esse in agente. Patet conseq. si enim sit, productione mundi mutari ipsum producens, in ipso tenet recipi productionem.

134 Resp. primò instandoe Si enim actio actus est agentis, pariter motus actus erit movens, æquè enim agens actione agit, & movens motu movet: ergo erit motus in movente, quod nullus dicit. Resp. secundò directe ad locum maj. quod ibi intendit Philosophus, animam neque corpus esse, neque esse pos-

se sine corpore; ad hoc probandum illam propositionem assumit, quod actus sine eo non est, cuius est actus; sed anima est actus corporis: ergo. Pater itaque, quod tantum ex hoc loco deducitur, actionem non esse sine agente, dato, quod sit actus agentis; quia tamen haec solutio mera est tergiversatio, Resp. tertio ad locum min. quod ibi expresse asserit Philosophus, actionem esse actum utriusque, nempe agentis, ut ab ipso, patientis, ut in ipso; ut doctio, ait, actus est docentis, non ut in ipso, alioqui oporteret docentem addiscere; sicut enim album est, in quo est albedo, ita addiscit, in quo est doctio: est ergo doctio actus docentis, ut ab ipso, addiscens verò, ut in ipso. Tunc itaque disting. maj. Actus in eo est, cuius est actus, ut in ipso, conc. maj. cuius est actus, ut ab ipso, neg. maj. & eodem sensu min. actio enim est actus agentis, ut ab ipso.

Ad confirmationem dicuntur, quod illo textu intendit Philosophus, quod in his, quæ sunt ad aliquid, non incipit relatio, quin incipiat mutatio in utroque, aut in altero; ait enim: *Vt si non erat duplum, nunc duplum est, mutari, si non utrumque, alterum;* & quia movens ad motum dicitur, si mundus incepit, incepit relatio moventis, ex quo sequitur mutatio in utroque, aut

in altero, quod ipse reputat ita conveniens, quia tenet, mundum esse aeternum. Resp. secundo confessio antec. disting. conseq. Ergo tenet, quod actio sumpta formaliter est in agente, neg. conseq. sumpta causaliter, conc. conseq. tenet itaque, quod mutaretur primum movens, non actione, ut est fieri, sed actione, ut est influentia agentis.

135 Arguitur tertio à ratione: Forma, quæ tribuit denominationem intrinsecam, in eo est, quod denominat; sed actio denominat intrinsecè agens: ergo. Pater min. per se enim notum est, tūm, quod agere est denominatio intrinseca; tūm, quod agens ab actione dicitur tale. Confirmatur primò: Agens, ut agens, per se est in praedicamento actionis; sed in praedicamento nihil reponitur per aliquid sibi extrinsecum: ergo. Secundò: Actio est aliquid accidens: ergo habet in aliquo esse, in esse enim est quidditas accidentis; sed ut actio non potest esse in passo, quia, ut est in passo, est passio: ergo. Hoc unicum est contraria sententia fundamentum; quamvis enim varietur forma arguendi, hanc unicam difficultatem omnes intendunt. Ad illud communiter respondetur ex data doctrina Philosophi, quod actio sicut est actus agentis, non ut in ipso, sed ut ab ipso, ita denominat non per esse in illo, sed per esse

esse ab illo; nobis autem clarius ex præmissa doctrina B. Doctoris

136 Resp. disting. min. Sed actio sumpta formaliter, & ut est fieri, denominat agens, neg. min. actio sumpta causaliter, ut est influentia, & causalitas agentis, conc. min. Itaque sicut motus non movens, sed motum denominat, movens autem denominatur intrinsecè à motione, sive activè movere; ita actio non agens, sed actum denominat, ut doctio doctum, calefactio calefactum; agens verò denominat influentia, sive causalitas agenti, & hæc utique est in agente. Ad primam confirmationem neg. maj. non enim per se, & formaliter est agens in prædicamento actionis, sed reductive tantum, & causaliter ratione influentia, & quia actio sequitur. Ad secundam jam patuit suprà, quod actio non est accidens physicum, cui competit esse, sed mera ratio quidditativa physici accidentis; quare ratione hujus habet inesse, & quia ex tali ratione quidditativa sumitur prædicatio generalis, & nou reducta in aliam, ea constituit speciale prædicatum.

137 Arguitur quartò ex Palance, cuius fundamenta ferè omnia ad vim præcedentis reducuntur; quare unum, aut alterum adducemus, ut in forma applicetur solutio: Potentiali-

tas, quam habet agens, ut agat, nequit auferri nisi per aliquid in ipso; sed auferitur per actionem; ergo. Patet maj. tūm, quia illa potentialitas intrinseca est; tūm, quia si nihil in ipso ponatur, manet ut antea. Confirm. Implicita potentia creata pure activa, & non passiva; sed potentia passiva ad actum reducitur recipiendo; ergo potentia agentis non solum activa est, sed etiam passiva; sed non aliud potest recipere nisi actionem, ad hanc enim potentia est: ergo. Majorem principalem eo probat, quia potentia purè activa, & nullo modo passiva, esset actus purus.

138 Resp. primò instando: Quia potentialitas, quam habet movens, ut moveat, nequit auferri nisi per aliquid in ipso, cùm sit pariter intrinseca: ergo motus erit in movente, quod ipse negat cum Philosopho. Quid si dicatur, quod potentialitas moventis non per motum auferitur, sed per motionem, sive activum movere, eodem modo dicitur, quod potentialitas agentis non per actionem, sed per influentiam auferitur; quare Resp. secundò disting. min. Auferitur per actionem sumptam formaliter, ut est fieri rei, neg. min. auferitur per actionem sumptam causaliter, ut est influentia agentis, conc. min. Solutio patet ex jam dictis.

Ad confirmationem pariter

Gg 2 insta-

institutur de potentia activa moventis: Si enim non pure activa est, motum recipit, cuius est potentia; immo potentia activa quælibet reduplicative, ut activa est, aut pura est activa, aut non? Si primum dicitur, erit actus purus: si autem secundum, in eo, quod activa, erit passiva, & ipsa ratio activæ; quæ reduplicatione accipitur, erit ratio passivæ, quod manifestè implicat. Directe neg. maj. Ad rationem ejus neg. assumptum; non solum enim ex eo, quod sit passiva, & receptiva, sed ex eo etiam, quod sit actualitas recepta, habetur limitatio, & potentialitas ejus: potentia ergo agentis, ut talis, pure activa est, quia tamen virtus in agente recepta est, non est actus purus.

139 Arguitur quintò: Actu agere est perfectio agentis: ergo id, quo sic constituitur, in ipso est; sed constituitur agens actione ipsa: ergo. Patet primum antec. quia per id extrahitur de potentia ad actum, & constituitur in ultima perfectione, quam potest habere. Patet item conseq. quod enim in alio est, non hujus, sed illius perfectio est. Resp. primò disting. antec. Est perfectio agentis, ut in ipso, neg. antec. ut ab ipso, conc. antec. & neg. conseq. Resp. secundò juxta distinctionem B. Doctoris concessio enthyematice, disting. subsumptam: Sed constituitur agens

actione sumpta causaliter, conc. min. sumpta formaliter, neg. min. cum conseq.

140 Arguitur sextò ex N. Manto pro duplice actione: Naturalē agens artificiose agit juxta dispositionem à Divina arte derivatam, & sibi per rationes feminales impressam; sed effectus artificiosus est à duplice actione, altera immanente, qua perficitur agens; altera transeunte, qua est perfectio passi: ergo talis duplex actio in quolibet agente requiriatur. Majorem ex P. Augustino, & B. Doctore probatam supponit in 1. Physic. & esse, ait, doctrinam Philosophi in 7. Metaph. a cap. 25. Min. per se nota est.

Confirmatur primò: In omni actione transeunte tam agens, quam pariens perficiuntur intime sece; sed actione, qua sit in passo, ipsum tantum perficitur: ergo ulterius poni debet actio in agente. Secundò: Ut ignis calefaciat lignum, debet esse in se in actu secundo calidus; sed sine actione immanente non est in se in actu secundo calidas: ergo talis requiritur. Prob. min. Ignem esse in se in actu secundo calidum non est tantum habere formam caloris, sed per illam agere in se ipsum, & se ipsum calefacere; sed hoc est actio immanens: ergo. Probar. maj. Vivens esse in actu secundo tale, non est tantum habere formam vitalem, sed

operari per illam vitaliter: ergo pariter. Prob. conseq. Ideo antecedens est verum, quia anima non est forma tantum ad esse, sed etiam ad operari; sed pariter calor non tantum est ad esse, sed ad operari etiam: ergo. Tertiò: Calor est forma calefactiva subiecti sui, & aliorum; sed alia à se calefacit actione transeunte: ergo subiectum suum actione immanente.

141 Resp. neg. maj. Ad probat. dicitur, quod in 7. Metaph. tantum septemdecim sunt capita, & in tribus ultimis ne verbum habetur, ex quo possit intentum deduci; quare quandoquidem error est in numeris, non possumus locum Philosophi expendere; manifestè autem ipse distinguit sèpissimè opus artis ab opere naturæ; non posset autem distingui, si agens naturale artificiose operatur. P. Augustinus, & ex eo B. Doctor ponit quidem rationes semifinales, non autem quibus agens sibi se ipsum subjiciat, aut in se actionem habeat, sed quibus actuum proprio passibili ordinatur, & passivum proprio agenti subjicitur, ut ipse etiam Manso explicat: agens ergo artificiose se ipsum dirigit per præconceptam operis idem, & eo operationem habet immanentem, qua idem concipit, & ad opus se dirigit; agens vero naturale ab Autore dirigitur, quare neque idem concipit, ne-

que sc dirigit, aut operationem habet immanentem.

Ad 1. confirmation. ex jam dictis disting. conseq. Debetponi in agente actio immanens, & alia à transeunte, neg. conseq. debet ponи ipsa actio transiens sumpta causaliter, seu influentia, qua agens exercetur, conc. conseq. Ad secundam neg. min. ad prob. ejus neg. maj. hicut enim album esse in actu secundo tale, nihil est nisi albedine informari, ita calidum esse in actu secundo calidum est informari calorem, neque intelligitur calorem in actu secundo informare, & non reddere in actu secundo calidum; non ergo actione aliqua, sed informatione ipsa caloris redditur in actu secundo calidus ipse ignis. Ad ulteriorem prob. maj. primò neg. anteced. aliud enim est vivens esse in actu secundo tale, aliud vero vitaliter operari, nempe esse in actu secundo tale est habere actu tale esse, quo possit vitaliter operari, & hoc nihil est nisi informari ab anima. Secundò neg. conseq. & ad rationem ejus neg. maj. non enim, quia facit ad esse, & operari ipsa anima, sed quia est forma vitalis, tenet antecedens, dato, quod verum sit: quia itaque forma facit ad esse, & operari, illud esse, quod informatione sua tribuit, non solum est esse in se tale, sed etiam operationis elicivans, non autem aliqua operatione tale

tale esse tribuit. Ad tertiam disting. maj. Est calefactiva subiecti sui, & aliorum in eodem genere causa, neg. maj. Subiecti sui, ut forma perfectiva, aliorum verò, ut virtus efficientis, conc. maj. & conc. min. neg. conseq.

142 Arguitur septimò ex Maistro juxta Philosophum 3. Metaph. text. 20. Calesactivum, & calefactibile sunt relativa: ergo calefactio actio, & calefactio passio sunt relationes. Patet conseq. per locum à conjugatis: Si enim similia sunt relativa, similitudo in abstracto erit relatio in abstracto. Confirmatur: Quia agens est, à quo aliud; sed actione constituitur agens: ergo actio nihil est nisi relatio ad alterum, quod ab ipso est.

143 Resp. primò, quod abstractum calefactivi non calefactio est, sed vis calefaciens: sequitur per locum à conjugatis, quod calefactivitas, sive vis calefaciens, quæ est abstractum calefactivi, erit relatio, quod nullus concedet, relatio enim nullius est virtus activa. Secundò: Calefaciens, & calefactum sunt relativa de secundo modo relativorum: ergo per locum à conjugatis calefactio actio, & calefactio passio, quæ sunt abstracta calefacentis, & calefacti, erunt relationes de prædicamento, quod ipse negat. Directè disting. anteced. Calesactivum, & calefactibile sunt relativa secun-

dum esse, neg. antec. secundum dici, conc. antec. calefactivum enim non significat secundum esse suum ad alterum se habere, sed absolutam virtutem calefaciendi, quæ in se habet modum relativi: dato ergo, quod abstractum ejus sit calefactio actio, ad summum requiritur, quod ea sit relatio secundum dici, quæ proinde secundum esse suum erit perfectio absoluta.

Resp. secundò, misso antec. neg. conseq. ut enim jam patuit, non calefactio, sed vis calefaciens est abstractum calefactivi. Si autem arguatur de calefaciente, & calefacto, neg. antec. calefaciens enim non est relativum, neque in eo, quod tale, relationem significat, sed influentiam, ad quam relatio consequitur, & hoc tantum sensu ipsum dicit Philosophus relativum, sicobi id asserit, neque enim cit. text. 20. tale reperio. Ad confirmationem disting. min. actione constituitur sumpta causaliter, conc. min. sumpta formaliter, neg. min. cum conseq. non enim relationem, sed influentiam significat hoc, quod est aliud esse ab ipso.

144 Arguitur octavò ex Poncio: Actio nequit intelligi nisi per modum respectus ad alterum: ergo est pura relatio. Patet anteced. actio enim, si ex parte termini consideretur, non nisi habitudinem ad agens, à quo est, significat, & quod in passo acci-

cipitur, non actio est, sed passio; si autem ex parte agentis, illud nisi habitudinem significat id, quod agitur, siquid enim solutum accipitur, id est virtus agentis. Patet item consequentia enim est, cujus totum, id est, ad alterum se habet.

145 Resp. neg. antec. et si sine modo respectivi ne-  
rat intelligi, non tamen modo respectivi intelligitur ipsa  
actio, ita quod sit respectus  
eius, sed intelligitur esse absolu-  
tatio habens modum respectivi.  
Ad rationem itaque antece-  
dis dicitur, quod ex parte

agentis non est actio ipsum se  
habere ad alterum, neque quod  
præter hoc concipiatur, est tan-  
tum virtus agenti, sive ipsa se-  
cundum se, sed est influentia  
ejus, sive ipsa virtus sic determi-  
nata, quod in ipsa concipiatur,  
quamvis in ordine ad alterum,  
sive cum modo respectivi; ex pat-  
te autem passi non est item se  
habere ad alterum, sed ipsum se  
fieri, seu exercitium, quo termi-  
nus producitur, quod absolute  
est, modum tamen habet res-  
pectivi, sive ad id, in quo termi-  
nus ponitur, & sic est passio; sive  
ad id, a quo, & sic est actio.



# QUÆSTIO TERTIA DE CONTINUO, ET INFINITO.

## ARTICVLVS I.

*An continuum ex solis indipensib[us]q[ue] libis componatur?*

5. I.

*Quibusdam premissis, referuntur sententiae.*

146 Continuum definit Philosophus in 6. Physic. Cujus ultima sunt unum; contiguum vero: Cujus ultima sunt simili: cum enim quantum sit divisibile in ea, quæ insunt, aut ea, in qua est divisibile, ita inter se copulantur, quod ista unio sit unica, & tunc faciunt continuorum; agit illa ita copulantur, quod quidem simili sunt, non vero unum quantum faciunt, & ita quantumcumque nullo medio se tangant, contigua sunt, non continet. Dividitur continuum, sicut ipsa quantitas, in successivum, & perma-

nens; hoc est, cujus partes sunt simili; illud vero, cujus partes non simili, sed in successione, & fluxo sunt; & hujusmodi est motus: quantum ad continuatatem quidem eadem est utriusque ratio, quod nempe extrema sic copulantur, quod faciunt unum; quamvis autem ratione motus determinetur, non solum de successivo, sed de permanente etiam agitur, sive quia eadem est utriusque ratio, sive quia ad motum non solum continuitas successio- nis attenditur, sed spatii etiam, sive loci, in quo motus exerce- tur: de permanente ergo loque- mur, & quod de hoc dicetur, de successivo intelligitur.

Notandum autem, quod ad rationem continuo non sufficiat, quod partes sint unum, sed requiritur ulterius, quod unian- tur extremitatibus, & non se to- tis: si enim accipiamus partes quanti confusas, & compenetratas, ita quod una alteram tangat secundum se totam, tunc quidem hujus quanti partes sunt unum,

TAUD

non

non tamen continuatatem habent, immo neque extensionem, sed confusionem: ait ergo Philosophus, quod continuum est, non cuius partes sunt unum, ut aliqui habent, sed cuius extrema, quare continuum aut sumitur contra discretum, aut contra confusum; & priori modo sufficienter explicatur per hoc, quod partes sint unum; sic autem tamen est continuum negativè, hoc est non discretum; posteriori autem, quo proprie, & positivè accipitor continuum, non sufficit, quod partes sint unum, sed inquit, quod extremitatibus se tangant, & non se tocis, quod definitione Philosophi explicatur.

147 Difficultas ergo est, ex quibus constat extensio continua: Ali nempe ex partibus indivisibilibus, quæ per puncta continuativa, seu indivisibilia copulantur, an potius ex solis indivisibilibus? Multiplex dicendi modus ad tres potest reduci sententias: prima negat, indivisibilia dari in continuo, & proinde docet, ipsum componi ex solis partibus, quæ vel ter iphis, vel modo unionis copulantur. Hanc sententiam veluti medium inter duas extremas Zenonis, & Philosophi tenent communiter Nostræ. Secunda sententia ponit, nullas esse in continuo partes, sed ipsum ex solis indivisibilibus componi. Hec est sententia Ze-

nonis, quam ex RR. sequuntur Spin. Arriaga, & alii. Tertia sententia ponit, continuum neque ex solidis partibus, neque ex solidis indivisibilibus componi, sed ex partibus in infinitum divisibilibus, quæ per indivisibilæ copulantur. Hæc est sententia Philosophi, quem sequuntur communiter Peripatetici.

148 Gravissima quidem difficultas censetur de compositione continuo, & quæ multas involvit, nempe, an re ipsa dentur indivisibilia, an actu, vel potestate tantum dentur in continuo partes, an item actu distinguuntur? Quamvis itaque non sit animus difficultatem principalem latè tractare, in ea quippe difficultatis, seu potius confusionis, & equivocationis multum, utilitatis vero nihil ferè invenitur; pro clariori tamen ejus expeditione has alias seorsim expedemus.

149 Prius autem notandum est, quod in 5. Physic. lect. 4. & sèpe alibi notat B. Doctor, quod nempe quantitas, & subinde continuitas ejus potest duobus modis considerari: altero, ut est quantitas, sive secundum conceptum suum quidditativum, & metaphysicum; altero vero, ut est quantitas naturalis, sive ut habet esse in re. Priori modo accipitur continuum, sive quantum mathematicè; Mathematicus enim abstrahit a sensibili,

quare considerat de quanto, non ut est in re, sed secundum rationem suam quidditativam: posteriori modo accipitur physicè; Physicus enim non abstrahit à sensibili, quare considerat de quanto, ut est in re, & ut habet esse sensibile; & quia ista diversitas communiter non attenditur, multæ consurgunt difficultates, quæ apparent insolubiles, dum ad continuum, ut est in re, arguitur per ea, quæ competitur continuo accepto mathematicè.

Itaque, quia quantum, sive continuum acceptum mathematicè importat quidditatem quanti abstrahendo à modo, quo est in re; sic acceptum, est divisibile in semper divisibilia, quod manifesta ratione demonstratum supponit S. Patens Epist. 56. ad Dioscor. cuius verba deditus disp. I. num. 60. Ratio autem hæc est: Quantum ex quidditate sua est divisibile in ea, quæ insunt; sed ea, in quæ est divisibile, sunt de necessitate quantæ: ergo pariter divisibilia in alia quanta, & rursus divisibilia sine termino; neque enim potest accipi pars quantitatis, quæ non sit quantitas, & consequenter divisibilis.

Si autem physicè accipiatur continuum, sive quantum, quia Physicus non abstrahit à sensibili, accipitur quidditas ejus, ut habet esse sensibile, sic autem non est divisibile in sem-

per divisibilia; sic enim divisa quantitate, quælibet pars minor est tuo toto; & hæc, si ulterius dividatur, minor fiet, & toties poterit divisio fieri, quod perveniat ad partem ita minimam, qua minor non poterit in natura conservari; & hæc meta-physicè quidem, seu mathematicè, quia rationem quantitatis habet, divisibilis est, physicè autem est indivisibilis; quare indivisible aliud est continui mathematici, hoc nempe simpliciter, & propriè est indivisible; aliud verò continui physici, hoc videlicet tantum secundum quid est indivisible.

## S. II.

*An, & quomodo dentur indivisi-  
bilia in continuo?*

170 **P**rima sententia asserta, puncta, sive indivisibilia continuativa, quibus nempe partes inter se copulantur, verè, & re ipsa dari in continuo, non verò puncta terminativa. Ita nonnulli apud Complutenses. Sed qua ratione alterum negetur, aut concedatur, negari debet, aut concedi alterum; quod enim ante divisionem est continuativū, facta divisione, manet terminativum, & pariter è contra, si linea linea uniatur.

id  
pri-  
da  
na-  
ras  
nu-  
ha-  
qu-  
alte-  
est  
sicè  
pro-  
pur-  
Cui-  
con-  
con-  
id  
dist-  
quò-  
to  
fibi-  
ute-  
pon-  
met-  
rati-  
qui-  
sed  
enit-  
par-  
dem-  
inte-  
nuo-  
tā  
prin-  
prat-  
eser-  
part-  
det  
illi

id nūdē est continuativum, quod prius erat terminativum. Secunda sententia asserit, tām continua, quām terminativa me-  
ras esse carentias, subindeque nulla dari. Ita Nominales. Sed hæc item displicet; hoc enim, quo intelligimus unam partem alteri uniti, non mera carentia est: & præterea saltim metaphy-  
sicè quid positivum est, quod propria definitione explicatur; punctum autem definit Euclides:  
*Cujus pars non est.* Tertia itaque communis sententia docet, in continuo dari vera, & positiva  
indivisibilia.

151 Nobis dicendum juxta distinctionem superius datam, quod in continuo physicè accep-  
to nihil est punctum, sive indivi-  
sibile simpliciter acceptum; si  
iudem accipiatur mathematicè,  
punctum, sive indivisibile non  
mera carentia est, sed positiva  
ratio, non quidem quæ sit ali-  
quid quantitatis quasi pars ejus,  
sed quasi nexus partium; vere  
enim tale quid concipimus, quo  
partes communicant. Hæc qui-  
dem posterior pars nostra nihil  
interest, agimus enim de conti-  
nuo physicè considerato; quare  
tā missā, ostenditur altera pars:  
primo, quia si physicè, & in re  
præter partes quantitatis aliquid  
esset punctum ipsas uniens, sicut  
partibus quantitatis correspon-  
det pars substantia extensa, ita  
illi indivisibili deberet corres-

pondere aliquid substantiæ, quod  
esset indivisibile; sed tale repug-  
nat: ergo. Patet hæc min. quia  
quid enim concipitur substantiæ  
sub quantitate manere indivisi-  
bile, id est positivè spiritualez  
iste enim est conceptus, quem de  
utrâque substantia habemus,  
quod corporeæ est, quæ nata est  
quantitate extendi; spiritualis  
verò, quæ aut non potest sub  
quantitate esse, aut sub ea non  
dividitur, sicut anima nostra: si  
ergo aliquid substantiæ accipi-  
mus sub quantitate manere indis-  
visibile, ut indivisibili quantita-  
tis physicè acceptæ respondeat,  
id erit spirituale, quod in sub-  
stantia materiali repugnat: nihil  
ergo est ita indivisibile in quan-  
titate physicè accepta.

Præterea: Facta divisione  
continui physici, in qualibet par-  
te relinquitur extremitas puncto  
terminata; ante divisionem au-  
tem non duo puncta, sed unum  
est utramque partem continuans:  
si ergo punctum illud aliquid est  
positivè, & re ipsa existens in  
continuo physico, oportet, aut  
quod divisione continui pun-  
ctum continuativum fiat duplex  
terminativum, quod sibi repug-  
nat, quippe est simpliciter indis-  
visibile; aut quod divisione ge-  
neretur de novo punctum, &  
pariter, quod unione partium  
duo puncta terminativa in unum  
coëant continuativum, aut duo-  
bus corruptis, unum generetur,

quæ omnia apertè implicant: nihil ergo est in re physica tale indivisibile. Neque refert, quod idem poterit dici de pando mathematico: hoc enim mera est partium conceptibilitas, & quid metaphysicè acceptum: quare, quia ex divisione partium aliter accipiuntur extrema, duo puncta mathematica accipiuntur terminativa, ubi prius unum accipiebatur continuativum.

Præterea: Imaginetur virga, cujus medietas sit in aqua: in punto continuante hanc medietatem cum alia, quæ est extra, concurrant duo puncta terminativa utriusque superficiei, aëris, & aquæ: si ergo punctum est aliud re ipsa existens in virga, non poterit esse simpliciter, & omnino indivisibile, debet enim habere medietatem, qua correspondat punto terminativo utriusque superficiei. Patet antec. non enim duo indivisibilia sibi immediatè succedunt: quare si duplex indivisibile correspondet in virga dupli terminativo aëris, & aquæ, pars media inter hoc utrumque indivisibile neque aéri, neque aquæ respondet: quare erit ponere vacuum: restat ergo, quod illud indivisibile non est aliquid in re physica, sed mente imaginatum, & hoc ipsa definitio significat, quod nempe extrema sunt unum: si autem medium quid physice accipiatur, non relinquantur nisi tantum per

accidens, & secundum quid. Id colligitur ex P. Augustino de Quant. Anim. cap. 12, in fine, ubi apertè ait, quod punctum non est aliquid in re corpore, & eo non potest aliquo sensu percipi, sed sola imaginatione.

152 In contrarium autem potissimum facit difficultatem argumentum mathematicum, quod circa compositionem continuo pro sententia Zenonis communiter adducitur de sphera super planum mota: corpus perfectè sphericum non potest planum tangere nisi in punto; ergo punctum re ipsa est tamen in sphera, quam in plano. Patet conseq. quia re ipsa tangit. Antecedens autem supponit P. Augustinus lib. 2. Soliloq. cap. ultimo sub medium, ubi ita ait: Quare ergo jurat, si tamen bene eruditus es, quantumvis pilam veram vere planitie punto tangi; quibus supponit S. Patens mathematica ratione demonstratum, quod pilæ perfectè talis planum perfectè tale non nisi in punto tangit. Ratio autem hæc est: Corpus perfectè sphericum illud est, quod nullam habet partem non sphericam, seu quod nullam habet partem planam, alioqui non erit perfectè sphericum, si aliqua sui parte planum est: planum item perfectè tale, id est, quod nullam habet partem non planam, alioqui non erit perfectè planum; sed quod nulla sui parte

platum est, nulla potest adaequaci, quod in qualibet est platum: cùm ergo contactus fiat ex adæquationem unius ad alterum, non parte, sed puncto unum sit.

153 Hoc argumentum male requiet RR. & in varias cogitationes abire, cuius tamen difficultas tota oritur ex consideratione, qua non distinguuntur de quanto physicè, & mathematicè. Resp. itaque dist. antec. non potest planum tangere nisi a punto physico, conc. antec. alio punto mathematico, neg. secund. & eodem sensu conseq. Iaque contactus, cùm sit physicus, est quanti physicè accepti planum physicè item acceptum: deinde, sicut corpus perfectè sphericum in consideratione mathematica nullam habet partem mathematicam planam, ita consideratione physica nullam habet partem physicam, & sensibilem; ex quo sequitur, quod unum in punto, sive indivisibili physico fiat contactus; at vero indivisible physicum vera quantitas est, nempe minimum naturale; quare non est punctum, ex quo querimus.

Ex hoc autem potius deducitur oppositum; arguitur sic: Corpus perfectè sphericum subiungit planum rotans, planum tangentem contactus; sed non nisi in indivisibili physico tangit, quod ita est quantitas: ergo nihil est

in continuo physicè, & in re præter istas partes minimas, quod sit punctum mathematicum, seu indivisibile simpliciter. Patet maj. quia non est, cur interruptum dicamus illum contactum, & per quosdam saltus de parte in partem, ut ipsi arguant Zenonistæ contra Peripateticos. Patet item conseq. si enim minima natura lla, seu partes physicè indivisibilis puncto continuantur, quod sit aliquid in re, cùm contactus tantum fiat in illo indivisibili physicò, hoc in re medians debet contactum interromperet non ergo est in re aliiquid tale. Ex hoc poterit ad reliqua placita re, quibus talia indivisibilita in tenduntur, solùm enim probant de continuo mathematicè accepto, & secundùm imaginationem, qua abstrahitur à modo, queus habet in re.

### §. III.

*An, & quomodo dentur in continua parte?*

154 **R**atio dubitandi est, quia, cùm continuum sit in infinitum divisibile, si partes in ipso ponuntur actu, erunt infinitæ, quare erit dare infinitum in actu. Hinc alii docent non actu, sed potentia tantum partes dari in continuo. Alii au-

tem tenent, dari quidem actu, non tamen actu, sed potestate tantum distinguui. Ita tenet N. Villan. & pro hac parte adducitor B. Doctor 6. Physic. lect. 16. & 8. Physic. lect. 11. Alii de partibus distinguunt: nam partes aliae sunt aliquotæ, quæ nempe aliquoties replicatæ totum exhausti, ut linea tripalmatis tres palmos continet, quare palmus est pars aliqua, quæ nempe ter replicata exhaustit lineam: aliae sunt partes proportionales, quæ eo tales dicuntur, quia ex proportione sumuntur unius ad alteram, & hæ quantumcumque replicentur, non exhausti totum, ut quælibet linea duas habet medietates, & quælibet medietas duas item medietates habet, & sic sine termino. Tunc autem ponit hæc sententia, quod partes aliquotæ actu sunt, & actu distinguuntur in continuo, sed hæ finitæ sunt; partes autem proportionales actu non dantur, sed potestate tantum, & istæ sunt infinitæ.

Hæc distinctio, nisi amplius explicetur, difficultatem non evacuat; qua enim ratione palmus pars aliqua est linea tripalmatis, quia ter replicata totam exhaustit, eadem medietas pars aliqua dici debet, siquidem medietas semel replicata totum reddit: & rursus medietas linea bipalmatis palnum continet, & medietas hujus semipal-

mum, & sic deinceps minuit quantitas medietatis; quare erit pervenire ad quantitatem minimam, quæ ulterius non poterit dividi naturaliter, & consequenter secundum partes proportionales exhaustitur totum æquæ, ac secundum aliquatas.

155 Nobis itaque juxta distinctionem præmissam aliter distinguendum: partes itaque que accipiuntur physicè, & sic operari esse definitas, seu determinatae magnitudinis, cum physicè non abstrahant à sensibili, sensible autem definitum sit, & determinatae quantitatis: sic in linea tripalmari non solum palmus est tertia pars ejus, sed medietas etiam continet palnum, & semipalnum: aut accipiuntur partes mathematicè, & sic sicut à sensibili abstrahunt, ita à determinata magnitudine, quare accipiuntur indefinitæ: secundum has ergo in infinitum vadit divisione, quia semper quantum in quanta dividitur; secundum alias verò finita est, quia, sive per aliquotas fiat, sive per proportionales, erit devenire ad partem, sive medietatem determinatae magnitudinis adeo minimam, cui non poterit pars, aut medietas designari, quamvis illam mathematicè habeat, quare erit physicè indivisibilis.

156 Dicimus ergo, quod partes physicæ, sive definitæ ma-

gnitu-

gitudinis, actu sunt, & distinguntur in continuo; partes vero mathematicæ, seu magnitudinis indefinitæ, potestate tantum; & quia tantum secundum has vidit in infinitum divisio, non sequitur infinitum in actu, sed in potentia tantum. Hæc quantum ad utramque partem ostenditur faciliter. Quantum ad primam quidem, quia ad sensum constat, quantum quodlibet qualibet designata sensibili parte secari possit, & in duo dividit; sed distinguuntur actu, quæcumque separari possunt: ergo. Quantum ad secundam item, quia partes mathematicæ designatione sunt intellectus nostri, quare in re ante rem designationem tantum sunt potentia.

Quod autem hæc sit mens Doctoris, poterit patere ex locis, quæ in contrarium dicuntur: itaque in 6. Physic. l. 16. postquam expendit solutionem Philosophi ad argumentum Zenonis, quæ est ad hominem, querit: Quomodo solvi possit illa ratio secundum veritatem? Resp. autem, quod in ratio sunt infinita spatia in potentia; & quia non est inconveniens infinitum in potentia pertransiri, non tenet ratio Zenonis, quod nempe, si daretur mos, esset infinitum pertransire. Ex hoc aliqui colligunt, tenete Doctorem, quod partes sunt continua tantum in potentia,

id enim hic aperte habet. Sed ipse se explicat ibidem dub. seq. 2. via, ubi sic ait: *Inconveniens enim est unum, & idem esse actu simili album, & nigrum; sed quod unum oppositorum sit in aliquo in actu, aliud vero in potentia, nihil est inconveniens: videmus enim, quod est potentia album, esse actu nigrum: infinita ergo in actu pertransiri est inconveniens, quod tamen aliqua essent simili infinita, & finita, sed infinita in potentia, non videtur inconveniens. En partes dicit in actu finitas, & infinitas in potentia: non ergo negat partes definitas, quæ finitas sunt, actu esse.*

Idem habet in 8. Physic: non quidem lect. 11. ut male adducitur, sed 21. ubi ad finem ita habet: *Notandum autem, quod ut supra in 6. dicebatur, transire in finitum, hoc est finire ipsum: sicut ergo non est inconveniens eidem inesse opposita, sic non est inconveniens transire, & finire infinita: quare, cum idem contingat esse album in actu, & nigrum in potentia, vel esse album simplificiter, & esse nigrum secundum quid, sic idem contingit esse finitum, & esse pertransitum simplificiter, & in actu, esse autem infinitum in potentia, & secundum quid. En iterum in actu sunt in continuo finitas partes, infinitæ vero in potentia.*

157 In contrarium autem primò objicit Tolca, quod processum

cessum in infinitum Schola Peripatetica rejicit tamquam magnum inconveniens, illum autem sine inconvenienti admittit in divisione continua, sic autem arguit: Si series moventium, & mobilium in infinitum procederet, ideo nullus daretur motus, quia, cum omne, quod movetur, aliud supponat se movens, sublatio primo motore non moto, omnia moventia auferuntur; sed similiter ultima medietas spatii percurri non potest, quin praecedens percurratur, & similiter hujus prior medietas prius percurri debet, & prius medietas hujus medietatis: ergo si non sit aliqua prima, quæ primò percurratur, non poterit ultima transiri, & sic nullus erit motus. Urgetur: Sicut movens supponit motum, ita pars supponit partem; sed per nos est devenire ad motorem primum: ergo devenire ad primam partem.

158 Resp. quod processum in infinitum in definitis, & per se ordinatis repugnare dicimus, non autem in his, quæ aut in potentia sunt, aut nullum habent ordinem, quacumque enim formarum multitudine designata ulteriores sine termino potest materia recipere; jam autem partes, secundum quas admittitur processus in infinitum, indefinitæ sunt, & quæ non æquæ, sed potentia tantum sunt in re physica, quatenus possunt designatione

intellectus nostri multiplicari.

Ad formam itaque distingmin. Quia percurrantur præcedentes physicae, & definitæ, conc. min. mathematicæ, & indefinite, neg. supponit, quod istæ percurrantur, & sub eadem distinctione, conc. conseq. motus itaque pertransit spatium physicè acceptum, & sic utique habet partem primam; quod non tollit, quin haec mathematicæ alias habeat, cum sit quidditative quantitas. Quo patet ad ulterius, est nempe devenire ad partem primam in divisione physica, non in mathematica; in illa, non in hac est proportio moventis ad motum, sicut partis ad partem, nempe partes in divisione physica accipiuntur definitæ, & in actu, quæ habent ordinem per se; in divisione autem mathematica accipiuntur indefinitæ, & in potentia. Per hoc poterit ad reliqua patere.

#### IV.

##### Resolvitur Articulus.

159 **D**icendum ergo ad principalem difficultatem, quod continuum spatium physicè, seu ut est quid naturalē, componitur ex solis in divisibilibus, non quidem simpliciter, seu mathematicè indivi-

billibus, sed physicè; continuo autem sumpcum mathematicè, seu ut abstrahit à sensibili, componitur ex partibus in infinitum divisibilibus, quæ per indivisibilia mathematica continuantur. Hæc est proculdubio mens Philosophi; quando enim de continuo loquitur contra Zenonem, accipit continuum simpliciter, secundum quidditatem suam; non autem negat ipse, quantum naturale ad indivisibilia resolvi, ne non possint ulterius dividi physicè: è facillimè evanescuntur menses difficultates, quæ in hac materia occurunt; quæ enim opponit Philosophus contra sententiam Zenonis, procedunt de continuo sumpcio mathematicè, rurique non sola indivisibilia, sed partes habet in infinitum divisibles; quæ autem Zenonista contra sententiam Philosophi accipiunt, procedunt de continuo physicè accepto, sic resolvitor ad indivisibilia, seu minima naturalia.

Eam docet B. Doctor q. 8. de Gener. in solut. ad 3. ubi ait: Non enim intendimus loqui de divisione corporis, secundum quod est quid naturale, quia talis divisione non vadit in infinitum, sed de divisione corporis in eo, quod est quid continuum: ubi Doctor, quia ibi agebatur de divisibilitate continua in infinitum, ait, hanc competere continuo, ut est quid naturale, quia sic est deve-

nire ad minimū naturale ulterius non divisibile naturaliter; competere autem continuo in eo, quod tale, est simpliciter, seu ut abstrahit à naturali. Ex quo clare constat, quod juxta B. Doctorem continuum physicè acceptum, seu ut habet esse in re naturali, & sensibili, ad indivisibilia reducitur; ut autem accipitur quidditative, & abstrahendo à sensibili, est infinitum divisible, & ex partibus componitus semper divisibilibus.

Id ipsum clarissimum habet q. 10. ubi resolutionem sic incipit: Notandum ergo, corpus continuum esse divisibile in infinitum posse intelligi duplicitè; vel in eo, quod corpus naturale, vel in eo, quod continuum; si intelligatur in eo quod corpus naturale, sic non vadit divisione in infinitum, inquit est devenire ad aliquid, quod secundum quod hujusmodi non est ulterius divisibile. Et si contingeret ipsum ulterius dividiri, expoliaretur natura sua, est enim dare minimam carnem, & minimam aquam, ut superius dicebatur; si vero loquamur de divisione corporis continua, non in eo quod corpus naturale, sed in eo quod continuum; si est distinguendum de parte, quia pars illa, in quas dividitur totum, vel accipiuntur secundum eamdem quantitatem, vel secundum eamdem proportionem; si accipiuntur primo modo, sic divisione continua non vadit in infinitum,

à tanto enim corpore , quantum est totum universum, toties posset accipi quantitas unius grani milii, quod ad ultimum consumetur, & finiretur ; si autem loquamur secundo modo , ut accipiuntur partes , non secundum eamdem quantitatem , sed secundum eamdem proportionem , continuum , secundum quod hujusmodi , est in infinitum divisibile.

160 Prob. itaque prior pars: Vnumquodque componitur ex iis , in quæ facta divisione resolvitur ; sed continuum physicè acceptum divisione resolvitur in minima, quæ ulterius physicè dividì omainò non possunt : ergo. Patet maj. quia totum quodlibet nihil est præter partes unitas. Prob. min. Quodlibet quantum determinatam exigit magnitudinem, à qua si fiat descensus , nec poterit substantia aliqua sub illa quantitate conservari, nec quantitas ipsa naturaliter existere; sed in tali determinata magnitudine existens est hoc ipso physicè indivisibile: ergo cuiuslibet quanti physica , seu naturalis divisio pervenire debet ad minimum ulterius indivisibile. Patet major, quia unaquæque substantia in natura conservari habet per determinata sibi accidentia, quibus mediis naturales operationes sit nata habere, & istis deficientibus non potest ulterius conservari requirit ergo determinatam quantitatem , qua ad locum determini-

netur , & superficiem habeat, in qua alia accidentia subjectentur. Patet item min. quod enim divisione destruitur , secundum quod tale , divisibile non est : si ergo est accipere quantitatem ita minimam , quod , si minor fiat, non possit naturaliter conservari , ea est naturaliter indivisibilis.

161 Probat. deinde altera pars conclusionis : Quantum est divisibile in ea , quæ insunt ; sed ea , in quæ est divisibile , habent de necessitate quidditativam rationem quanti : ergo quodlibet eorum est pariter divisibile in ea, quæ insunt. Major est definitio quanti ab omnibus admissa. Minor autem ex terminis patet; non enim potest quantum ex non quantis componi, quare qualibet pars quantitatis quantitas est: si ergo metaphysicè loquendo, non est devenire ad partem , quæ non sit quantitas, non est devenire ad aliquid metaphysicè indivisibile. Hæc ratio satis est efficax ; quod autem respondet Tolca, relinquit, quod intendimus, ait nempe , partes esse de necessitate divisibles mathematicè , non autem physicè.

162 Prob. secundò alia ratione Philosophi : Indivisibile additum indivisibili non facit extensum; sed continuum extensem est: ergo non constat ex solis indivisibilibus. De min. nullus dubitat , maj. itaque ostenditur:

Quia, ut loco superius citato docet B. Doctor, aliqua duo non faciunt extensionem, si uniuersitatem totis, sed tantum, si extremitatibus; patet enim, quod extension est extra tensio, quae autem se totis uniuertur, non extra se, sed intra sunt. Præterea: Extension accipitur per ordinem ad spatiū, ita quod magis extensum natus spatiū natū est occupe; quae autem se totis uniuertur, penetrantur, & idem spatiū exigit unum, quam duo: nunc autem indivisibile non habet extremitatem, quare indivisibili se toto unitur: si ergo extremitatem habet, non jam est indivisibile: ergo.

163 Ad hanc rationem respondet Spin. primò aperte instat: Nam, si vim habet, probat, has partes extensas penetrari sibi inadæquate; sed hoc intentia Philosophi implicatur. Prob. sequela: Punctum exteriorum unitum penetratur, seu, quod idem est, non facit extensionem, quia alterum tangit se toto; sed pars partem tangit, licet non se tota, tamen secundum aliquid sui: ergo penetratur, licet non adæquate secundum se totam, tamen inadæquate secundum aliquid sui. Patet conseq. si enim se tangere adæquate, & se totis est in punctis adæquate, & se totis penetrari, se tangere inadæquate, & secundum aliquid sui erit in partibus penetrari se-

cundum aliquid sui, & inadæquate, repugnat autem intentio Philosophi, corpora naturaliter penetrari etiam inadæquate.

Sed contra: Puncta non faciunt extensionem non est penetrari, nisi tantum negative; sicut enim extensionem facere est unum esse extra aliud, ita quod fundet, & exigat occupare diversum spatiū, ita penetrari non est præcisus non exigere diversum spatiū, sed id habere, ex quo unum sit intra aliud; jam autem in punctis, ex quo nullas habent partes, non potest accipi unum esse intra aliud, sicut negesse extra: non ergo exigere diversum spatiū non est positiva penetratio, sed negativa tantum, quare non arguit ratio Philosophi, quod puncta non faciunt extensionem, ex qua penetrantur, sed quia ex quo se tangant, nihil relinquunt, quo unum sit extra aliud, eo quod sunt indivisibilia; ex hoc autem nulla sequitur partium penetratio; non enim sequitur, quod secundum aliquid sui una sit intra aliam.

164 Resp. secundo directe, quod tangere se totis in his, quae habent aliud, & aliud, est penetrari; punctum vero, quia est indivisibile, ex quo alterum tangat se toto, non penetratur, sed juxta illud est localiter. Sed neque haec solutio vim argumenti evacuat: eo enim, quod punctum non habet aliud, & aliud, ex quo

juxta alterum concipiatur loca-  
liter, non potest concipi extra,  
ita quod aliquam faciat diversi-  
tatem in ordine ad occupandum  
spatium, quod patet exemplo su-  
pra adducto de virga, cuius me-  
dietas sit extra aquam, ubi duo  
puncta terminativa aequalia, & aeris  
uni puncto respondent continuativo utriusque medietatis  
virga: imaginatur ergo ipse pun-  
cta mathematica sicut puncta  
scribentis: que uno alteri addito  
faciant extensionem, illa autem  
physicè ad summum puncta sunt,  
non verò mathematicè, nec ar-  
guit Philosophus, ex penetratio-  
ne, sed ex quo unum non potest  
alterum tangens extra concipi,  
& sic nec extensionem facere.

165. Prob. tertio communī  
argumento: Quodlibet quantum  
dividi potest in partes mathema-  
ticè aequalē: ergo nullum ex so-  
lis indivisibilibus constat. Antec.  
Supponitur demonstratum in Ma-  
thematica, conseq. autem ostendit-  
tur: Facta divisione, aliquid  
tandem constabit ex imparibus,  
puta quinque, vel septem: si ergo  
hoc in partes aequalē dividatur,  
oportet punctum dividi; sed hoc  
aperte implicat: ergo non ex so-  
lis punctis constat.

166. Ad hanc rationem Ovie-  
do, Arriaga, Blasc. qui omnes  
sententiam Zenonis tenent, res-  
pondent, illud antecedens non  
esse demonstratum, nec demon-  
strari posse. Sed contra: Spin,

qui etiam Zenonis sententiam  
tenet, Euclidis demonstrationem  
adducit, quæ talis A  
est: Sit triangulus,  
in quo linea recta  
per medium ducatur A C, tunc pun-  
tum C dividit li-  
neam B C D; sed oportet partes  
ejus esse mathematicē aequalē:  
ergo, cum nullum sit quantum, ex  
quo ductis aequalibus lineis non  
possit formari triangulus, nul-  
lū est, quod non possit dividi in  
partes in mathematicē aequalē. Min-  
patet ex natura trianguli equilateri;  
ex quo enim anguli ejus  
sunt mathematicē aequalē, oportet  
punctum A respondere me-  
diati mathematicē lineā B C  
D: si ergo altera medietas, puta  
B C, sit mathematicē major,  
oportet lineam B A majorem es-  
se mathematicē lineā A D, & sic  
triangulus non erit aequaliter.

167. Alter itaque responderet  
Spin. quod illud aut demonstra-  
tum est, quare absolute negari  
non potest, & ideo ipse illud di-  
stinguit, quod nempe linea divi-  
di potest in partes aequalē sensi-  
biliter, & hoc tantum vult Eucli-  
des, tunc autem licet facta divi-  
sione altera medietas punto ex-  
cedat, hoc non tollit sensibilem  
aequalitatem, quia excessus unius  
puncti nullo sensu percipitur.  
Sed nihil melior hæc solutio  
est: primò, nulli poterit ipse per-  
suadere, quod Mathematicus de-



demonstratione sua conseq. intendit de quanto physicè accepto, & ut habet esse sensibile, agit enim Mathematicus de quanto metaphysicè, seu abstrahendo à sensibili: non ergo demonstratio Euclidis de partibus est sensibiliter àequalibus. Secundò, cuique patet, quòd illa demonstratio in premisis accipit quantum mathematicè, & abstrahendo à sensibili: ergo in consequentia deducit divisionem in partes àqualib. eodem sensu, nempe mathematicè.

168 Dices: Qua ratione accipiendo in premisis quantum mathematicè, deducitur divisibilitas cuiuslibet quanti in partes mathematicè àquales, eadē accipiendo in premisis quantum physicè, deducitur divisibilitas in partes physicè àquales; ex illa demonstratione dedatur, quòd continuum mathematicè acceptum non compoantur ex solis indivisibilibus mathematicis: ergo deducitur pariter, quòd continuum physicè acceptum non componitur ex solis indivisibilibus physicis; sed hoc ponit prior pars nostræ conclusionis: aut ergo ponere debemus continuum physicè acceptum ex partibus componi physicè divisibilibus in infinitum; aut concedere Zenonistis, quòd continuum mathematicum ex solis punctis mathematicis componitur.

Resp. disting. maj. Sequitur divisibilitas mathematica in partes physicè àquales, conc. maj. sequitur divisibilitas physica, neg. maj. cum conseq. Itaque ex quolibet quanto physico duæ lincis poterit formati triangulus, & per conseq. illius demonstrationis in qualibet linea designari duplex medietas physicè, & mathematicè àqualis: poterit item contingere per consequentiam nostræ rationis, quòd medietas linea cadat in punto physico; tunc autem quatenus hoc quantum est, & partes habet, designatio intellectus potest coique medietati partem attrahere, quo relinquuntur utroque modo àquales, quod non potest in punto mathematico, quippe nullas habet; quarenus autem illud punctum physicum physicè est indivisible, illud non poterit secare divisio physica: habet ergo linea duas medietates utroque modo àquales, quod deducit demonstratio; dividi autem potest mathematicè, non physicè.

## §. V.

## Solvantur Argumenta.

169 PRimum argumentum, idque potissimum, illud est de sphera rotan-

te super planum, quod contra se  
objicit B. Doctor q. 8. de Gen.  
qua de hoc ipso querit, atque,  
quod majorem continet difficulta-  
tem, quam tota questione; illud  
autem jam supra adduximus n.  
152. quare solutionem ibi vide.  
Arguitur itaque primo: Dividat  
Deus lineam, quantum in se di-  
visibilis est, & quantum Deus  
potest dividere: tunc vel partes,  
qua restant, sunt acta divisibiles,  
vel non? Si prima, non divisa  
est, quantum est divisibilis? si  
secunda, ea resolvitur in indi-  
visibilia: ergo ex solis indivisibili-  
bus compositur. Confirmatur:  
Inintelligibile est, Deum per to-  
tam aternitatem capillum per  
mediates dividere, & nunquam  
mediates unire.

170. Resp. dist. maj. Quan-  
tum in se divisibilis est physicè,  
tunc conc. quod pars, qua re-  
stant, ulterius non possunt divi-  
di, & quod inde sequitur, quod  
continuum physicè acceptum ex  
solis indivisibilibus compona-  
tur: quantum divisibilis est ma-  
thematicè, neg. suppositum,  
quod ea sit divisibilis usque ad  
ultimum; & quia ea non potest  
sic dividari, quod omnino exau-  
riantur divisiones, loquendo ma-  
thematicè, quia hoc sua quiddi-  
tas repugnat, neque Deus potest  
ipsum omnino dividere, non de-  
fectu potentatis in Deo, sed ex  
repugnancia ipsius termini: videt  
ergo Deus, hanc esse quanti-

quidditatem, quod ex quantis  
componatur metaphysicè, &  
quod qualibet facta divisione,  
extrema habeant quidditatem  
quantitatis, & consequenter me-  
taphysicam divisibilitatem; qua-  
re videt, quod quidditati su-  
repugnat tripla divisiones.

Quo ad confirmationem  
eodem modo dicitur, quod, si  
divisione capilli physicè accipiatur,  
prima forte divisione pervenitur  
ad indivisibilia; si autem acci-  
piatur metaphysicè, sicut non est  
inintelligibile, quod quidditas  
metaphysica quanti sit divisibili-  
tas in ea, qua insunt, & quod  
qualibet pars quanti sit quanti-  
tas, ita non est imperceptibile,  
quod Deus videat, hanc esse ejus  
quidditatem, quod qualibet fa-  
cta metaphysica divisione, extre-  
ma relinquunt metaphysicè  
quanta, & metaphysicè divisi-  
bilia.

171 Dices: Implicita poten-  
tia, qua ab intrinseco sui sit irre-  
ducibilis ad actum, quod enim  
ab extrinseco, & per accidens  
non assequatur actum suum, po-  
terit contingere, si autem ex se,  
& ab intrinseco est impotens as-  
sequi, est potentia ad hunc ac-  
tum, qua de se ad hunc actum  
nona potest pervenire; sed hoc  
sequitur, si continuum ponatur  
in infinitum divisibile: ergo,  
Prob. min. Divisibilitas enim est  
potentia ad divisionem; sed si est  
in infinitum divisibile, ex se, &

ad intrinseco non potest ad divisionem omnino pervenire : ergo. Patet hæc min. semper enim divisibile relinquitur , neque id est ab extrinseco , potest enim Deus dividere.

Hanc difficultatem tangit D. Doctor q. 11. de Gener. respond. autem neg. min. Ad prob. ejus disting. maj. Divisibilitas, qua loquimur, est potentia divisionem in fieri, conc. maj. divisionem in facto esse , neg. maj. & eodem sensu min. Argumentum itaque instatur de collectione possibilium : Eo enim possibilis dicitur , quia potest in se poni ; at qualibet in re posita possibilium collectione , relinquitur collectio possibilium possibilis in re poni, nō enim exhaustur potentia Dei: ex se ergo non potest potentia totius collectionis actum suum pervenire ; idem actum de potentia materiæ ad transmutationem, non enim potest concipi ulterius non transmutabilis. Potentia itaque respicit actum suum, aut categorematicè , & in facto esse assequendum , ut potentia materiæ ad hanc formam ; aut assequendum syncategorematicè , & in fieri, ut potentia materiæ ad transmutationem : utraque actum suum assequitur , quantum est ex se, sed posterior non in hoc actum suum assequitur , quod affectio finiatur , sed in hoc , quod successivè currat , & talis est actus,

quem respicit divisibilitas continui somptu mathematicè.

172 Arguitur secundò : Res pugnat infinitum in actu ; sed si continuum ex partibus componitur, est in re infinitum in actu: ergo. Prob. min. Infinitum in actu est collectio rerum distinctarum , quæ sit infinita , & tota simul existat ; sed si continuum ex partibus componitur, partes ejus sunt infinitæ , cùm sit in infinitum divisibile , & simul in re existant , cùm ipsum continuum in re existat : ergo. Hoc argumentum latè urgent Spin. Tosca, & ceteri Zenonistæ, illud confirmat Spinola, primò : Quia sequitur , lineam bipalmarem esse infinitè extensam, habet enim infinitos palmos , cùm in quolibet infinita sint puncta , & ex unoquoque ad punctum alterius palmi possit palmus accipi. Secundò : In quolibet continuo sunt partes , & earum uniones: tunc autem , si Deus destruat uniones , relinquitur infinita multitudo partium , quia partes ponuntur infinitæ. Quod si dicatur non posse uniones destrui, reponit Tosca , quod , si potuit Deus uniones ponere , quippe continuum creavit , potius poterit eas destruere.

173 Resp. quod hoc argumentum difficultatem continet articulo sequente expendendam: conc. maj. disting. min. Si continuum physicè acceptum componitur

pōlitur ex partibus, conc. mīo.  
si continuaū acceptum mathe-  
maticē, neg. mīo. Ad prob. di-  
citur, quōd partes continuū phy-  
sicē accepti actu dantur in ipso,  
sed secundūm has non est in in-  
finitū divisibile, quare ex fi-  
nitā sunt, & tandem ad indivisi-  
bilia physica reducuntur; partes  
verò continuū mathematicē ac-  
cepti, aut accipiuntur determina-  
tāz quantitatis, & non commu-  
nicantes, & hā etiam sunt finitā,  
neque secundūm istas in infinitū  
vadit divisio; aut accipiun-  
tur indefinitā, sive communican-  
tes, & secundūm has est in infi-  
nitū divisibile, sed ex non ac-  
tu, sed potentia tantū distin-  
guuntur in continuo, quate non  
faciunt multitudinem in actu in-  
finitam.

Quo ad primam confirma-  
tionem neg. assumptum, & ad  
confirmationem dicuntur, quōd  
palmi non communicantes, ex  
quibus tantū extensio fit, duo  
tantū sunt in linea bipalmari,  
quare extensio ejus bipalmaris  
est; communicantes verò non  
actu, sed potentia tantū sunt  
in linea, quatenus infinita puncta  
mathematica possunt designari,  
& ex quolibet palmo duci, illi  
sunt infiniti non actu, sed poten-  
tiā, sed ex illis non fit extensio,  
tūm, quia in potentia tantū  
sunt; tūm, quia eo quōd com-  
municantes, non sunt extra se  
invicem. Ad secundam, sicut

partes physicē sumptaś, quā actū  
sunt, Deus produxit, ita has,  
aut earum uniones potest des-  
truere, & hā finitā sunt; partes  
verò proportionales mathematicē  
accepta, & earum uniones  
non sunt, sed esse possunt desig-  
natione intellectūs; ista quidem  
infinitā sunt in potentia, secundūm  
quod potest in infinitū  
procedere designatio, & divisio,  
sed sicut non actu sunt, ita nec  
destrui possunt. Cetera mitto;  
quoniam ex dictis pōterunt soli  
vi.

## ARTICULVS II.

*Quid sit, & quotuplex Infinitum?*

g. L.

*Expenditur quidditas Infiniti.*

174 **D**ifficilis admodum  
tractatio est de in-  
finito, siquidem conceptum  
ejus non nisi indirectē, & nega-  
tivē habere possumus, nempe  
non quid est, seu quid non est  
possumus directē concipere: cum  
enim cognitio nostra à sensu or-  
tum ducat, ea tantū directē,  
& per propriam speciem possu-  
mus cognoscere, quā aliquo sen-  
su attinguntur; illa autem, qua-

non

nón subjiciuntur sensui , ut spiritualia , indirectè tantum , & per speciem rei corporalis cognoscimus , nempe cognoscendo , quòd non sunt ista corporalia . Cùm itaque de infinito non possimus aliquo sensu speciem habere , non directe , sed per conceptum , quem habemus de finito , illius formamus notitiam , nempe , quòd non est sicut hoc , quo sit , it sepe ad modum finiti desicitat conceptus noster , ex quo non paucæ deceptions oriontur , & tota fere hujus disputationis difficultas .

175 Quantum ad primum quoad quid nominis notat Philosophus text. 34. quòd infinitum primò dicitur quodammodo , quod terminos non habet , & pertransiri non potest negati-  
ve , eo quòd est spatii negatio , ne est punctum , hoc autem val-  
et in propriè dicitur infinitum . Secundò , quòd vix potest per-  
transiri hoc non nisi cum mag-  
no labore , quo sensu via nimis  
lata dicitur infinita . Tertiò , quòd  
licet re ipsa terminos habeat , &  
subinde finitum sit , quia tamen  
termini illi à nobis non possunt  
designari , secundum quid , &  
quodammodo dicitur infinitum ,  
& hoc propriè est indefinitum . Quattò , infinitum dicitur , quod  
re ipsa terminos non habet , qui-  
bus finitur , & hoc sensu in præ-  
senti accipitur ; quamvis autem  
negative explicetur per non ha-

Tom. III.

bere terminum , in positivo con-  
sistit , nempe latitudine ulteriùs ;  
& ulterius protensa ; quia tamen  
indirecte , & per conceptum ,  
quem habemus de finito , infini-  
tum concipimus , per negatio-  
nem illius hoc explicamus .

Neque acquiescendum pu-  
to Mastrio volenti , quòd infinitum  
propriè sumptum est , quo  
nihil majus : ille enim conceptus  
non explicat infinitatem , ino-  
cum positiva finitate compati-  
tur ; datâ enim creaturâ omnium  
perfectissimâ , de qua sequente  
articulo , illa esset , qua nihil ma-  
jus in rebus creatis , sed non  
proinde infinita ; quare multi  
possibilitatem negantes infiniti ,  
possibilem asserunt talēm crea-  
turam , ut Blasco , & alii apud  
ipsum : conceptus ergo infinita-  
tis non aliter potest explicari ,  
quam per negationem termini .

176 Proponit Philosophus  
text. 66. definitionem infiniti ,  
quam tradebant Antiqui , nem-  
pe : *Cujus nihil est extra* , & illam  
rejicit ; quia non infiniti , sed to-  
tius , in eo quòd totum est , quid-  
ditatem explicat ; per hoc enim ,  
quòd nihil sibi deficit , seu nihil  
ejus est extra , totum explicatur ,  
sive perfectum , quippe si aliquid  
ejus extra est , hoc sibi deficit ,  
quare imperfectum est , & non  
totum . Hanc Philosophi ratio-  
nem rejicit Averroë : Quia non  
dici debuit , illam definitionem  
repugnare infinito , licet enim

RK toti,

toti, ut tali, convenit etiam infinito: quia potest duobus modis sensus definitionis accipi; aut quod eorum, quae pertinent ad rationem hujus, nihil sibi deficit, & hoc sensu est definitio totius; aut quod absolute nihil sit extra accipere, ut sit infinitus calor, qui ita omnino ambiat, & includat lineam caloris, ut extra non sit omnino calorem accipere, & hoc sensu potius ista, quam definitio Philosophi quidditatem infiniti explicat, quod item tenet Mastrius.

Sed ista cavilatio rationem Philosophi non infringit: cum, quia dato, quod illa explicatio infinito convenienter in aliquo sensu, sufficit, quod ea, ut jacet, alii conveniat, ut non sit congrua definitio; cum deinde, quia illo etiam sensu, quo ipse accipit, non explicat infinitatem; definitio enim ita quidditatem explicat rei definitam, ut extra nihil sit accipere de illa re, puta, definitio caloris omnem omnino comprehendit eo sensu, quo ipse dicit accipiendum, si esset infinitus; sed non proinde illa definitio infinitatem ullam importat, cum calor definitus sit perfectio finita, & ad summum omnis calor indefinitum quid, non vero infinitum sit, & hoc sensu saxe habet B. Doctor, quod si albedo poneretur separata, esset infinita, quia, cum determinetur a subjecto, non haberet, unde li-

mitaretur, nempe intendit, quod esset indefinita, non vero positi, ve, & simplicitet infinita.

177 Philosophus itaque intendit, quod male definiebant Antiqui infinitum, quia illud concipiebant ut quid acceptum, & in facto esse, & subinde ad modum totius, & perfecti; res pugnat autem ipsi infinito quantum ad conceptum nostrum habere esse acceptum, & eo quod acceptum concipitur, concipiatur finitum; quare est de ratione ejus concipi in quodam fieri, seu in ultrius, & ulterius accipi, & sic habet quoad nos ratione potentialis, & imperfecti; ipse itaque per oppositum ait definitum: *Cujas semper est aliquid extra*, hoc est, quidditas infiniti in hoc consistit, quod quidquid de eo a quolibet accipiat, semper aliquid extra, & accipiendo relinquatur, si enim ita accipiat, quod nihil relinquatur extra, & accipendum, finem habet, & terminum in accipiendo, quare finitum est, & haec expressio adeo clara est, ut tandem fateatur Aversa, quod optimam est ad explicandam quidditatem infiniti.

178 Contra illam tamen nonnulla objicit N. Manso: primo, quod infinitum est impossibile; impossibile autem nihil est, & subinde essentiam non habet: ergo neque definiti potest. Secundo, dato, Deum producere

infinitam collectionem creaturærum, tunc esset in re infinitum; sed illi non conveniret definitio Philosophi; ergo, Patet min. quia cum illa esset tota collectio possibilium, nihil esset extra. Tertiò, quia infinitum nequit explicari per terminos positivos; sed illa definitio per terminos positivos explicari: ergo. Ob hæc melius definiri ait ex P. Augustino, cum Epist. 56, cum contra Epist. fundam. cap. 20, quod caret principio, & fine, vel quod nullis clauditur terminis.

179 Hæc levia sunt: ad pri-  
mum dicitur, quod ipse defini-  
tionem tradit infiniti, quare suum ipse argumentum rejicit. Deinde ipsum nihil definitur, & sicut a nobis concipitor, ita de-  
finitione explicatur. Tertiò, in-  
finitum in re poni, sive concipi  
in esse accepto est impossibile,  
est enim infinitum finiri, seu fi-  
nitum concipi, sed non proinde  
conceptus infinitatis ut sic quid  
impossibile est, cum sit perfec-  
tio, quam in Deo concipi pos-  
sunt conceptum ergo, quem de in-  
finitate formamus, explicat illa  
definitio, quod nempe talis sit  
ratio, cui repugnet ad plenum  
accipi, sed semper aliquid acci-  
pienti aliquid relinquatur extra.  
Ad secundum, ex impossibili se-  
quitur quodlibet, & quia impos-  
sibile est collectionem infinitam  
in re poni, hoc dato, sequitur  
contradictio, quod nempe illi

conveniat, & non conveniat de-  
finitio. Itaque, ut habet B. Do-  
ctor in 2. tum dist. 1. q. 1. art. 1.  
tum in 1. dist. 43. q. 1. art. 1.  
in solut. ad 3. infinitas est contra-  
rationem producti, quare suppo-  
sitio contradictionem involvit,  
quod nempe illa colle&io sit in-  
finita, & producta ponatur,  
quod enim in re poneretur a  
Deo, esset hoc ipso finitum, qua-  
re illi non debet definitio con-  
venire.

Ad tertium neg. maj. infi-  
nitas enim positivum quid est;  
& quamvis primus conceptus,  
quem de illa format intellectus nos-  
ter, sit negativus, nempe,  
quod non est sicut finitum, seu  
quod non habet terminos, bene-  
tamen concipit intellectus nos-  
ter, quod in positivo consistit;  
quare per terminos positivos  
quoad fieri possit, debet expli-  
cari. Quo patet ad id, quod ipse  
deducit: quia enim primus con-  
ceptus, quem de infinitate for-  
mamus, illa negatio est, per il-  
lam infinitum explicat S. Paren-  
s; non autem illa explicatio aliam  
reddit quidditatem ab illa, quam  
explicat definitio Philosophi,  
idem enim est terminos non ha-  
bere, seu non posse ad terminum  
pervenire, ac semper aliquid ex-  
tra relinquere: quia ergo negati-  
vum in positivo fundatur, & ad  
positionem negatio reducitur,  
definitio Philosophi ut talis de-  
bet haberi.

**II.** *Conditiones, quæ infinitum consequuntur.*

180 **P**ro majori explicatione quidditatis infiniti condiciones ejus aliquas assignantur: prima est, quod mensurari non potest; si enim mensura est id, per quod certificamus de quantitate rei, oportet, quod mensurabile adhibita mensura determinetur: si ergo infinito repugnat determinari, ei repugnat mensurari. **C**ontra hanc conditionem opponit Aversa, quod mensurabilitas omni quantitatibus convenit, ergo etiam infinita. **P**otesterea: licet de infinito non possit concipi, quod tantum est determinate, concipitur autem, quod est determinate infinitum: ergo licet non mensura finita, mensura tamquam infinita possumus de eo certificari, ut dabo altero infinito, ratiōnē sic hoc, quantum illud, quare est unum infinitum mensura alterius.

Sed ista infinitum accipiunt ad modum finiti. Ad primum dicitur, quod quantitas non ex eo, quod quantitas mensurari habet, interminata enim nullam habet mensurabilitatem, sed ex eo, quod finita, & determinata est; quare neg. conseq. Ad secundum, ipsi jugulum parte illa ratione; non enim alterius rationis

esse potest mensura à mensurabili, ut per tantum de calore non possamus accipere tantum de dinan, si ergo mensuratur infinitum calor, per alium calorem infinitum mensurari debet; sed juxta definitionem, quam ipse proponit definitioni Philosophi, infinitus calor est omnis calor, ita quod non sit extra accipere calorem, ut ergo deserat, ne cesset est illam definitionem, aut fateatur, quod infinitum mensurari non potest. Directe dicuntur, quod qua ratione infinitum non potest mensurari, eadem non potest esse mensura alterius, neque si per mensuram certificatur intellectus de mensurato, prius debet de ipsa mensura certificari: cognoscere ergo, quod unum infinitum tantum est, quantum alterum, est de nullo certificari, nisi tantum negativè, quod non excedit, quia infinitum non est altero majus.

181 **S**ecunda conditio est, quod infinitum non potest principi transiri, aut numerari. Hanc habet Philosophus text. 41. 8. ratio ejus est, quia transire aliquid, aut numerare est pervenire ad ultimum; est autem de ratione infiniti non habete ultimum. Contra hanc item opponit Aversa, quod si mundus ab altero non esset, ut ponit Philosophus, est; quare neg. conseq. Ad secundum, & esse potuisse nos dicemus, si nunc cranifissent infiniti dies: ergo est transire infinitum. Ad hoc co-

respondeat B. Doctor q. de Aeternitate Mundi ad calumniam 4. quod si mundus ab aeterno fuisse sit, dices non incepisse, & essentia eius ex quo Deus est: tunc ergo godes nobis esse infiniti simpliciter, & ex utraque parte, sed namque à parte ante; quare in postquam modo finiti sunt, & ex quo unquam incipiamus accipere, usi methodie infiniti sunt, at vero ante sumendo infiniti sunt, ita modice ex quocumque sociopiamus super eum retrocedendo, nunquam pervenire ad primum, quia unus non datur in illa hypothese: non ergo pertransitur infinitum, qua pars infinitum est, & captum qua pars est finitum.

182 Tertia conditio est esse notum. Hanc ponit Philosophus text. 63. rationem reddit Parvus lib. 12. de Civit. Dei p. 18. nempe quod sciens sciens comprehensione, finitur: inde, si quoddam infiniti est, modicemper sit aliquid ejus accepto, nunquam potest pervenire esse scitum, sive acceptum. Opponit Averla, negari non posse, quia Deus plenissime comprehendat infinitum, quod loco ut philosophicum absurdum refert, & reficit S. Parvus: ergo poterit etiam ab intellectu creatus sciens non enim contra essentiam ejus, quod cognitione claudatur, si a Deo comprehendendi potest; quare ipse

aliter hanc conditionem exponit, quod nempe cognitione successiva, & partem post partem accipiendo sit ignorantum, possit autem cognosceretur simul, & per modum unius.

Nihilominus absolute verum est, quod infinitum ut tale est ignoratum, neque ex hoc collitur, quod Scientia comprehendatur, pro cujus explicacione verba S. Patrem subiecito, ait itaque: Quapropter, si qualiter Scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur, profecto. Omnis infinitas quodam infinitibili modo Deo finita est, qui sciens ipsius incomprehensibilis non est, quare si infinitas numerorum Scientie Dei, qua comprehenditur, esse non posse infinita, qui tandem nos sumus homunculi, que ejus potentie limitem figere presumamus.: quibus verbis aperte inquit, esse contra rationem infiniti habere esse acceptum, sive totum simul; & quia Deo praesens est, & ejus notitia totum simul patet, modo nobis ineffabilis Deo finitum est: videt ergo Deus, & Scientia sua comprehendit infinitum non habere terminum, nec ab illo posse ad plenum acceptum alioqui infinitum non esse, si sciens ad ultimum ejus perveniret, quare si infinitum est, ultimum non habet, & consequenter sciens non potest.

183 Quarta conditio est, quod unum infinitum non est

altero majus. Multi de hac dubitant, & pro parte affirmantur alii quos referunt Averay, sed re vera ad modum finiti conceipiunt, qui ei volunt finiti conditiones applicare: majus enim, & minus non accipitur, nisi ubi accipitur aequale, quia majus est, quod habet tantundem, & aliquid amplius; patet autem, quod aequalitas non accipitur, nisi ubi accipitur terminus, quem neuter excedat: si ergo infinito repugnat terminum habere, repugo a pariter qualibet proportio majoris, minoris, aut aequalis, nisi tantum negative, quod unum non sit altero majus.

<sup>184</sup> Opponunt autem multas cavilaciones, quae omnes eamdem habent difficultatem: sit v. g. infinita multitudo hominum; certe unusquisque duas habet manus, & in qualibet digitos quatuor: ergo infinitum manuum duplex est ad infinitum hominum, & infinitum digitorum est decuplum. Similiter: Si mundus ab aeterno fuisset, dies faissent infiniti; quilibet autem plures habet horas: ergo Ad hanc, & similia dicitur, quod ex hypothesi impossibili multa sequuntur impossibilia, & quia impossibile est infinitum in repeti, hoc dato, contradictione sequitur, ininde arguitur, impossibile esse infinitum in teponi, quia inde absurdum sequitur, nempe unum infinitum esse alte-

ro majus, & consequenter esse, & non esse infinitum. Itaque, si homines sunt infiniti, non est accipere omnes, & quicumque accipientur, finiti sunt in his ergo, qui accepti sunt, numerus manuum duplex est ad numerum hominum; in illis vero, qui semper accipiendo rescant, eodem modo non est pervenire ad ultimum in utroque numero, quare neuter major est. Mastrius intendit, hanc conditionem tenere quidem de infinito in actu, non autem de infinito in potentia. Probat autem primum: Quia de ratione infiniti in potentia est, quod semper aliquid extra romanet, quod sibi potest addi; patet autem, quod additione fit majus. Secundum: In qualibet specie sunt possibilia infinita individualia: ergo majus est infinitum duorum specierum, quam unius tantum. Tertium: Possunt a creatura produci plures, & plures efficiunt in infinitum; sed major est potentia Dei, quam creatura: ergo majus infinitum impossibilium a Deo, quam a creatura. Quarto: Si creatura possibiles sunt infinita, qualibet infinite distat a Deo; sed magis distat, que minus est perfecta: ergo majus est hoc infinitum, quam illud. Quintum: Plures partes proportionales, seu indivisibilita mathematica in Cœlo sunt, quam in grano millii; sed utrobique infinita;

ergo.

Ergo Major nota videtur, quia  
majus est unum corpus, quam  
illud.

Rationem autem, quare  
hoc infinito in potentia conve-  
nit, non autem infinito in actu,  
& quod rationes facte de hoc  
convenient, hanc assignat: Quia  
infinitum categoriacum insi-  
tatem habet intrinsecè, &  
nam velut attingit; quare aut  
tingit, aut non attingit, & sic  
non est unum altero majus; at  
vero infinitum syncategorema-  
ticum ad infinitatem comparatur  
extrinsecè, & tamquam ad termi-  
num, quem non attingit, sed ad  
quem accedit; est autem magis,  
& minus accedere: in his ergo, &  
non in illis unum altero majus  
sicutur.

Sed, ut ab hoc ultimo inci-  
amus: Finitas, aut infinitas  
ratio est transcendens, qua nul-  
potest extrinsecè convenire.  
Deinde: Ratio, qua conditio illa  
natur, convincit, quod infinitas  
ut sic, & ex conceptu talis  
non patitur magis, & minus:  
non ergo in eo, quod infinitum  
est, majoritatem habet infinitum  
in potentia. Tertio: Si ad infini-  
tatem comparatur extrinsecè, &  
it ad terminum, cui accedit,  
non quam assequitur, ista acces-  
sio finita est, quippe ad infinita-  
tem tendit, non autem per venit;  
sed in ista tantum tendentia, &  
accessione habetur majoritas:  
ergo absolute relinquitur, quod

infinitum quodlibet, ut tale est,  
non est altero majus, aut minus.  
Itaque infinitum hoc ipso, quod  
in actu accipitur, sive in repon-  
suum, finitum est; finitur enim  
ipsa acceptio; aut in repon-  
sione, in infinito vero in poten-  
tia, aut considerabimus, quod  
acceptum est, aut quod ulterius,  
& ulterius accipiendum restat:  
quod acceptum est, quidquid il-  
lud sit, est hoc ipso finitum; quod  
autem accipiendum restat, & que  
in quo libet currit sine termino.  
Ad ea autem, qua pro se  
adducit, respondeatur: ad pri-  
mum, quod additio sit ei, quod  
acceptum est, & hoc est finitum;  
est autem infinitum in potentia  
ratione illius, quod semper ad-  
dendum restat. Ad secundum,  
non infinita, sed indefinita sunt  
possibilitas individua cujuslibet  
speciei, in re enim quilibet fini-  
ta perfectionis est, & finitè par-  
ticipabilis, & multiplicabilis:  
data autem eorum infinitate di-  
citur, sicut dictum est nunc. pre-  
ced. de infinito hominum ad in-  
finitum manuum, quare neg-  
be conseq. Ad tertium primum: neg.  
maj. non enim infinitos & finitos  
potest causa creata producere,  
cum sit finitè virtutis, sed inde-  
finitos tantum. Secundo, data  
maj. distinguim. Major est po-  
tentia Dei subjective, & in per-  
fectione sua absolute, conc. imp.  
major est objective, & in nome-  
ro producibilius, neg. min. cum  
conseq.

conseq. & quæ enim terminum non habent ulterios, & ulterius cuiuslibet causæ creatæ, si ea potest in infinitum, ac ulterios, & ulterius Divinæ virtutis, sicut & quæ durabit in æternum anima nostra, ac Deus.

Ad quartum, distantia cuiuslibet creaturæ ad Deum infinita est secundum quid, & ex una parte tantum, ex altera enim terminum habet, ipsam nempe finitam perfectionem creaturæ; in his autem, quæ ex altera parte finita sunt, potest accipi majoritas, & minoritas ex hac parte, qua terminum habent, sicut, si infiniti præcessissent dies, ab hodierno magis distaret, qui uno anno, quam qui uno mense præcessit; si autem ad initium percuratur, & quæ ab utroque infinitè distat, quia & quæ non est ad initium pervenire: ita in proposito distantia utriusque creaturæ ad se invicem major est, aut minor, ad Deum autem & quæ infinita. Ad quintum neg. maj. cum probatione sua; non enim majoratio ex partibus proportionilibus, sed ex aliquotis desumitur definitæ magnitudinis: quia ergo puncta mathematica, & proportionales partes tantum in potentia sunt, sicut & quæ, & univocè quodlibet corpus sive magnum, sive parvum habet rationem quiddicativam quanti, ita in quolibet verum est, quod semper quantum in quanta dividitur, &

divisio mathematica vadit sine termino.

185 Ultima conditio est, quod infinito non potest fieri additio, vel detractio; patet autem, quod additio reddit maius, detractio autem minus: si ergo infinito repugnat maius fieri, vel minus, ei repugnat additio, vel detractio; quare, si additionem patitor, eâ tantum parte est, qua est finitum; patet enim, quod additio fit ad aliquem terminum determinatum. De hac item multi dubitant: Aversa distinguendam putat, & ait, quod continuo infinito non potest fieri additio; patet enim, quod si additum debet continuari, alicuius puncto additur, quod prius erat terminativum, nunc autem continuativum; quod autem punctum terminativum habebat, non erat infinitum: infinito autem discreto potest fieri additio, vel detractio: quia potest Deus de qualibet multitudine infinita v.g. hominum aliquos annihilare, hoc autem nulla ratione repugnat, siquidem, eo quod infiniti sunt, non extrahuntur à ratione creaturæ; & qua ratione potest aliquos annihilare, eadem potest aliquos creare, & illi multitudini addere.

Sed hoc potius probat, quamlibet datam multitudinem finitam esse, eo enim, quod sibi sit additio, maior est, quam erat prius; at infinitum non potest fieri

sieri majus, aut minus: non ergo infinita erat illa multitudo; qui additio sit, vel de tactio? Patet minoritas, & minus non accipiuntur nisi per ordinem ad determinatum terminum, qd ad quem excessus sit majoritas, deinde autem minoritas, quare ex parte terminorum habere determinatum, & consequenter non esse infinitum id, in quo accipiuntur majoritas, vel minoritas: si ergo additio non intelligitur, quia majus fiat id, cuius aliquid addicatur, ex parte additio, & majoritas infinito repugnat.

Masilius aliter distinguuit, quod nempe infinito categorico, sive continuo, sive discreto non potest fieri additio, bene autem infinito syncategorematico. Probat autem primò, quia cuilibet continuo additio fieri potest, est autem continua infinitum syncategorematicum, quippe consistat partibus proportionalibus in infinitum. Secundo ipsa ratio hujus infiniti in hoc consilit, quod sibi semper, & ulterius possit additio fieri. Tertio, quia dplex esse potest infinitum syncategorematicum, aliud partem in actu existens, & partem in potentia, & in hoc partes, quæ in actu existunt, in potentia sunt ad alias, quæ non existunt: ergo istæ possunt illis addi: salpem infinitum, quod est in actu quoad infinitas partes, seu finitas in infinitum; & hoc etiam est

in potentia ad alias partes, quæ sibi possunt addi.  
86. Sed hæc etiam distinctione infinitum accipit, qua parte finita est. Ad primum itaque continuo sit additio secundum partes aliquatas, & determinatam extensionem, si autem infinitum est; at vero secundum partes proportionales, neque ex actu sunt in continuo, neque secundum illas infinitum est ipsum continuum, sed divisio in infinitum vadit: tunc autem factis divisionibus, alia adductor ulterius, & ulterius sine termino, semper autem, quæ factæ sunt, & quibus sit additio, sunt huius. Quo patet ad secundum: additio enim ei sit, quod accepit est, & hoc est finitum; infinitas autem accipiuntur tantum ratione illius, quod ulterius, & plterius accipendum restat. Ad tertium, quantum ad primam partem idem dicitur, partes nempe, quæ sunt in actu, finitas sunt. Quantum ad alteram partem, ipse non explicat, quid est partes habere finitas in infinitum; si enim finitas intendit, quibus in infinitum additio fiat, semper talis additio finitis sit; si autem intelligit partes proportionales continuas, quæ sunt in infinitum divisibles, de his jam dictum est ad primam.

Quantum ad secundum, inde quo quartæ articulas, multipliciter accipitur infinitum: nam primò accipitur aut ab solore, &

in se; atque respectivè, & ex termino, possibile extrinseco: priori modo infinitum indubitate, quod ratione sui infinitatem habet; et si enim infinitum syncategorematicum quodammodo extrinsecè infinitatem habeat, v. g. materia dicatur in recipiendo infinita syncategorematice, quatenus potest plures, & plures sine termino formas recipere, in se tamen illam potentiam habet, qua est syncategorematice infinita, sive potius infinita, sive enim, quod infinitum dicitur syncategorematice, non nisi indefinitum est; quia tamen ad præsens non refert, de hac distinctione non curamus. Altero modo dicatur infinitum respectivo, & ex termino, quod in se absolute finitum est, habet tamen respectum ad terminum infinitum, ex quo denominationem habet, & infinitum censetur; talis est infinitas, quam habet peccatum in ratione offensæ, de qua Theologii; & hæc cùm sit in genere moris, ad propositum non refert.

Infinitas ergo physica aut accipitur simplicitè, & in omni linea; aut secundum quid, & in aliqua determinata: priori modo est attributum Dei; posteriori autem accipietur infinita quantitas, sive continua, ut linea in infinitum extensa, sive discreta, ut numerus infinitus, item infinitus calor, & ita quævis alia perfectio. Hoc infinitum indetermini-

nato genere aut accipitur care, goretematicè, & in actu, ut si in re existaret numerus aliquis infinitus, infinitus calor, & sic de aliis; aut accipitur syncategorematice, & in potentia, ut numerus quilibet in re existens finitus est, ei tamen potest additio fieri sine termino: de hoc quidem nulla est dubitatio; de priori autem, an sit possibile, acerrimè controvertitur.

### ARTICULUS III.

*An sit possibilis creatura omnium perfectissima?*

¶.

I.

*Relatis sententiis, nostra probatur.*

187 **H**Æc difficultas hic communiter controvertitur, quia valde affinis est illi, qua potissimum intenditur de possibilitate infiniti in actu. Prima sententia asserit, posibilem esse creaturam omnium possibilium perfectissimam, sive qua perfectior non possit produci. Ita Arriaga, Poac. Blasc. Benjum. & alii. Secunda sententia docet, omnino repugnare talem creaturam, sed quacunque designata Deum posse perfectiorem ulterius, & ulterius sine termino

creare;

fferae. Ita Thomistæ omnes, & ex DD. Societat. Vazquez, Hurtad. Ovied. Quir. Echal. & aliis; hanc esse mentem Resoluti, assertit Eliseus dist. 2. q. 2. a. 5. eam late propugnat Spin. hanc expressæ habet B. Doctor in Quodlib. 3. q. 5. & sape alibi. Argentinus in 2. dist. 1. q. 2. art. 4. & Nostrum communiter.

188 Dicendum itaque, quod non est possibilis creatura omnium possibilium suprema, sed qualibet data, potest Deus perfectiorem sine termino creare. Prob. primò ex potentia Dei: Potentia Dei productiva ad extensum est utroque modo infinita, tempore intensivè, & extensivè; sed finita est, si datur creatura omnium suprema: ergo ea repugnat. Prob. min. Quæcumque potentia terminum habet, ultra quem non potest progredi, finita est saltim extensivè; sed si datur creatura omnium suprema, potentia Dei illam habet pro termino, ultra quem non possit se extendere: ergo. Patet min. quia non potest producere perfectiorem.

189 Ad hoc commune fundatum communis solutio est, quod ex nostris principiis supra statutis de inconnexione causæ cum possibilitate effectus, virtus productiva absoluta est, & quæ perfectissimè intelligitur sine habitudine ad terminum; quare ibi diximus, quod Deus

potest producere chimaram, si ipsa fieri posset; & quod actu non sit producibilis, non est Deum non posse facere, sed ipsam non posse fieri: pariter ergo in proposito, data creatura omnium suprema, non è finitur potentia Dei, sed possibilitas creaturæ, & amplius Deus potest sine termino tacere, si amplius posset fieri.

190 Sed contra: Quoties terminus in propriis prædicatis non involvit contradictionem, non posse ad illum arguit defectum potentia productivæ; sed creatura superior ad quamlibet imaginatam in propriis terminis non involvit contradictionem: ergo aut nulla potest suprema imaginari, aut ea arguit finitatem, & defectum potentia productivæ. Patet maj. quia enim chimera in propriis terminis involvit contradictionem, eam non esse possibilem non arguit defectum potentia productivæ; quare, si ipsa in propriis terminis non repugnaret, quod ea non esset possibilis. argueret defectum potentia Dei. Ostenditur min. Quilibet imaginata creatura creatura est, quare perfectionem Dei participat; sed nullam in propriis terminis involvit contradictionem, quod cuiilibet imaginatae participationi Divinæ perfectionis unus addatur gradus: ergo nullam in propriis terminis contradictionem importat creatura uno gra-

du perfectionis qualibet imaginata. Major ex terminis patet, & min. ostenditur de facili: Parci, cipare enim est non totam habere perfectionem sed aliquid ejus; sed inter aliquid, & totum distantia relinquitur, cui possit additio fieri: non ergo contradictionem involvit additionem imaginare cuiilibet participationi.

Neque dicas, contradictionem esse, quod illa participatio esset, & non esset suprema. Non, inquam, id dicas: hoc enim est manifesta petitio principii, & id supponere, quod est in quaestione, quod nempe illa creatura imaginata sit suprema, de quo est controversia: ex ipsa ergo quiditate perfectionis creatæ, aut creabilis, qua non totam Dei perfectionem, sed aliquid ejus habet, manifeste arguitur, quod aliquid semper relinquit ulterius participandum, & consequenter qualibet imaginata participacione potest perfectior imaginari. Neque iterum dicas: Perfectio creaturæ communicabilis finita est: ergo terminum habet, & hic erit creatura omnium possibilium suprema. Neg. enim antec. non enim communicabilis, sed communicata finita est: & ex hoc opositum deducitur: quia nempe perfectio creatæ, aut creabilis finita est, quacumque imaginata potest superior imaginari, quia cuiilibet finito potest fieri additio: ergo.

191. Prob. secundò ex ipsa possibilium collectione. Creatura se invicem excedunt in gradu perfectionis; sed infinita est collectio possibilium creaturarum: ergo nulla est omnium suprema. Patet maj. quia differentia creaturae a se invicem penes magis, & minus participare perfectionem Dei, & eo dicuantur essentiarum sicut numeri, quia scriptus numerus ab alio differt per additionem ad unitatem, ita essentia ab essentia per additionem in participatione Divinae perfectionis. Min. communiter supponitur, & ratione patet; cum, quia infinita est distantia a primo gradu creatæ perfectionis usque ad Deum; cum, quia infinita est perfectio Dei, & infinitis modis participabilis. Conseq. ostenditur: Si enim infinita est collectio possibilium, per infinitos gradus procedit; sed infinitum non habet ultimum: ergo.

192. Probat. tertio ex ipsa creatura, quæ imaginatur omnium suprema: aut ea est finita, aut infinita perfectionis; sed utrumque implicat: ergo. Patet maj. quia nequit imaginari medium. Ostenditur vero quantum ad primum quidem: Quia implicat supremum esse, cui potest additio fieri; sed cuiilibet finito potest fieri additio: ergo. Quantum ad secundum item: Quia infinitum intra duos terminos claudi contradictione est, est enim

Institutio finiri; sed creatura omnia superma terminum attingere habet: ergo ea repugnat esse infinita. Probl. min. Quia ex una parte, eo quod creatura cum illa convehit, quae est omnium infinita, & habet gradum primum, qui immediatè se habet ad non aliud; ex alia autem non posset ascendere supra gradum perfectioris, quem de facto habet, aliqui posset fieri perfectior, quod intendimus, quare ille, quem de facto habet, erit ultimus: habet ergo primum, & ultimum. Confirmatur: Quia, eo quod creativum reliquis omnibus convenit; sed eo quod suprema à reliquis omnibus differt: ergo habet gradum, quo convenit cum infinita, & hic erit primus, & gradum, quo differt à sibi immediata, & hic erit ultimus, nempe minima differentia.

193 Resp. Arriaga, nullum  
esse inconveniens in eo, quod in-  
finitum terminis claudatur, si  
tamen illi termini infinitè à se  
dissent. Sed egregium commen-  
tam hæc solutio inducit, nempe  
infinitum finitum, seu, quod  
idem est, terminis clausum; qua-  
re ait Spinoza, quod hismodi  
infinitum propugnare potius est  
illud irridendum proponere,  
tale enim cachinos potius, quam  
argumenta excitat: communis  
ergo animi conceptio, & pri-  
mum, quod de infinito concipi-  
mus, hoc est, quod finem non

habet, seu, quod idem est, terminis non clauditur; quare si termini imaginantur distantiam claudere, hoc ipso non infinitum, sed indefinitem ad summum a iesu distans.

### *Solvuntur Argumenta.*

194 Arguit primò contra se N. Argent. Secundum Dionysium 5. de Divinis Nominib. creatura proceant à Deo, sicut numerus a nobilitate; sed est aliquis numerus, inter quem, & unitatem nullus mediat, nempe binarius: ergo si aliqua creatura, intet quam, Deum nulla mediat, & hæc est omnium suprema. Confirmatur: posset fieri nobilior creatura, quam facta est, mundus non esset perfectus, quia illa sibi deesset, ad hoc est inconveniens: ergo secundò: Ricardus 3. de Trinit. p. ultimo ait: Sicut humani corporis effigies est sine capite, sic universitas creaturarum sine nobilissima creatura: ergo talis datur, neque enim dici debet, quod eus creaturarum universitatem formem creavit velut corpus et capite.

195 Resp. ad argumentum  
primo instando: Creaturæ pro-  
cedunt à Deo, sicut numerus ab

unitate; sed non est possibilis numerus omnium supremus; ergo neque creatura. Minorem habet explesse P. Augustinus loco supr. citato, & ea patet ratione; nullus enim possibilis est, cui non possit unitas addi; qua ratione ibi probat S. Patens. Respond. secundò dilt. maj. Creaturæ procedunt à Deo, sicut, & eodem modo, ac numerus ab unitate, neg. maj. sicut, & opposito modo, conc. maj. tunc autē sequitur, quod, sicut datur numerus summè accedens ad unitatē, népe binarius, non autem est possibilis summè recedens, ita datur è converso creatura summè recedens à Deo, & omnium infima, non autem est possibilis summè accedens, & omnium suprema. Itaque sicut numeri diversificantur penes magis habere unitatem, ita creaturæ penes magis participare perfectionem Dei; in hoc autem est proportio opposita, nempe perficiuntur numeri per recessum ab unitate, creaturæ autem per accessum ad Deum: tenet ergo argumentum de numero, qui summè recedit ab unitate, ad creaturam, quæ summè accedit ad Deum; quare patet, quod magis pro nobis, quam contra nos est.

Ad utramque confirmacionem dicitur, quod nimis probat; probat enim, quod nulla est possibilis creatura præter productas, illa enim universitatē de-

esser; aut quod non est possibilis perfectior, quam illa, quæ de facto summum obtinet gradum intra creatas, alioqui mundus esset sine capite, nempe esset sine illa; patet autem, quod de facto producta, quæcumque sit, finita est, & accessionem patitur, & consequenter possibilem majoritatem. Ad primam itaque neg. maj. mundo enim non omnis debetur possibilis perfectio, sed ea tantum, quæ sibi congruit secundum statutum à Deo ordinem, ex hac autem nihil deest. Quoad secundam neg. conseq. solum enim sequitur, quod aliqua sunt suprema earum, quæ productæ sunt, quod non collit, quin possibiles sint aliæ perfectiores.

196 Arguit secundò Poncii: Deus actu videt omnes species, quas potest producere; insuper videt omnes illas se excdere in perfectione, ita ut nulla sint duæ in perfectione æquales; ergo videt ex illis unam, quæ reliquias excedit, & hæc est omniam possibilium perfectissima. Maj. nota supponitur; non enim posset producere, si non videret. Minorem nos ipsi in consequentibus probabimus, quod nempe eo quod sint in perfectione aquales, non differunt quidditatively, quare est commune principium, quod species rerum sunt sicut numeri.

197 Resp. neg. conseq. videt utique Deos modo nobis in effa-

estibili omnem possibilium collectionem, videt item omnes se excedere; sed quia videt illam collectionem infinitam esse, videt terminum non habere, & re ipsa ultimam non dari, sed quacunque designata possibiliter esse ultiorem sine termino: sicut quia in aeternum durabunt animae, omnes annuscijusque cogitationes Deus videt, sed quia videt ne sine procedere, non videt ultimam, sed videt ultimam non dari: similiter si revolutiones Celi in aeternum durarent, omnes Deus videret, non tamen videt ultimam, sed videret ultimum non esse.

198 Contra hoc autem multis insurgit ipse: primum, si essent possibiles infinita species, posset produci simul non minus quam infiniti homines; nec enim major est repugnantia in produzione specierum, quam in individuorum, si aequaliter sunt infinita; nunc autem ex his in re existentibus una re ipsa haberet excessum supra reliquias: ergo hanc posset Deus certissime designare. Secundum: Si producerentur infiniti homines, quorunq; unos tantum haberet albedinem, non obstante, quod essent infiniti, Deus determinatè cognosceret, quis illi esset, qui haberet albedinem: ergo pariter non obstante infinitate specierum, Deus determinante videt illam, quæ habet excessum supra reliquias.

Tertio: Non est eadem ratio de circolorum Celi, aut cogitationibus Beatorum, ac de speciebus possibilibus, quia tam in circulationibus, quam in cogitationibus est infinitas successione, quatenus una post aliam sunt in perpetuum duratur; quare si in his designaret Deus ultimam, sequeretur alias non esse post istam, & consequenter non durare in perpetuum; at species possibiles simul habet Deus apud se presentes in idem, & simul potest in re ponere, nihil enim prohibet, quod ea, quæ possint successivè producere, simul producat: ergo licet non possit determinare ultimam in circulationibus Celi, potest tamen determinare perfectissimam in speciesbus possibilibus. Quartum: Implicat, quod species possibiles sint infinita, eo quod sunt diversa perfectionis, sequeretur enim, quod aliqua esset infinita perfectionis essentialis, & consequenter non creatura, sed Deus esset; sed si sunt finita, est dare perfectissimam: ergo Probat sequentia maj. In tota collectione infinita aliqua esset, quæ infinitè distaret ab iofima; sed per finitam perfectionem non nisi finitè distaret: ergo haberet perfectionem infinitam, si infinita esset collectio-

199 Sed hæc omnia aequivocatione nituntur: ad primum neg. maj. non enim posse infinitum in re ponere dicemus articulo

seq. species itaq̄e possibilium eo sunt infinitæ, quia quibuscumque in re positis, plures restant possibiles ponи, & ex, quæ in re ponantur, erunt hoc ipso finitæ, in quibus erit assignare supremam, sed sicut alia restant possibiles ponи, ita perfectiones. Ad secundum neg. conseq. in infinitis enim hominibus imaginatis, ad unum, qui habet albedinem, de materiali est infinitas, cum iste nullum habeat per se ordinem ad reliquos; at verò supra in infinitis speciebus possibilibus esset terminus, quare argueret infinitum finiri, nempe habere primum, & ultimum, scilicet infimam, & supremam creaturam. Ad tertium, non est major ratio, cur infinitas possibilium species Deus habeat simili præsentata: si ergo in revolutionibus non videt ultimam, quia nulla talis est, eo quod sunt infinitæ; patiēt in speciebus possibilibus non videt supremam. Ad quartum neg. sequela maj. Ad probat. ejus neg. maj. qualibet enim designata, aut designabilis finitè tantum distat ab infima, & numerum cum ea claudit, quare infinitas in his est, quæ restant sine termino ultra quamlibet designata.

200 Arguitur tertio ex Bento: Gratia, quam habuit Christus Dominus, suprema est omnium possibilium creature communicari; sed gratia est summa perfectio omnium possibilium in ordine supernaturali: ergo illa, quam habuit Christus Dominus, est creatura omnium possibilium perfectissima. Resp. primo ad maj. quod nulli creaturæ potest major gratia communicari, quia nullius capacitas potest major esse; hoc autem non tollit, quin gratia in se, & absolute possit imaginari major. Respond. secundo neg. min. etiam enim gratia sit formalis participatio Naturæ Divinæ, eo tamen quod perfectio creata, est finita perfectionis; at cuilibet finito possibilis est additio: licet ergo nobis ignota sit creatura perfectior, faceri tamen debemus possibilem esse, & Deo notam.

201 Arguitur quartò ex eodem: Accepta specie infima, & ascendendo ad perfectiores, aut est status in aliqua suprema, & tunc habetur propositū; aut non, & tunc arguitur: Quantò aliqua species excedit infimam, tanto est perfectior: ergo illa, quæ infinitè excedit, est infinita perfectionis; sed aliunde finita est, quia creatura: ergo ea implicat. Confirmar, & explicat: Sit species infra mus v. g. si alia, & alia perfectior esse potest in infinitum, illa, inter quam, & marem infinitam

nita species mediarent, esset perfectionis infinita, quod probat ratione, qua olim à se probatum dicit cum aliquali adstantium admiratione, quæ talis est: Ens superans alia infinitè à se distantia excedentia excessu æquali, est infinitum; sed ita se haberet illa species: ergo. Patet maj. quia infinitarum specierum, quas superat, perfectiones continet. Patet item min. quia inter illam speciem, & murem infinitæ mediant se excedentes, cùm species sint sicut numeri: illa ergo species esset, & non esset infinita, nempe esset, ut probatum est; non esset, quia creatura; quare ea repugnat, & consequenter processus in infinitum in speciebus: ergo standum in aliqua suprema.

202 Resp. quod est in infinitum procedere, & ad argumentum in contrarium neg. suppositionem consequentis, quod sit aliqua, quæ infinitè excedat, hæc enim esse terminus illius processus, contra id, quod positum est, nempe processum ire in infinitum. Itaque quæcumque designata, aut designabilis finitè distat ab infima, & infinitè perfectio- nis est; infinitas autem tantum est in his, quæ restant accipiente, & hæc est natura infiniti syncategorematici, quem non bene concipit arguens, quod in eo, quidquid accipias, aut acceptabile consideres, finitum est, & tantum, quia restat semper sine

termino accipere, infinitas habe- tur. Quo ad confirmationem, lquæ nullam omnino difficulta- tem addit, neg. pariter supposi- tu assumpti, quod aliqua sit, inter- quam, & murem infinitæ me- dient, quæcumque enim designa- bilis finitè distat: quo patet ad probationem, quæ eadem est, quam supra adduximus in 4. re- plica Ponci, nititur autem hac falsa suppositione, quod aliqua determinabilis infinite distet ab infima.

203 Arguitur quinto ex co- dem ratione, quam supra addu- ximus ex Poncio num. 196. quam ex Seoro sic confirmat: Omne, quod est in potentia, ex se potest ad actum reduci; hoc enim potentia dicit, posse esse in actu sine contradictione: si ergo in potentia Dei sunt infinitæ species possibles, in eis aliqua est infinitè distans ab infima, & consequenter hæc potest a Deo ponri in re. Relp. neg. conseq. ut enim jam diximus, eo quod infinitæ sunt, ultra quamlibet infinitæ restant, & Deus videns eas esse infinitas, viderit ita esse; quod terminum non habent, & quod quilibet infinitas habet post se.

204 Arguitur sexto ex co- dem: Qualibet creatura est de- terminata participatio Dei: ergo qualibet habet gradum determi- natum perfectionis: ergo nulla esse potest infinita: ergo non pos- sumus in infinitum procedere.

sed standum est in aliqua, quæ sit omnium suprema. Confirmatur: In per se ordinatis repugnat processus in infinitum; sed species sunt per se ordinatae, cum una aliam excedat in gradu perfectionis: ergo standum est in aliqua. Resp. neg. ultimam conseq. eo enim, quod quilibet finitam, & determinatam perfectionem habet, cuilibet possibilis est additionis; quare ex illo antecedente potius sequitur processus in infinitum. Ad confirmationem dist. maj. Repugnat processus in infinitum in his, quæ existunt, conc. maj. in possibilibus existere, neg. maj. Itaque species sunt sicut numeri, in his autem, quamvis per se habeant ordinem, in infinitum vadit processus numeri possibilis, ut probat S. Parens de Civit. Dei lib. 12. cap. 18. & solam est stare in his, quæ existunt: pariter ergo in speciebus.

205 Arguitur septimò ex Dionysio, qui fundamenta ex Arriaga desumpti: In cumulo omnium entium datur unum omnium perfectissimum, quod est Deus, & aliud omnium imperfectissimum, quod est materia: ergo pariter in cumulo omnium possibilium. Prob. conseq. In hoc cumulo debet dari una magis accedens ad perfectionem Dei; sed illa est omnium perfectissima: ergo. Confirmatur: Inter causas non est processus in infinitum, sed est devenire ad primum: er-

go similiter inter effectus, sive creatas perfectiones. Secundò: In tota collectione possibilium creaturarum non omnes excedunt, & exceduntur, alioqui erit mutuus excessus: ergo est aliqua, quæ sic excedit, quod non exceditur, & hæc est suprema, cum à nulla excedatur. Prob. anteced. Eo repugnat, omnes creature producere, & produci à creaturis, quia daretur mutua produc-  
tio; sed non minus repugnat mutuus excessus: ergo pariter repugnat omnes excedere, & excedi, & consequenter aliqua est, quæ excedit, & non exceditur, & hæc est suprema.

206 Resp. primò Spinula instando in numero: In cumulo omnium numerorum aliquis summè distat ab unitate, neque enim major est ratio, ut aliqua creatura summè accedat ad Deum, quam ut aliquis numerus summe recedat ab unitate; sed talis est omnium maximus: ergo possibilis est numerus omnium maximus, quem tamen implice, & docet P. Augustinus, cujus verba dabimus art. sequente, & manifeste convincit ratio ejus, nempe nullus est inter possibles, qui non possit additione unitatis fieri major. Posset secundò instari: In cumulo omnium entium perfectissimum est infinitum, à se, & prima causa cæterorum: ergo pariter perfectissimum est in cumulo possibi-

lium

lium; si enim ex cumulo omniū ad cumulum possibilium fit consequentia, quæ utrumque debet inferri.

Resp. secundò directè neg. conseq. Ad prob. ejus neg. maj. eo enim, quod quilibet imaginabilis est finitæ perfectionis, nulla est imaginabilis, quæ summa accedit, sed cuiuslibet potest additio fieri, & alia imaginari magis accedens; & ut ad præsens nesciamus controversiam de possibilitate infiniti in actu, ad minus quilibet imaginabilis creatura non totam habet perfectionem Dei; quare inter quamlibet, & Deum distantia relinquuntur, in qua possit imaginari alia magis accedens. Ad primam confirmationem dist. maj. Inter causas omnes absolutè, conc. maj. quia inter omnes aliqua est à se, & infinitæ perfectiones: inter causas omnes creatas, subdisting. Inter existentes, conc. inter possibles existere, neg. maj. Itaque, quia in existentibus finitus est numerus, aliqua est prima, in possibilibus autem processus vadit in infinitum, & per infinitam distantiam creaturæ ad Deum; quare quibuscumque productis, aut imaginatis, alia restant producibles sine termino, quare nulla est prima. Ad secundam confirmationem primò neg. conseq. ex quo enim non omnes excedunt, & exceduntur, non sequitur, quod aliqua excedit, &

non exceditur, poterit enim excedi, & non excedere, & ita est infima, sicut produci, & non producere, & ita est potentia passiva. Dicitur secundò, quod non sequitur mutuus excessus, sed processus in infinitum, ita ut quilibet imaginabilis & excedit inferiores, & superiores habet possibiles, à quibus exceditur; in existentibus ergo, aut designatis possibilibus aliqua est, quæ excedit reliquias omnes, & à nulla exceditur in illa collectione; quia tamen ultra quamlibet designatam collectionem infinitæ restant, absolute non est in cumulo omnium possibilium superflua, quæ à nulla excedatur.

207 Arguitur octavò ex eodem: Deus potest producere omnem perfectionem, quam potest; ergo potest creaturam summè perfectam. Antecedens est propositio identica, conseq. autem probat. Producat Deus omnem illam perfectionem, quam potest, aut tunc in productis est perfectissima, quam Deus potest producere, aut non? Si primum, habetur propositum, & ea nunc est in possibilibus produci: si autem dicatur secundum, non produxit Deus omnem, quam potest, siquidem non produxit summè perfectam, quam potest producere. Hujus equivocationis detegit Spin. instando pariter in numeris: Deus potest producere numerum summum, quem

potest, producat; aut ille est summus possibilium, aut non? Si primum, possibilis est numerus omnium maximus, quem tamen implicare, jam patuit: si autem dicatur secundum, non produxit summum, quem potest: immo ego ipse possum proferre numerum summum, quem possum; pater autem, quod, eo prolato, possum illi unitatem addere, quare erat, & non erat summus, quem possum.

208 Resp. itaque neg. conseq. talis enim nulla datur inter eas omnes, quas Deus potest producere. Ad prob. neg. suppositum assumpti; repugnat enim hypothesis, quod nempe id omne Deus producat, quod potest producere, quia nempe infinite potest, quidquid producat, non omne est, sed ulterius sine termino restat possibile produci. Repugnat itaque termino omnino produci; quare licet Deus possit producere id totum, quod potest, ipsum tamen non potest totum produci, eo quod infinitum est, & sine termino vadit: quia ergo ex impossibili sequitur quodlibet, data hypothesi impossibili, quod Deus id totum producat, quod potest, sequitur, quod sit, & non sit creatura omnium summa; quod sit quidem, quia produxit Deus summum, quod potest; quod autem non sit, quia ultra quamlibet potest.

## ARTICULUS IV.

*An sit possibile infinitum in actu?*

S. I.

*Relatis sententiis, nostra probatur.*

209 **P**rima sententia asserta. Ita ex Antiquis Nominalibus Bajol. Vazq. & de Nostris Arim. Argent. in 2. dist. 1. q. 2. art. 4. ex RR. Arriag. Hortad. Alfons. Ponc. Merin. Eliseus, & alii. Secunda sententia negat. Hoc est communis ceterorum, quam late versant Cardinalis de Aguirre, Laleman. Aver. Hanc expresse tenet B. Doctor q. 11. de Gener. qua de hoc querit, & passim illam supponit in lib. Sententiar. ut in 1. dist. 43. q. 1. art. 1. in solut. ad 3. in 3. dist. 13. p. 1. q. 2. art. 1. in 2. dist. 2. q. 1. art. 1. & lape alibi; quare huic nobis subscribendum est; adeo enim manifestant contradictiones, quae infinitum consequuntur in re positum, ut, quamvis in controversia de posse ab oluto & gerrimè in partem negativam adducar, in hac tamen ipsa rei evidenter assensum extorqueat. Contradiciones quidem plures attactæ sunt duo:

duobus præcedentibus articulis,  
& potissima ex ipsa infiniti quid-  
tate desumitur: est nempe, cu-  
jus semper aliquid extra relin-  
quuntur; quare sibi repugnat ha-  
bere esse acceptum, sive in re po-  
situm.

210 Prob. primò ex loco  
P. Augustini in præcedentibus  
titato, nempe lib. 12. de Civit.  
Dei cap. 18. quo supponens nu-  
meros in infinitum producere,  
ita habet: *Eos quippe infinitos  
esse, certissimum est, quoniam  
in quocumque numero finem fa-  
ciendum puto taveris, idem ipse non  
duo uno addito augeri, sed quam-  
libet sit magnus, & quamlibet  
ingentem multitudinem conti-  
nens, in ipsa ratione, atque scien-  
tia numerorum non solum dupli-  
cari, verum etiam multiplicari  
potest; ita vero satis quippe nume-  
ri proprietatibus terminatur, ut  
nullus eorum par esse cuique alteri  
possit: ergo & dispari inter se,  
atque diversi sunt, & singuli qui-  
que finiti sunt, & omnes infiniti  
sunt. En ubi S. Parenſis infinita-  
tem numeri ex eo deducit, quia  
nullus est imaginabilis, qui non  
potest multiplicari, & additione  
unitatis fieri major; quare sup-  
ponit, infinitum non esse id,  
quod augeri potest, aut additio-  
nem patitur.*

Ex hoc antem ratio sic for-  
matur: Quod rei factæ repugnat,  
a Deo nequit fieri etiam de posse  
ab soluto; sed infinitum in actu

poni repugnat rei factæ: ergo  
Prob. min. Repugnat rei factæ  
non posse additione fieri majoris  
sed hoc est de ratione infiniti;  
ergo. Minorem supponit S. Pa-  
rens, & ex ea deducit, quemlibet  
numerum finitum esse, quia  
nullus est imaginabilis, cui non  
possit additio fieri; & ratione p24  
tet, quod enim additionem sus-  
cipit, terminum profecto habet,  
cui fit additio. Maj. autem ex  
dictis constat art. præced. quid-  
quid enim factum imaginetur,  
quædam est participatio Divinæ  
perfectionis; cum autem nihil  
tale totum possit habere, infinita  
distantia relinquuntur ad Deum,  
& excessus infinitæ perfectionis,  
& communicabilitatis in Deo;  
nihil ergo potest factum imagi-  
nari, cui non possit Deus ulte-  
rius perfectionem addere.

211 Prob. secundò: Prædi-  
catum, quod ex propriis termi-  
nis refert modum proprium,  
quem habet in Deo, repugnat  
creatura communicari etiam de  
posse ab soluto; sed ita est infini-  
tas: ergo. Patet maj. tale enim  
non potest præscindī ab aseitate,  
& independentia, cum ex pro-  
priis terminis ponatur importa-  
re modum, quem habet in Deo.  
Patet item min. talia enim sunt  
omnia transcendentia, aseitas,  
eternitas, immenitas, & hujus-  
modi; sed infinitas est pariter  
transcendentia, & in qualibet per-  
fectione includitur, quam in Deo

concipimus : sicut ergo eternitas v. g. non potest creaturæ communicari in actu , & categorematicè , sed tantum syncategorematicè , & in quadam potentialitate , nempe quod ulterius , & ulterius duret sine termino , ita infinitas .

212 Prob. tertio : Si quid potest in creatis concipi possibile infinitum esse , maximè quantitas ; sed quantitati repugnat siye continua , sive discretæ in actu infinitam esse : ergo & cuiilibet creaturæ perfectioni . Maj. patet , tūm , quia nulla est major ratio de quovis alio , quam de quantitate ; tūm , quia eo dicit Philosophus finitum , & infinitum propria esse quantitatis , quia magis ipsi , quam cuiilibet alteri videntur convenire , & certè finitum esse , aut infinitum magnitudinem significat , & tantitatem ; quare in quantitate per se , in aliis verò accipitur ex analogia , & ut habent modum quemdam quantitatis . Min. itaque prob. & quidem de quantitate discreta jam patuit supra per rationem P. Augustini .

De continua autem prob. communi ratione : Corpus infinitè-extensum manifestas involvit contradictiones : ergo repugnat infinitum in actu in quantitate continua . Prob. antecedens : In corpore infinitè extenso , idem de linea , aut superficie , à quolibet designato puncto relinquitur

infinica extensio ; sed à tali pūncto possunt linea duci spirales , & quæ faciant angulum ejusdem magnitudinis , ac est extensio realita ab illo puncto : ergo in tali angulo erit infinitum concludere duobus terminis . Patet maj. si enim extensio , quæ relinquitur à puncto designato , finita est , totum corpus finitum est , nempe habet terminum . Patet item minor , quia ad sensum constat in quolibet corpore à designato puncto angulum formari per totam corporis extensionem . Ostenditur itaque conseq. Lineæ cuiuslibet anguli tantum à se distant , quantum à puncto receptionis terminante angulum , ut ad sensum patet , alioqui non angulum formant , sed parallela curvunt ; sed si infinita est in actu corporis extensio , infinitè à puncto distant : distant ergo inter se infinitè , quo inter duas lineas illius anguli clauditur distantia infinita . Adde , quod pars erit tantumdem ad suum totum , nempe æquè infinita ; quare erit , & non erit pars , & hujus generis alia , quæ cuique possunt nota esse .

213 Ad hanc rationem multipliciter respondeatur : prima solutio est P. Arriag. quod nempe non repugnat infinitum terminis claudi , si illi à se distant infinitè . Sed hanc jam suprà rejecimus ; ponit enim manifestè infinitum finiri ; quare id apertè implicat , quod

quod ipse in conditione ponit, quod nempe termini distent infinitè; si enim termini sunt, distantiam terminant, & ex utrâque parte finiunt, quare ea est finita.

214 Resp. secundò Eliseus, quo utramque sententiam conciliari ait: Repugnare quidem infinito habere terminos intrinsecos, quia terminous intrinsecus nis est, & subinde finitum constituit; non autem repugnare inter duos terminos claudi sibi extrinsecos: v. g. collectio possibilium infinita est, & tamen claudat inter duos terminos, puta, inter Deum, & nihil; similiter inter lapidem, & hominem infinitæ species possibiles sunt; patet inter esse, & non esse distantia ponitur infinita, & id generis sita: quia ergo in proposito duas esse, de quibus in argumento, inter termini extrinseci, non est inconveniens inter illas infinitum claudi.

Debilior hæc solutio est precedente: primò: In corpore continuo, de quo loquimur, designatae lineaæ facientes angulum non sunt termini extrinseci, continuant enim totam extensionem corporis, in quo designantur: ergo inter terminos intrinsecos daudetur infinita extensio illius corporis, quod ipse repugnare upponit. Secundò: Dato, terminos habere tantum extrinsecos, aut non est in actu infinitum

tum, aut habet etiam intrinsecos; aut enim ex utrâque parte immediatè se habet ad illos terminos extrinsecos, aut potest ulterius, & magis accedere? Si hoc secundum dicitur, non in actu, sed in potentia infinitum est, quod nempe potest ulterius, & ulterius appropinquare: si autem dicitur primum, id, quo immediate se habet ad terminum extrinsecum, est sibi terminus intrinsecus, sicut collectio possibilium, qua parte ad non esse comparatur tamquam ad terminum sibi extrinsecum, terminum intrinsecum habet, nempe primum, & infimum perfectionis gradum, quo immediate se habet ad non esse.

Qno ad ea, quæ pro se assument, patet de facili: ad primum, eo collectio possibilium infinita est, quia in accedendo ad Deum non habet terminum, sed magis, & magis potest sine termino accedere, quare ejus infinitas in potentia est; at verò infinitum in actu non haberet ulterius, & ulterius ad terminum extrinsecum accedere, alioqui non in actu, sed in potentia infinitatem habet, sed determinatè tantum accedit, aut tantum, quare hoc est sibi terminus intrinsecus. Ad secundum neg. assumptum; inter duas enim designatas species finita distâcia est; quare finitè tantum species sunt possibiles, & ad summum indefinitæ, & nobis ignotæ.

Ad tertium, inter esse, & non esse nulla est distantia, esse enim in primo, & infinito perfectionis gradu immediatè se habet ad non esse; solum autem dicitur infinita illa distantia, quatenus virtus infinita acquiritur, ut aliquid de simplicitè, & omnino non esse transeat ad esse.

Arguit autem primò: *Causa*, quo mundus ab æterno esset, infinitæ præcessissent generationes: ergo infinita individua tunc essent inter primum à Deo creatum, & illud, quod hodie generaretur. Confirmatur primò: Generationes tunc essent infinitæ; sed inter illas daretur prima, & ultima: ergo. Prob. min. Quia à Deo non posset esse generationes: ergo prima esset, quæ esset ab individuis à Deo creatis. Secundò: In his, quæ sunt æternæ, est assignare primum: ergo in multitudine individuorum, quæ successivæ essent ab æterno, esset assignare primum. Antecedens ostendit, tūm in Decretis Dei, tūm in Divinis Personis, in quibus prima designatur, non obstante, quod sunt ab æterno: si ergo in individuis ab æterno successentibus datur primum, & ultimum, non repugnat infinitum terminis clausum saltim extrinsecis.

Resp. quod, si quid argumentū convincit, non solum extrinsecis, sed intrinsecis terminis clauditur infinita, primum enim,

& ultimum individuum intrinsecè pertinent ad illam multitudinem, quæ dicitur infinita; infinitum autem terminos habere intrinsecos manifestissima est contradictione, nempe infinitum finitum esse, sive terminativum. Argumentum itaque inferiùs exanimatur, dum queremus de æternitate mundi, interim primò dicuntur, quod si ex æternitate mundi sequitur infinitam quamlibet multitudinem sive individuum, sive generationum inter primum, & ultimum concludi, repugnat profectò mundum ab æterno fuisse. Dicitur secundò, quod id omnino non sequitur, ut enim suo loco dicemus, aliter permanentia, aliter successiva debent imaginari ab æterno esse: in permanentibus est designare primum, quod ab æterno fuisse, non autem est accipere, quando primum esse incepit: in successivis non est designare primum, sed ad quamlibet revolutionem aliæ, & aliæ præcesserent sine termino: si ergo velimus imaginare generationes ab æterno, non possimus primum accipere, nec aliquod individuum, quod creatione incepit, sed ad quamlibet generationem generatio præcessit sine termino; si autem accipiamus individuum à Deo creatum, non est accipere, quando primum creatum est, sed per infinitam durationem mansit, antequam generatio incepit, & tunc pri-

ma generatio fuit duratione determinata, & finitæ præcesserunt generationes: nunquam ergo est infinitum terminis claudere; de hoc autem latius suo loco. Per hoc patet ad formam.

215 Tertia solutio ad principalem rationem est, quam ex P. Uazquez desumit Alfonsus, quod nempe linea<sup>z</sup> angulares eo modo distant inter se infinitè, quo infinitè distant à centro; sed à centro sic distant infinitè, quod nulla est pars designabilis, quæ infinitè distet, sed quæcumque designata distat finitè, & ulterius distant alia in infinitum: ergo eodem modo distant infinitè inter se, ita nempe quod nulla est designabilis inter ipsas lineas extensio infinita, sed quæcumque designata finita est, & ulterius restat major extensio, & distantia sine termino. Hæc solutio infinitum tantum syllogometricè, & in potentia relinquit.

Contra illam arguitur: Aut in re, & exercitè extensionem habet illud corpus infinitam; aut infinitas non in illa est extensio, quæ habet physicè, & in re, sed in illa, quæ metaphysicè potest concipi, illi ulterius, & sine termino convenire? Si hoc secundum dicitur, tenet quidem solutio, sed illud infinitum non est in actu tale, sed in potentia tantum: si autem dicitur primum, implicat non habere exercitè, & in actu extensionem,

Tom. III.

quam exercitè, & in actu habet; sed ponit habere infinitam ergo habet exercitè, & in actu infinitè distantem à puncto designato, & de hac procedit argumentum.

216 Quarta solutio est, quam adducit Merin. quod nempe linea<sup>z</sup> angulares à centro ad circumferentiam possunt designari in quacumque magnitudine finita, non autem in infinita. Ratio est: Quia magnitudo infinita non habet centrum, neque figuram aliquam, alioqui finita erit, & terminata: casus ergo involvit repugnantiam, quod nempe corpus sit infinitum, & possit in ea angularis figura designari. Addit autem, argumentum instari in infinito objective existente in mente Divina, ibi enim videt Deus lineas angulares, de quibus argumentum formamus.

Sed contra: Si quæ est repugnancia, ipsius est infiniti in repositi, quod nitimur impugnare: est enim de quidditativa ratione quantitatis in re existentis, quod extensionem habeat, in qua possit concipi figura mathematica. Præterea: Licet habere totalem figuram, quæ sit terminus totius corporis, sit contra rationem infiniti, non autem habere in extensione sua punctum aliquod designabile, ex quo lineas ducat intellectus noster; at hoc secundum accipit argumentum: non ergo ponit repugnantiam in hy-

Na pothesi

pothesi, sed eo accepto, quod de necessitate in quolibet extenso ut sic, & præcisive à finito, & infinito debet accipi, repugnantiam dedit. Ad id, quod addit, neg. sappositorum; si enim tale infinitum implicat in terminis suis contradictionem, quod nemp̄ infinitum sit, & habeat esse categorematicē, & in acta ponibile in re, pater, quod in idēis nihil tale repræsentatur, ex enim sunt factibilium.

## §. II.

## Solvuntur Argumenta.

217 **A**rguit primò Nost. Argentinas: Id, cuius ratio non repugnat enti creato, potest per Dei potentiam ponи in esse; sed infinitas magnitudini non repugnat: ergo. Paret minor ex Philosopho 1. Physic. text. 15. ubi ait, quod ratio infiniti quantitati congruit. Resp. B. Doctor 3. Physic. dab. ultima, ubi ait: Ita tamen, quod finitum est in hujusmodi specie tamquam habitus, & directe, infinitum vero tamquam privatio, & per reductionem. Ad formam itaque neg. min. Ad prob. ejus dicitur uno modo, quod ratio infiniti syacategorematicē, & in potentia convenit quantitati, quatenus ea est in infinitum di-

discibilis; alio modo, quod prædicatio finiti, & infiniti est in prædicamento quantitatis; finiti quidem directe, & per modum habitus, infiniti verò indirecte, & per modum privationis, tamquam aliquid, quod quantitatē repugnat in actu convenire. Notat autem B. Doctor, quod finitum, & infinitum aut sumuntur formaliter, prout est habere, & non habere terminum, sic sunt in quarta specie qualitatis; aut sumuntur materialiter, prout est ipsa quantitas, cūthoc convenit, & sic sunt in prædicamento quantitatis.

218 Arguit secundò idem: Quidquid potuit Deus ab æternō produxisse successivè, id totum potest similē producere, quia hujusmodi simultas effectus non repugnat, neque creaturam patit extra terminos creaturæ; sed si mundus faisset ab æternō, quamvis die potuit Deus unum lapidem producere: ergo nunc potest infinitos producere similē. Paret conseq. quia nunc præcessissent infiniti dies. Ad hoc jam dictum est supra num. 214. quod si mundus ab æternō esset, non esset dare primum diem, quare repugnat quolibet unato prædicti lapidem: potuit ergo Deus lapides produxisse, ex quo est, ita tamen, quod lepis infinita dura-  
tione præcessit lapidem secundò productum, & sic omnes produci finiti essent, alicet enim pro-

deus ipsi producere se pugnat, potest enim infinitum finitum.

219 Arguitur tertio: Deus potest simul producere omnia individua, quae possunt participare naturam alicujus speciei; sed ea sunt infinita: ergo. Patecio, quia si essent finita, eis productis exhausta esset Divina potentia, quare ea limitaretur ad certum numerum individuum. Resp. primò, quod, licet Deus possit simul producere, ea non possunt simul produci, quia hoc ponere infinitum finiri. Resp. secundò, quod ea sunt infinita in potentia; quare ita quod quislibet productis, infinita restat producenda; & quia Deus potest producere, sicut ipsa possunt produci, non ita, quod omnia ponat, & productionem finiat, quia hoc modo ipsa non possunt produci, sed ita potest, quod quibuscumque positis, alia potest ponere, & ex opposito finietur potentia Dei, quia omnibus positis, non amplius posset ponere.

Resp. tertio neg. min. sive enim quidditas speciei attendatur participabilis ab individuis, sive divisione materiae, secundum quam individua multiplicantur, utramque finita est, quare tantum indefinita est multitudo individuum in qualibet specie possibili, & cui nos non possimus terminum assignare, finita tamen, & quae te ipsa terminum

habet. Ratio est: Quia multiplicantur individua in speciebus materialibus, secundum quod in alia, & alia portione materiae recipitur alia, & alia forma; tunc autem si attendatur in se participabilitas ipsius quidditatis, finita est, scilicet finita est perfectio ejus, quare terminus habet Deo notum; si autem attendatur divisibilitas materiae, non secundum mathematicam, qua videntur infinitum, sed secundum physicam, qua accipitur physica portio materiae, multiplicantur formae, & haec item finita est; neque ex hoc sequitur finiti potentiam Dei, restant enim infinita alia producibilia, & quanvis nullum esset, non ex hoc Deo deficitur potestas.

220 Arguitur quartò: Potentia in actu infinita correspondet terminus in actu infinitus; sed Deus habet potentiam ad extra productivam in actu infinitam: ergo. Prob. maj. Quia frustra est potentia, quae non est ad actum reducibilis; sed cui non responderet terminus, non est ad actum reducibilis: ergo. Confirmatur primò: Possibili postio in esse nullum sequitur inconveniens; sed possibilis est infinita divisione continua; cum ipsum sit in infinitum divisibile: ergo. Confirmatur secundò: Aliquod debet nobis manifestari infinita potentia Dei; sed nullo melius potest, quam productione ali-

cujus infiniti: ergo.

221 Resp. neg. maj. ad probat. ejus neg. conseq. terminus enim potentiae infinitae non est aliquid categorematicè infinitum, sed interminabilis productio: habet ergo in actu terminum suum potentia productiva ad extra, & hic est syncategorematica infinitas, qua ulterius, & ulterius sine termino potest producere; mittimus prouinciam, quod potencia non specificatur à termino, & eo impossibili relinquitur sibi sua quidditas, & plenum posse. Ad primam confirmationem respondeat B. Doctor citat. q. 11. de Gener. quod possibili posito in esse eo modo, quo possibile est, nullum sequitur inconveniens; tunc autem divisio continui, idem de quolibet possibili infinito, non est possibilis ponit in esse categorematicè, & tota simul, sed ita quod quibuslibet positis infinitæ restant divisiones. Ad secundam confirmationem, primò per infraictum in actu positum potius limitatio, quam infinitas potentiae productivæ ostenditur, finitur enim productio tali in re posito. Secundo, per hoc. quod quolibet producto non exhaustur potentia productivæ, sed semper, & ulterius relinquitur productiva, sufficienter ostenditur infinitas ejus, quare neg. min.

222 Arguitur quintò: Quid Deus cognoscit, potest efficere,

quia non minus infinita est potentia, quam scientia; sed cognoscit Deus actu infinitum: ergo. Prob. min. Quia Deo simul, & in actu praesentia sunt, tūm omnia possibilia, tūm futuræ cogitationes Beatorum per totam æternitatem; sed ista infinita sunt: ergo. Posset negari maj. quia per hoc, quod infinitum cognoscatur, non finitur, sed cognoscitur terminum non habere; per hoc autem, quod in re ponatur, finitur, habet enim esse acceptum, sive in re positum: licet ergo æquæ infinitæ sint Dei cognitionis & potentia, ipsi tamen infinito repugnat à Deo produci, non autem cognosci. Clarius resp. secundò disting. min. Cognoscit Deus in actu infinitum, quatenus ly in actu appellat supra cognosci, conc. min. quatenus appellat supra infinitum, neg. min. Itaque in actu cognoscit Deus, & praesens habet, quod possibilia, cogitationes Beatorum, divisiones continui, & similia infinitatem habeant non in actu, & categorematicam, sed syncategorematicam, & in potentia, quae nemp̄ finem non habent, sed ulterius, & ulterius procedunt sine termino.

223 Arguitur sextò: Si possibile est unum oppositorum, possibile est alterum, maximè in oppositis privative, tūm, quia habent fieri circa idem; tūm, quia privatio supponit habitum;

sed

sed possibile est , in modo datur de facto infinitum privativè , quia peccatum talem habet infinitatem in ratione offensæ : ergo . Resp. primò , quod nimis probat ; deducit enim , quod de facto datur infinitum . Secundò , peccatum non habet , sed censetur habere infinitatem ; quare dicitur infinitum quodammodo , & moraliter ; in præsenti autem queritur de infinito physicè , & realiter , quare illa infinitas non est ad propositum . Tertiò , major tenet de oppositis stricta contrarietate , aut de privatione , & habitu , quæ habent commune subjectum ; pater autem , quod hoc sensu nihil refert ad propositum .

224 Arguit septimò Eliseus : Ubi Deus existit , potest producere magnitudinem ; sed existit in immenso spatio : ergo potest in illo magnitudinem producere , patet autem , quod talis esset infinita . De hoc quæstione sequente agitur , ubi queritur : An , & quomodo Deus sit in spatiis imaginariis ? Interim , Deus in immenso spatio non actu , & positivè existit , tūm , quia actu nihil est tale spatiū ; tūm , quia præsentia Dei non est otiosa : deinde qua ratione repugnat magnitudo in actu infinita , eādem repugnat spatiū in actu immensum , in quo Deus aliquid causat , & hoc , quod videtur immensitatem Dei commendare , illam limitat , quia

eo dato , ultra illud non esset Deus : dicitur ergo Deus ubique esse , quia ejus infinitas non potest ad aliquid determinata imaginari ; quare quocumque imaginato spatio Deus ibi imaginatur , non autem aliquid est ipsa ubiquitas , ubi Deus possit esse concipi , & aliquid posse opera-

ri . 225 Arguit octavò Poncius Nulla est assignabilis repugnatio infiniti in actu , quæ non conveniat infinito in potentia ; sed hoc admittitur : ergo illud admitti debet . Majorem multis ostendit , sed quæ omnia eamdem vim habent , & ad hanc probacionem reduci possunt : Deum videare infinita in potentia , aut est Deum tot videre non posse , quin plura , & plura possit videre ; aut est videre infinita , non tamen ut possibilia simili existere ; sed prius aperte repugnat , quia ponit imperfectionem , & defectum in notitia Dei ; alterum contradictiones patitur , quæ adducuntur contra infinitum in actu : ergo .

226 Resp. neg. maj. Ad prob. ejus dicitur Deum cognoscere infinitum in potentia hoc esse , quod cognoscit ipsum in se ita se habere , quod non habet terminum , sed quibuscumque acceptis restant ulterius , & ulterioris in infinitum accipienda ; nullam autem refundit imperfectionem in notitia Dei , quod unumquodam

quodque cognoscat, sicut in te-  
cti, & sicut non est imperfecta  
Dei notitia per hoc, quod cog-  
noscatur, materiam de se nullam  
habere actualitatem, ita non est  
imperfecta per hoc, quod cog-  
noscatur infinitum in potentia non  
habere terminum, aut posse to-  
tum accipi.

229 Arguit nouò Alfonus:  
*De factō dantur simul existentes*  
infinitæ negationes: ergo non re-  
pugnat si multanea existentia in-  
finitorum entium. Antecedens,  
inquit, certam est, quia de facto  
datur negatio eorum omnium,  
quaꝝ, cùm possibilia sint, non  
existunt; ea autem infinita sunt.  
Mira quidem arguendi forma,  
neqꝫ enim poterit quis conci-  
pere; quothdī negationes exis-  
tant: négatio quippe est non esse;  
at existere est habere esse: quo-  
modò ergo ipsum non esse esse  
habet? Itaque neg. major; & ad  
probat. dicitur, quod ea omnia  
non esse in re, nihil est nisi actus  
intellectus, quo concipiimus non  
esse, cùm esse possint.

228. Arguit decimò Merlin.  
ex Philosopho 3. Physic. text.  
69. ubi ait: *Quantum contingit*  
*esse in potentia, tantum contingit*  
*esse in actu.* Ex quo sic: In his,  
quaꝝ in suo augmento non ha-  
bent terminum, Deus cognoscit  
infinitas partes, licet non actu  
existentes, saltim possibles exis-  
tere; sed omnis extensio, idem  
dicitur de quolibet creato, in suo

augmento non habet terminum:  
ergo in quolibet tali Deus cog-  
noscit infinitas partes possibilis  
existere, & consequenter poterit  
eas simul in actu ponere, quoties  
haec similitas ipsis non repugnet;  
patet autem, quod repugnat in  
successivis, non autem in per-  
manentibus.

Confirmatur primò: Major  
est Divina potestas, quam virtus  
infinitorum ignum, si darentur;  
at si essent infiniti ignes, possent  
simil infinitas combustiones cau-  
sare: ergo magis poterit eas cau-  
sare Deus. Secundò: Si Deus  
ageret ex necessitate natura, pro-  
duceret infinitum in actu secun-  
dum extensionem v. g. sed non  
est minoris potestatis, ex quo  
agat ex libertate: ergo patiter  
potest. Patet ināj. quia ageret ad  
ultimum potentia sua, qua infa-  
nita est; & insuper huc infinita  
virtus non impediretur ex im-  
possibilitate objecti, onnes enim  
admirant extensionem posse in  
infinitum augeri, neque ex mo-  
do, quia extensio, cū sit de  
permanentibus, potest omnes  
suas habere partes simul.

229 Resp. quod Philoso-  
phus in illo textu agit de magni-  
tudine, seu quantitate continua  
permanente, & intendit, quod  
in tali est date maximum natura-  
le, seu quantitate in ita magnam,  
qua major esse non possit natu-  
raliter, non autem in quantitate  
discreta; ad hoc probandum as-  
sumit

sumit illam propositionem, quod quantum contingit esse in potentia, tantum contingit esse in actu; & quia nulla magnitudo sensibilis est infinita, non contingit excessum esse omnis determinata magnitudinis, esset enim aliquid Cœlo maius, verba sunt ipsius textus. Patet itaque, quod non est ad propositum; procedit enim de eo, quod de facto, & connaturaliter habet quantitas, & quia nulla potest major esse Cœlo, quo omnia quanta continentur, qualibet habet terminum ascensas neque nulla potest me fine crescere, nempe naturaliter.

Ad rationem itaque, quæ inde deducitur, disting. major: Deus cognoscit infinitas partes possibles, infinitas in actu, & categoriamatice, neg. maj. infinitas in potentia, conc. maj. & tunc sequitur, quod hoc tantum modo possit in re ponere, quo

possibile videt, nempe alias, & alias sine termino, ita ut nonquam veniatur ad ultimam, quia talis nulla est. Ad primam confirmationem, si darentur infiniti ignes, daretur infinitum in actu; quare arguere, quod si darentur infiniti ignes, possent infinitas combustiones causare, idem est, quod arguere, quod si darentur infinitum in actu, posset causare infinitum in actu. Itaque major est potentia Dei qualibet imaginabili, sed nulla est imaginabilis, quæ possit infinitum in re ponere. Ad secundam, neg. maj. et si enim Deus ageret ex necessitate naturæ, non ageret, aut posset id, quod in terminis suis involvit contradictionem; infinitum autem habere esse productum tale est, nempe est habere esse finitum, & acceptum.

Per hoc poterit ad alia patere, si quæ sint.



# QUÆSTIO QVARTA DE LOCO, ET VACUO.

ARTICVLVS I.

*Quid sit Locus?*

230 Postquam de his ac-  
tum est, quæ sunt  
intrinseca motui, ut de conti-  
nuo, & infinito, sequitur de illis  
determinare, quæ sunt extrinse-  
ca, ut de loco, & tempore, nem-  
pe de loco ratione spatii, in quo  
motus exercetur, & de tempore  
tamquam de mensura extrinseca  
motus; de hoc quidem quæstione  
sequente, nunc autem de loco  
quærimus, & quia vacuum se ha-  
bet ut quædam loci privatio,  
agemus consequenter de vacuo.  
De loco determinat Philosophus  
in 4. Physic. per quinque cap.  
& postquam alias rejicit Anti-  
quorum opiniones, quia locus  
est, in quo est locatum, ut pro-  
priam proponat, expendit, quot  
modis aliquid dicitur in altero  
esse: primo, ut digitus in manu,  
& omnia pars in toto; secundò,

tertio, ut  
species in genere; quartò, ut ge-  
nus in specie; quintò, ut forma  
in materia; sextò, ut materia in  
composito; septimò, ut factibile  
in agente; octavò, sicut causa-  
tum in fine, & ista impropriè in  
alio esse dici ait.

231 Propriè in alio esse ait,  
quod est sicut contentum in con-  
tinente; & hoc duobus modis  
aut sicut in vase, aut sicut in lo-  
co: ut ergo pateat, quid est lo-  
cus, explicat, qualiter ab omni-  
bus ipsis differt; quare non bene  
aliqui locum explicant per con-  
tinentiam vasis, potissimum enim  
ab isto intendit Philosophus dis-  
tinguere continentiam loci. De-  
inde ea supponenda dicit, quæ  
secundum omnes indubitate sunt  
loco convenire, ut ex his propria  
ejus ratio habeatur: ait itaque,  
quod primò convenit loco con-  
tinere locatum, & non esse ali-  
quid ejus; locus enim terminus  
est, qui motu locali derelinqui-  
tur, & acquiritur; quod autem est  
aliquid

aliquid locati, non derelinqui-  
tur, aut acquiritur; quare partes  
continui, ait, ante divisionem  
non sunt in loco, sed in toto, di-  
visione autem sunt in loco.

Secundò, loco convenit  
rèqualem esse locato: hoc non  
nulli non de æqualitate commen-  
surationis, sed continètia intelli-  
gendum dicunt, sensus autē pate-  
bit inferiùs. Tertiò, convenit lo-  
co, quod separatur à locato; patet  
enim, quòd motu locali derelin-  
quitur unus locus, & alter ac-  
quiritur: hinc differentia habetur  
loci à vase, quod enim in alio,  
in vase continetur, move-  
at motu ejus, ut cum vase mo-  
vetur aqua. Quartò, loco conveni-  
unt differentia positionis, sur-  
sum, deorsum, sinistrorum, dext-  
orum, ante, & retro. Tan-  
tem, quod est id, ad quod cor-  
ora tendant naturaliter, & in  
quo quiescent, unumquodque  
secundum naturam suam, ut gra-  
ve deorsum, leve sursum; non  
autem hoc sic accipiendum est,  
quòd id tantum locus sit, in quo  
corpus naturaliter quiescit, sed  
id est locus connaturalis, conti-  
nit autem in alio esse violenter,  
ut lapis sursum.

232 His præmissis, locum  
ita definit Philosophus: Ter-  
minus continentis corporis immobilis  
primo, seu ut communiter ponit-  
tur: Ultima superficies corporis  
continentis immobilis. Dicitur  
primo terminus, sive superficies

ultima, quo intelligatur, locum  
non esse corpus continens, sed  
extremitas ejus, sive superficies;  
quo ipse evacuat argumentum  
Zenonis, quòd nempe locus erit  
in loco, & erit processus in infi-  
nitum: ad hoc ait, quòd locus  
non est in loco per se, quia enim  
extremitas est continentis, in ipso  
est corpore continente tamquam  
pars in suo toto; quare non per  
se, sed ratione corporis ipsius  
contingit in loco esse; & hoc sen-  
sa contingit, quòd loci sit locus;  
vt terra in aqua est, & aëre, qui-  
bus continetur, hæc in igne, ig-  
nis in Cœlo, quod non ab alio  
continetur.

Dicitur deinde continentis  
corporis. Quo circa nonnulli du-  
bitant, cur potius dicitur corpus  
continere locatum, quám super-  
ficiem, cùm locus dicatur ipsa  
superficies continentis, deberet  
enim dici, quòd ipsa superficies  
continet. Pererius ex Scoto res-  
pondet, quòd continens debeat  
esse extra contentum; superficies  
autem, eo quòd est indivisibilis,  
coincidit, & simūl est cum super-  
ficie contenti. Displacet hæc ra-  
tio: Etsi enim mathematica su-  
perficies, eo quòd simpliciter in-  
divisibilis, non sit extra, at nec  
hæc coincidit, sive simūl est eā-  
dem ratione, neque locus est su-  
perficies mathematica, sed phy-  
sica, quæ physice continet. Dicitur  
itaque, non quodd superficies  
continet, sed quòd est aliquid

Oo contis

continentis, quia quoties unita accipitur corpori, cujas est superficies, aliquid ejus est; quare denominatio continentis totius est corporis, cujas pars est ipsa superficies; sicut autem dicitur, quod locus continet locatum, ita posset dici, quod superficies continet, & Philosophus text. 30. ait: *Censemus, locum esse pri-  
mū, quod continet.* Notandum autem, quod, quanvis dicitur, locum esse extremitatem in singulari, poterit contingere, quod continentia sunt multa, ut si virga in medio flavi terræ insigatur, pars ejus superficie terræ, pars superficie aquæ, pars autem superficie æris continetur; tunc autem continentia sunt multa materialiter in ratione superficie, unum vero formaliter in ratione loci.

Vterius dicitur *continentis primò*. Pro cujas intelligentia notandum, quod Philosophus ipse locum dividit in communem, & proprium: communis est, qui remotè, & mediatè continet; proprius vero, qui immediatè, ut quia omnia sublunaria Cœlo continentur, Cœlum est locus omnium communis; proprius vero est illa superficies, qua immediatè unumquodque continetur: ut ergo definatio accipiatur de loco proprio, dicitur, quod est superficies continentis primò, hoc est, immediatae. Tandem dicitur *immobilis*,

quo quidditas loci determinatur, & in quo tota difficultas est in accipiendo definitionem Philosophi; quare ait Hurtado, definitionem illam sola autoritate teneri, neque posse congruè explicari, quomodo locus sit immobilis. Sed certè loco convenire immobilitatem, per se notum est ex motu locali, derelinquit enim mobile terminum à quo, nempe locum, quem habebat; quare is manet immotus, quando movetur locatum, & per hoc differt continere per modum loci, & per modum vasis.

Missis itaque variis explicandi modis, pro intelligentia notandum ex B. Doctore, quod superficies continens poterit tripliciter accipi; aut in eo quod superficies, aut in eo quod continens, aut in eo quod est mobilis, hoc est, eamdem servat distantiam ad punctum aliquod fixum, puta, ad polos mundi: priori modo consideratur secundam se, ut est extremitas corporis: secundo modo consideratur ut continens, & ambiens aliud; etiam immediatè, sed non proinde ut locus ejus, quia poterit cum eo, quod continet, moveri, ut movetur vas cum aqua, quam continet, & tunc aqua mutat locum, non tamen superficiem continentis; poterit item mutari superficies continens, quin contentum mutet locum, ut turris immota manet in eodem loco, mutat

mutatur tamē superficies aëris ambientis.

Dicere ergo , quod locus est superficies continentis immobilis , non est , ut aliqui male imaginantur , quod superficie , quæ est locus , debet convenire immobilitas tamquam propria passio , sed quod illa superficies non in eo , quod præcisè continet , sed in eo , quod ita continet , quod immobilitatem habeat , seu eamdem distantiam conservet ad punctum fixum , habet rationem loci ; quo patet quidditas loci , & qualiter ab his differt , præsertim ab eo , quod continet per modum vasis , hoc enim non habet hoc sensu immobilitatem , imò , ut jam patuit , cum eo , quod continet , movetur.

233 Ex hoc autem , quæ contra definitionem loci communiquer obiciuntur , non est difficile solvere : opponunt primò , quod si Deus immoto corpore mutaret polos mundi , corpus illud mutasset distantiam ad polos ; sed non mutaret locum : ergo ut de ratione loci non est immobilitas , aut ea non bene explicatur per distantiam ad polos . Secundò : Turris immota , idem de virga in fluvio fixa , mutat superficiem ambientem ; sed non locum : ergo idem . Id generis alia opponuntur , ad quæ ex hoc solutione patebit .

Ad primum dicitur , quod

immobilitas sumitur ex distantia ad polos mundi exempli gratia , eo quod de facto fixi imaginantur , & immoti ; casu autem , quod mutantur , non jam ad polos , sed ad locum , ubi prius erant , imaginatione acceptum deberet sumi respectus distantia , ex quo sumeretur immobilitas . Ad secundum respondent communiter Scotistæ , quod mutatur superficies materialiter , manet vero formaliter , quatenus superficies , quæ succedit , præcedenti æquivalet omnino quantum ad motum , aut quietem corporis contenti , & hoc sensu eadem manere dicitur . Displacet hæc solutio : eodem enim modo ambulans mutat superficiem aëris ambientis , & pariter posset dici , quod ea manet in suo æquivalenti , & sic ambulans non mutaret locum . Nobis ergo dicendum , quod tunc inadæquate , & ex parte mutatur superficies materialiter in ratione continentis , non vero formaliter in ratione continentis immobiliter ex eodem respectu distantia ad punctum fixum : in talibus ergo superficies multiplex est materialiter , nempe terræ , aquæ , & aëris , una autem formaliter in ratione continentis , quia una est continentia ; quare in illis aliquid accipitur immotum , & in eadem distantia ad punctum fixum , nempe terra , & aliæ partiales superficies non absolute accipiuntur ,

ut habéant rationem loci, sed ex habitudine contiguitatis ad hoc immotum, quo unam faciunt continentiam; & quia secundum hanc habitudinem non mutatur distantia, quatenus illud aliquid est immotum, locus non mutatur.

234. Habito, qualiter intelligitur definitio motū, dubitatur, quid ex his, quæ in ea importantur, est de formalī, seu magis per se ad rationem loci? Prima sententia affirmat, locum importare pro formalī, quod sit superficies, continentiam verò, & immobilitatem esse connotata intrinseca. Ita Conimbricenses 4. Physic. cap. 5. q. 1. art. 2. & alii. Motivum est: primò, quia hoc ponitur in recto in definitione. Secundò, quia ea, quæ loco dicuntur convenire, ratione superficiei convenient, ut continere locatum, esse illi æqualem, per motum acquiri, & similia. Secunda sententia ponit, locum pro formalī, & per se significato importare continentiam, immobilitatem verò esse passionem propriam, & superficiem importari de materiali. Hanc tenent communiter Scotistæ, probat autem Merlin. q. 1. num. 30. quia locus dicit pro formalī id, cui tamen quam propria passio convenit immobilitas; sed hæc non superficiei, sed relationi continentiaz convenient, quia superficies mouetur moto corpore, cujus est

superficies: ergo. Secundò: Id est de formalī in loco, quod per differentias loci contrahitur, nempe sursum, deorsum, & alias; sed per tales non superficies, sed continentia contrahitur: ergo.

Hæc quidem rejicere non esset difficile; multa enim contra utrumque modum occurserunt, quæ cuique possunt obvia esse; nolumus autem in re parvè ponderis tempus terere: difficultas itaque, imò magis confusio oritur, ex quo immobilitas accipitur ut passio secuta ad quiditatē loci; quare ratio formalis ejus queritur pro priori ad immobilitatem; male autem, quia seclusa per intellectum immobilitate, non relinquitur ratio loci, sed continentia communis loco, & vasis, neque tunc locus à vase poterit distingui; quod autem distingui debet, patet in textu Philosophi, imò ex hoc potissimum quidditatem loci venatur, quo distinguitur continentia loci à continentia vasis.

235. Nobis ergo dicendum, quod locus importat pro materiali, quod sit superficies continentis, pro formalī verò immobilitatem. Ita habet B. D. in 4. Physic. lect. 7. ubi ita incipit: In hac autem definitione est aliquid materiale, aliquid formale; nam totum hoc, videlicet, terminus continentis primum, est ibi materiale; quod verò additur, immobilis, est quid formale. Probatur;

quia

quia id, quod in loco est veluti genus, quo cum aliis convenit, est quid materiale; quod vero est differentia, qua ab omni alio differt, est formale; sed quod sit superficies ultima continentis, habet locus commune cum eo, quod continet per modum vasis, per immobilitatem vero differt, & ultimo determinatur ratio loci: ergo. Min. ex iam dictis patet. Confirmatur: Quia Physicus agit de loco propter motum localem, ut ipse ait Philosophus scilicet; sed superficies continentis celusa immobilitate nullum habet respectum ad motum locum: ergo.

An autem requiratur actus continentia ad rationem loci, et sufficiat aptitudinalis, de quo nonnulli dubitant. Dicimus, quod sufficit aptitudinalis, nemus superficies immobilis nata continentere est locus potens locum, actu autem locat per hoc, quod actu continet. Quod prius patet, quia verba in definitione non dicunt actum, sed apuditudinem. Deinde: Quia motus localis est ad locum, quare locus est terminus ad quem illius motus; continent autem actu, & exercit est mutatum esse, & post initium motum. Deinde: Non dem est locus, & ubi; nam locus est superficies continentis immobiliter; ubi autem est habitudo, seu determinatio contenti, qua ex ea continentia, & adjacencia

ad locum resultat, & quia ex eo, quod loco continetur, resultat illa habitudo, motus localis esse dicitur aut ad locum, qui acquiritur; aut ad ubi, quod ex hoc resultat; quare autem ad relationem non est motus, eo quod ipsa resultat, est autem ad ubi; ratio est, quia ubi non est relatio resultans, sed modus quidam se habendi, & tantum relatio secundum dicitur.

236 Motiva autem utriusque sententiae non est difficile solvere. Ad primum pro prima sententia dicitur, quod accidens uno modo definitur per subjectum suum in recto importatum, ut simum est nasus habens curvitudinem, alio modo ponit subjectum in obliquo, ut simitas est curvitas nasi; quare ex eo, quod in definitione importatur in recto, non bene arguitur, quod sit de formalis, & per se primò importatum: in loco ergo superficies continentis se habet ut subjectum, determinatur autem per immobilitatem. Ad secundum, superficiei convenientia ea, quae loci sunt propria, non autem per se in eo, quod est superficies; quare sequitur quidem, quod sit rectum, & realitas loci, ratio vero formalis est immobilitas, qua determinatur.

Ad primum pro altera sententia fallum est, quod immobilitas sit passio secuta ad quidditatem loci, alioqui seclusa pec-

intellectum immobilitate, relinqueretur talis quidditas, scut seclusa qualibet passione relinquitur natura, cuius est passio. Præterea: Si ad continentiam sequitur tamquam passio immobilitas, vas habebit immobilitatem, & non erit distinguere contineri per modum vas, & per modum loci; patet enim, quod vas vere continet aquam. Movetur utique superficies cum eo, cuius est superficies, sed hac ratione non est locus; quare dictum est, quod non qualibet superficies continentis est locus, sed illius, quod ita continet, quod sit immobile. Ad secundum dicitur, quod ea non sunt differentiaz formales loci, sive in eo, quod talis est, sed ipsius substracti; quare neque continentiaz convenient, sed corpori continent; patet enim, quod sine ulla continentia, & ex sola positione partium in toto accipitur sursum, & deorsum, dextrum, & sinistrum.

## ARTICVLVS II.

Quibus, & quomodo conveniat esse in loco?

I. I.

Quædam præmittuntur.

237 **L** Atius patet alicubi esse, quam esse in loco: esse alicubi tantum dicit determinationem, seu habitudinem præsentiaz, qua non petit de necessitate fundari in quantitate secundum extensionem localem; esse autem in loco dicit commensurationem alteri ut continent immobiliter; hoc enim locus est, & ista commensuratio dicitur præsentia circumscriptiva; & quia hæc tantum convenient corporibus, quippe in quantitate fundatur; esse in loco, propriæ loquendo, solis corporibus competit; & esse alicubi, ut spectat ad Physicum, tantum est esse in loco: nihilominus latè accipiendo esse in loco, etiam spiritualiz dicimus in loco esse, quia de illis ad modum corporalium, & per speciem, quam de corporalibus habemus, discurremus; quare de esse in loco ut sic, & ut idem est, ac esse alicubi, seu præsentia, & determinatio, distinguamus, oportet.

238 Primò itaque Deus non

est

est in loco: quia in loco esse, etiam in hac lata acceptione, dicit esse alicubi, seu determinationem præsentia; Deus autem non determinatur ad aliquam præsentiam, quare non alicubi per determinationem, sed ubique est per immensitatem. Dicitur autem, ubique esse per essentiam, præsentiam, & potentiam; per potentiam quidem, quatenus omnibus dat esse, & conservat, ut enim ait Apostolus: *In ipso vivimus, movemur, & sumus;* ut essentiam, quatenus, quidam esse habet, quædam est participatione Divinae perfectionis; et præsentiam, quatenus, eodem Deum concipimus immensum, ubicumque aliquid concimus, ibi cogimur Dei præsentiam concipere; non autem hæc præsentia relationem in Deo significat, sed in creaturis, quam via Deus terminat, dicitur præns.

Cum hoc stat, quod Deus aliquo speciali modo dicitur esse alicubi, ut in Humanitate Christi Domini per unionem personalem, & in Justis per inhabitationem gratiæ; hoc autem esse alicubi tantum secundum quid, quodammodo est esse alicubi, propriè enim alicubi esse significat, ita hic, quod non alibi; & Deus autem non potest absolute dici ita hic, quod non alibi, sed tantum hoc speciali modo; & autem præsentia quocumque

modo non est rebus tamquam loco, sed magis tamquam agentis materiæ sua, non enim otiosa est præsentia Dei, & quæ sit prære, & tantum præsentia.

239 Res creatæ de necessitate sunt alicubi, quia ex limitatione sua sic se habent esse hic, quod non alibi; aliter tamen corporalia, & spiritualia: duplex ergo est præsentia; altera circumscriptiva, qua res sic est loco præsens, quod ei commensuratur, sive tota toti, & pars parti responderet; & quia sic circumscriptitur a superficie loci, dicitur circumscriptiva, & hæc propria est corporalium; alia præsentia est definitiva, qua nempe res determinatur, ut hic, & non alibi sit; & hæc, quia non haber speiale nomen, retinuit sibi nomen commune; definire enim, seu determinare rem, ut hic, & non alibi sit, etiam habet præsentia circumscriptiva, sed hæc altera tantum, & præcissè habet determinare, non autem commensurare; quare hoc sensu dicitur definitiva, hæc est propria spiritualium.

240 Additur specialis alter modus præsentia Sacramentalis, quam nempe habet Christus Dominus in Eucharistia; hæc enim neque est circumscriptiva, non enim commensuratur Corpus Christi Domini aut ad species, aut ad locum, quem istæ occupant, neque est definitiva, cum

non ita hic sit, quod non alibi, sed ubique species consecratae sunt in toto mundo, ibi sit Christus Dominus. Pro hujus intelligentia notandum, quod substantia Christi Domini sub accidentibus panis v. g. ponitur loco substantiae panis, & est ibi, sicut prius erat substantia panis, nempe in tona Hostia una est substantia panis, quae tamen in qualibet Hostie parte tona est, quia ibi vere est substantia panis, & ea divisa, esset qualibet pars veri panis: ita Christus Dominus post consecrationem est ibi totus in tona Hostia, ita tamen, quod facta divisione, sicut ante consecrationem qualibet pars divisionis totam quidditatem, & rationem substantiae panis haberet, ita post consecrationem qualibet pars divisionis totum habet Corpus Christi Domini.

Notandum deinde, quod esse in loco substantiae convenit duobus modis: altero per se, non quod substantia de se competit in loco esse, sed quod per se esse dicitur, secundum quod per accidentia sibi propria ad locum determinatur; alio modo dicitur esse in loco per accidentem, sive per aliud, ut substantia aquae per se quidem, & per propria accidentia est in vase, per accidentem veri, & per accidentia ipsius vas est in loco ejus. Tunc itaque, aut comparabimus substantiam Christi

Domini ad species ipsas, aut ad locum, quem iste occupant; priori modo non est ibi sicut in loco, neque ea est praesentia; succedit enim loco substantia panis, & haec non ibi erat per praesentiam, & tamquam in loco, sed tamquam subiectum sub forma.

Si autem posteriori modo comparetur ad locum specierum, sic est in loco, non tamen per se, sed per accidentem, & per aliud: non enim illa accidentia propria sunt substantia Christi Domini, sed substantia panis; quare nec per illa redditur sensibilis, nec motum habet per se, sed per accidentem motu ventionis movetur cum speciebus: sicut ergo motu specierum moveretur per se substantia panis, si ibi esset; quia ea sunt propria panis accidentia, moveretur autem, & sentitur per accidentem, & per alterum substantiam Christi Domini, quando ibi est; ita substantia panis per se esset in loco specierum, substantia autem Christi Domini non nisi per accidentem. Haec juvat notare pro dicendis art. 4. arguitur enim ex multiplici praesentia Sacramentali pro multiplici circumscriptiva.

Ad propositum itaque difficultas, de qua queritur in articulo, duplex esse potest; altera: An omni corpori de facto existenti conveiat esse in loco? De hoc queritur propter ultimam sphragem, scilicet Caelam Empyreum,

quod

quod nullo alio corpore continetur, quare non videtur esse in loco; altera difficultas est: An esse in loco de necessitate conveniat rei creatae, seu, an sit possibilis creatura nullibi existens? De utrāque breviter dicemus; non enim est specialis controversia; quia tamen ad hoc, & reliqua, de quibus in hac quæstione agendum restat, multum confert determinare, quanam est ratio formalis essendi in loco, de hoc prius agemus.

## §. II.

*Quanam sit ratio formalis essendi  
in loco?*

241 **D**E loco Angelorum, & ratione, per quam ad locum determinantur, agunt Theologi in materia de Angelis; quare de hoc agere nostrum non est, nihilominus quid nobis tendum est, breviter dicemus. Duplex itaque de hoc est sententia: altera ponit, Angelos esse in loco per suam substantiam. Hanc tenent Scotisti. Altera docet, in loco esse per operationem. Hanc tenent Thomistæ. N. B. Doctor in hanc secundam videtur inclinare, siquidem s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>e assertit, Angelos esse hic, aut ibi, quatenus per voluntatem suam determinantur ad operandum hic, aut

Tom. III.

ibi; non tamen de mente ejus certò constat; docet quippe sepiissimè etiam, quod sicut corporalia sunt in loco per quantitatem molis, ita spiritualia per quantitatem virtutis; est autem quantitas virtutis ipsa substancialis perfectio, secundum quod in ea accipitur tantum, & tantum.

Quia itaque de hoc ex instituto in Theologia, ad præsens dicemus, quod Angelum esse hic, aut ibi, duobus modis possumus accipere; aut secundum quod sunt in Cœlo, aut secundum quod hic inferiùs aliquando esse intelliguntur; & quidem, cùm sedes propria, & locus ipsis à Deo deputatus sit Cœlum, hic esse tantum intelliguntur, quatenus aliquid operantur; & hoc sensu operatio est ratio, quare hic, aut ibi sunt; in proprio autem loco, nempe in Cœlo ratio formalis, qua ad locum determinantur, est propria eorum substantia, ita tamen quod per intentionem voluntatis ea determinatur hic, aut ibi; neque enim, aut fixa deberet imaginari illa substantia in aliqua parte Cœli, qua à Deo posita sit, quin possit inde moveri, neque aliud haberet, quo moveri intelligatur, aut determinari, quam per voluntatem. De hoc autem ad præsens fatis.

242 **D**e corporalibus prima sententia docet, quod ratio formalis essendi in loco est ubi, quod

in relatione consistit extrinsecus adveniente. Hanc tenet Scotista. Secunda assertit, talem rationem esse quantitatem per ejus effectum secundarium, qui dicitur localis extensio. Hanc tenet Thomista, & ceteri communiter. Nobis dicendum, rationem formalem, qua corpus in loco est, esse quantitatem, non autem ubi. Prob. primò: Quia corpus esse in loco est a superficie continetis ambiti; sed ratio formalis, qua sic ambitur, & continetur, est extensio: ergo. Major patet; non enim aliam habet corpus presentiam, & determinationem ad locum, quam commensurationis. Patet item min. quia ratio formalis, qua commensuratur, seu commensurative continetur, extensio est. Confirmatur: Sicut in loco se habet locare, ita locari in locato; sed in loco ratio formalis locandi, seu localiter continendi est quantitas, nempe superficies: ergo.

243 Prob. secundo: Relatio, in qua ponitur consistere ubi, est corporis locati ad hunc locum, in quo est; sed ea nequit esse ratio formalis essendi hic: ergo. Prob. min. Eo corpus est hic, quia habet rationem formalem essendi hic; sed non eo hic est, quia habet relationem ad hunc locum; imò è contra, eo relationem ad hunc locum intelligitur habere, quia in eo ponitur; non ergo illa relatio est ga-

tio formalis, quare est in loco, sed commensuratio extensionis suæ, quæ habet modum relativi, seu relationem secundum dici. Confirmatur: Vbi, juxta definitionem Gilberti, quam omnes admittunt, est circumscriptio passiva à circumscriptione loci proveniens; sed circumscriptio passiva non significat relationem extrinsecus advenientem, sed commensurationem extensionis ad extensionem: ergo.

Præterea: Relatio extrinsecus adveniens non resultat, sed aliqua actione causatur; sed ubi seu id, quo formaliter corpus est in loco, nulla actione potest intelligi causari: ergo. Prob. min. primò, quia ipsa actio relatio est per ipsos, quare relatio relationem causaret. Secundò, quia in motu locali nulla influentia intelligitur causativa alicujus. Tertiò, quia talis motus non causat id, quo corpus est in loco, sed corpus in loco ponit, debet autem in ipso supponere rationem formalem, qua natum sit ita in loco esse. Quartò, quia si talis motus habet terminum in mobili causatum, non differt a motu ad formam; sed Philosophus loci mutationem accipit contra motum ad formam: ergo. Paret maj. quia tunc motus localis habet pro termino illam relationem talii motu inductam & quæ, ac alteratio habet pro termino qualitatem. Patet item mi-

hor, quia de mobili ad locum agit in speciali parte, nempe in lib. de Cœlo; de mobili ad formam in alia, nempe in lib. de Generat.

Neque refert dicere, quod motus ad locum differt a motu ad formam, quia iste ponit formam absolutam, qua proprie conformata est; motus vero ad locum solum, ponit relationem. Non, inquam, hoc refert, quia motus ad formam in hoc ab omni alio diversificatur, quod mobile diversificat, & facit sive aliud, sive alterum, eo quod perfectionem dicit, nempe formam substantalem, aut accidentalem; sed intentio Scotica eque diversificatur mobile, & alterum constituitur, sive relationem, sive formam absolutam habeat, cum propter modo habeat reale accidentis, quod non habebat prius: sit ergo proprie motus ad formam, & vera alteratio ipse motus localis, si eo causatur illa relatio.

244 In contrarium autem hoc unum habet Merlin. Quod mihi nequit esse quid absolutum, ex terminis enim importat ad alterum esse, nempe ad locum; sed aliunde impossibile est ex absolu<sup>t</sup>o, & relativu<sup>m</sup> unam quidditatem conflari: ergo relationem significat, non intrinsecus advenientem, alioqui esset in prædicamento relationis: ergo extrinsecus advenientem. Ad hoc fa-

cillime dicitur, quod ubi non significat absolutum ut tale, sed absolutum habens modum relativi, seu relationem secundum dici; ex ipsa autem patet definitio, quod non pura est relatio, nam circumscriptio passiva aliquid in se est: præterea, ubi non est ratio, qua corpus in loco constituitur, de quo queritur, sed ex adjacentia, & determinacione corporis ad locum intelligitur consequi; quare rationem tamen ponit, qua corpus ad locum determinatum, & haec est sua extensio, qua natum est contineri, seu, quod idem est, locari.

## §.

## III.

*An, & quomodo sit in loco ultima sphera?*

245 **R**atio dubitandi est: Quia in loco esse debet, quod localiter movetur; est enim motus localis inter duo loca, alterum, qui derelinquit, & altetum, qui acquirit; quare locum habet, quem derelinquit, quod movetur localiter: si ergo ultima sphera movetur localiter, nempe est primum mobile, debet in aliquo loco esse. At vero ex alia parte, quod in loco est, superficie continetur alicujus corporis, cum locus sit ultima superficies corporis con-

tinentis; at ultima sphaera non habet supra se corpus aliud, à quo continetur; non ergo est in loco. Hinc pater totam difficultatem esse in sententia Philosophi, & ex suppositione, quod nullum sit Cælum supra primum mobile, nos autem supra primum mobile ponimus Cælum Empyreum, quod est sedes Beatorum, & tunc nulla relinquitur difficultas; tale enim immobile est, quare nulla est necessitas assignandi illi locum, & primum mobile superficie continetur Cæli Empyrei.

i. 246 Quaodoquidem itaque tota difficultas ex hypothesi procedit, quæ à nemine jam tenetur, non est, cur in ea expendenda multum immoremur; prima sententia ponit, locum Cæli esse ultimam ejus superficiem. Hanc suppresso nomine Authoris, refert B. Doctor lect. 10. pro ea citat Aversa Gilbertum. Secunda sententia vult, locum Cæli esse Cælum sibi inferius. Pro hac citat Thomistas. Tertia docet, Cælum esse in loco ratione partium. Pro hac adducit D. Thomam, & Thomistas, & hanc tenet N. Villanova. Quarta docet, Cælum omnino non esse in loco. Hoc est communior, tenet ipse Aversa, Merlin, & multi alii.

i. 247 Sed secundum mentem Philosophi nulla ex his tenet: prima quidem, quia de ratione loci est, quod non sit aliquid lo-

cati, si enim sit locum movere corporis, derelinquit locum, quem habebat, & acquisit, quem non habebat; non ergo locus est superficies ipsius locati. Non item secunda, quia Cælum inferius, præterquamquod non continet, sed contineatur, nos habet immobilitatem respectu Cælibus prioris; at de ratione loci estimus mobilitas: ergo. Tertiam item rejicit B. Doctor lect. 8. quia totum nihil est præter partes suas; si ergo toti non conveniet in loco esse, neque partes. Docet utique Philosophus, Cælum in loco esse secundum partes, text. 45. sed verba ejus hæc sunt. Partes enim in loco quodammodo omnes sunt, continet enim in circulum alia aliam; intendit autem, ut exponit B. Doctor, partes Cæli ipsas esse spheras inferiores, quæ omnes in loco sunt, & una aliam continet, sed non de his, sed de supremo procedit difficultas.

Quarta sententia aut loquitur de Cælo, quod re vera, & secundum Catholicam sententiam est supremum, & de hoc vera est, sed non de hoc procedit difficultas, quia hoc omnino non est mobile, quare non est in aliquo loco, sed est locus omnium; aut loquitur secundum sententiam Philosophi, qua supernum Cælum est primum mobile, & sic primam habet contraria rationem dubitandi, quod nempe

tempore localiter moverat, de necessitate est in loco. Deinde taxit Philosophi, nati huc text. 45. post quia ait, quod alia sunt in loco per se, subiungit. *Alio verò secundum accidentem, ut anima, Cœlum;* quare quod sāpe ibi ait, Cœlum non esse in loco, intendit, non esse per se; si autem aliquomodo movetur localiter, aliquomodo debet in loco esse, & sic ipse ait, quod est per accidentem.

248 Itaque B. Doctor in 4. Physici lect. 8. ad 2. dubit. ita responderet: *Dicendum, quid Cœlum duplicitè potest sumi, vel pro tota regione cœlesti, vel pro ultimo mobili.* Si dicatur Cœlum tota regio cœlestis, sive tota regio inalterabilis, cuius est regio a globo Lunari, sic Cœlum est in loco per partes, quia sic acceptū cœlum nominat multas spheras, quarum una continet, & circumdat aliam.

Sed si accipiatur Cœlum pro ultimo mobili, sic secundum opinionem Philosophorum non est in loco per se, quia non habet aliud corpus continens ipsum, sed est in loco per accidentem, ut per centrum, ut in disputationibus patebit: utrum autem sit dñe aliquod corpus extra ultimum mobile, non est presentis speculationis, sufficit autem ad presens scire, Philosophos non posuisse Cœlum Empyreum, minique in multis numeris in his verbis B. Doctoris habemus prius, quod ista diffi-

cultas secundum veritatem, qua ponitur Cœlum Empyreum supra primum mobile, non habet locum, sed tantum secundum opinionem Philosophi, qua nullum ponatur Cœlum supra primum mobile. Deinde habemus, quo sensu verum est, Cœlum esse in loco per partes suas, nempe non accipiendo Cœlum pro ultima sphera, sed pro tota regione inalterabili, sic quatenus sphera continet spharam, tota regio secundum partes suas dicitur in loco esse: tandem habemus, qualiter ultima sphera secundum opinionem Philosophi dicenda esset in loco esse, nempe non per se, quia non habet corpus, quo continetur, sed per accidentis ratione centri.

Quid autem sit in loco esse ratione centri, latè explicat B. Doctor in dubitationibus ad illam lect. ipsum vide, si placet: quandoquidem enim in nostra, & communī sententia dubitatio nulla relinquitur, inutile est in hoc tempus insumere: itaque in corpore mobili secundum locum accipitur alicubi esse, secundum quod accipitor determinata distractio ad aliquod fixum, & immobile, & secundum quod hanc distantiam mutat, accipitur motor, ideo immobilitas est de ratione loci: quare ergo accipitur centrum Cœli, non quidem mathematicum, sed physicum, nempe globus terra alicubi esse, accipie-

accipitur in revolutione Cœli partes ejus aliter se habere ad partes terræ; & quia ex hoc accipiatur mutari distantiam, ex quo centrum est in loco, Cœlum in loco esse dicitur per accidens ratione centri. De hoc autem satis, quæ enim in contrarium opponuntur, nihil refert, an sic, vel sic solvantur, cum non dicamus ita esse, sed ita ponere Philosophum.

## ARTICVLVS III.

*An sit possibilis creatura nullib[us] existens?*

249 **A**ffirmativam partem tenet P. Vazquez, sequuntur Valent. Monzeus, Merat. Oviedo, Quiros, Echaz, Alfonz. ex Scotistis Poncius, Llamaz. & ex Nostris Villanova. Partem negativam tenet P. Suarez lib. 4. de Angel. cap. 3. sequuntur Molin. Complut. Arriaga, Arrub. ex aliis Spin. Elizens & ex Nostris Manso. Nobis distinguendum est; nam quantum ad ubi intrinsecum, quod nullibi est, omnino non est, & hoc sensu ait Philosophus in principio 4. quod omnes censem, quidquid est, alicubi esse; cum hoc tamen quantum ad ubi Extrinsecum, sicut nulla est necessitas metaphysica, ut aliud

existat, quod sit locus hujus, ita omnino non repugnat nullibi existere, seu nullum habere locum extrinsecum.

250 Dicendum ergo primò: Sive non existente alio, quod sit locus, sive etiam loco existente, potest de posse absoluto corpus existere sine omni præsentia circumscriptiva, sive ubi extrinseco, & hoc sensu nullibi. Hac probatur de facili, quantum ad primum quidem: Quia de facto ita est Cœlum Empyreum, quod nempe nullum habet corpus, cuius superficie contineatur, & quod sit locus ejus: quia ergo nulla est necessaria connexio corporis ad quodvis aliud, ita potuit solus creari homo, vel lapis, quod nullum haberet locum, & quantum ad ubi extrinsecum esset nullibi. Quantum ad secundum item: Quia ubi extrinsecum est extensio ipsa localis corporis, secundum quod ex passiva circumscriptione à loco habet modum relativi, seu relationem secundum dici ad ipsum locum; sed manentibus ceteris, potest Deus corpus conservare sine locali extensione, sicut illam non habet Corpus Christi Domini in Eucharistia: ergo erit tunc sine ubi extrinseco, & nullibi quantum ad præsentiam circumscriptivam.

251 Dicendum secundò: Implicat, creaturam conservari absolute, & omnino nullibi. Hac

pro,

ira pugnabat est sententia P. Au-  
bi gutini, nam Epist. 57. ad Dard.  
o. r. paulo ante finem ita habet:  
Nam spatio locorum tolle à cor-  
poribus, nusquam erunt. Et quia  
nusquam erunt, neque erunt.  
Posset autem dici, quod hic lo-  
us S. Parentis nimis probat,  
probat nempe, quod sine spatio,  
sine loco extrinseco corpus esse  
non potest; quare non de neces-  
itate metaphysica, & de eo,  
quod Deus potest facere, sed de  
quod connaturaliter tui con-  
nit, diceendas est loqui S. Pa-  
ns. Sed in primis, neque ita  
potest accipi, quia de facto, &  
connaturaliter Cœlum Empy-  
um est sine spatio exterioris lo-  
ci: non ergo de hoc loquitur S.  
Parentis.

ARTICULUS

Deinde, quob possimus  
entem ejas habere, juvat inten-  
tum illius loci expendere: que-  
bat itaque Dardanus, quomo-  
dum accipieundum sit, quod Christ-  
os Dominus nunc in Cœlo est,  
cum S. Latroni sub mortis ho-  
um dixerit: *Hodie meum eris in  
Paradiso, an nempe Paradisus  
in Cœlo ponendus est, aut Chri-*  
*stos Dominus in duplice loco?*

Ad hoc ut respondeat S. Parentis,  
ut aliter de-  
pendit, quod aliter de  
Christo Domino, ut Deus est,  
ut est homo, debemus ac-  
cipere, quod est alicubi, nempe,  
ut Deus est, non alieni datur.  
Et tantum; sed ubique sensu  
per imitentiam; ut vero est  
alicubi esse concipiatur.

homo, non ubique, sed alicubi  
determinata est; & quia dixerat,  
Deum esse ubique, sed tamen in  
se ipso; propter quaudam diffi-  
culturam, quæ hinc oritur, ait,  
hoc debere amplius explicari, &  
subjungit: Quomodo enim ubique,  
si in se ipso Ubique scilicet, quia  
nusquam absens; in se ipso au-  
tem, quia non continetur ab eis,  
quibus est præsens, tamquam sine  
eis esse non possit; nam spatio  
locorum tolle à corporibus, nus-  
quam erunt, Et quia nusquam  
erunt, neque erunt.

Hunc ergo discursum ins-  
tendit S. Parentis, quod Deus sic  
ubique est, quod in se ipso, quia  
a nullo alio dependet, nempe  
ejus præsentia non est passivè  
se habere, & per modum con-  
tentii, sed activè, & per modum  
continentis; ac verò creatura  
non potest dici in se ipso esse,  
quia ejus præsentia non activa  
est, & continentis, sed passiva,  
& contenti. Patet itaque primò  
quod sic corpus accipit, quod  
de re qualibet creata intendit;  
arguit enim ab opposito, quod  
huic non convenit in se esse, be-  
ne autem Deo; patet deinde,  
quod non de eo, quod illi con-  
venit ex connaturali exigentia,  
sed ex metaphysca ratione; &  
patet tandem, quod esse intendit  
de ratione creatura ordinem exi-  
gentia ad alterum, cui sit pra-  
minat, & tantum; sed ubique sensu  
cubi esse concipiatur.

252 Prob. secundò à ratione: Implicat creatura re ipsa existens, quæ non corresponeat alicui virtualitati immensitatis Dei; sed quæ nullibi existeret, etiam quantum ad ubi intrinsecum, sive determinationem suæ quidditatis, non correspondere alicui virtualitati immensitatis Dei: ergo talis implicat. Ostenditur maj. Sicut enim aternitas imaginatur à nobis indivisibile nunc ambiens, & includens omnes durationes etiam possibles, ita immensitatem imaginamus omnia spacia ambire, & contine-re etiam possibilia; tunc autem creatura non potest ubique imaginari, & toti respondere immensitati: debet ergo concipi respondere determinatè alicui ejus virtualitati. Min. ex terminis patet; quæ enim esset nullibi, nullum haberet spatium, neque intrinsecum, neque extrinsecum, neque reale, neque possibile.

Confirmatur à pari: Implicat intelligere, creaturam verè existere, quæ tamen non corresponeat alicui virtualitati aternitatis, & quæ Deo in illa sua virtualitate non sit præsens; sed non minus infinita est aternitas, & omnem ambit realem, & possibilem durationem, quam immensitas, neque minus finita est creatura quantum ad durationem, quam quantum ad præsentiam: ergo ex limitatione suæ quidditatis creatura habet esse-

trialiter determinatum ordinem; & exigentiam intrinsecam effundi alicubi, hoc est, in determinata, & finita aliqua parte spatiis: quod nos dicimus imaginarium. Rursus: Quæ non esset Deo præsens, non posset à Deo conservari; sed quæ esset nullibi, non esset Deo præsens: ergo non esset creatura. Patet min. non enim responderet alicui virtualitati immensitatis; & rursus præsentia Dei ad creature non est relatio in Deo, sed in creatura; quæ autem esset omnino nullibi, nullam præsentiam haberet.

253 Hinc primò pater, non esse ad propositum solutionem P. Alfonsi, quodd nempe est magna disparitas durationis ad præsentiam; duratio enim non distinguitur à re durante, præsentia autem quid est rei superadditum quæ præsens dicitur. Hoc, inquam, nihil refert, primò, quia præsentia, de qua hac nostra conclusio, intrinseca est, & transcendentalis determinatio; non minus autem quidditas finita perfectionis essentiale habet ordinem ad finitam, & determinatam durationem, quam ad spatium. Praterea: Non ex ipsa duratione arguimus, sed ex ordine ad determinatam virtualitatem durationis Dei; sed non minus essentialis est rei creato ordo ad determinatam virtualitatem aternitatis, quo erit de necessitate aliquando, saltim quan-

quantum ad determinationem  
intrinsecam, quā ad determi-  
nationem virtualitatem immensita-  
tis: ergo erit de necessitate ali-  
cubi, taliū quantum ad ubi in-  
trinsecum.

254 Patet deinde ad ea, quā  
in contrarium objiciuntur. Ar-  
guit primò Poncius: Si Angelus  
solus à Deo crearetur, neque es-  
set imaginable, ad quid fibi de-  
servit ubi, neque posset expli-  
cati, quem haberet effectum, ni-  
hil enim esset, cui posset præfens  
valitui; sed potuit sic creari:  
go sine omni ubi. Confirmā-  
tur: Aut tale ubi esset quid abso-  
lutm, aut relativum; si relati-  
vum, habere debet terminum; si  
utem absolutum, habere debet  
in ipso Angelo aliquem effectum;  
neutrum habere potest casu,  
eo solus Angelus crearetur: et  
nullum haberet tunc ubi.

255 Ad hoc dicitur, quod  
probat tantum de ubi extrinse-  
co, hoc utique non habere in  
talu, intrinsecum autem, nempe  
determinationem suę quiddita-  
tis haberet de necessitate, & ne-  
cessitas hujusmodi est limitatio;  
& determinatio perfectionis suę;  
deserviret autem, ut ipsum face-  
ret determinatae virtualitati Di-  
vinę immensitatis respondere, &  
hunc haberet effectum. Quo patet  
ad confirmationem; esset il-  
lod ubi absolute perfectio suę  
quidditatis habens modum rela-  
tivi, seu transcendentalē rela-

tionem secundū dici ad deter-  
minatam virtualitatem immensi-  
tatis; quare & haberet termini-  
num, & constitueret sic præsen-  
tem.

256 Arguit secundō: Ubi  
quocumque, sive in absoluto  
consistat, sive in relativo, poste-  
rius est re ubicata; sed quodlibet  
prius abolutum potest sine suo  
posteriori conservari: ergo sine  
omni ubi potest conservari res  
quilibet. Min. est veluti princi-  
pium ex Scoto, quod multis  
probant, quā tamē mittimus,  
quia ad præsentem difficulta-  
tem illud principium nihil re-  
fert. Respondetur itaque, quod  
ubi extrinsecum accipitur ut  
quid posterius; at vero ubi in-  
trinsecum est transcendentia, &  
impræscindibilis determinatio  
sua quidditatis: potest ergo sine  
priori, non vero sine hoc poste-  
riori conservari. Cetera mitto;  
quoniam ex his poterunt de fa-  
cili solvi; omnia enim de ubi  
tantum extrinseco proceduant;  
& sine hoc fatemur, posse  
rem quamlibet con-  
servari.

## ARTICULUS IV.

*An duplex corpus possit in eodem loco esse?*

257 **N**ulla ferè de hoc est sive difficultas, si-  
ve controversia, quare immerito ab aliquibus latè tractatur: ita-  
que id esse naturaliter impossibi-  
le, omnes uno ore supponunt;  
sicut enim quodlibet corpus pro-  
prias habet dimensiones, ita pro-  
prium locum exigit. Contra id,  
quod est corpori naturale, ali-  
quando operatur agens, & vio-  
lentiam inducit; quare posset  
quis dubitare: An saltim per vio-  
lentiam posset duplex corpus in  
eodem loco ponī, non obstante,  
quod exigat connaturaliter alte-  
rum pellere? Sed neque per vio-  
lentiam id posse contingere, po-  
test de facili ostendi. Duobus  
modis potest violentia induci:  
aut quia ab agente inducitur  
forma contraria, & expellitur  
connaturalis, & ita aqua per vio-  
lentiam fit calida; aut quia re-  
tentia forma, impeditur effectus  
ejus, aut contrarius inducitur,  
& hoc modo lapis retenta gravi-  
tate sursum pellitur.

Neutro modo potest de le-  
ge ordinaria talis violentia indu-  
ci, qua duplex corpus in eodem  
loco maneat; non quidem prio-

ri, quia quantitas, qua est for-  
ma, a qua præstatur esse exten-  
sum, & locum occupare, est inse-  
parabilis à materia, ut infra pro-  
babimus; quare neque aliquod  
est agens, à quo possit quantitas  
expelli, neque sine quantitate po-  
test manere materia, aut mate-  
rialis substantia. Neque item al-  
tero modo: quia effectus forma-  
lis formæ non potest ab ullo  
agente naturali impediri; est au-  
tem extensio, qua corpus locum  
occupat, effectus formalis quan-  
titatis, neque impenetrabilitas  
quid est aliud, quam hoc occu-  
pare proprium locum. Quid si  
in lapide retenta gravitate non  
solum impeditur motus deorsum,  
sed inducit motus sura-  
sum, eo est, quia motus deorsum  
non est effectus formalis illius  
formæ, sed magis quædam seque-  
la, qua proinde potest impedi-  
ti.

258 Aliqua nihilominus  
communiter adducuntur pro na-  
turali corporum penetratione:  
primo: Vas plenum cinere tan-  
tam recipit aquam, quantum re-  
ciperet vacuum: ergo penetratur  
aqua cum cinere. Secundo: In  
candente ferro simul sunt ignis,  
& ferrum, redit enim extinctio  
igne substantia ferri: ergo idem.  
Tertio: Vas aqua plenum recipit  
aureum nūmum sine aliqua aqua  
effusione: ergo idem. Quartò:  
Effectus gratiæ sanctificantis est  
constituere filium adoptivum

Dei;

Dei; sed in Christo Domino iste effectus naturaliter impeditur: ergo potest effectus formæ naturaliter impedi.

259 Hæc levia sunt: ad primum dicitur, quod non tantam recipit aquam, quantam recipere vacuum, majorem quidem quæ copiam recipit plenum cire, quam quovis alio corpore, sed non in hoc aliqua est penetratio, sed ex duplo capite hoc provenit: altero, quia cinis corus est valde porosum, leve, & rurum, quare multum aëris conatur in poris suis, & hoc aère accuato in locum ejus ingreditur aqua; deinde multum committitur cinis, & ad minorem cum redigitur, quare magis quæ relinquit; alterum caput, quia cinis habet aquam aliquando alterare, & ingredientes aqua hac alteratione subtiliores particulæ evanescunt, & in apores abeant, & ex hoc utrumque magis suscipit de aqua vasinare, quam quovis alio corpore plenum. Ad secundum, non tam duo corpora in eodem loco, quam duas formas ostendit in eadem materia; jam disp. I. diximus, formam ignis non simili, & in eadem parte esse, in qua est forma ferri, sed levior, & minus dura materia, quæ est in poris ferri, cedit, & disponitur ad formam ignis; quare alia materia magis dura manente sub forma ferri, hæc habet formam

ignis; & quia amoto igne inducente violentiam reddit ad priores dispositiones, reddit ad eamdem formam.

Ad tertium aliqui, in quibus P. Alfonsus, illud experimentum omnino negant; dicunt enim, quod vas videtur quidem plenum esse, non tamen omnino plenum est; quod si immisso aureo nummo non effluit, bene autem immisso lapillo, aut alio corpore ejusdem magnitudinis, hoc eo est, quia aurum propter sui soliditatem, & pondus minorem causat in aqua motionem. Id quidem experiri non vacat, sed non proinde opus est experimentum negare: itaque ab aliis expertum dicitur, quod aurum aliquali infusione in aqua sit ponderosius, quod signum est, aliquid in poris suis recipere ipsum aqua: ex parte ergo, quia propter soliditatem suam minorem motionem causat; ex parte, quia aquam aliqualiter comprimit; & ex parte, quia aliquid aquæ in poris suis recipit, minorem causat effluentiam, quam quodlibet aliud corpus. Ad quartum, effectum suum habet gratia in Christo Domino, nempe constituere gratum, & sanatum, non autem relationem filiationis, quæ ad hunc effectum consequitur in nobis; quare non effectus impeditur, sed sequela filiationis, neque id naturaliter, sed supernaturaliter fit.

260 Relinquitur itaque controversia de posse absoluto, in qua affirmativa conclusio est de Fide; hac enim docemur, quod Corpus Christi Domini cum propriis dimensionibus est in Eucharistia sine locali extensione, quod intermerato Virginitatis claustro ex utero Matris exiuit, quod altera dos gloriosi corporis est subtilitas, vi cujus Christus Dominus est sepulchro exiuit lapide obsignato, & ad Discipulos ingressas est clavis januis: non ergo benè adducitur Durandus pro sententia negativa; ipse enim, quem sequitur N. Palud. tantum docet, argumenta, quibus id affirmatur, non cogere, sed talia esse, quæ possent solvi; si quis vellet partem negativam tenere, & N. Paludanus tantum intendit, Durandi opinionem non esse improbabilem.

261 Dicendum itaque cum communi, quod omnino non repugnat duo corpora in eodem loco ponи. Hujus potissima probatio ex iis desamitur, in quibus Fide edocemur, corpus à locali extensione, sive cum altero impenetrabilitate absolvit. Ratio autem est: Quia effectus secundarius forma potest à Deo impediri, licet dubium sit de primario, an manente forma in subjecto possit suspendi; sed localis extensio, & impenetrabilitas, seu alterius corporis à loco suo expulsio effectus est secundarius

quantitatis: ergo! Maj. præterea quamquod à nemine negatur, patet de facilii; tūm, quia effectus forma est modus se habendi, quem subjectum consequitur, ut disp. præeed. diximus, potest autem sine ulla implicatione Deus impedire, ne subjectum talem modum consequatur; tūm item, quia dato, quod effectus sit ipsa forma communicata, sufficienter hic habetur denominatio, & perfectione effectus primarii. Min. item patet, quia effectus primarius quantitatis est substantiam dividere, aut ad summum in se, & penes se extensam constituere.

An autem effectivè, vel formaliter corpus aliad à loco expellat, de quo aliqui dubitant, res est parvi ponderis, & nullius fere difficultatis: si consideratur impenetrabilitas, quatenus hoc corpus aliud in loco suo non admittit, hoc sensu ad genus causa formalis pertinet, est enim ipsa localis extensio, qua hoc corpus per dimensiones suas replet locum; si autem consideretur, quatenus corpus superveniens alterum de loco pellit, sic est causalitatis effectivæ, & activum movere motu pulsionis. Patiter nullius est ponderis, an impenetrabilitas alias sit effectus à locali extensione, vel ipsa localis extensio? Impenetrabilitas quidem nihil est aliud, quam quod hoc corpus aliud non admittit in loco, quem

occupat; hoc autem nihil aliud  
apparet, quam ipsum occupare,  
& replere hunc locum.

262 Arguit nihilominus  
contra communem conclusio-  
nem: primò: Si corpora possent  
in eodem loco poni, haberent  
idem ubi; sed hoc implicat: ergo  
nec divinitus potest fieri. Prob.  
min. Implicat, quod unum nu-  
mero accidens sit in duplice sub-  
jecto; sed ubi est accidens corpo-  
ris locati: ergo. Secundo: Vnum  
corpus in duplice loco esse repu-  
gnat: ergo & duo corpora in eo-  
dem loco. Antecedens probabili-  
bus art. seq. conseq. autem patet,  
quia sicut corpus loco, ita  
locus corpori adaequatur. Ter-  
tiò: Partes quantitatis implicat  
penetrari: ergo & corpora. Pa-  
tet antecedens, quia si penetran-  
tur, jam non manent partes,  
quare sunt, & non sunt. Quartò:  
Partes successivi neque divini-  
tus possunt simul fieri: ergo nec  
partes permanentis in eodem  
loco. Patet antec. quia præteri-  
tum, & futurum v. g. per hoc,  
quod fierent simul, jam non es-  
sent præteritum, & futurum, sed  
præsens.

263 Resp. ad primum dist.  
maj. prob. Implicat, quod unum  
accidens sit in duplice subjecto  
per modum duplicitis accepto,  
conc. maj. accepto per modum  
unius; neg. maj. In casu itaque  
corpus, quod alteri penetratur,  
sicut non per propriam exten-  
sionem

nem, sed aliterius replēt locum;  
ita neque proprium habet ubi;  
sed cum altero corpore accipitur  
per modum unius subjecti. Resp.  
secundò, quod aut loquitur de  
ubi intrinseco, aut extrinseco.  
Si de intrinseco, neg. maj. quod  
libet enim corpus propriam ha-  
bet determinationem intrinse-  
cam; si autem loquatur de ex-  
trinseco, neg. min. & ad prob.  
neg. sup. maj. quod illud ubi  
esset in utroque corpore; est enim  
tale ubi passiva commensuratio,  
& repletio loci, tunc autem unum  
tantum corpus haberet extensio-  
nem, & locum repleret; quare  
unum esset ubi extrinsecum, &  
in uno tantum corpore; aliud  
vero sicut impediretur, ne habes-  
ret propriam extensionem, ita  
etiam, ne haberet ubi extrinse-  
cum.

Ad secundum, sicut in de-  
plici loco penetrato posset unum  
corpus esse, non autem in dupli-  
ci distanti, & non penetrato, ita  
duplex corpus penetratum potest  
unum locum occupare, & unam  
habere commensurationem, non  
autem, si unumquodque pro-  
priam localem extensionem re-  
tineat. Ad tertium, partes quan-  
titatis penetrari entitatib, ita  
quod una fiat alia, esset contra-  
dictio; per hoc autem, quod una  
fiat in loco alterius, relinquitur  
entitativa distinctio. Ad quartum,  
neg. conseq. est enim quid-  
ditas successivi, quod non si-  
milia

mùl, sed una post aliam habeat partes suas; & quia essentiae sunt invariabiles, contra id, quod si bi convenit ex quidditate sua, neque divinitus potest fieri; at vero locum occupare alium à quovis alio corpore non est quidditas, sed connaturalis exigentia corporis.

## ARTICVLVS V.

*An idem corpus possit esse circumscriptivè in dupli-  
cī loco?*

§. I.

*Quibusdam præmissis, probatur  
nostra Conclusio.*

264 **S**UPPONUNT omnes, controversialm esse tantum de bilocatione circumscriptiva corporis; de spiritualibus enim notum putant, quòd Angelus v.g. in Cœlo esse potest, & simili hinc inferius; de corporalibus autem quantum ad præsentiam definitivam de Fide est, corpus Christi D.in pluribus hostiis plures simili habere præsentias: hinc miratur Suarez, quomodo possunt Doctores Catholicci negativam partem tenere, ea quippe arma ministrat Hæreticis, qui eisdem negativæ sententiaz argumentis prætuntur ad ne-

gandam Sacramentalēm præsen-  
tiā Christi Domini in Eucha-  
ristia.

265 Sed hoc commune sup-  
positum admittere omnino non  
possamus; nobis enim eadem est  
difficultas de præsentia definiti-  
va, & circumscriptiva locali per  
se ad locum. Quantum ad pri-  
mum itaque, Angelus definitivè  
est alicubi, quia determinatur ad  
esse ibi, & ita ibi est, quòd non  
alibi localiter, sive tamquam in  
loco; quia tamen virtus ejus non  
impeditur à distantia, cùm non  
sit virtus in materia, potest in  
Cœlo esse localiter, & hinc infe-  
rius aliquid operari; & hoc sensu  
operatio est illi ratio essendi hinc,  
non autem hinc est localiter, sive  
tamquam in loco, sed activè, si-  
ve tamquam agens applicatum  
passibili subjecto; de cætero au-  
tem sicut sua substantia finita est,  
& determinata perfectionis, ita  
in actu exigit rationem, per  
quam locetur, quæcumque illa  
sit, & per unam rationem ad  
unum locum determinatur. De  
hoc autem latius agere ad præ-  
sens institutum non pertinet.

Quantum ad alterum jam  
suprà diximus art. 2. §. 1. Cor-  
pus Christi Domini in Hostia  
non esse tamquam in loco: aut  
ergo comparatur ad species, aut  
ad locum specierum; ad species  
quidem, sicut subjectum ad for-  
matam, non propriam, & qua per-  
ficitur, sed alienam, sub qua ta-

men est loco substantia panis; patet autem, quod illa quantitate non extenditur, neque colore coloratur; ad locum autem specierum comparatur per accidens, & per alterum, nempe per alienam quantitatem, sub qua est: solum ergo ex illo mysterio sequitur, quod possit corpus in duplice loco esse, in uno per se, in alio per accidens, aut in multiplici per accidens; quod verò per se, & per propriam rationem possit in duplice loco esse, omnino inde non sequitur; neque aliud hinc argumentum possunt sumere Heretici, ex quo enim corpori repugnet aut duas habere rationes per se essendi in loco, ut per unam duo loca habere, non sequitur sibi repugnare sub alieno accidente collocari, & ratione illius locum habere per accidens, sive loca alia ab eo, quod sibi per se competit.

266 Supposito itaque, quod naturaliter est impossibile, unum corpus duo loca habere; id enim, ut per se notum omnes supponunt, queritur: An fieri possit & posse absoluto Dei? Prima sententia affirmat. Hanc tenet Scotus in 4. dist. 10. quem sequuntur Discipuli, & ex aliis multi cum Antiqui, tum Moderni, ut Durandus, Gabriel, Tapia; & ex Nostris Argent. Verac. Land. & cum Suario in 3. p. disp. 48. frequentissime Doctores Societ. Secunda sententia ab-

solutè negat. Hanc tenent Thomistæ, uno excepto Soto, hanc tenet B. Doctor Quodl. 1. q. 1. & Quodl. 2. q. 17. & passim in Thorem. de Sacram. Altaris, quam proinde omnes Nostri tenent, & eam videtur supponere P. Augustinus, cujus locum infra dabimus, quare hac nobis tenenda est.

267 Aliqui tertiam adstruant sententiam, quod nempe per unam quantitatem non poterit corpus esse in duplice loco, bene autem per duas. Hanc de mente Resoluti tenet Eliodus; & sic dicendum de mente B. Doctoris Nostri contendunt Bonh. Villanova, & Manso. Sed an poterit unum corpus duas quantitates habere, non determinat hæc sententia, quare difficultatem relinquit intactam; non enim per unum ubi, sed per duo vult Scotus corpus bilocari posse. Itaque eo sensu, quo potest corpus duas quantitates habere, posse etiam habere duo loca, non negamus; tunc autem unam per se ut propriam formam, à qua perficiatur, aliam per accidens ut alienam habet de facto Corpus Christi Domini in Eucharistia, & hoc modo est in duplice loco, in alio per se, & per propriam quantitatem, nempe in Cœlo; in alio per accidens, & per alienam, nempe in loco specierum.

Per se autem, & ut propriam formam, qua perficiatur, omnia

omnino implicat unum corpus duas quantitates habere, & consequenter esse in duplice loco per se. Ratio prima est: Quia Fide docemur, & ratio convincit, nullam esse implicationem in eo, quod una substantia sub alterius quantitate, & accidentibus ponatur, quin illis perficiatur, & tunc a propriis quidem perficitur, & sub illis est per se, & formaliter; sub aliis autem, quibus non perficitur, est materialiter, & per accidens, & ita est Corpus Christi Domini sub propriis accidentibus, & sub accidentibus panis. Ratio autem secunda est: Quia substantia materialis dividitur per quantitatem, qua perficitur, & hic est primus effectus ejus; hinc dicemus in Metaphysica, quod radicale principium individuationis est materia sigillata per quantitatem: si ergo una substantia duplice quantitate perficitur, est una, ut supponitur, & est duplex, quia divisione quantitatis dividitur ipsa substantia, cum sit hic primus effectus ejus; & quia hoc manifeste implicat, implicat pariter, quod una substantia duas habeat quantitates per se, & ut formas perficientes.

268 Dicendum itaque absoluere: Repugnat, quod unum corpus sit per se in duplice loco. Hanc esse P. Augustini sententiam, aperte colligitur ex lib. 20. contra Faustum Manich. cap. 1. Ponebant Manichaei, Christum

Dominum partem esse quendam substantiaz Dei actu, & simul in Sole, & Luna, quas imaginabantur veluti duas naves in mundo navigantes, & a terra quotidie de Spiritu Sancto patibilem gigni, & in qualibet arbore veluti in Cruce pendere, & id generis multa alia; hoc impugnans deliriū ita ait S. Patens: *Dicite nobis, quot Christos esse dicatis; alius ne est, quem de Spiritu Sancto concipiens terra patibilem gignit omni non solum suspensus ex ligno, sed etiam jacens in herbas; O ille alius, quem Iudei crucifixerunt sub Poncio Pilato; O tertius ille per Solem, Lunamque dislentus, an unus, atque idem ex quadam sui parte ligatus in arborebus, ex quadam vero parte liber eidem ligata, captaque subventens? Quod si ita est, ille, quem sub Poncio Pilato passum esse conceditis, cum cum fine carne fuisse narreretis, nondum dico, quemadmodum talem mortem sine carne perpeti potuerit, sed quero, cum naves illas reliquerit, ut inde descendens talia pateretur, qualia sine quocumque corpore fieri non possent?* Secundum presentiam quippe spiritalem nullo modo illa pati posset; secundum presentiam verò corporalem simul in Sole, & Luna esse non posset.

En manichaeisimè supponit S. Patens, quod corpus non potest in duplice loco esse, & ex hoc Manichaorum delirium rejicit, quod

quod non potuit Christus Dominus simili in Sole esse, & hic pati; si autem hoc per miraculum fieri potuit, ineptissime arguit S. Parenſis, responderet enim Faſtus, quod non opus habuit naves illas alteri regendas committere; sed miraculo factum est, ut simili illas regeret, & hic inferius effet, quo posset pati: ergo nefas est dicere, quod S. Parenſis acumen insulſe adeo arguit, patet, quod ipſe ſupponit, impoſſibile omnino eſſe, quod corpus ſit per ſe in dupli loco; & preme illa verba: Non in dico, ut videas, quod S. Parenſis argumentum mittit, quoniam fine carne potuit pati, & in alio iſſit, quomodo in dupli loco potuit simili eſſe? magis ergo hoc putavit manifeſte inconveniens.

Neque refert, quod concludit S. Parenſis, quod ſecundum praefentiam spiritalem pati non potuit, ſecundum corporalem verò non potuit hic, & ibi eſſe, quo videtur ſupponere, quod ſecundum praefentiam spiritalem potuit eſſe in dupli loco; hoc autem nos negamus: locus ergo eſt contra nos. Hoc, inquam, non refert: primò, quia ſaltim de dupli praefentia corporali manifestus eſt locus S. Parenſis; communiter autem de hoc diſputatur, nempe de bilo- catione corporali, & circumſcrip- tiva. Secundò, quia intendit S.

Tom. III.

Parens, quod ſecundum praefen- tiam spiritalem, quam Christus Dominus habet, ut eſt Deus, pa- ti non potuit; hoc autem non eſt contra nos, neque enim aliam habet Christus Dominus spiritu- lem praefentiam.

269 Prob. ſecundò funda- mentali ratione, quam habet B. Doctor, tūm Quodl. 1. q. 1. tūm Quodl. 2. q. 17. Ita corpus com- paratur ad locum per quantita- tem, ſicut res comparatur ad ſpeciem per rationem ſuę quid- ditatis; ſed omnino implicat, quod una res ſit per unam ratio- nem quidditativam in dupli ſpecie: ergo & quod per unam quantitatē ſit in dupli loco; at implicare jam patuit, quod duas quantitates habeat per ſe, & ut proprias formas, deberet enim habere utriusque effectum, & conſequenter dividi, & duplex fieri: ergo. Maj, hujus rationis eo patet, quia ſicut ratio quid- ditatis eſt ratio formalis, & for- ma ipſa, qua res in ſpecie conſtituitur, ita quantitas eſt ratio formalis, qua corpus conſtitui- tur in loco. Min. autem ex ten- minis patet.

270 Ad hanc B. Doctoris rationem multiplicitè reſpon- dent Doctores contraria ſen- tia. Resp. primò Scotus in 4. diſt. 10. q. 2. quod natura, ſive ratio quidditativa eſt ratio for- malis proxi- a eſſendi in ſpecie, & ideo ratio una eſſendi in una

Rt

ſpecies

specie; sed dimensio non est ratio formalis proxima essendi in loco, sed fundamentalis tantum, formalis vero ratio essendi corpus in loco est relatio fundata super dimensionem, extrinsecus adveniens, & quae est ubi; jam autem patet, quod fundamentali ratione manente unica possunt relationes multiplicari: ergo.

271 De hoc quidem supradictum diximus, & opus erit ultius dicere inter solvendum argumenta; interim autem: Si solutione tenet, non solum divinitus, sed sine ullo miraculo poterit corpus in duplice loco esse, naturalissime enim multiplicantur relationes in eodem fundamento, quoties multiplicantur termini, sive intrinsecus advenientes, ut in eadem albedine plures similitudines, sive etiam extrinsecus advenientes, ut ex eadem applicatione ad multa combustibilia unus ignis multas habet combustiones; de hoc autem vide §. seq. Præterea: In loco esse amplius quid dicit, quam relationem presentia; ego enim ad multa, quæ nunc penes me habeo, relationem presentia habeo, & omnibus sum praesens, in loco autem tantum, & præcise sum in sella hac, qua sedeo: non ergo ratio formalis, qua corpus est in loco, ipsa est relatio presentia.

Insuper: Relatio illa non est intrinsecus adveniens, & quæ ad ipsam dimensionem resulset,

sed ponitur extrinsecus adveniens, & quæ dependet ab aliquo extrinseco; sed quidquid illud sit, extrinsecum, à quo dependet, repugnat omnino in eodem per se, & secundum propriam dimensionem multiplicari: dato ergo, quod dimensio non formalis, sed fundamentalis sit tantum ratio locandi corpus, tenet ratio B. Doctoris, quod per unam rationem formalem in uno tantum potest loco esse. Major patet ex notione relationis extrinsecus advenientis, non enim ea resultat, nisi ponatur extrinsecum, à quo dependet. Minus ostenditur: Est hinc localiter, & per ubi circumscriptivum, non est ad hunc locum habere relationem, qualem ego habeo ad multa, quibus sum praesens, sed est tali determinato modo se habere ad hunc locum, nempe illum occupare, & replere: nunc autem tali speciali modo se habere solum potest intelligi dependere aut ab actione, qua in hoc loco ponitur; aut à conjunctione, qua illi conjungitur; aut à commensuratione, qua illum replet; sed haec omnia per se multiplicari implicat: dato ergo, quod illa relatio sit ratio formalis locandi, ea non potest multiplicari.

272 Resp. secundò Merlini, quod ratio B. Doctoris instauratur aperte: Neque successivè enim potest res esse in duplice specie, quare si ita se habet corpus ad locum;

locum , neque successivè poterit esse in duplice loco; at hoc est manifestè absurdum : ergo ratio non tenet. Directè negat maj. quod nempe se habeat res ad speciem , sicut corpus ad locum. Ratio est : Quia species est ipsa rei quidditas , locus autem est quid extrinsecum. Sed neutrum sufficit: instantia quidem non tenet: si esse in specie esset quid mutabile , & amissibile , sicut imittitur esse in loco , sicut corpus nunc in hoc , nunc in illo loco est , ita res nunc in hac , nunc in illa esset specie ; sed quia esse in specie est quidditativum , & amissibile , non quantum ad locum paritas , sed quod sicut ratio formalis determinandi ad speciem metaphysicè , & quidditativè determinat ad unam , ita ratio formalis determinandi ad locum ad unum tantum debet determinare. Quo patet , quod non tenet solutio directa : et si locus sit extrinsecus , determinatio corporis ad locum intrinseca est : sicut ergo ex una ratione formalí quidditatis una quidditas habetur , & species , ita ex una ratione formalí locandi una tantum locatio.

273 Resp. tertio N. Argentinas ex doctrina B. Doctoris neg. min. quia per Doctorem una , & eadem res non solum in duplice specie , sed in duplice etiam genere est , ut una , & eadem realitas caloris uno modo

accepta est qualitas , alio modo est actio , alio modo patatio : sicut ergo una res in multiplici genere , & praedicamento collocatur , ita poterit una quantitas in multiplici loco. Mirum sane , quod Doctor , acutissimus quidem , & in doctrina Aegidii versatissimus , sic velit rationem ejus eludere: itaque ponit Doctor , quod eadem res est in multiplici genere , sed non secundum eamdem rationem quidditativam , aliter enim , & aliter accipi est diversa ratio quidditatis , cui tamen non alia realitas respondet ; & quia eadem realitas multipliciter accepta habet aliam , & aliam rationem quidditatis , eadem potest in multiplici praedicamento esse ; hoc autem non tollit , quia secundum unam rationem quidditativam sit in una tantum specie: pariter ergo eo tantum sensu poterit corpus in multiplici loco esse , quo poterit multiplicem habere rationem locandi ; & quia non per se , sed per accidentem tantum potest talem multiplicem rationem habere , tantum per accidentem poterit in multiplici loco esse.

274 Patet itaque , quod ratio B. Doctoris satis est efficax , & cui superfluit alias addere , nihilominus ea poterit confirmari: primò , quia qualibet res creata finita est , & determinata perfectionis: ergo sibi convenient ad locum definiri ; definiri autem est

finiri, & determinari, ut ita hic sit, quod non alibi. Secundò, non nisi per dimensiones, & quantitatem suam comparatur corpus ad locum; sed impossibile est, quod effectum secundarium habeat substantia à quantitate, quin habeat primarium: ergo quandoquidem ad locum comparari est effectus secundarius, primarius vero dividi, & in se hanc talem constitui, implicat, sive ab una, sive à duplice quantitate ad duo loca comparari, quia ex effectu primario habeat in se dividi, & duplex fiat. Alia oportebit attingere inter solendum argumenta.

## I.

## II.

*Solvantur Argumenta:*

**275** **A**RQUIT primò Mas. trius, quod res sive corporea, sive spiritualis, bilo- cari potest definitivè, tūm, quia id docet Fides de Corpore Chri- sti Domini in multis Hostiis, & Altaribus; tūm, quia plurificatio respectuum in eodem fundamen- to absolutè non implicat; vide- mus enim, eamdem albedinem multas habere similitudines; est autem locatio rei praesentia ejus ad locum, & proinde relatio; tūm insuper, quia, licet natura non possit causare mutationem

positivam sine privativa, v. g. non potest communicare albedi- nem, nisi privet nigredine; quare neque potest hanc præsentiam causare, nisi privet illa, quam prius res habebat, non tamen hoc negandum est Divinitus poten- tia: ergo poterit res divinitus novam præsentiam acquirere, quin amittat priorem, & sic ha- bere duas simul.

**276** Ad hoc argumentum communis solutio negat conseq- de præsentia definitiva ad cir- cumscripтивam, nobis autem ea- dem est implicatio duplicitis præ- sentiarum per se definitivarum, ac cir- cumscripтивarum; essentialiter enim ex limitatione quidditatis sua determinator res ad unam præ- sentiam per se, quare duas nequit habere nisi per accidens; quare nobis neg. antec. Ad primam prob. neg. assumptum: docet Fides, quod Corpus Christi Do- mini est in pluribus Hostiis, & Altaribus, sed in Hostiis non si- cut corpus in loco, sed sicut sub- jectum sub forma est, nempe modo, quo esset sub illis accidentibus substantia panis, quamvis ab illis non perficiatur, sicut substantia panis perficeretur; nulla autem est implicatio in eo, quod idem cor- pus sit sub multiplici accidente, etiam ejusdem rationis, maximè si non ab illis perficitur: in mul- tis Altaribus est tamquam in lo- co, non autem per se, & per pro- priam rationem, sed per acci- dens.

dens, & per quantitatem patis; quare duas præsentias per se non habet, de quo est controversia.

Ad secundam probationem amplius ea probat, quā ipse intendit, nempe sine ullo miraculo multiplicantur respectus in eodem fundamento, & ego de facto plures habeo relationes præsentia ad multa, quæ hīc penes me habeo: non ergo esse in loco est pura præsentia relatio, sed subjectiva determinatio corporis, et si loquamur de præsentia circumscriptiva, adæquatio ad locum, quæ se ipsa intransitivē habet modum relati, sive relationem secundum *dici*, & hæc determinatio, sive commensuratio plurificari non potest, nisi multiplicetur ratio formalis determinandi; at hæc in re creata omnino multiplicari non potest, nempe determinationis ratio est ipsa finita perfectio suæ quidditatis, commensurationis autem est quantitas: ergo. Ad tertiam, potest quidem Deus positivam mutationem sine privativa causare, si tamen id causato non repugnet; in proposito autem unam causari præsentiam localem, aliâ retentâ, ipsi causato repugnat.

277 Arguit secundò idem: Ex Sacro Textu, & Historia Ecclesiastica constat, Christum Dominum multoties apparuisse in terris, ut D. Paulo, cùm appropinquasset Damasco, & D. Petro volenti Romam delegere; sed

non est Scripturæ consonam dicere, quod Christus Dominus Cœlum deseruit, ut in terris appeareret: ergo simili fuit in duplice loco corporaliter. Min. patet: nam Actor. 4. dicitur: *Quem oportet Cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium.* Rursus: P. Augustinus relatus de Consec. dist. 2. cap. 1. ait: *Donec finiatur sæculum, sursum est Dominus.* Hoc idem multis Sanctorum apparitionibus confirmatur: nam Div. Ambrosius Mediolani existens visus est interesse exequiis B. Martini; item S. Antonius Paduæ, & Vllyspone visus est in Choro lectionem dicens, & è suggestu declamans:

278 Resp. primò, quod potest dici, Christum Dominum & Cœlo absuisse, dum in terris apparuit, & ad prob. dicitur, quod textus ille, & locus P. Augustini intendunt, quod in Cœlo Christus Dominus est permanenter, & tamquam in sede propria, cui non opponitur, quod ad breve tempus ad terram descendet: Resp. secundò, quod tales apparitiones ministerio Angelorum potuerunt fieri; & quia Angelus personam Domini repræsentabat, & erat repræsentativè ipse Dominus, congrue ait: *Ego sum Iesus, quem tu persequeris;* ita exponunt communiter Patres, & Doctores apparitiones Dei, quæ in Veteri Testamento recensentur; & ita exponit B. Doctor ap-

paritiones

partitionem Beati Ambrosii in Quodl. 1. q. 1. qua de hoc ipso querit, quod nempe Angelus loco ejus fuit hic, aut ibi, quare idem dicendum de apparitione B. Antonii.

Contra hoc insurgit ipse Mastrius: Illa apparitio Christi Domini ad D. Paulum recensetur ab ipso 1. ad Corinth. cap. 15. ut argumentum comprobans veritatem resurrectionis; sed si non ipse Christus Dominus, sed Angelus loco ejus apparuit Apostolo, non inde colligitur veritas resurrectionis: ergo. Resp. verum quidem esse, quod Apostolus eo loco probat, Christum Dominum resurrexisse, primò ex Scripturis, quæ de ipso erant, secundò, quia multis apparuit, antequam Ccelos ascenderet, & tertio, quia sibi visus est eundi Damascum; hoc autem non tollit, quin per Angelum fieri potuerit talis apparitio, neque ex illa minus, quā in ex reliquis comprobatur veritas resurrectionis; quia Deo repugnat fingere, aut mentiri, quare, si Divina virtute factum est, ut Angelus personam Domini viventis representaret, manifestissimè inde deducitur ipsum vivere, & resurrexisse, alioqui mendax esset, & falsa representatio, & falleret Deus.

279 Arguit tertio ratione Scotti: Potest corpus in pluribus locis constitui modo inextenso,

& indivisibiliter: ergo multò magis modo extento. Antecedens notum supponunt, imo de Fide in Corpore Christi Domini in Eucharistia, quare tota vis argumenti est in probando conseq. quam sic probat Scotus: Minus implicat rem ponit in loco modo sibi congruo, & connaturali, quam modo sibi non congruo; sed corpori congruit praesentia circumscriptiva, non autem indivisibilis: ergo. Ad hoc jam dictum est in solutione ad 1. quare neg. antec. non enim per se, & tamquam in loco proprio est Christus Dominus in multis Altaribus, aut Hostiis, sed in Altaribus est per accidens, & per alienam quantitatem; in Hostiis autem per conversionem, qua succedit loco substantia panis.

280 Hanc solutionem Scotus ipse rejicit, & ex eo Mastrius arguit: Conversio alterius in hoc non est ratio, quare conversum sit hic: ergo Christus Dominus non est in Eucharistia per transubstantiationem tamquam per rationem formalem essendi hic. Prob. anteced. Quia conversio transiens est, quare ea transeunte terminus conversionis manet hic. Confirmatur: Quia potuit Sacramentum institui manente substantia panis: ergo non intellecta transubstantiatione intelligitur corpus Christi Domini esse in Eucharistia.

281 Resp. disting. maj. Non est

est ratio, quare conversum sit hic localiter, conc. maj. quare conversum sit hic eo modo, quo erat hic id, in quod sit conversio, subdist. Conversio sumpta formaliter pro actione ipsa, conc. maj. sumpta realiter, ut est terminus prout ab hoc tali agente, neg. maj. & eodem sensu min. Itaque transit actio ipsa, manet autem terminus ejus eo modo, quo actione ponitur. Ad confirmationem, potuit utique aliter institui Eucharistia, & tunc alia esset actio, qua poneretur Corpus Christi Domini sub speciebus, quia tamen, ut de facto instituta est, loco substantiaz panis ponitur, transubstantiatio est de facto ratio, quare sit ibi.

Instat adhuc Mastrius: Substantia Christi Domini in Hostia non est sine propria quantitate: ergo licet ibi non sit ratione quantitatis, sed ratione substantiaz, poterit tamen ipsa quantitas hic tribuere effectum, quem in Cœlo tribuit, & sic hic in loco constituer, sicut constituit ibi. Pater conseq. quia connaturalius est huic substantiaz esse cum effectu quantitatis, quam sine illo. Hoc est fundamentum N. Argentinaz, ad quod neg. conseq. & ad rationem ejus dicitur, quod non est sine effectu quantitatis, & ubicumque illud corpus cum sua quantitate est, ibi effectum ejus haber, quod autem ad hanc effectum sequatur replete

locum, est item connaturale; sed sicut una est quantitas, ita unum habet effectum, & unam loci repletionem: ex suppositione ergo quod illam habet, ubi est ratione ipsius quantitatis, illam non potest hic habere, quod si hic illam haberet, non jam ratione substantiaz, sed ratione quantitatis hic esset, & desineret hoc ipso illam habere alibi.

Vtterius instat Scotus ipse: Potuit fieri conversio ita, quod quantum in quantum convertereatur; tunc autem sicut terminus à quo esset substantia quanta, & per se occupans locum, ita terminus ad quem esset substantia Christi Domini ut quanta, & consequenter, ut per se occupans eundem locum; sed non proinde recederet à Cœlo, alioqui non conversio, sed expulsio esset precedentis substantiaz: ergo. Resp. B. Doctor Theorem. 2. de Sacram. Altar. quo de hoc ipso agit, quod non potuit converti quantum in quantum. Rationem autem hanc assignat B. Doctor: Non possumus intelligere hujusmodi conversionem, nisi intelligamus, quod materia panis sit materia Corporis Christi Domini, hoc enim est conversio, unum fieri aliud; & quia materia non est alia, & alia nisi per quantitatem, qua dividitur, si cum sua quantitate transiret, esset, & non esset eadem, quæ prius nempe esset, quia maneret sub quantitate.

titate, quam prius habuit, & non esset, quia transit in materiam Corporis Christi Domini: quia ergo hoc implicat, implicat quantum in quantum converti. Vide ibi B. Doctorem.

282 Arguit quartò Merlin. Tota difficultas imaginandi corpus bilocatum in hoc est, quod corpus in loco esse est ad eum ita determinari, quod ejus superficie claudatur, quare si in alio loco concipitur, superficie hujus clauditur, & non clauditur, cum extra illum sit; sed docet Fides, quod Corpus Christi Domini in Cælo est localiter, & clauditur a superficie continente, & nihilominus sine ella contradictione est extra illum in Hostia: ergo fallitur illa imaginatio, & apprehendit contradictionem, ubi nulla est. Resp. neg. maj. non enim contradictione in hoc est, quod clausum, & contentum hac superficie sit alibi, sed in eo, quod alibi sit tamquam in loco; reputnat enim, & quod aliam habeat rationem esseendi in loco, & quod per hanc, qua hic est, sit alibi, tunc enim ea determinat; & non determinat: Fides ergo docet, quod Corpus Christi Domini existens in Cælo tamquam in loco, sit alibi sine contradictione, non per se, & ut in loco proprio, sed aut per accidens, aut non ut in loco.

283 Arguit quintò Benjum. Non minus est inconveniens duo

corpora in uno loco esse, quam unum in duobus; sed primum conceditur sine contradictione; ergo concedi debet alterum. Prob. maj. Quia non minus corpus loco adæquatur, quam locus corpori. Hoc artic. præcedenti solutum est. Resp. primò instando: Impossibile est duo corpora, ut duo sunt, & non penetrata, in eodem loco esse; sed eodem modo se habent duo ad unum locum, ac unum ad duo loca: ergo impossibile est, unum corpus in duobus locis esse, si sint distan-  
tia, & sicut tantum potest accipi, quod duplex corpus ponitur in uno loco, quatenus accipitor corpora penetrari; ita tantum poterit accipi, quod unum sit in duobus locis, quatenus pene-  
trantur loca.

284 Resp. secundò directe disting. maj. Non minus est inconveniens, si eodem modo comparatur unum corpus ad duo loca, & è contra, conced. maj. si diverso modo fiat comparatio, neg. maj. & eodem sensu disting. min. Sed conceditur sine contradicione duplex corpus in uno loco, duplex materialiter, vi penetrationis, conc. min., duplex formaliter, hoc est, sine penetra-  
tione, neg. min. & eodem sensu conseq. Itaque corpora in ordine ad locum est duplex formaliter, quatenus propriam unumquodque explicat repletionem, sic au-  
tem non possunt in eodem loco

poni,

pōni, sed tantū, quatenus unum alteri penetratur, quatenus autem sic duo sunt tantum materialiter, formaliter enim est una tantum loci repletio: pariter ergo si loca sic accipiuntur, quod duo sunt tantum materialiter, quod nempe unum alteri penetratur, poterit unum corpus utrumque replere.

285 Arguit sexto N. Argentinas: Deus mediantibus accidentibus panis Corpus Christi Domini in pluribus locis simul conservat: ergo idem poterit per se, & sine accidentibus. Antec. si Fide certum, conseq. autem ostenditur: Quia quod potest Deus cum causa creata, potest sine illa, alioqui potentior erit cum creatura, quam se solo. Hoc argumentum ad hominem instaurat: Quia Deus mediantibus causa materiali, & formaliter earam effectus causat: ergo id poterit se solo, alioqui potentior erit cum causa creata, quam se solo.

286 Resp. directe dist. ant. Conservat per se, & tamquam in proprio loco, neg. antec. conservat per accidens, & tamquam in loco alieno, conc. antec. & hoc sensu conseq. Itaque per se, & tamquam in proprio loco, seu per propriam rationem in multis locis esse ipsi repugnat substantiae creatae; quare nullo modo potest fieri, non autem minor est potentia Dei, ex quo non possit facere id, quod facto repugnat. Ad

Tom. III,

alia, si quæ sint, potest ex dictis patere.

## ARTICULUS VI.

*An sit possibile vacuum, & quæ liter fieret motus in eo?*

3. 1.

*Expenditur prior dubitatio.*

287 **D**E vacuo latè determinant Moderni Philosophi per varia experimenta multa, & quidem curiola circa inane ostendentes, ut haber Baptista Duham. Physic. gener. tract. 2. disp. 3. cap. 8. & seqq. nobis autem, quippe physican tractationem assumimus, non ut Naturæ phænomena scrutemur, sed quantum sufficit, ut ad Theos logicam considerationem instruatur intellectus, ea tantum attingenda sunt, quæ ad aliquam de vacuo notitiam sufficiant. Primo itaque, quid est vacuum, præmitti debet; quamvis enim quæstio, an est, præcedere debet quæstionem, quid est, quare prius videretur determinandum, an sit vacuum, quam quid est; tamen, ut notat B. Doctor in Physic. lect. 12. duplex est quid, nempe quid nominis, & quid rei, & ad quæstionem de quid rei

præmitti debet quæstio, an est, è contra autem præcedere debet ad quæstionem, an est, quæstio, quid est, quantum ad quid nominis: quia ergo vacuum non habet quid-rei, cùm sit inanitas, sine ulla realitate, sed tantum quid nominis, congruentè ab hoc incipieundum est, & præmitendum, quid est vacuum, nempe quid est, quod per nomen significatur?

288 Vacuum ergo intelligimus spatiū omni omnino corpore carens: nomine spatii significatur dimensio imaginata, quæ nata esset corpus aliquod continere, quæ, quia nullum continet, vacua dicitur, sive inanis. Notandum autem, quod aliqui non, bene attendentes intentum Philosophi, descriptionem ejus calamitantur, qua dixit, quod *vacuum est locus omni corpore carens*; locus enim superficies est, subindeque res aliqua; cùm tamen vacuum para sit inanitas. Si autem intentum Philosophi attendatur, clare patet sensus ejus.

Observandum itaque, quod Antiqui Philosophi duobus modis deficiebant in concepiendo vacuum; nam alii vacuum concipiebant ut privationem repletæ; & quia privatio, & habitus habent commune subjectum, possebant, subjectum utriusque esse locum, qui ut corpus habens repletus est; ut autem eo carens,

inanis, sive vacuus, & hoc sensu vacuum dicebant locum, qui corpore caret: alii vacuum concipiebant contra locum, quare id dicebant vacuum esse, in quo nullum est corpus. Contra hanc secundam vacui descriptionem arguit Philosophus text: 57. quod sequeretur punctum esse vacuum; in punto enim nullum est corpus: est autem inconveniens id dicere, quia vacuum non negative, sed privativè contra repletum dicitur; punctum autem negative est corpore carens. Hinc ait ipse, vacuum esse, quod, cùm posset corpus aliud continere, nullum continet, & hoc sensu ait, quod est locus corpore carens, nempe non locus actu talis, & qui sit superficies aliqua, sed qui posset habere rationem loci, hoc est dimensio imaginata, & hoc nos majoris claritatis gratiâ diximus spatiū.

289 Quæritur itaque primò: An sit vacuum? Prima sententia asserit id etiam divinitus repugnare. Ita Cartesius, quem alii sequuntur nonnulli, ut Dicb. & Thomas Angl. Motivum est, quia ubicumque coacipitur trina dimensione, corpus est; sed id, quod vacuum concipimus, trinam dimensionem habet: ergo corpus est. Patet min. vacuum enim accipi debet contra indivisibile, quare necesse est, concipiatur dimensionibus protensum. Hanc Cartesii

Cartesii rationem eo rejicit Tosca, quia ait, decipi Cartesium in eo, quod accipit corpus mathematicum, cum vacuum dicatur carens corpore physico; quo inuit, vacuum sic habere dimensiones, quod habeat rationem corporis mathematici. Sed fallitur etiam ipse, vacuum enim neque mathematicè corpus est. Itaque corpus sive mathematicè, sive physicè non dicit abstractam, & pure imaginatam dimensionem, sed realem, ipsam nempe quantitatem, cuius extensio secundum triplicem dimensionem corpus dicitur, mathematicum quidem, ut accipitur quidditatè, & abstrahendo à sensibili; physicum verò, ut accipitur, secundum quod est in re; at in vacuo non concipitur realis dimensio, sed capacitas, in qua dimensio posset esse: nullo ergo modo rationem corporis habet id, quod concipimus vacuum. Quo patet ad motivum Cartesii.

Quod ergo de posse absolute posset vacuum induci, communis tenet cæterorum sententia; neque id multa eget probatione: Primo, quia per se notum est, posse Deum in spatio, quod ultra supremum Cœlum imaginatur, aliud, & alios mundos creare; nihil autem nunc ibi est: est ergo illud spatium pura inanitas, & vacuum. Præterea: prius quam à Deo fieret universitas creaturarum, hic, ubi nunc mun-

dus est, vacuum erat; sed potest Deus ad nihilum redigere creatura omnia: potest ergo vacuum iterum causare, non quidem directè actione, qua id fieret, sed indirectè destruendo corpora.

290 An itaque possibile sit naturaliter induci, sive ab agente naturali, sive à Deo agente secundum leges naturæ, dubium restat. Pro cujus expeditione notandum, quod vacuum potest accipi universale, aut particula re: universale concipitur spatium omni corpore carens; particulare autem intra ambitum alicujus corporis, ut si Deus aërem annihilaret in aula contentum, neque aliud ingredi permetteret. De vacuo universali nulla est controversia, tale enim est de facto, quod dicimus spatium imaginarium, in quo Deus posset alios mundos creare: particulare autem accipitur coacerbatum, aut disseminatum: coacerbatum dicitur spatium, quod imaginatur capax sensibilis magnitudinis; disseminatum verò, quod imaginatur in poris cūjuslibet corporis. Docet itaque prima sententia, vacuum coacerbatum posse induci ab agente naturali. Ita P. Maighan, quem sequitur Saguens, & alii ex Modernis. Secunda docet, coacerbatum quidē omnino repugnare, disseminatum verò de facto dari in poris cūjuslibet corporis. Ita Cartesius, quem frequentius Mo-

derni sequuntur, & hæc est sententia Dem. & Leuc. quam rejicit Philosophus à text. 79. Tertia demum Philosophi sententia afferit, sive coacerbatum, sive disseminatum non dari, neque induci posse ab agente naturali. Hanc tenent omnes Peripatetici.

291 Dicendum ergo primò; Vacuum coacerbatum neque datur, neque est possibile induci secundùm leges naturæ. Hujus sufficiens probatio ex eo habetur, quod natura nihil facit frustra; sed vacuum omnino frustra est, neque ad aliquem finem potest imaginari deservire pura inanitas: ergo ea repugnat naturaliter. Deinde: Ocularis experientia, qua videmus corpora aliquando moveri contra partícularem inclinationem naturæ sive, ut grave sursum, satis appetere indicat naturali necessitate corpora se mutuò tangere, & sic à Deo esse conditam corporalium universitatem, ut extremitas unius alterius extremitatem de necessitate tangat; videmus enim, quod fistula aquæ admota, si aërem extrahas, aqua simul ascendit, & cum aëre extrahitur, si aliunde aëri non patet ingressus, quo extracti locus repleatur: similiter eadem fistula aquâ plena, si à superiori parte benè occludas foramen, quamvis ab inferiori patet aditus, aqua non exit, quia non relinquitur aëri ingressus ad

occupandum locum, quem aqua relinqueret; statim autem ac amota manu superius foramen patet, tota aqua pondere suo ad terram effluit: prius ergo suspenfa tenebatur contra naturalem inclinationem, quia non poterat ab alio corpore locus ejus repletari. Multa alia id generis mitto, quoniam ex his sufficienter patet generalis naturæ conatus ad resplendum spatium quodlibet.

Neque te moveat, quod in hac eadem experientia fistula manu reclusa videmus aquam non nihil ad inferiorem partem versgere, ita ut inter manum occidentem superius foramen, & ultimam aquæ superficiem spatium aliquod relinquatur, quod debet vacuum esse, quia nulla ex parte ingressus patet aéri, aut alteri corpori, à quo possit repletari. Non, inquam, hoc te moveat; ipso enim aquæ pondere, quo sibi incumbit, & comprimitur, tenuissima substantia, qua in poris aquæ continetur, extrahitur, & eà spatium illud repletur, & quo magis, aut minus aqua continet de tali substantia, crassiores ejus partes magis, aut minus spatii relinquunt.

292 Non me lateret contra hæc, & alia, quibus repugnantia vacui ostenditur, multa opponi à Modernis Atomistis, qui ab incubente aëre, ab ejus pondere, & elasticitate ista causari dicuntur. Sed mirum sane, quod iij, qui

sensibilibus nimirum addici sunt, & nobis calumniantur, quod sensibili experientia parum fidamus, per obscuros adeo viarum anfractus sensibilem experientiam conentur effugere: præterquamquod itaque, quæ ipsi adducunt, magis fidel, quam rationis assensum extorquent, quomodo cumque motus ille explicetur, satis indicat, naturalem esse corporum ad se invicem adhesionem, quod sufficit, ut vacuum contra naturæ institutum censeatur, maxime cum solo titulo superfluitatis id sufficienter excludatur; quare ea mitio, quæ ipsi ad ostendendum in aliquibus vacuum adducunt, ea enim tantum probant unus rarefactionem, & dilatationem ad alterius comprehensionem, & condensacionem.

293 Dicendum secundò: Vacuum etiam disseminatum non datur in natura. Hanc probat Philosophus à text. 79. ejus tamen probationes ferè omnes ad hominem procedunt ex doctrina Philosophorum, contra quos agit: nobis sufficiens probatio est, quod isti ipsi, qui tale vacuum adstruunt, ponunt subtilissimum æther, cui nullius corporis pori, quantuncumque sit densissimum, possint ingressum prohibere: non ergo illa est disseminata vacuitas, quamlibet enim æther debet completere. Adde, quod superdua omnino est ista vacui-

tas, neque ad ullam potest sinecum deseruire.

294 Arguant autem primum, quod si non esset vacuum disseminatum, nullus posset fieri motus localis, sed corpora moveri, ad sensum patet: vacuum ergo disseminatum debet admitti. Prob. maj. Ut corpus moveatur, necesse est aërem pellere, atque in aliun locum mouere; sed non posset, si nulla sunt inanitates corporibus interspersa: ergo. Prob. min. Nequit corpus aërem in aliun locum pellere, nisi locus sit ab ipso occupabilis; sed nullus est occupabilis, si non datur vacuum saltim dispersum: ergo. Patet min. quia tunc quilibet locus repletus est. Resp. quod corpus eodem motu, quo aërem à parte anteriori pellit, locum à posteriori relinquit, ad quem aer pulsus movetur; præterquamquod per condensationem aëris in una parte, & rarefactionem in alia sufficienter locus relinquitur motui.

295 Argunt secundò, quod per vacuum disseminatum optimè explicatur rarefactionem, & condensatio, quæ tamen vix sine ipso explicari potest: ergo admitti debet. Ostenditur anteced. nam posito tali vacuo, de facili patet, quod consistit rarefaction in hoc, quod partes solidæ magis à se recedunt, & magis admittunt de vacuo disperso, condensatio autem est contra in eo, quod magis

ad se accedunt, & minus habent de vacuo; at sine tali vacuo non potest intelligi partium ad se in vicem accessus, & recessus: ergo.

Resp. quod de rarefactione, & condensatione ex instituto in lib. de Gener. agemus, ubi ostendetur, non bené per illum accessum, & recessum partium explicati: interim eo admisso dicitur ex doctrina ipsorum, quod non oportet vacuum disseminatum ponere, ut partes intelligentur ad se accedere, aut à se recedere, sed quod magis, aut minus de subtilissimo æthere in poris suis admittunt, accedere intelliguntur, aut recedere.

Dices autem: Illud æther, quod ex poris excluditur, ut partes ad se accedant, non erit, ubi recipiatur, nisi aliquod ponatur vacuum: ergo quocumque modo id debet admitti. Resp. quod, quia vacuum etiam dispersum omnino est inutile, in prima rerum conditione nullum tale relictum est, nihil enim Author superfluum condidit, & inane: quia ergo omnia sunt plena, non intelligitur unum condensari, quin aliud rarescat; quare æther ex poris unius exclusum in portis alterius recipitur.

¶. II.

### Expenditur altera dubitatio:

296 **A** Lterum, de quo queritur in titulo, est: An dato, quod fieret vacuum, esse posset motus in eo? Motivum dubitandi sumitur ex ipso texto: cum enim Antiqui Philosophi vacuum ponerent propter motum, putantes motum localem fieri non posse nisi in vacuo, quia corporum penetratio impossibilis est; quare oportet locum, quem mobile occupat, vacuum esse; contra arguit Philosophus, quod in vacuo non posset motus fieri, & omnes ejus rationes ex eo deluminuntur, quod in vacuo non posset haberri successio motus: volunt ergo aliqui, quod hæ Philosophi argumenta ad hominem procedunt ex doctrina eorum, contra quos arguit; quare isti tenent absolute fieri posse motum in vacuo; alii autem per oppositum putant, Philosophum ex propria mente arguere; quare absolute tenent repugnare motum in vacuo.

Pro decisione notandum ex B. Doctore in 4. Physic. lect. 13. quod aliter successio habetur in motu naturali gravium, & levium, atque in quovis alio motu: nam successio est in motu, quatenus

quatenus mobile non statim acquirit terminum, sed paulatim, & in tempore aliquo; hoc autem aut provenit ex resistentia mobilis ad influentiam moventis, aut praeclisse, & tantum ex resistentia medii: ille motus, in quo successio non ex resistentia medii, sed ex resistentia mobilis habetur, posset fieri in vacuo; si enim ex quo mobile moventi resistit, non statim acquirit terminum, patet, quod ad hoc de materiali est, quod medium sit vacuum, aut nudo, & tenui corpore repletum; motus autem, in quo successio habetur praeclisse, & tantum ex resistentia medii, patet, quod non fieret in vacuo; enim tota ratio, quare mobile non statim, sed successivè acquirit terminum, est, quia medium resistit, ubi nullum est medium, nali est resistentia, & consequenter nulla successio.

Tota itaque controversia ad hoc devolvitur: An aliquis motus localis, de quo solù quætitur, talis sit, quod in eo tota ratio successionis sit ex resistentia medii? Contendit B. Doctor, quod in motu quidem, sive quo grave, & leve violenter moventur, sive quo se moventia motum habent progressionis, successio habetur ex resistentia, quam habet motum ad virtutem moventis, & in his, quamvis nullo existente medio minor esset resistentia, aliqua tamen esset, illa nem-

pe, quam de se habet mobile; quare horum motus posset in vacuo fieri, & successio hinc habetur, & de his nulla est nobis controversia; at vero in motu naturali gravium, & levium, quoniam nempe grave descendit, & leve ascendit, in ipso mobili nulla est resistentia, quare tota est in medio; & quia in vacuo nullum esset medium resistens, nulla esset successio, quare motus fieret in non tempore, & non motus, sed instantanea mutatio esset: de his ergo tota controversia procedit.

297 Prima sententia docet, gravia, & levia moveri naturaliter in vacuo. Hanc esse communem, testatur Merio, pro ea civitate Aversa, Toletum, Conimbricenses, Rubio, & alios. Secunda sententia esse potest, quam ipse tenet Aversa, qui 1. & 2. concl. docet, quod quantum ad successionem possint quidem talia in vacuo moveri, in 3. autem docet, ex alio capite moveri non posse, quia nempe in vacuo non essent differentia positionis, quare non esset sursum, quo leye alcederet, neque deorsum, quo descenderet grave. Sed ex hoc capite non sufficienter motus negatur, si ex alio non repugnat: sicut enim in vacuo imaginatur dimensio, ita possunt imaginari sursum, & deorsum.

Tertia sententia esse potest, quam tenet Merinero, qui aliter distinx-

distinguit, nempe quod duplex est vacuum; aliud universale, quale esset, quod relinquetur, si Deus annihilaret universum; aut quod imaginatur ultra supremum Caelum; alterum particulate, quale esset, quod relinquetur, si Deus relieto Caelo omne corpus annihilaret, quod intra ipsum continetur; primum dicit vacuum impropriè, & negativè; hoc autem secundum dicit proprie tale: tunc autem ait, quod in vacuo priori modo fieri non posset motus naturalis gravium, & levium, propter rationem Averfa, quia nempe ibi non esset sursum, & deorsum; at verò in vacuo posteriori modo posset fieri, quia à centro ad superficiem Cœli moveretur leve, ad centrum autem grave.

Sed in primis: Qua ratione dicatur vacuum impropriè inanitas priori modo accepta, ego penitus non video, nisi forte vacuum accipiat, ut accipiebant Antiqui, contra quos agit Philosophus, quod nempe est locus corpore carens; tunc enim Cœli locus est, & vacuum posteriori modo acceptum locus est corpore carens; sed tunc vacuum priori modo, sicut omnino non est locus, ita nullo modo erit vacuum; si autem vacuum debet accipi ad mentem Philosophi, nempe spatium, sive dimensione imaginata omni corpore carens, tunc patet, quod aquè priori,

& posteriori modo est vacuum. Deinde: Ad motum gravium, & levium eodem modo se habet inanitas utroque modo accepta; si enim vere inanitas est, ad ipsam de materiali se habet corpus, quo comprehenditur, neque cum ipso potest intelligi unum quid componere, cùm sit parum nihil. Præterea: Ratio Philosophi text. 67. aquè probat, quod in utroque vacuo non est accipere sursum, & deorsum; nempe ubi nullæ sunt partes, nulla est positio; at sursum, & deorsum positiones sunt: quod si accipiatur positio imaginata, aquæ poterit imaginari in vacuo universalis.

Est itaque quarta sententia, quod in vacuo absolute non posset fieri motus naturalis levium, & gravium. Hanc esse mentem Philosophi, aperte patet legenti textum; probat enim novem rationibus, non dari vacuum, quæ omnes ex eo desumuntur, quod motus gravium, & levium in vacuo repugnat; hanc tenent Albertus Magnus, Uallesius, Peterius, tenet item B. Doctor cit. lœst. 13. quem sequuntur ex NN, Burl. Saxon. Arim. & alii.

298 Dicendum itaque absolute, quod motus naturalis gravium, & levium repugnat in vacuo. Prob. primò ratione B. Doctoris, quam supra inauimus: Vbi repugnat, quod acquisitio termini fiat successivè, & in tem-

pore, repugnat motus; sed in vacuo repugnat, quod grave terminum acquirat successiva, & in tempore: ergo. Patet maj. quia sine successione non motus, sed mutatio est. Prob. min. Successio habetur, aut ex eo, quod mobile resistit virtuti moventis, aut ex eo, quod medium obstat acquisitionem termini; sed in vacuo ex nullo capite posset haberi successio gravis in acquirendo locum deorsum, dato, quod ibi deorsum imaginetur: ergo. Patet maj. quia successio ex eo tantum potest oriri, à quo oritur, quod mobile non statim terminum acquirat; id autem tantum potest oriri, aut quia mobile de se virtuti moventis resistit, aut quia medium impedit acquisitionem. Prob. itaque min. quantum ad primum quidem, quia, quod de se exigit locum deorsum, de se non resistit moventi deorsum, contradiceret enim id, quod exigit; sed grave de se exigit locum deorsum, qui gravitati sua competit: ergo. Quantum ad secundum item, quia ubi nullum est medium, non obstat medium; patet enim, quod non obstat id, quod non est; sed in vacuo nullum est medium, vacuum enim nihil est: ergo.

299 Ad hanc rationem commuixerit respondetur, quod non solum ex resistentia alicujus corporis, sed ex distantia ad terminum haberi potest successio; in

Tom. III.

vacuo autem, licet non esset medium impediens, esset tamen distantia. Hanc solutionem, qua est sententia Abempac. ex professo rejicit B. Doctor ubi supra dub. 2. & 3. quia quantitas spatii quovis alio secluso non sufficit causare successionem in motu: sic enim se habet in motu ad locum quantitas spatii, sicut se habet in motu alterationis quantitas alterabilis; sed quantitas alterabilis de materiali se habet omnino ad successionem alterationis: ergo. Prob. min. Quamvis enim major sit quantitas alterabilis, si tamen minus habet de contraria dispositione, citius, & in minori successione formam recipit: non ergo ex quantitate, sed ex contraria dispositione retardatur motus, & habetur successio; & sicut in alteratione se habet contraria dispositio, ita in motu locali medium impediens. Rursus: Lux in instanti diffunditur per totum medium, eo quod contrarium non habet; sed distantia est, & quidem magna ad ipsum luminosum, à quo causatur: ea ergo se habet de materiaли ad motum.

Neque refert, quod ad hoc reponit Merlinus, quod nempe lux non diffunditur per medium motu locali, sed motu generationis, à luminoso enim causatur lux in parte sibi proxima, & ab ista in alia, & sic de reliquis. Nihil, inquam, hoc refert pra-

Tc

lega

terquamquod enim falsum est, quod assumit, quia lux non educitur de potentia medii, ut suo loco diceretur; hoc pro nunc misso, per rationem ejus solutio illa rejicitur: si enim distantia solum causat successionem, eo est, quia prius debet esse mobile in priori parte spatii, quam in posteriori; sed pariter prius debet in priori causari lux, quam in posteriori: si ergo hoc non obstante lux non inducitur successione, & per motum, inde colligitur, quod distantia de materiali se habet ad successionem, & ea solum causatur ex resistantia impudentis. Quod alia ratione confirmat B.D. videmus enim, quod si tanta virtus in tanto spatio moveat per tantum tempus, virtus dupla illud idem mobile in eodem spatio movebit in medietate temporis; sed per hoc, quod augeatur virtus moventis, non minuitur distantia, sed superatur resistantia impudentis: ergo non a distantia, sed a resistantia mediis causatur successio.

300 Prob. secundo alia ratione Philosophi, qua habetur text. 67. Ubi non est intelligere sursum, & deorsum, non est accipere naturalem motum gravium, & levium; sed in vacuo non est accipere sursum, & deorsum: ergo. Patet maj. quia motus naturalis gravis est deorsum, levis autem sursum, quare sine his non accipitur. Patet item

minus, quia sursum, & deorsum sunt positiones, sive positionum differentiaz; ubi autem nulla sunt partes, non est accipere partium positionem. Confirmatur: Si se haberet lapis in vacuo, sicut se habet de facto universum corporale ad immensum inane, in quo a Deo conditum est: sicut ergo universum non habet sursum, aut deorsum, sed in illa imaginata parte, in qua conditum est, naturalissime consistit, ita lapis in quacumque imagina- ta parte vacui poneretur, neque haberet centrum, extra quod posset imaginari, neque deorsum, ad quod posset tendere, sed ibi de necessitate quiesceret. Prior ratio ad hominem procedit, & dato, quod in vacuo imaginatur sursum, & deorsum; haec autem posterior directe secundum mentem Philosophi, utraque vero satis est efficax, quare alias mitto.

301 Ex his patet ad motuum contraria sententia. Arguit itaque Merinero: Etsi motus, qui sit per spatium plenum, habeat, quod sit successivus ex resistantia medii, tamen non ex eo solam, sed etiam, & principalius, quia distantia, qua est ab uno extremo ad aliud, non potest in instanti pertransiri; sed in vacuo, licet non esset resistantia medii, esset tamen distantia inter extrema: ergo. Maj. probat, quia si in instanti posset transi- distan-

**Distantia, mobile simul in eodem instanti haberet plures præsentias ad plures partes spatii.** Confirmatur primo: Angelus moveretur localiter ē Cœlo ad terram, & iste motus in omnium sententia successivus est; sed successio ejus non potest caulari ex resistentia medii: ergo caulator à distantia. Patet min. quia medium corporale solum reficit motui alterius corporis propter sui impenetrabilitatem. Secundò: Cœlum absque ulla resistentia medii successivè movetur, & in tempore, in modo motus ejus est ipsum tempus: ergo idem. Tertiò: Imaginetur in vacuo columna, & descendat lapis per vacuum: iste descentus non potest in instanti fieri, quia lapis non potest simul habere præsentiam, & ad equationem ad omnes partes columnæ: ergo sit successivè, & habetur successio motū in vacuo.

302 Ad hæc omnia ex jam dictis patet. Ad argumentum neg. maj. Ad rationem ejus, ea primò instatur: Lux enim priùs est in priori parte spatii, quam in posteriori; nihilominus simul, & in instanti est in utrâque. Deinde dicitur, quod supponit illa ratio id, de quo queritur; queritur enim: An mobile successivè transiret distantiam illam, quod est querere, an priùs esset in priori parte, quam in posteriori? Resp. autem ratio illa, quod successi-

ve transit, quia priùs debet esse in priori parte, quam in posteriori, quod est formalissime respondere, quod successivè transit, quia debet successivè transire. Directè itaque primò negatur suppositum, quod in vacuo transiret corpus, quia non haberet sursum, aut deorsum, ad quod noveretur. Secundo, dato hoc supposito, dicitur, quod non successivè, sed in instanti in quolibet imaginato ubi poneretur, neque prius in priori, quam in posteriori imaginata parte esset.

Ratio hujus est, quam supradidimus in priori probatione: imaginabimur itaque, quod aqua duobus modis potest concipi frigiditatem acquirere, quam non habet; altero, si concipiatur frigiditatem non habere, neque dispositionem aliquam contrariam, qualiter concipitur in instanti generationis pro signo prioritatis ad resultantium passionum; alio modo, si concipiatur frigiditatem non habere, & habere contrariam dispositionem, sicut concipitur aqua calida: tunc autem hoc posteriori modo a nullo agente potest in instanti induci frigiditas, quia debet vinci contraria dispositio obstante; priori autem modo, eo quod sibi ex quidditate sua debetur frigiditas, statim, si à nullo impediatur, illam habet; patiter autem gravi debetur esse deorsum; quamvis ergo in vacuo

imaginetur deorsum, & distantia aliqua, siquidem in hac distantia aliquid sit impediens; non statim vincitur illa distantia; & est deorsum; si autem nullum sit impediens, statim id habet, quod sibi de se competit; nempe esse deorsum; quare de materiali se habet illa distantia. Ratio iterum est: quia non habere id, quod sibi convenit, & connaturale est, est violentum; sed implicat violentiam accipere, ubi nullum est impediens, à quo possit violentia induci: ergo implicat in vacuo accipere, quod grave pro aliqua duratione non sit deorsum.

Ad primam confirmationem, novam omnino Philosophiam inducit, &c, quod mirere magis, illam vult esse omnium sententiam, quod nempe Angelus successivè moveatur, sive physico, & sensibili motu: ipsi quidem Scotista supponunt, subjectum Physica corporis esse, quia soli corpori convenienti physicae passiones; Thomistæ autem, quamvis ponant subjectum Physicæ ens mobile, facentur tamen, quod physica mobilitas non convenit enti spirituali; & per se notum est, quod sensibiles passiones spirituali substantiaz repugnant; est autem motus successivus passio sensibilis: nullius ergo sententia est, quod Angelus per se movetur motu successivo, & multis habetur historiis, quod Demon in corporibus obsecris

in eodem instanti in locis valde distantibus reperitur.

Aliud ergo est, loqui de motu, quem habet Angelus in corpore assumpto, aut de transitu, quem per se, & propriâ substantiâ ex hoc ad alium locum faceret: per se quidem non habet moveri, neque transit spatium, quare sibi de materiali est distantia, & in instanti hic, & ibi inventur; ex quo posset ratio contra arguentem produci: Sicut enim se habet distantia ad transitum Angeli, ita se haberet in vacuo ad transitum lapidis, nempe utrobique est de materiali, cum nullum sit medii impedimentum sicut ergo Angelus non ita comparatur ad distantiam, quod prius sit in priori parte, quam in posteriori spati, ita lapis. In corpore autem assumpto potest Angelus successivè moveri; tunc autem non à distantia, sed à resistentia, quam facit medium assumpto corpori, causatur successio.

Ad secundam confirmationem, primò in motu Cœli non ex resistentia medii ad mobile habetur præcisè successio, sed ex resistentia ipsius mobilis ad virtutem moventis, quare id non est ad propositum. Secundò, posset Angelus ex superioritate naturæ sua ad totam naturam corporalem in instanti vincere resistentiam Cœli, ex dispositione autem interiori naturæ con-

grueat;

gruenterē, non quantum ipse Angelus potest, sed quantum Cœlo congruit, & sublunatibus corporibus, corpus cœleste moveri, quare certissimè quidem, non tamen in instanti. Ad tertiam patet ex dictis ad primam, dato nempe, quod lapis moveretur, nullam haberet partibus columnæ commensurationem, sed in instanti in inferiori parte esset, quia nihil est, à quo prohibetur statim habere, quod sibi de se competit, nempe esse deorsum. Cetera mitto, quoniam ex dictis ea possunt solvi.

præfens. Itaque Aversa pro té titans Suarium, Peterium, Tosletum, Bonseca, Hurado, Consimibiscenses, confehdit, spatiū, quod dicimus imaginariū, non esse omnino nihil, quamvis enim non sit aliquid reale substantiale, aut accidentale, est tamen capitulo illa, quam imaginamur, in qua mundos est, & in qua infiniti possent creari, que non purum nihil, sed aptitudinem dicit ad recipienda corpora; quare non purum nihil, seu quodlibet nihil est spatiū imaginariū, sed tale determinatum nihil, in quo nempe sit illa capacitas.

Hæc sententia aut manifestam inducit contradictionem, aut id ipsum intendit, quod nostra ponit, utrum autem intendat, determinare non ausus multis enim contendit debere admitti tale spatiū, quod derat aliquomodo a parte rei sine fictione intellectus, ita contendit in prima sua conclusione citatus Aversa; in secunda autem ponit, hoc spatiū non esse quid reale, & positivum, neque substantia, neque accidens, neque aliquid ejus; si quis autem potest aliquid accipere, quod neque reale sit, neque rationis, is utramque poterit conclusionem concordare. Præterea: Tale determinatum nihil nihil est; sed nihil non est aliquid in re: si ergo illud spatiū est tale determinatum nihil, non poterit aliquid esse in re ei-

## ARTICVLVS VII.

*An Deus sit actu in spatiis imaginariis?*

S. I. *Deus non mouet*

*Quid sit spatiū imaginariū?*

303. **T**ota præsentis articuli difficultas ad hoc devolvitur: Si enim constet tale spatiū nihil omnino esse, nulla relinquatur difficultas de eo, quod quartatur, quia nullius entis nullæ sunt passiones, & nihil non potest præsentiam terminare, maxime Dei, cuius præsencia non est aliquid in Deo, sed in creatura, cui Deus est

tra fictionem intellectus. Mitto, quod unum nihil ab altero non differt, differre enim passio est entis, quare non potest accipitale determinatum nihil, nisi in actu intellectus nostri concipiatur ipsum nihil ad modum rei. Mitto item, quod illa capacitas non subjectiva est, & quæ sit aliquid, aut alicujus passio, sed mera nos repugnantia, quam poster intellectus concipit.

304 Dicendum itaque, spatiū, quod dicitur imaginariū, nihil omnino esse, neque aliquid actu dari extra conceptum intellectus nostri, quod possit dici spatiū imaginariū. Hæc conclusio primò patet ex ipso nomine, quo tale spatiū significamus; eo enim imaginariū dicitur, quia non est, sed imaginatur, ac si esset. Præterea: Quidquid est, aut est substantia, aut accidentis, in latissima acceptione sumendo accidentis; sed tale spatiū neque substantia est, neque accidentis, etiam in illa latissima acceptione: ergo omnino non est. Patet maj. quia ens in latissima acceptione adæquate dividitur in substantiam, & accidentem, nempe in id, quod est, & quod affectio est, aut determinatio aliqua illius, quod est. Minorēm ipsi concedunt Doctores contraria sententiaz, & per se patet, quod tale imaginatum nec substantia aliqua est, nec substantia alicujus affectio, aut deter-

minatio. Insuper: Prò priori ad instans creationis nihil est imaginable præter Deum; sed spatiū illud imaginatur prædens, in quo nempe Deus mundum condidit: ergo id nihil est. Rursus: Aliquid extra conceptum nostrum, quod sit Deo co-æternum, & ab ipso improductum, Fidei repugnat; sed tale esset illud spatiū, si aliquid esset ergo.

305 In contrarium arguit Averroë, primò ex P. Augustino lib. 11. de Cœitate Dei cap. 5. quo afferit, sicut ante mundum infinita præcessere tempora, ita extra mundum infinita esse spatia. Sed in primis locum S. Parentis ipse videtur non legisse, ideo forte citat caput 15. locus autem habetur cap. 5. Deinde eo admisso, quid inde pro te possit deducere, ego non video; tempora enim, quæ mundi conditionem præcessisse imaginantur, nihil omnino sunt præter ipsam Dei æternitatem: si ergo inde fiat consequentia, deducitur, quod spatiū extra mundi ambitum nihil est præter Dei immeasitatem.

Iaque in illo loco ad hominem procedit S. Parentis contra Gentiles Philosophos; ipsi enim pro mundi aeternitate arguebant, quod si mundus incipit, Deus infinitis temporibus, quæ ejus initium præcesserunt, otiosus fuisse dicendus est; &

quia

quia inconveniens est Denū imaginari otiosum, deducebant, mundū non incepisse. Contra hoc ad hō ninem arguens ait S. Parens, quod sicut infinita tempora mundi initium præcessisse imaginantur, ita infinita spatia extra mundi ambitum imaginari debent: qui ergo querunt, ait S. Parens, quid Deus agebat illis infinitis temporibus, ne otiosus concipiatur, respondeant, quid sit in illis infinitis spatiis, quæ nunc imaginantur extra mundū. Hoc, ut vides, non est aliter talia dari spatia, aut ea siquid esse, imò oppositum; quia enim nihil est tale spatiū, neque in eo potest Deus concipi siquid agere; intendit inde deducere, quod nihil pariter sunt infinita tempora, quæ ante mundū initium imaginantur; quare concludit: *Quod si dicant, inanet esse hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca, cum locus sit præter mundum; respondeat eis, inaniter homines cogitare præterita tempora vacationis Dei, cum nullum tempus sit ante mundum.*

306 Arguit secundò à ratione, quam dicit manifestam: Mundus in suo spatio est, quod occupat, & posset Deus alium creare huic contiguum, magis, aut minus distans, & patiter potuit hunc creare, non hic, ubi nunc est, sed alibi: ergo datur omnino spatiū, in quo mundus

est, & alia possunt. Rsp. manifestius neg. conseq. illæ enim prædicatioes non politi- vum aliquid significant; neque enim mundus in loco est, sed tantum significant relationem, rationis, aut secundum dici ad alia a nobis imaginata: quia ergo nos imaginamur spatiū, & in eo aliquid possibile fieri, concipimus hunc mundum tamquam in aliqua parte illius spatiū, & cum modo relativi ad ea, quæ ibi imaginamur, re autem nihil id est præter conceptum nostrum.

307 Arguit tertio: Vbi nunc est corpus v.g. palmare, spatiū intelligimus, quod quolibet alio annihilato relinquitur, ita quod tale spatiū, annihilato illo corpore, non posset a minori alio repleri: ergo tale spatiū, etiam omnibus rebus annihilatis, re linquitur, & consequenter ipsa est. Rsp. pariter neg. subillatum consequentis: spatiū enim, in quo nunc est corpus palmare, est locus ejus, nempe superficies corporis continentis, & annihilato illo palmari corpore, hæc superficies relinquitur, quæ à minori non poterit repleri; at si etiam annihiletur illud corpus, cuius est hæc superficies, nihil omnino relinquitur, & ita est spatiū, quod dicimus imaginatum.

308 Arguit quarto: Si Deus auferret aërem ab aula, relatis patie-

parietibus, manifestè patet remansuram distantiam, quam parietes habebant; non enim per hoc, quod intermedium corpus annihilaretur, ipsæ ad se accederent: ergo illa distantia interjecta aliquid est, quod tunc relinquatur. Resp. pariter neg. conseq. prater relationem enim, qua quilibet ad alteram se habet, illa distantia mera negatio est, tūm contiguitatis, tūm corporis intermedii, & hanc negationem nos concipimus ad modum aliquas positivi, quod sit distantia, & spatium interjectum.

309 Arguit quintus: In uno, & eodem spatio succedunt sibi invicem multa corpora, ut ubi nūc est homo, postea erit aēr, quare vere dicitur, quod ibi nūc est aēr, ubi prius fuerat homo: ergo spatiū verē est aliquid prater corpora, quod est eorum capax. Resp. quod nūc de facto corpora sunt in loco suo, nempe superficie continentis, & sibi succedunt, quatenus hac superficie nūc hoc, nūc illud corpus continetur; de hac verificatur, quod ubi nūc est hoc corpus, prius erat aliud; si autem velimus accipere seculū omni corpore spatiū, quod est intra ambitum superficie continentis, id vacuum est, & omnino nihil. Per hāc poterit ad reliqua patere.

## Resolvitur Articulus:

310 **I**N hac difficultate tota controversia est de modo loquendi; quamvis enim affirmativam sententiam teneat, & multis probet P. Suarez disp. 30. Metaph. sect. 7. ex que illam tenet Cardinalis de Aguirre, in re tamen nobiscum tenet; quippe num. 35. exprelsè asserit, quod hāc propositio: Deus est in spatio imaginario, non significat ex parte spatiū aliquid, cui Deus sit præsens, sed tantū ex parte Dei immensitatem, qua quantum est de se, ibi est, ubi finis imaginatur; quod est dicere, Deum ipsi spatio fore præsentem, si spatiū aliquid esset; quia tamen nihil omnino est, sequitur Deum in eo non esse actu: tota ergo controversia ad hoc reducitur, ut solvantur argumenta ejus, & probetur, consanguentiorem esse modum locandi sententia negativa.

311 Dicendum ergo, quod Deus actu non est in spatio imaginario. Hāc est communis fere omnium sententia. Prob. primo: Quia denominations, qua Deo ex tempore convenient, non significant aliquid in Deo, sed relationem in creatura; quare ista omni-

omnino verificari non possunt, quando, aut ubi nulla intelligitur creatura, in qua illa relatio fundetur; sed Deum alicubi esse in actu, est temporalis denominatio: ergo ea non verificatur, ubi nulla intelligitur creatura; sed nulla intelligitur in spatio imaginario: ergo. Hæc sublunta probata est s. præcedente. Major autem eo patet, quia si denominatio temporalis aliquid in Deo significat, id Deus in tempore habet; implicat autem Deum in se ipso aliquid in tempore habere, quod ab aeterno non habuit. Minor ex terminis nota est; ubi enim nulla intelligitur creatura, nulla potest intelligi relatio fundata in creatura, aut denominatio inde sumpta: similiter Deus ab aeterno non alicubi, sed in se ipso esse intelligitur, quare esse alicubi denominatio est in tempore convenientis.

312 Prob. secundò: Quia præsentia Dei non potest concipi otiosa, & secundum puram relationem præsentialitatis; sed in spatio imaginario otiosa deberet concipi, & quantum ad puram relationem: ergo nequit dici ibi esse. Patet maj. quidquid enim concipiatur, cui Deus sit præsens, à Deo habet esse, & conservatur, & otiosa, & pura præsentialitas imperfectionem dicit. Min. item ex dictis nota est; spatiū enim imaginarium nullum

Tom. III.

habet esse, quo possit à Deo dependere.

313 Prob. tertio ipsa ratione, qua in contrarium utitur P. Suarez: Sic Deus per immensitudinem comparatur ad spatiū, si cut per aeternitatem ad durationem; sed quamvis infinita sit in durando Dei aeternitas, non potest dici in actu præsens temporis imaginario: sicut ergo absolute assertimus, Deum ante mundum nulli durationi coextitisse, quia nulla erat, cui posset coexistere, ita dici debet, quod extra mundum nulli spacio est præsens, quia nihil est tale spatiū.

314 In contrarium arguit primò P. Suarez ex loco P. Augustini supra citato, ubi ita habet: *An fortè substantia Dei, quam neque includunt, neque determinant, neque diffundunt loco, sed de ea, sicut de Deo sentire dignum est, fateantur incorporeā præsentia ubique totam à tantis locorum extra mundum spatiis absentem esse dicturi sunt, & unum tantum, atque in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco, in quo mundus est, occupatam.* Non opinor eos in hæc vaniloquias progressuros. Enī ubi vaniloquium putat Deum dicere extra mundum non esse. Idem habet in lib. 1. Confes. cap. 2. & 3. & in lib. 7. cap. 5. ubi Deum imaginatur velut mare, mundum autem tamquam spongiam aliquam in ipso eo plenam; patet autem, quod

Ug

marc

mare in actu esset ultra illam spongiam.

315 Resp. quod in priori loco de Civit. Dei jam supra patuit, quod arguit ad hominem contra Gentiles, quia ipsi bene quantum ad hoc Deum concipiebant immensum, & non coarctari ad finitum mundi ambitum: hoc itaque argumentum intendit, quod nos possunt dicere, Dei presentiam tantum ad hanc mundum determinari, & hoc dicit vaniloquium; at extra mundum nihil omnino agit: si igit ergo ipsi coguntur fateri, quod Deus nihil agit extra mundum, neque tamen otiosus est, ita ipsis dicitur, quod nihil agebat ante mundi initium, quin proinde esset otiosus. Hoc, ut vides, sicut non est asserere, quod Deus ante mundum alicui durationi coexticerit, ita neque est asserere, quod alicui spatio extra mundum sit praesens, sed tantum ipsis redarguere ex his, quae concedunt; ipse autem S. Parens in fine illius capitis concludit, quod tam spatia extra mundum, quam tempora ante mundum nihil sunt; verba deditus supra num. 305.

In 1. Confes. de hoc agit, quomodo Deum invocamus, ut ad nos veniat, cum tamen Deus sic ubique, & consequenter in nobis ipsis; quare ait, quod ipse non esset, nisi Deus esset in ipso, ex quo potius deducitur opposi-

tum: nempe in eo, quod non est, non est Deus; sed spatium imaginarium nihil est: ergo in eo non est Deus. In 7. Confes. de hoc agit, quod non poterat intelligere, unde, aut quomodo sit malum in rebus? & rationem subiungit, quia Deum concipiebat veluti mare immensum, & rerum universitatem tamquam sponsigiam in ipso; quare non apparet, qua posset malum ingredi, & subiungit: *Talia volvebam pectore meo misero ingravidato curis mordacissimis de timore mortis, & non inventa veritate.* En ipse ait, quod non inventa veritate sic cogitabat; titulus item capitii praefixus veluti somnium inducit imaginationem illam.

316 Arguit secundum à ratione: Deus potest operari extra mundum sine sui mutatione: ergo auctu ibi est. Antecedens de se patet, & conseq. ostenditur primò, quia rem esse, ubi operatur, non est denominatio resulans ex operatione, aut termino ejus, sed conditio prærequisita ex parte causa. Confirmatur: Ante Ascensionem Christi Domini ultra supremum Cœlum non erat corpus aliquod, tunc autem incepit ibi esse Corpus Christi Domini; sed Deus non incipit alibi esse: ergo aut prius ibi erat, & sic in spatio imaginario, aut nunc non est praesens Corpori Christi Domini.

Resp.

317 Resp. neg. conseq. Ad prob. ejus dicitur, quod in causa creata prius est esse alicubi, quam operari, & eo alicubi operari intelligitur, quia ibi est; in Deo autem non prius intelligitur alicubi, sive in aliquo esse, quam operari, immo sic esse est ipsum operari; quare Deum posse extra mundum operari est posse ibi esse. Ratio est, primò, quia in causa creata intelligitur otiosa, & pura præsentialitas, non autem in Deo; quare potest creatura, non autem Deus alicubi intelligi, quin intelligatur operari. Secundò, quia Deus non est præsens alicui per præsentiam, quæ sit in ipso Deo, sed præsentia Dei significat relationem in illo, cui dicitur præsens; sed ubi nihil est, potest quidem Deus aliquid creare, non autem aliqua relatio fundatur ad Deum ante creationem: non ergo ibi est actu, quamvis ibi possit operari.

Ad confirmationem dicitur primò, quod non id dicimus spatiū imaginarium, ubi nullum est corpus, sed ubi nihil accipimus, nisi ipsum inane, quod noster intellectus concipit; tunc autem supra ultimum Cœlum, licet nullum concipiamus corpus, concipimus Santos Angelos esse, quibus Deus est præsens, & in quibus est. Dicitur secundò, quod accipiendo corpus aliquod incipere esse in eo, quod

dicimus spatiū imaginarium, Deus incipit ibi esse in actu, non per mutationem in ipso Deo, sed in creatura, quæ inciperet ibi esse; ut enim saepe dictum est, Deum esse alicubi non significat præsentiam in ipso Deo, sed relationem creaturæ ad Deum.

318 Arguit tertio: Imaginatur in illo spatio alter mundus ab isto distans; tunc Deus utriusque erit præsens: ergo & spatio intermedio, quod est pure imaginarium. Prob. conseq. Aliter enim haberet Deus duas præsencias discretas, & separatas, & ut hic præsens distaret a se ipso ibi præsente; sed hoc implicat: ergo. Confirmatur: Quia sicut Deus per æternitatem fuit ante mundum, ita per immensitatem est extra mundum. Respondetur negando consequentiam. Ad probationem ejus dicitur, quod Deum esse alicubi relationem significat in eo, cui dicitur præsens; & quia in hoc, & illo mundo relatio est ad Deum, non autem in spatio intermedio, Deus in hoc, & illo esset, non autem in medio; neque ex hoc sequitur discretio aliqua in Deo, sed in rebus ipsis, quibus est præsens. Ad confirmationem jam patuit supra ex P. Augustino, quod Deum fuisse ante mundum non significat, quod alicui duracioni imaginatz coextiterit, sed tantum, quod ejus æternitas latius infinitè extenditur, quam

mundi duratio : pariter ergo sed ejus tantum imministrat enim Deum esse extra mundum non significat , quod alicui spacio quæ infinitè extenditur ultra mundi ambitum .  
imagineatio sit in actu præsens ,

# QUÆSTIO QVINTA DE TEMPORE, ET DURATIONE.

## ARTICULUS I.

*Quid sit , & qualiter existat  
Tempus?*

319 **D**ifficilis quidem est temporis cognitio , eo quod parum habet de esse , ut ostendit S. Patens lib. 11. Confess. quare diffusa de eo tractatio confusionem magis , quam utilitatem adducit. De eo agit Philosophus in 4. Physic. à text. 87. & N. B. Doctor tunc ibi , tunc in disputatis de Mensura Angelorum , ubi agens de ævo multa habet de tempore , ex quo , quæ sufficiant ad aliqualem de eo conceptum habendum , accipiemus missis inutilibus difficulta-

tibus ; quia autem , ut soprà dictum est de vacuo , in aliis non statim apparet , quid est , quod significatur per nomen prius quid est , quam an est , seu qualiter existit , determinabimus .

320 Philosophus itaque , cuius definitionem omnes amplectuntur , sic tempus definiet : *Numerus motus secundum prius , & posterius .* Pro cuius intelligentia notabimus , quod motus essentialiter importat successionem , hoc est habere partem post partem : ipse ergo partes motus secundum quod ab anima accipiuntur , vel acceptabiles sunt , sic ordinatae , & una post aliam faciunt tempus : nuda realitas temporis est ipsa realitas motus .

hunc tempus pro materiali importat motum ipsum, addit vero pro formal intentionem animæ accipientis partes ejus secundum prius, & posterius, seu potius ipsa est partium acceptibilitas.

321 Dubitatur primò, quomodo dicitur, quod tempus est numerus? Ratio dubitandi est, quia numerus est quantitas discreta; tempus autem est continuum successivum. Pro expeditione communiter distinguitur de numero numerante, & numerato. N. Manso vult, quod numerus numerans est actus animæ accipientis, & numerantis; numerus vero numeratus est res ipsa accepta; tunc autem ait, quod tempus est numerus numerans, & numeratus; numeratus quidem, quia est ipse motus, seu partes ejus acceptæ secundum prius, & posterius; numerans autem, quia includit actum animæ, quo sic accipitur. Sed in primis distinctionem non explicat ad mentem B. Doctoris; ipse enim vult, quod numeros numerans est, qui habet rationem mensuræ respectu alterius; numeratus vero, qui mensuratur; & quia tempus simpliciter dicitur de motu primo, sive primi mobilis, qui propriè est cæterorum mensura, tempus absolute est numerus numerans; quatenus autem pro formalis importat acceptabilitatem secundum prius, & posterius, quæ est quædam nu-

meratio, hoc sensu est numerus numeratus.

Deinde: Tempus, secluso opere intellectus, est in re, & fuit de facto ante creationem primi hominis; sed in illa acceptione numerus numerans non est secluso actu intellectus: ergo. Præterea: Illa distinctio intactam relinquit difficultatem; tunc, quia sive numerans, sive numeratus, si verè numerus est, est quantitas discreta, nempe in intellectu accipiente erit quantitas metaphysicè accepta, in re autem erit quantitas physicè existens; utробique autem discreta, si utrobique que est numerus: relinquitur ergo dubitatio: Quomodo tempus, quod proculdubio continentiam habet, potest dici numerus? Tunc etiam, quia per ipsum tempus est numerus numerans, & numeratus; sed quidquid sit de numerante, numerus numeratus est proculdubio quantitas discreta: ergo.

Pro resolutione itaque notandum, quod non inconvenit unum, & idem aliter, & aliter accipi, & aliam, atque aliam habere rationem quidditativam, & secundum unam potest esse in uno praedicamento, secundum aliam in alio, ut realitas caloris una acceptione est qualitas, aliâ actio, aliâ passio, & multò magis poterit in alia, & alia esse specie ejusdem praedicamenti, ut linea quatripalmaris secundum se est

quantitas

quantitas continua; ut autem acceptibilis est, secundum quod haber quatuor palmos, est numerus, & quantitas discreta: in proposito itaque tempus est ipsa realitas motus, quæ secundum se habet continuatatem successivam; pro formaliter vero importat acceptibilitatem secundum prius, & posterius, quæ est quædam numerabilitas in partibus motus: quia ergo accidens potest definiri per subjectum suum in obliquo, aut in recto, potest dici tempus, aut motus numerabilis secundum prius, & posterius, aut numerus motus, & hoc secundo modo accipit Philosophus.

322 Ulterius dubitatur: An tempus sit ens reale extra animam? Negare videtur S. Parenſ cit. 11. Confel. cap. 20. ubi ait, esse tria haec in anima, praesens, praeteritum, & futurum, & alibi ea se non videre. Per oppositum Prad. & alii apud N. Mans. tenent tempus adæquate, & tam secundum id, quod importat pro materiali, quam secundum id, quod importat pro formaliter, esse extra animam. N. Manso medium tenere videtur, quod nempe pro materiali est ens reale extra animam, scilicet motus primi mobilis; pro formaliter vero importat actum intellectus numerantem, & accipientem secundum prius, & posterius; quare ipse in Logica eodem modo esse, ait, in re tempus, quo universale.

Dicendum nihilominus, quod tempus completere, & adæquate est ens reale extra animam. Colligitur ex Sacro Textu, quo aliquot dicuntur præcessisse dies ad creationem primi hominis: fuit ergo tempus in actu, & formaliter ante omnem actum animæ; si autem esset in re tempus, sicut universale, sicut ante actum intellectus nostri non esset in re universale, sed tantum fundamentum, ex quo posset formari, ita neque esset tempus: hoc ergo non actum ipsum numerantem, sed numerabilitatem importat pro formaliter, seu motum ipsum dicit, secundum quod est acceptibilis; patet autem, quod motus sic acceptibilis est in re ante omnem actum accipientem. Locus S. Parentis tantum intendit, quod præteritum jam non est, sed fuit; futurum nondum est, sed erit; praesens autem non est aliqua pars temporis, sed copulatio partium; quare de tempore nihil est accipere in re existens; hoc autem petit quidem difficultatem de modo, quo existunt successiva, de quo inferius; non autem tollit, quin tempus sit ens reale extra animam. Quod autem alii cubi ait B. Doctor, quod tempus, sicut universale, ab anima dependet, ly sicut non debet accipi per omnem modum, sed illam tantum acceptabilitatem intendit, quam tempus importa-

pro formalī.

323 Dubitatur tertio: An sit unum tempus omnium temporalium? Ad quod affirmative respondet B. Doctor quæst. 2. de Mensura Angelor. cùm enim ibi quereret: An sit unum ævum omnium æviternorum? pro explicatione supponit, quod mensura dicit quid invariabile, & primum, seu quod non reducatur in aliud sui generis, quod enim in aliud rediicitur, ab eo mensuratur: quia ergo in æternis omnium esse, & duratio non reducitur ad unum primum sui generis, non est unum ævum, quod sit omnium mensura; quia verò in temporalibus omnes motus dependent, & reduci habent in motum primi mobilis, hujusmodi motus est cæterorum mensura, & quia temporalia esse habent motui, & mutationi subiectum, ille motus esse, & durationem temporalium mensurat; quare est unum tempus omnium temporalium, & tale facit motus primi mobilis.

Notandum autem, quod S. Parens citat. 11. Confes. cap. 23. ita habet: *Audivi à quodam homine docto, quod Solis, & Lune, ac Syderum motus ipsa sint tempora, & non anni; cur enim non potius omnium corporum motus sint tempora? An verè si ceferent Cœli lumina, & moveretur rota figuli, non esset tempus, quo metiremur eos gyros?* Quibus

apertè fatetur S. Parens, quod cuiuslibet rei motus tempus dici debet; ex quo sequitur, quod non sit unum tempus omnium temporalium. Sed sequenti capite solutionem ipse innuit S. Parens; ait enim: *Cum itaque aliud sit motus corporis, aliud, quo metimur, quandiu sit, quis non sentiat, quid horum potius tempus dicendum sit?* Quibus intendit, quod tempus id est, quo metimur motus durationum; & quia rationem mensuræ simpliciter, & propriè habet motus primi mobilis, is absolute tempus dicitur; quare propriè, & simplicitè unum est omnium temporium.

Cum hoc tamen stat, quod secluso per intellectum motu illo, si alius quilibet daretur, in eo posset accipi tantum, & tantum durationis suæ, & consequenter tempus; quare communiter tempus dividitur in intrinsecum, & extrinsecum: tempus extrinsecum dicitur motus primi mobilis, ut est acceptibilis secundum prius, & posterius, & hoc est propriè, & simplicitè tempus, quod est mensura durationis omnium temporalium; tempus verò intrinsecum est motus proprius uniuscujusque, secundum quod in eo accipimus prius, & posterius, & hoc impropriè, & secundum quid tempus dicitur.

324 Dubitatur quartò: Quid

sit nunc temporis? De hoc quaerit B. Doctor lect. 22. & respondeat, quod aliter in permanentibus, atque in successivis debet accipi indivisibile: nam partes continuorum permanentes copularunt per indivisibile sui generis, ut partes linea puncto, partes superfaciei linea, partes corporis superficie; at verò in continuo successivo non sic; si enim partes motus vellemus continuare per indivisibile sui generis, tale esset mutatum esse; hoc autem non est continuativum, sed tantum terminativum motus. Hoc, ut notum, supponit B. Doctor; ratio autem de facili assignatur: primum, quia continuativum partium quæ se habet ad utramque partem, per se enim respicit ordinem prioris ad posteriorem; at mutatum esse per se respicit priorem partem motus, cuius est terminus, & sibi accidit, quod ulterior pars sequatur: non ergo hoc est continuativum. Secundò, quia mutatum esse sensibili parte motus inducitur; at motus, sicut quodlibet continuum, est etiam mathematicè divisibile, sive in partes mathematicas, que à sensibili abstrahunt, & suis habent indivisibilibus copulari: non ergo est continuativum motus ipsum mutatum esse.

Docet itaque B. Doctor, quod per se continuativum motus est ipsa substantia mobilis, non absolute, sed ut accipitur in

successione, & fluxu; & ut sit sub priori, & posteriori parte motus: quia successivum consistit in ipso ordine, quo partes fluunt, una post aliam; qui quidem ordo in aliquo manente fundari debet; in motu autem nihil est manens nisi substantia mobilis. Quia itaque tempus est ipsa realitas motus primi, secundum quod in ea accipitur prius, & posterius, nunc, sive indivisibile continuativum partium temporis ipsa est substantia primi mobilis, prout stat sub motu; quare ait B. Doctor, quod nunc semper fluens facit aeternitatem, nunc autem fluens facit tempus, quia ipsa substantia, secundum quod invariabilitè stat, est aeternitas essentialis, & simpliter, si libi convenit essentialiter invariabilitas; secundum quod autem, & per participationem, si iadefectibilitatem, & invariabilitatem non à se habet, & essentialiter, sed ab alio, & per participationem, sive tantum connaturaliter; ipsa autem substantia fluens, & motui subjecta facit tempus. Ex his sufficienter habetur, quid est tempus, quod erat primum, de quo quæbatur.

325 Quantum ad secundum, qualiter existit tempus, facit rationem dubitandi, quod tempus adæquatur ex presente, præterito, & futuro; sed præteritum jam non est, futurum nondum

est, præsens autem non est aliquid temporis, cum sit indivisibile continuativum partium: nihil ergo temporis existit, & consequenter neque existit tempus. Hanc difficultatem varie urget S. Parens citat. 11. Confession. Aliunde autem negari non potest, quin tempus existat re ipsa, & seculo opere intellectu: siquidem nos ipsi, & temporalia omnia, existimus, & durationem habemus tempore mensuratum, & ipsi coexistentem; quare tota difficultas est de modo, quo tempus existit.

Prima sententia docet, tempus non existere per partes suas, sed ratione instantis. Ita Palancum multis aliis. Motivum est: Quia tempus essentialiter est successivum, quare qualibet ejus pars successiva est; & quia continuum ad indivisibilia non resolvitur, sequitur, aut quod nulla pars existat, sed tantum indivisible copulativum, & hoc intenditur; aut quod successivum partes habeat simul, quod implicat. Secunda sententia per oppositum docet, quod tempus existit ratione partium, non autem ratione instantis. Ita Parra, & alii. Motivum ex eodem medio desumitur, quod nempe tempus est successivum, quare ejus existentia nequit esse permanens; sed instantis est quid permanens, solum autem successionem habent partes: ergo. Tertia sen-

tentia, quæ nititur utramque conciliare, docet, quod tempus extrinsecum existit ratione instantis, intrinsecum vero ratione partium; quare de priori tenet prima sententia, de posteriori altera. Ita N. Lusitanus, & ex Thomistis Prado.

Sed in primis distinctio, quam inducit hæc tertia sententia, nulla ratione suadetur: æquè enim intrinsecum, & extrinsecum tempus pro materiali sua realitatis motum importat, sive substantiam mobilis, ut est in ipso fluxu, in quo accipitur prius, & posterius, quare eodem modo in utroque debet accipi existentia. Deinde: Verum assumit motivum utriusque alterius sententia, neutra tamen substantiæ potest, secundum quod verba sonant; si enim accipiatur instantis per se, & secundum se, patet, quod nullam habet successiōnem, neque tempus est, aut aliquid ejus, quare dici non potest tempus existere ratione illius; si militer, si partes accipientur secundum se, & leorsim ab instanti, nullo modo sunt, quare tempus non poterit dici ratione illarum existere.

Dicendum ergo, quod aliter querenda est existentia successivi, & permanentis: hoc enim eo quod partes habet simul, existit per hoc, quod est actu extra causas; successivum autem, eo quod in ipso fluxu partium con-

sistit, non existit per hoc, quod est, sed magis per hoc, quod non est extra causas; quo sensu accipitur illud S. P. *Tunc omnes anni nostri erunt, quando nulli erunt;* non autem absolute per ipsum non esse, sed ita quod non esse partium coniunctum inrelligatur, & ordinem habens per aliquid, quod est: prout ergo ipsa substantia mobilis media accipitur, & fundans ordinem utriusque non esse, nempe illius, quod fuit, ad id, quod erit, existit tempus; quare non ratione instantis, sed ratione coniunctionis partium, sive ordinis, qui in ipso instanti fundatur. Quo patet ad motivum utriusque sententiae: neque enim existentia successivi debet accipi pro ipso esse extra causas, siquidem quando extra causas est, jam non est; nec instans positivè est quid permanens, sed negativè tantum, in indivisiibili enim neque permanentia accipitur, neque successio.

## ARTICULUS II.

*An duratio distinguatur realiter à re durante?*

326 **A** Liqui pro eodem accipiunt duracionem, & tempus; falluntur autem, quia tempus non ipsa est duratio, sed mensura durationis. Alii durationem accipiunt ipsum quando: falluntur item, et si enim duratio sit adjacentia, sive co-existentia rei temporalis ad tempus, & particèr quando dicatur adjacentia ad tempus; est autem quando determinata adjacentia, ut heri, hodie, cras; duratio vero ab ista determinatione praescindit: est ergo duratio permanentia rei in esse, sive continua-tio ipsius esse. Dividitur in temporalem, & æternam, seu, quod idem est, permanentem, & successivam: illud esse, quod variationi subjicitur, tempore mensuratur, & hujus duratio temporalis est, & successiva; quod autem invariabile est, æternitate mensuratur, sive essentiali, si sit essentialiter invariabile, ut esse Dei; sive participata, quæ dicitur æcum, si sit invariabile tantum connaturaliter, & per participationem. De his agere nostrum non est, quare solùm queritur de duratione temporalium.

Prima

Prima sententia absolute affirmat, durationem realiter distingui à re durante. Ita Comimbricenses, Sal. Rub. Arriaga, Complut. Eliseus, & multi alii. Secunda absolute negat. Pro hac citantur Scotiæ, & ex aliis Suarez, Vazquez, Medina, Ovied. Aguirre, & alii. Nostri Villanova, & Manso suam ponunt distinctionem realem quidditativam: minus tamen consequenter; aut enim quando (ipso pro eodem accipiunt quando, & durationem) puram relationem dicit; aut rem ipsam sub quadam relatione? Si primum, habent quidem suam distinctionem quidditativam, quam propugnant relationis propriam; sed tunc pura relatio non erit speciale prædicamentum; est autem quando unum de sex ultimis. Præterea: N. B. Doctor sape ait, quod sex ultima dicunt rem sub ordine: non ergo quando purum ordinem dicit. Si autem dicatur alterum: aut duratio non est ipsum quando, quod ipsi supponunt, aut non realiter quidditativè distinguitur à re durante.

327 Nobis dicendum, quod duratio à re durante solum distinguunt secundum rationem quidditatis; non quod duratio relationem importet, sed importat modum se habendi ipsius rei, quæ durat, modus autem sola ratione differt à te modificata, ut in Metaphysica probabimus.

Prob. primò ex B. Doctore in 2. dist. 1. part. 1. q. 3. art. 2. ad 3. ubi ita ait: *Ad tertium dicendum, quod sufficit differentia secundum rationem inter esse, & creationem, ad hoc quod semper res sit, quandiu est, non tamen semper creetur: eadem ergo res, ut est perfectio essentiae, est esse; ut est ab alio inchoata, & sic inchoata, quod eam non praesistit tempore potentia, in qua recipitur, sic est creatio; ut vero est talis perfectio continuata, sic est conservatio; & quia ista secundum se, ut inchoatum, & ut continuatum non addunt rem aliquam supra esse, sed solum habitudinem ad agens, ideo creatio, & conservatio non dicunt rem aliam, quam esse. Quibus potissimum fundamentum contrariæ sententiæ adducit, & solvit: itaque sic se haber duratio ad esse rei durantis, sicut conservatio ad creationem; sed conservatio id ipsum dicit, quod creatio, continuatum, & manens: ergo duratio dicit ipsum esse manens, & continuatum.*

328 Prob. secundò: Hoc addit duratio supra esse rei durantis, quod tempus supra motum primi mobilis; sed tempus supra motum tantum addit intentionem sola ratione differentem, nempe acceptibilitatem secundum prius, & posterius: ergo sicut tempus est realitas motus sic acceptibilis, ita duratio dicit

ipsum esse rei durantis acceptibile, secundum quod manet, & continuatum. Patet maj. tempus enim dicit durationem, & continuatem motus primi mobilis, & accipitur duratio in re temporali, secundum quod coexistit tempori, & ab eo mensuratur. Minorem docet B. Doctor, tum 4. Physic. lect. 18. tum in 2. dist. 2. q. 1. art. 6. dub. 4. later. in solut. ad 1. ubi docet, quod tempus dicitur passio motus, non simpliciter, quia tunc idem esset realiter passio, & subiectum, sed secundum quid, quatenus dicit intentionem fundatam super motum. Patet item ratione: Acceptibilitas enim secundum prius, & posterius non addit realitatem, sed intentionem tantum supra ipsum sic acceptibile.

329 Prob. tertio: Per hoc praeclisse, quod res intelligatur tempori coexistere, intelligitur durare; sed seclusa qualibet realitate superaddita ipsum esse per hoc, quod intelligatur non deficere, intelligitur coexistere tempori: ergo duratio non addit realitatem supra esse rei durantis. Patet maj. quia tempus est mensura durationis, & per hoc mensuratum intelligitur, quod mensura sive coexistit. Min. item patet; si enim duratio est manentia rei in esse, per hoc quod intelligatur ipsum esse non deficere, intelligitur magens, & tem-

pori coexistens.

330 In contrarium arguitur: Prius est rem existere, quam durare: ergo duratio se habet ut accidens rei durantis: ergo ab ejus esse distinguitur secluso operare intellectus. Antecedens patet; non enim durat, nisi quod prius productum est, & existentiam habet. Patet item prima conseq. quod enim rei existenti advenit, accidens est. Patet tandem secunda; nihil enim ibi ipsi accedit. Confirmatur primò: Duratio Dei solum virtualiter, & ratione nostra dissentit ab ejus esse; sed quæ in Deo virtualiter, in nobis distinguuntur realiter, ex distinctione enim, quæ re ipsa est in creatis, fundamentum sumit intellectus ad formandam distinctionem in Deo: ergo. Secundò: Duratio, qua Petrus heri duravit, nunc non est; sed nunc est esse Petri: ergo realiter ab eo distinguitur duratio, siquidem separatur. Tertio: Esse non sufficit magis, & minus; sed duratio magis, & minus tuncipit, magis enim una res dorat, quam alia: ergo. Quartò: Creatio, & conservatio diversos terminos habent, cum sint actiones diversæ; sed terminus creationis est esse, conservationis autem duratio: ergo.

331 Ad hoc sufficienter satisfacit B. Doctor loco sup. cit. ibi enim querebatur: An creatio sit idem, quod esse rei creatæ?

Argue;

Arguebatur tertio in contrarium: Quid esset creatio, quan-  
diu est esse rei creatæ; est autem  
esse, quando non est creatio, qua-  
re separantur, & consequenter  
distinguuntur. Ad hoc respon-  
det, ut supra patuit, quod suffi-  
cit distinctio secundum ratio-  
nem, ut idem esse aliter, & ali-  
ter acceptum sit creatio, conser-  
vatio, & esse rei creatæ, nempe  
secundum se est esse rei creatæ,  
ut verò accipitur sub habitudine  
ad agens, est creatio, aut con-  
servatio, scilicet, ut est ab alio  
inchoatum, creatio; ut verò est  
continuatum, conservatio: eo-  
dem modo dicitur ad præsens,  
quod secundum se est esse; ut ve-  
ro in se manet, est duratio, &  
per hoc non importat realitatem  
aliam, sed ipsum esse aliter ac-  
ceptum.

Ad formam itaque distin-  
guitur antecedens: Prius est du-  
ratione rem existere, quam du-  
rare, neg. antec. prius est natu-  
ra, & tantum in subsistendi con-  
sequentia, conc. antec. & pariter  
disting. primum conseq. Ergo  
est accidens metaphysicè, & præ-  
dicabilitè, conc. conseq. reali-  
tè, & physicè, neg. Itaque eo  
sensu, quo prius est esse accipi  
secundum se, quam ut manens;  
prius est existere, quam durare;  
non autem illa prioritas realis  
est, ut pro aliquo reali intelliga-  
tur esse, & non durare, sed est  
solius rationis, & acceptio, ex

quo sequitur, quod durare acci-  
dentaliter prædicatur tamquam  
acceptio contingens, & extra es-  
sentiam, non verò realitatem ad-  
dit, quæ sit accidentis physicum.

Ad primam confirmationem neg. min. non enim præ-  
cissé ex distinctione reali funda-  
mentum sumit intellectus, sed  
ex ipsa Dei fecunditate, & emi-  
nentia perfectionis, quam non  
potest uno conceptu exprimeret  
eo autem, quod duos conceptus  
format, non oportet tales con-  
ceptus in creatis differre realitè.  
Ad secundam neg. conseq. ut  
enim sape dictum est in præce-  
dentibus, deberet aliunde pro-  
bari, quod id, quod deficit, est  
realitas aliqua, ut hæc substantia  
heri habuit privationem albedi-  
nis, nunc autem talem privatio-  
nem non habet; non verò sequi-  
tur, quod privatio distinguatur  
realiter, aut realiter separetur.  
Ad tertiam pariter neg. conseq.  
sufficit enim distinctio secun-  
dum rationem, aut secundum  
modum se habendi, ut eadem  
realitas uno modo suscipiat ma-  
gis, & minus, non autem alio.  
Ad quartam, creatio, & conser-  
vatio differunt formaliter, quare  
eodem modo differunt termini,  
nempe idem esse ut inchoatum,  
est terminus creationis; ut con-  
tinuatum, est terminus  
conservatio-  
nis.

## ARTICVLVS III.

*Quomodo incipient, & desinant  
res*

332 **N**. B. Doctor in 2.  
dist. 1. p. 1. q.  
4. art. 3. ad 4. ita habet: *Dicen-  
dum, quod aliter incipiunt esse  
permanentia, aliter successiva:  
nam permanentia tunc incipiunt  
esse, cum tota sunt, ut tunc inci-  
pit esse domus, quando completa  
est; successiva vero, quando com-  
pleta sunt, vel cum tota sunt, ni-  
bil sunt, juxta illud P. Augustini  
in 1. Confess. cap. 4. tunc om-  
nes anni nostri erunt, cum nulli  
erunt; & sciat successiva, cum  
tota sunt, nihil sunt, sic cum in-  
cipiunt, nondum sunt. Quibus  
aperte docet, quod aliter philo-  
sophare debemus de inceptione,  
& desitione in permanentibus,  
atque in successivis. Notandum  
autem, quod in Impressione  
Cordubensi Operum B. Doctoris  
questio illa non habetur in 2.  
sed quærenda est ad calcem 4.  
sub titulo De Duratione rerum.  
De his quidem nulla ferè est con-  
troversia, tantum enim aliqui  
variant quantum ad desitionem  
permanentium; quare breviter  
ab eo expediemur.*

333 *Dicendum primò, quod  
permanentia incipiunt intrinse-*

*cè, & per primum esse. Dicuntur  
intrinsecè incipere ea, quorum  
inceptionis intrinsecè mensuratur  
instanti, nempe de his verum est  
dicere, nunc primò est, imme-  
diatè antea non erat. Hęc est  
communis, & expressè habetur  
in verbis B. Doctoris supra da-  
tis. Prob. breviter: Permanentia  
habent totum esse simul: ergo  
incipiunt intrinsecè in indivisi-  
bili terminativo motu, quo pro-  
ducuntur. Prob. conseq. Si  
enim extrinsece, non in instanti,  
sed parte temporis inciperent;  
sed pars temporis essentialiter  
successiva est, & quæ nequit esse  
simul: ergo non possent totum  
esse simul habere, & consequen-  
ter non essent permanentia. Con-  
firmatur: Nunc temporis mensu-  
rat intrinsecè mutatum esse, quod  
est terminus motu; sed produ-  
ctio permanentis est ipsum mu-  
tatum esse terminus motu: era-  
go. Patet maj. quia tempus est  
mensura motu, quare pars tem-  
poris parti motu respondet, &  
indivisible temporis indivisibili  
motu.*

334 *Dicendum secundò,  
quod permanentia desinunt ex-  
trinsecè. Dicuntur extrinsecè  
desinere, quæ non habent ultimò  
esse, seu quæ non instanti, sed  
parte temporis immediate pre-  
cedente desinunt, talia enim tan-  
tum extrinsecè attingunt instans,  
quatenus est terminus illius pat-  
ris temporis; & quia non intrin-  
secè*

secè attingunt instans, de his non verificatur: Nunc ultimò est, sed nunc primò non est, immediate antea erat. Contrarium tenet Eliseus, & nonnulli alii, est tamen expressa sententia Philosophi, ex quo probatur primò, nam 8. Physic. text. 69. ita habet: Punctum igitur temporis utrisque commune est, priori, inquam, posteriorique, & unum, as idem est numero, ratione vero non idem; alterius enim finis, alterius principium est, at respectu rei, posterioris est semper affectus. Vbi expressé intendit, quod nunc temporis est quidem commune utriusque parti motus præcedenti, & sequenti; si autem ad res comparatur, nempe quæ corrupti, & quæ gignitur, semper est posterioris, nempe rei genitæ: ergo hæc incipit intrinsecè, & illo instanti est; illa autem definit extrinsecè, & illo instanti non est, sed immediate antea erat.

335 Prob. secundò ex B. Doctore ibidem leæt. 22. dub. 3. ubi ita habet: Dicendum, quod, cùm inter contradictoria non cadat medium, oportet tempus, in quo res non est, esse immediatum tempori, in quo est; quia si esset dare tempus medium inter tempus, in quo verificatur rem esse, & in quo verificatur non esse, in illo tempore medio neque esset, neque non esset, quod est inconveniens; oportet igitur bujusmodi

tempora esse immediata. Sed immediata tempora copulantur per unum instantis, quare si res non existens in tempore præcedenti, sit in tempore, quod se habet consequenter illi, instans copulans illa duo tempora, vel tenebit se cum utroque scilicet cum non ente, & ente, & tunc in eodem instanti idem simul erit, & non erit: tenebit ergo se cum altero tantum: sed si debet se tenere cum altero solum, ut ostensum est, dignius est, quod se teneat cum re posteriore, quam cum priori: est igitur intentio Philosophi, quod si instans non tenet se solum cum re posteriori, de duobus oportet dare alterum inconveniens, vel quod non omnino necesse sit rem esse, aut non esse, aut quod idem simul possit esse, & non esse. Hac B. Doctor, quibus non solum conclusionem habet, sed rationem etiam, quam intendit Philosophus, & idem habet quæst. 20. de Gener.

336 Probatur tertio ratione Philosophi, quam hic intendit Doctor: Instans generationis non pertinet intrinsecè, sed extrinsecè tantum ad esse corrupti: ergo res corrupta definit extrinsecè. Patet conseq. si enim illo instanti non est corruptum, non habet ultimò esse, sed illo instanti primò non est. Probatur autecens: Illo instanti non potest simul esse corruptum, & genitum; sed est proculdubio geni-

genitum: ergo non est corruptum. Patet min. quia illud instantis est mutatum esse terminus motus; hoc autem est ipsa productio, & primam esse producti. Patet item maj. tunc enim ipsum genitum simul in uno instanti esset, & non esset; esset, ut supponitur; non esset autem, quia non est genitum, quandiu est corruptum. Confirmatur: Non esse non est per se terminus motus; sed instantis mensurat intrinsecè id, quod est per se terminus motus: ergo. Patet major; nullum enim mobile per se movetur, ut non sit, seu ut terminum amittat, sed ut sit, & ut terminum acquirat.

337 In contrarium arguit Eliseus: Forma genita expellit physicè corruptam: ergo utraque coexistit in instanti expulsionis. Prob. conseq. Non potest una forma aliam physicè expellere, nisi per resistentiam, & contactum unius ad alteram, sicut unum corpus non expellit aliud à loco nisi per contactum; sed contactus requirit coexistentiam: ergo. Confirmatur: Nisi calor, & frigiditas coexistant pro aliquo instanti, non possunt physicè pugnare inter se; sed quandoquidem contraria sunt, inter se pugnant: ergo. Levissima hæc sunt, ut eis recedatur ab expressa sententia Philosophi.

338 Resp. ad argumentum primò disting. anteced. Expellit

immediatè per se ipsam; neg. antec. expellit per dispositiones suas, conc. antec. & neg. conseq. & ad rationem ejus patet disposita ritas; corpus nempe aliud expellit immediatè per se ipsum, quare per contactum; forma autem non per se ipsam immediatè, sed per dispositiones suas aliam expellit, nam agens in tantum præcedentem formam expellit, in quantum dispositiones introducit ad formam inten- tam, cum quibus, quia incom- parabilis est forma corrupti, ea cedit. Respond. secundò, misso antecedenti, neg. conseq. Ad probat. ejus ex ipsa sua ratione neg. min. Itaque corpus aliud expellit per contactum, non ta- men pro aliquo instanti est simul in eodem loco utrumque corpus, ut contactus intelligatur, sed al- terum loco cedit, ut alterum lo- cum occupet: pariter ergo, quia immediate se habent tempus corrupti, & geniti, instantis enim, cum non sit pars aliqua tempo- ris, non tollit immeditationem; potest intelligi contactus utrius- que formæ, quin instantis, quo copulator utrumque tempus, pertineat ad esse corrupti intrin- secè, sed extrinsecè tantum. Quo patet ad confirmationem; pug- nant enim illæ formæ, quatenus se expellunt.

339 Dicendum tertio: Suc- cessiva incipiunt, & desinunt ex- trinsecè. Hanc conclusionem ex- pressè

pressé habet B. Doctor lect. suprà citata numero 332. clariss autem ad verba ibi data sub-jungit: *Motus ergo incipit in instanti, sed in illo instanti nihil est de motu; sic tempus potest incipere in instanti, sed in illo instanti nihil est de tempore.* N. Villan. & ex eo Manto, movetur ex his verbis ad specialem conclusio-nem, nempe quod successiva quoad esse inchoatum incipiunt intrinsecè; ait enim Doctor, quod motus incipit in instanti; quoad esse verò completum incipiunt extrinsecè. Sed ista dis-tinctio apertissime contradicit verbis ipsis Doctoris, tūm, quia suprà afferit, quod successiva: *Cum tota sunt, vel cum habent esse completum, nihil sunt: tūm, quia hic ait, quod in illo instanti nihil est de motu.*

340 Prob. itaque communis conclusio: Quia per Philoso-phum in 4. Phys. text. 96. quem adducit B. Doctor cit. q. 20. de Generat. tempus mensurat mo-tum, nunc verò temporis men-surat mobile; patet enim, quod sicut substantia primi mobilis, prout stat sub alia, & alia parte motus, facit tempus, & nunc temporis, ita facit motum sub-stantia mobilis, prout stat sub alia, & alia parte successionis; quare responder pars tempo-ris parti successionis in motu, & substantia primi mobilis, quæ facit nunc, substantia mobilis in

motu mensurato; ex quo sic: Motus, idem de quovis alio suc-cessivo, incipit, aut definit, quando incipit, aut definit suc-cessio ipsa; sed successio incipit, aut definit parte temporis: ergo. Patet minor: Nunc sive initiatia-vum, sive terminativum ipsam mensurat substantiam mobilis, quæ incipit, aut definit moveris sed substantia extrinsecè se habet ad successionem, quam incipit, aut terminat: ergo.

Confirmatur: Ea incipiunt intrinsecè, quæ habent nunc pri-mò esse, & pariter intrinsecè de-situat, quæ habent nunc ultimò esse; sed motus, sive quodlibet succe-sivum, neque habet nunc primò esse, neque nunc ultimò esse; ergo. Maj. nota supponitur, & min. clarior est, quād quod ulla probatione indiget; pro-nullo enim instanti potest dici nunc est sive primò, sive ultimò. succe-sio, cum manifesta sit con-tradictio successio in instanti; solum ergo verificatur, nunc ultimò non est successio, imme-diate postea incipiet; aut nunc primò non est, immediate antea erat, quod est incipere, & desis-nere extrinsecè.

341 Quoad argumentum, quod intendit N. Manso, patet de facili; ait enim: De quocum-que est verum, nunc primò est, imme-diate antea non erat, tale incipit intrinsecè; sed de motu, quantum ad esse inchoatum, ve-

rum est dicere , nunc primò est , immediate ante non erat : ergo . Hanc minorem ipse putat expressam in textu B. Doctoris , quatenus ait : *Motus ergo incipit in instanti*. Sed expressior est falsitas illius , quatenus subjungit : *Sed in illo instanti nihil est de motu* ; quando enim nihil est de motu , non poterit verum esse , nunc primò est motus , etiam quantum ad esse inchoatum , nam ipsum esse inchoatum aliquid est de motu . Resp. itaque neg. min. quia in instanti non motus est , sed substantia mobilis , quę parte temporis sequente incipiet moveri . Adde , quòd nulla relinquitur differentia permanentis à successivo , quantum ad esse inchoatum ; de utroque enim verum est dicere , nunc primò est . Rursus : *Esse inchoatum aliquid est* ; sed indivisible nihil est motus , est enim ipsa substantia mobilis , sive etiam mutatum esse ejus: ergo .

## ARTICULUS IV.

*An Mundus potuerit ab aeterno effe?*

342 IN 8. Physic. mundi aeternitatem latè propugnat Philosophus , licet in Topicis afferat esse problema: erravit lumine Fidei destitutus , nam mundum cum tempore in-

cepisse docemur 1. Genes. rationes ejus latè solvunt Doctores , & habet B. Doctor citat. quæst. *De Duratione rerum* ; & quia de hoc nulla est controversia , ab eo supersedemus . An autem fuerit possibile , difficultas est , gravissima quidem , & multum controversa , quam latè adeo pertractat B. Doctor citata quæstione *De Duratione rerum* , ut ad plenam ejus discussionem , quæ ipse habet , transcripsisse sufficeret . De illa agant Theologi cum Magistro in 2. dist. 1. & cum Divo Thoma 1. p. q. 46. & Philosophi tūm hic , tūm in 1. de Cœlo , & Mundo ; quoniam autem multa sunt , ex quibus deceptio oriatur , & apparentia contradictionis , ea priùs explicabimus ; deinde , quamvis sufficeret in quæstione de posse absoluto objectas contradictiones solvere , nihilominus tūm authoritate , tūm rationibus probabimus conclusionem affirmativam ; & tandem argumenta solvemus .

§. I.

*Relatis sententiis , quedam præmittuntur.*

343 TRIPLEX versatur in proposito sententia quæ celebris: prima absolute negat; secunda absolute affirmat; tertia

tertia mediā viā affirmat de permanentibus, negat de successivis. Negativam tententiam tenet Albertus Mago. D. Bonavent. Henr. Tolos. Comimbric. eam late propugnat ex Antiquis Aureolus in 2. dist. 1. q. 1. art. 4. & ex Modernis Illustris. Palanco in 8. Phylac. Sententiam medium communiter tenent Moderni Thomistæ, & Scotiltæ, eam latè defendit Cardin. de Aguirre. Sententiam, quæ absolute affirmat, satis aperte indicat Divus Thomas q. 3. de Potent. art. 14. & in 1. p. q. 46. quare multi tenent Thomistæ, quos citat Araujo q. ultima Metaph. ex aliis tenent Resolutus, quem citat, & sequitur Dionysius dist. 50. q. 6. art. 3. Ocham, Vazquez, Arriaga, Lalem. Hanc latissimè propugnat B. Doctor quæstione citata, quem proinde sequuntur omnes Nostri Argent. Gerard. Latos. Bonher. Gavard. Uillanova, Manso.

344 Pro hujus expeditione notandum primò, quod potest deceptio contingere ex ipsa æternitate; quare observare debemus, quod non est idem ab æterno esse, & æternitate durare: hoc secundum importat, quod propria rei duratio sit æternitas; illud autem primum hoc tantum, quod res ab æterno daret, seu quod non habeat durationis initium, sive temporalis sit, sive æterna ejus duratio: æternitate

itaque durare simplicitè, nulli potest creaturæ convenire; æternitas siquidem essentialis, & simplicitè propria est Dei duratio, quæ ex terminis modum importat Dei proprium, & proinde creaturæ repugnantem: æternitas participata, quæ est ævum, potest quidem creaturæ convenire, quæ nempe connaturaliter, & ex aliqua exigentia naturæ suæ perpetua sit, & invariabilis; non autem oportet creaturam ab æterno fuisse hac duratione, sed potuit temporali, & variabili, si tempus ab æterno fuisse non repugnat.

345 Notandum secundò quod poterit item deceptio contingere ex ipsa re, de qua quæritur; quare observandum, quod aliter de permanentibus, ac de successivis philosophare debemus quantum ad esse ab æterno; successiva itaque ab æterno esse, & sine durationis inicio, non sic debemus accipere, quod aliqua determinata pars motus, aut durationis ab æterno fuerit, sed ad quamlibet partem motus praecessit mutatum esse, & ad quodlibet mutatum esse praecessit motus sine termino; ut si ab æterno esset tempus, Deus, ex quo est, fecisset Cœlum; & hoc, ex quo factum est, moveretur; & quia non esset dare, quando factum est, non incepisset moveri, neque esset dare revolutionem primam, sed ad quamlibet alia praecessit,

& ad hanc alia sine termino , ita quod præcessisset quidem natura , & causalitate substantia Cœli revolutionem; quia tamen neque fuisset duratione aliqua Cœli sine motu, neque habuisset durationis initium, omnino non esset revolutio prima , aut incepisse moveri.

Permanentia autem possent concipi , aut incipere per creationem , aut per generationem , & aliter utroque modo inciperent : accipiamus ergo exempli gratiâ Leonem ; si concipiatur à Deo processisse per creationem , tunc ex suppositione , quod ab æterno procederet , exigeret infinita duratione conservari , quia quocumque instanti determinato accipiatur destrui , infinita præcessit duratio à parte ante , cum esset , ex quo Deus est , & sine initio : tunc ergo esset dare hunc determinatum leonem , qui fuit ab æterno , non autem esset dare , quando primò durare incepit , quia non habuit durationis initium: si autem concipiatur Leo per generationem esse ab æterno , non poterit accipi aliquis determinatus Leo , qui primus esset in serie Leonū , alioqui infinitæ generationes inter duos signatos Leones concluderentur , in quo multi decipientur : tunc itaque non sic esset Leo ab æterno , quod à Deo aliquis processisset , & ab isto aliis generaretur , sed ita quod Deus , ex quo est ,

creasset materiam ultimè dispositam ; & quia materia ultimè disposita nulla duratione prædit generationem , ex quo Deus est , esset generatio , & non esset dare Leonem primò genitum.

346 Notandum tertio , quod ex creatione , & differentia ejus à conservatione deceptions oriuntur; ex creatione quidem , quantum ea est productio de nihilo , & consequenter habet dare esse post non esse ; & quia non potest ab æterno esse , quod accipitur post , sequitur non posse esse ab æterno , quod creatum est : ex conservatione item , quia conservatio est manutentia in esse illius , quod prius intelligitur creatum ; quare eadem ratione non potest ab æterno esse conservatio , & consequenter neque creatura , ea enim sicut essentia litor habet ab alio esse , & dependere , ita habet conservari , quan- diu est. Observandum itaque , ut istæ deceptions caveantur , quod cùm dicitur creatio fieri ex nihilo , ly ex non debet accipi positivè , tamquam terminus à quo creationis , sed merè negative , quantum creatio est totius esse dato: tunc autem , si ly ex nihilo diceret terminum à quo , esset de ratione creationis dare esse post non esse , & aliquando oportet intelligi non esse id , quod creator ; quia tamen creatio nullum respicit terminum à quo , bene intelligitur rem creari , quin ac- cipiari

cipiatur aliquando non esse, per hoc enim, quod totum esse tribuat, nullum supponit; & per hoc, quod tale esse sit dependens, & potens deficere, intelligitur de nihilo, & ad nihilum tendens; potest autem, ex quo Deus est, intelligi totius esse datio, & talis esse, defectibilis, & dependentis.

Observandum deinde, quod conservatio est quidem posterior creatione, non autem realiter tamquam actio alia: itaque sicut esse, & esse manens, sive continuatum idem est esse tantum addens habitudinem ad post, ita creatio, & conservatio eadem actio est, cum sola habitudine alia, ita quod, secundum quod terminatur ad esse, est creatio, secundum quod terminatur ad esse manens, & continuatum, est conservatio: quia ergo manet esse tota duratione, qua est, non pro aliquo priori intelligitur creatum, ut postea conservetur, sed ipso instanti creationis conservari intelligitur, & ipsa actione, qua creatur, licet aliam habitudinem dicat, & aliter a nobis accipiatur, ut est creatio, & ut est conservatio.

347 Notandum quartò, quod ex infinitate nonnullæ etiam oriuntur deceptions; quia enim infinitum est, cuius semper est aliquid extra, infinito repugnat esse acceptum, quia de ratione ejus est, quod semper aliquid

restat accipendum; repugnat item additio, majoritas, aut æqualitas, ut supra patuit; si autem mundus ponitur ab aeterno, haec omnia infinito convenient: hodie enim infiniti dies essent accepti, & pertransiti; item infinitis præteritis diebus hodiernus additur; rursus infinitum dierum majus est infinito annorum, & id generis multa alia. Haec ut cœ veamus, observandum, quod infinito, qua parte infinitam est, illa omnia repugnant; si autem infinitatem habeat tantum ex una parte, ex alia, qua finitum est, poterit habere esse acceptum, additionem, majoritatem, & alia, quæ finito convenient: in caso ergo, de quo querimus, duratio esset infinita tantum à parte ante, esset vero finita à parte post, sicut de facto duratio Angelii infinita erit à parte post, finita tamen est, & initium habuit à parte ante; quare in caso, quæ videntur contradictionem inducere, non infinito convenient, sed finito; nempe durationi à parte post, qualiter finita est.

## I. II.

*Probatur nostra Conclusio.*

348 **C**onclusionem affirmativam proponit B. Doctor quart. citat. per haec verba:

verba: *Si ergo à nobis queratur, quid sentimus de aeternitate mundi, non dicimus, quod mundus potuit ab aeterno esse, neque dicimus, quod non possit hoc demonstrari; sed dicimus, quod rationes, quas usque nunc vel audiimus, vel in scriptis invenimus ab aliis factas, quod impossibile fuerit mundum fuisse aeternum, non sunt demonstrationes, vel saltim videntur nobis solubiles.* Modelte quidem Doctor ab asserto abstinet, & tantum rationes solvit, quibus videtur demonstrari impossibilitas; quia tamen indubitatum est, quod, quando non demonstratur contradicatio, affirmandam est de posse absoluto Dei, hoc idem nos dicimus, quod hucusque non demonstratur illa impossibilitas, & consequenter potuit Deus ab aeterno facere; nihilominus probationes affaremus, quibus non leviter ostenditur sic fieri potuisse.

349 Probatur itaque primò auctoritate P. Augustini lib. 6. de Trinit. cap. 1. ubi ita habet: *Non Intelligens etiam natum esse Deo sempiternum esse, ut sit co-aeternus Patri Filius, sicut splendor, qui gignitur ab igne, atque diffunditur, coævus est illi, & efficit coæternus, si efficit ignis aeternus.* In his quidem non ex propria mente loquitur S. Paren, sed adducit commune Catholicon argumentum contra Arrianos, illud autem approbat, &

ait, eo multos de Arrianis cōvictos illam abiecisse sententiam, & aliud subjugens argumentum, illud rejicit tamquam insufficientis, quo evidentē colligitur, quod hoc approbat. Rursum, lib. 10. de Civit. Dei cap. 31. sic habet: *Si pes ex aeternitate semper fuisset in pulvere, semper ei subeffet vestigium, quod tamen vestigium a calcante factum, nemo dubitaret, neque alterum altero prius esset, quamvis alterum ab altero factum esset.* Hoc item ut exemplum proponit, quo Platonici mundi aeternitatem probabant; quod autem non exemplum rejicit, sed sententiam tantum, ex eo patet, quia ait, Divinæ authoritati humana debere infirmitatem cedere, dicitur autem expresse in Sacro Textu, mundum incepisse de facto: non ergo renuit S. Paren, quin possibile fuerit non incepisse.

350 Prob. secundò ratione, quæ ex his deducitur: Non implicat effectum verè produci, & tamen esse, ex quo est causa sua; sed causa, à qua est mundus, est ab aeterno: ergo non implicat mundum vere productum esse ab aeterno. Hæc ratio mihi quidem manifesta est demonstratio, major enim ad sensum patet iis omnibus exemplis, quibus utitur S. Paren, nempe ignis, ex quo est, ardet; Sol, ex quo est, emitit radium; pes, ex quo est in pul-

vere

Vere, habet vestigium; & tamen splendor ab igne, radius à Sole, vestigium à pede vere efficienter causatur.

Confirmatur primò: Salvatur conceptus creaturæ cum hoc, quod est ab æterno esse: ergo sic esse potuit. Patet conseq. quia non implicat creaturam habere quidquid cum conceptu creaturæ componitur, & illam relinquit dependentem, & ab alio. Prob. antec. Per hoc, quod tale esse intelligatur, quod sibi relictum abeat in nihilum, salvatur conceptus creaturæ, & dependentia ab alio; sed cum hoc, quod est ab æterno esse, componitur, quod tale sit esse: ergo. Patet maj. in illa enim dependentia intelligitur ab alienis, quæ est proprius conceptus creaturæ, & quod de se habet non esse, esse autem non nisi ab alio. Patet item min. quia cum hoc, quod est à causa esse, & dependere, componitur esse, ex quo est causa. Rursus: Non minus ab alio est, dum in actu est, quam ab alio habet futuritionem; sed futuritionem habet ab æterno: ergo & esse in actu potuit habere. Patet conseq. quia eodem velle, quo Deus dat futuritionem, dat esse.

351 Prob. tertio: Implicit, quod impossibile incipiat esse possibile: ergo potuit mundus ab æterno esse. Antec. patet: impossibile enim est, quod in ter-

minis suis importat contradictionem; cum autem prædicata quidditatis æterna sint, & invariabili manifeste patet, quod aliquando importat in terminis sue quidditatis contradictionem, semper illam importasse. Patet item conseq. si enim mundus non potuit ab æterno existere, incepit esse possibile existere.

Dices: Aliud est fuisse possibile ab æterno, aliud verò posuisse ab æterno existere: primum significat, quod ab æterno habuerit possibilitatem existendi in tempore, & hoc verum est; non autem inde sequitur, quod ab æterno potuerit in actu ipsam existentiam habere. Sed contra: Ex quo mundus habet possibilitatem existendi, potuit à Deo fieri; sed si ab æterno fuit possibile, ab æterno habet possibilitatem existendi: ergo. Confirmatur, & explicatur: Quod aliquid non possit fieri, aut est ex defectu facientis, aut factibilis; sed si mundus ab æterno fuit possibilis, neque ex parte facientis, neque ex parte facti defectus est: ergo. Min. quantum ad primum patet; semper enim Deus est infinitè potens; patet item quantum ad secundum; si enim ab æterno fuit possibilis existentia mundi, ab æterno non importatur contradictione in his terminis: Mundus existit: ergo id potuit esse, ex quo Deus est.

Dices iterum: Hac ratio aperte

aperte instatur; nos enim superiū diximus, quod si potuit ab aeterno esse generatio, neque est dare generationem primam, neque aliquid genitum, quod fuerit ab aeterno, arguatur sic: Iste Leo per generationem existens non importat contradictionem in terminis suis, quippe de facto existit: ergo ab aeterno non importat contradictionem, siquidem non potuit incipere esse possibile; sed per nos, quandiu non importat in terminis suis repugnantiam, potuit in re esse: ergo potuit ab aeterno esse per generationem iste signatus Leo; quod, cum nos ipsi dicamus impossibile, patet, quod non tenet facta ratio.

Resp. quod, quia in his terminis non importatur repugnantia, potuit iste Leo per generationem esse ab aeterno, nec hoc est, quod dicimus impossibile; potuit enim Deus ab aeterno materiam creasse ultimò dispositam ad formam Leonis, & tunc ab aeterno esset generatio Leonis, & Leo genitus, quia in eodem indivisibili, quo est materia ultimò disposita ad formam, est generatio; quare ea esset, ex quo esset materia, & sic ab aeterno; potuit item Deus Leonem genitum per infinitam durationem conservare, quare esset nunc Leo genitus ab aeterno: quod ergo dicimus impossibile, huius est, aut quod esset dare,

quando primò genitus esset, ha-  
ve quando incepisset durare, aut quod esset dare primum Leo-  
nem in infinita serie genera-  
tioneum. Itaque, si ad generationem  
sequitur generatio ab aeterno,  
non est dare signatum Leonem,  
qui ab aeterno sit per genera-  
tionem; quia, licet non sit contra-  
dictione in eo, quod quilibet sig-  
natus sit ab aeterno, est tamen in  
eo, quod sit primus in serie infi-  
nitā: si ergo infinita est series ge-  
nerationum, nullus potuit esse  
primus; si autem aliquis deter-  
minatus ab aeterno est, sive per  
creationem, sive per genera-  
tionem, ab isto non potuit esse ge-  
neratio ab aeterno, sed indeter-  
minata temporis differentia.

352 Prob. quartò: Non mi-  
nis repugnat mundo aeternitas in  
futuro, & a parte post, quam in  
praterito, & a parte ante; sed in  
futuro omnino non repugnat,  
mundum durare in aeternum, &  
aliqua de facto ita durabunt, ut  
Angeli, & anima nostra: ergo.  
Patet maj. quia eadem est utrius-  
que potentia, tunc activa facien-  
tis, tunc passiva facti a parte  
ante, & a parte post. Min. item  
patet, quia quando aliquid a que  
contingenter se habet ad duo,  
quandiu potest sub uno esse, po-  
test esse sub alio; sed mundus  
a que contingenter se habet ad  
esse, & non esse: ergo sicut per  
totam aeternitatem potest habere  
non esse, si Deus vellet ipsum  
annihilis

annihilare ; ita potest habere esse, si Deus vellet ipsum conser-  
vare. Major ex terminis nota est, min. item patet; tūm, quia de  
se habet meram non repugnantiam; tūm, quia si ad alterum de-  
terminationem habet, aut ex se, aut ex determinatione Dei? Si  
hoc secundum, ex se habet in-  
differentiam; si autem primum,  
non subjicitur dominio Dei.

353 Probatur quinto: Quo-  
ties actio non petit terminum à  
quo, potuit semper habere ter-  
minum ad quem; sed creatio non  
petit terminum à quo: ergo. Pa-  
tet maj. Si enim non semper po-  
tuit habere terminum ad quem,  
de necessitate requirit, quod  
ipse terminus aliquando fuerit  
sub non esse: si ergo nullum res-  
picit terminum à quo, pro nulla  
duratione requirit non esse sui  
termini, & consequenter potuit  
semper esse. Probatur minor: Id  
solum est de ratione creationis,  
quo ea à qualibet alia actione  
distinguitur; sed per hoc, quod  
sit totius esse datio, nullo habito  
respectu ad terminum à quo, suf-  
ficienter à quavis alia differt: er-  
go. Probator minor: Quia aut  
comparabimus creationem ad  
actionem causæ creatæ, & ista de  
necessitate presupponit subjec-  
tum, quare non poterit esse to-  
tius esse datio; aut comparabi-  
mus ad annihilationem, & hæc  
est totius esse substractio; aut  
tandem ad conservationem, &

hæc respicit quidem totum esse,  
non tamen ut datum, sed ut con-  
tinuatum, & manens: si ergo sal-  
vatur conceptus creationis sine  
termino à quo, ipsum omnino  
non respicit.

Dices: Sicut creatio se ha-  
bet ad esse, ita annihilation ad non  
esse; sed annihilation ita respicit  
non esse, quod de necessitate pra-  
supponit esse: ergo ita creatio  
respicit esse, quod de necessita-  
te presupponit non esse. Sed  
contra: Sicut annihilation respi-  
cit non esse, ita creatio respicit  
esse; sed annihilation ita compas-  
satur ad non esse, quod pro tota  
æternitate in post sumendo po-  
test habere non esse: ergo creatio  
ita respicit esse, quod pro tota  
æternitate in ante accipiendo  
potest habere esse. Rursus: Con-  
trariorum contraria sunt diffe-  
rentiae; sed annihilation ita respi-  
cit non esse, quod de necessitate  
præsupponit esse: ergo creatio  
ita respicit esse, quod non de  
necessitate præsupponat non es-  
se. Itaque, eo quod opposita est  
utrinque actionis propria ratio,  
ex quo annihilation petit terini-  
num à quo, potius sequitur,  
quod creatio illum non petit.

354 Probatur sexto: Si Deus  
ageret ex necessitate naturæ,  
mundum produxisset ab æternis;  
sed neque Deus est minus po-  
tens, neque mundus magis re-  
pugnat, ex quo agat ex libertate:  
ergo ita potuit fecisse. Patet

major, quia agens ex necessitate naturæ agit, ex quo est potens, ut patet in Sole illuminante, ex quo est. Minor item patet, alioqui imperfectio esset Dei habere libertatem, siquidem eā minus posset. Confirmatur: Omnia argumenta Philosophi eo nituntur, quod supponunt, Deum agere ex necessitate naturæ, & inde deducit, mundum de facto fuisse ab æterno; & eo solū à Doctoribus Catholicis solvuntur, quia negatur illa suppositio, & ostenditor, Deum libere agere, & quando voluit: si ergo ex necessitate ageret, tenent illa argumenta, & mundus ab æterno fuisse; & cùm non sit minus potens, ex quo agat ex libertate, ita potuit fecisse.

355 Hucusque probata est conclusio quantum ad permanentia, ex his autem facile deducitur de successivis: Ex quo est mobile, potest esse motus; sed positum est, mobile potuisse ab æterno esse: ergo. Probarunt maj. primò, quia Cœlum, ex quo est, movetur, neque aliqua duratio ne præcessit esse Cœli ad motum ejus. Secundò, ex nullo capite exigit mobile quiescere, antequam moveatur: ergo moveri potest, ex quo est. Confirmatur: Ex quo intelligitur materia ultimò disposita ad formā, intelligitur generatio; sed potest sine ulla contradictione intelligi ab æterno, & sine durationis inicio pro-

duci materiam ultimò dispositam ad formam: ergo. Patet major, quia nulla duratione præcedit ultima dispositio generationem formæ, ad quam est dispositio. Patet item minor, quia positum est, potuisse Deum, ex quo est, creare quodlibet permanens,

## S. III.

## Solvantur Argumenta.

356 **A** Rgitur primò auctoritate SS. Patrum, qui contra Arrium ex eo argumenta desumunt, quod creaturæ repugnat cum hoc, quod creata est, esse ab æterno; & quia Verbum Deo coæternum est, deducunt non factum; & adducitur primò S. Athanasius disput. 2. contra Arrianos, ubi sic habet: *Quod si curiosiss inquirant, cur Deus, cùm semper facere possit, non semper faciat? Tametsi Deus possit semper facere, at res creatas æternas esse non posse; quippe ex nonstantibus sunt, & non erant, antequam fierent; que autem non sunt, antequam siant, quomodo poterant cum Deo esse, qui semper est?* Idem habet in Epist. ad Africam; & in eundem sensum adducitur S. Cyrillus Alexandrinus lib. 32. Thes. item D. Damascenus lib. 1. Fidei cap. 8. Div. Ambrosius in principio Hex.

Hexam. P. Augustinus in lib.  
contra Felicem.

Ad huc omnia respondet  
B. Doctor quæst. citat. art. 2.  
solutionem dedit ex P. Augu-  
stino lib. 83. Q& q. 19. ubi ita  
habet: *Quod incommutabile est,  
eternum est, semper ejusdem mo-  
di est; quod autem commutabile  
est, tempori obnoxium est, non  
enim semper ejusdem modi est, &  
ideo eternum non recte dicitur.*  
Ex his deducitur, quo sensu Pa-  
tres accipiunt eternum esse, nem-  
pe esse incommutabile, & non  
solum semper esse, sed semper  
eodem modo: hoc sensu utique  
repugnat factum esse, & esse  
eternum; & quia Verbum non  
solum semper est, sed est incom-  
mutabile, & semper eodem mo-  
do, deducunt inde non esse fac-  
tum; cum hoc autem stat, quod  
potuerit creatura cum hoc, quod  
facta esset, habere esse ab eter-  
no, commutabile, defectibile, &  
de se in nihilum tendens, quia  
de nihilo factum.

357 Arguitur secundò à ra-  
tione, quam dicit Illustrissimus  
Palanco satis efficacem: Impli-  
cat creaturam fieri, quin incipiat  
esse; sed implicat incipere esse,  
& esse ab eterno: ergo. Patet  
minor; siquidem esse ab eterno  
est non incepisse esse. Ostenditur  
major: Quia implicat fieri, quin  
translat de non esse ad esse; sed  
translat de non esse est incipere  
esse: ergo. Confirmatur primò:

Habere principium originis, non  
vero durationis, proprium est  
solius Verbi Divini; sed si crea-  
tura fuitset ab eterno, haberet  
principium originis, non vero  
durationis: ergo id repugnat.  
Secundò: Transtire de non esse  
ad esse importat de necessitate  
pro priori durationis non esse;  
sed creatura essentialiter petit  
translat de non esse ad esse: ergo  
petit pro aliqua duratione non  
esse. Probatur maj. primò: Quia  
Verbum pro priori à quo ad ge-  
nerationem, non est; & tamen  
non dicitur translat de non esse  
ad esse: ergo ad hoc requiritur  
non solum pro priori originis,  
sed durationis etiam non esse.  
Secundò, quia res per conserva-  
tionem non transit de non esse  
ad esse; & tamen pro priori ori-  
ginis ad conservationem, non est:  
ergo translat de non esse ad esse  
importat non esse non solum pro  
priori originis, sed durationis  
etiam. Confirmatur tertio: Im-  
plicat rem annihilari, & non ha-  
bere durationis finem: ergo im-  
plicat creari, & non habere du-  
rationis initium. Patet conseq.  
sicut enim annihilatio ponit non  
esse post esse, ita creatio ponit  
esse post non esse.

358 Resp. neg. maj. Ad  
probationem ejus negatnr maj.  
translat enim ordinem dicit inter  
id, à quo, & ad quod fit transla-  
tus; creatio autem ex propriis  
terminis non petit à quo, ut jam

patait: non ergo per hoc, quod presupponat aliquando non esse, sed per hoc, quod esse accipiat defectibile, dependens, & cui de se competit non esse, intelligitur metaphysicè fieri, & conceptus creationis. Ad primam confirmationem negatur major; non enim non habere principium durationis, sed id exigere ex necessitate metaphysica sui esse, proprium est Verbi; quamvis autem creatura non haberet durationis initium, id proprium esse ejus de se non exigit. Adde, quod Verbum sic habet ab alio originari, quod sine dependencia, quare non factum est; creatura autem, quamvis non haberet durationis initium, sic esset ab alio, quod dependens, & potens de se non esse, quare facta, & producta intelligeretur.

Ad secundam confirmationem neg. min. jam enim patuit, quod non est de ratione quidditativa creati aliquando non esse, quare neque transire de non esse, sed tantum tale habere esse, cui de se non repugnat non esse, quod proinde ab alio est; neque Verbum pro aliquo signo non esse intelligitur, cum ipsum ejus esse essentialissime petat semper esse, & omnino repugnet intelli-  
gi non esse. Ad tertiam, s<sup>e</sup>pe fallit illa comparatio creationis ad annihilationem, ut jam patuit, & rursus sic potest patere: implicat annihilatio, quam

non praeserset de facto creatio, ergo implicat creatio, quam non sequatur annihilatio. Hec consequentia eisdem terminis deducitur, & cādem ratione pater, ac illa argumenti, & tamen consequens falsum est, ut cuique patet. Directè itaque neg. conse<sup>q</sup>. jam enim. suprā patuit, quod opposito modo se habent creatio, & annihilatio; & quia annihilation petit de necessitate rem annihilatam habere finem durationis, potius posset deduci, quod creatio non petit rem habere durationis initium.

359 Arguitur tertio: Creatio passiva rei est in instanti; sed implicat rem esse in instanti, & esse ab aeterno; ergo. Maj. patet, quia creatio passiva non est successiva. Minor probatur primo, quia implicat, quod aliquid instantis sit ab aeterno, nam de essentia instantis est unico tantum instanti durare; implicat autem uno instanti durare, & esse ab aeterno. Secundo: Si res fuit creata in instanti, illud instanti fuit primum suæ durationis; sed quod habet primum instantis, non est ab aeterno: ergo. Confirmatur: Implicat, conservationem fuisse ab aeterno; sed creatio uno solo instanti praedicit conservationem; ergo implicat, creationem esse ab aeterno. Patet minor, quia, quod hoc instanti creatur, conservatur sequente duratione. Probatur major primo: Quia confer-

conservatio essentialiter supponit rem productam; sed quod aliud supponit, non est ab aeterno: ergo. Secundò: Implicit rem conservari, ex quo Deus est: ergo & conservationem esse ab aeterno. Probatur antec. Quia, ut intelligatur conservari, ex quo Deus est, debet intelligi producta, antequam Deus esset, cum conservatio supponat productionem.

360 Respondeatur neg. maj. instanti enim mensuratur productio, quæ est mutatum esse terminus motus, cum instans sit essentialiter terminativum temporis: creatio ergo passiva mensuratur aeo, sive nunc eternitatis participata; quia tamen potuit tempus ab aeterno esse, potuit instans extrinsecè assistere creationi; quare ad primam probationem minoris dicitur, quod non esset dare instans determinatum, quod esset ab aeterno; sed si crearetur ab aeterno primum mobile motui subjectum, ab aeterno esset instans ante partem temporis, & pars temporis ante instans, & quia non esset dare quando incepisset motus, neque esset primum moveri, neque primam instans; quo patet ad secundam probationem.

Ad confirmationem negatur major. Ad primam probationem distinguitur major: Supponit pro aliquo priori durationis, neg. maj. supponit pro priori

naturalis intelligentia, conced. maj. & concessa minori in eodem sensu, negatur consequentia. Ad secundam probationem negatur antecedens. Ad probationem ejus negatur assumptum, non enim prius res producitur, ut postea conservetur, sed ex quo est, conservatur. Itaque, ut sæpe dictum est, conservatio non est actio alia à creatione ipsam supponens, sed sicut ipsum est esse manens, & manet, ex quo est, ita ipsa creatio est conservatio, solum differens secundum aliam, & aliam habitudinem.

361 Sed instat Illustrissimus Palanco: Implicit creatio, quæ non relinquit Deo liberum conservare, aut non conservare; sed si creatio esset ab aeterno, ea non relinquiceret Deo liberum conservare, aut non conservare rem creatam, teneretur enim Deus per infinitam durationem conservare rem creatam ab aeterno: ergo. Confirmatur: Conservatio est continuata productio, seu continuatio productionis; sed implicit creatio indistincta à sui continuatione: ergo conservatio de necessitate distinguitur à creatione, & illam supponit. Probatur minor: Implicit creatio, quæ Deum necessiter ad sui continuationem; sed si est indistincta à sui continuatione, semel posita creatione, necesse est continuari: ergo.

Respondeatur distinguendo  
maj.

majorem: Quæ non relinquit ex se, & ab intrinseco Deo liberum conservare, aut non conservare, conc. maj. quæ non relinquit ex aliqua suppositione Deo libera, neg. maj. & eodem sensu min. Itaque ex suppositione, quod Deus decrevit Angelum perpetuo durare, necessitatur ad conservationem ejus; quia tamen Deo libera est illa suppositio, absolute libera est hæc conservatio: sic in proposito nulla creatio ex se, & ab intrinseco rei creatæ potest Deo inducere necessitatem conservandi; ex suppositione autem, quod Deus velit rem creatam infinita duratione manere, tenetur conservare, liberè tamen, quia libera est illa suppositio. Ad confirmationem distinguitur minor: Implicita creatio indistincta omnino à sui continuatione, conc. min. indistincta realiter, distincta verò formaliter, neg. min. & tunc ad probationem negatur minor; sufficit enim distinctio formalis, ut secundum unam acceptiōnem sit creatio, illud idem, quod secundum aliam est conservatio. Itaque licet manere, & continuari non sit realitas aliqua, seu aliiquid realiter differens, non necesse est manere, seu continuari, quia non necesse est habere illam habitudinem ad post, secundum quam est conservatio.

362 Arguitur quartò: Implicita, quod creatura ab æterno

sit duratione successiva; sed aliunde implicat, quod sit duratione indivisibili, & tota simul. ergo. Probatur major, primò: Quia duratio successiva est semper transiens, & semper habet prius, & posterius. Secundò: Quia duratio successiva non potuit esse in instanti creationis, neque effectus ejus; sed aliunde debet supponere instans creationis: ergo esset post illud, & sic non ab æterno. Probatur item minor: Quia implicat duratio creaturæ, quæ sit infinita, & tota simul; sed talis esset, si esset ab æterno duratione indivisibili: ergo. Patet major, quia talis est æternitas soli Deo conveniens. Rursus: Duratio indivisibilis, & tota simul est essentialiter interrumpibilis, quia repugnat interruptio, ubi non est antea, & postea; sed creaturæ repugnat duratio essentialiter ininterruptibilis: ergo.

363 Respondetur primò negando majorem; quia potuit ab æterno esse motus, & generatio. Ad primam probationem neg. conseq. ex quo enim successivum sit transiens, & habeat de necessitate prius, & posterius, sequitur quidem, quod nulla determinata pars potuit esse ab æterno, quia qualibet habet priorem, non autem hoc tollit, quin tota successio potuerit ab æterno esse, ita quod semper, & sine initio ante partem successonis

lionis fuerit alia pars, ex quo Deus est. Ad secundam probationem dicitur, quod instanti creationis est ipsum mobile, quod movetur, ex quo est; quare nulla duratione præsupponitur mobile ad motum, & quia esset ab æterno, & ex quo Deus est, ab æterno esset motus,

Respondeatur secundò negando minorem; quia potuit ab æterno esse permanens æternum. Ad probationem itaque distinguitur major: Implicitat duratio creaturæ infinita, & tota simul essentialiter, & à se, conc. maj. connaturaliter, & tantum per participationem, neg. maj. & eodem sensu min. Itaque in ævo nulla est successio, potest autem ævum infinitatem habere, ut habebit de facto à parte post duratio Angeli: non ergo ex hoc præcissè est æternitas propria duratio Dei, sed æternitas infinitatem habet essentialiter, & simpliciter, ita ut sibi repugnet deficere, hac utique non duraret creatura ab æterno producta, ut jam præmisimus; ævum autem infinitatem habet, & semper manere, tantum secundum quid, & connaturaliter, cui tamē de se non repugnat deficere, & hac duratione duraret creatura permanens ab æterno producta. Quo patet ad aliam probationem; est enim talis duratio defectibilis, & interrumpibilis, quantum est de se, neque ad hoc requiritur prius,

& postea, sicut patet in duracione, qua de facto durat Angelus, in ea enim non est successio, neque prius, & postea; & tamen est de se detectibilis, cum possit Angelus annihilari.

364 Arguitur quintò: Si posset creari mundus ab æterno, posset creari ignis simul cum stupam; sed aliunde sic creari implicat: ergo implicat mundum ab æterno esse. Probatur min. Tunc ignis combureret stupam, quam citò esset, non tamen ab æterno; sed ex hoc demonstratur, ignem, & stupam ab æterno non extilisse: ergo. Prima pars majoris patet, quia ignis est causa necessaria, quæ ex necessitate naturæ agit. Patet item altera pars; quia stupa præcessisset in propria forma ad combustionem; sed ei, quod est ab æterno, nihil præcedit: ergo non esset ab æterno combustio; sed ignis non posset per infinitam durationem præcedere combustionem: ergo ex hoc convincitur non fuisse ab æterno. Patet hæc subsumpta; est enim omnino voluntarium dicere, quod agens naturale debite applicatum passo sufficienter disposito, per infinitam durationem non ageret. Patet item conseq. quod enim infinita duratione præcedit combustionem, quæ non est ab æterno, non potest ab æterno esse.

365 Respondeatur negando minorem. Ad probationem ejus neg.

negatur subsumpta ; ad cuius probationem dicitur , quod non voluntariè , sed necessaria ratione asseritur , quod in casu non combureret stupam per totam æternitatem . Itaque qua ratione ignis de facto proximus primo Cælo illud non comburit , neque per totam æternitatem combureret , quia nempe Cælum non est transmutabile , eadem in casu argumenti non combureret stupam ; ea enim , eo quod ab æterno producta , esset æviterna , & intransmutabilis , sicut quodlibet permanens ab æterno creatum ; quarè quantumcumque igni proxima non combureretur .

366 Arguitur sextò : Possibili in re posito , nullum sequitur inconveniens ; sed posito in re , quod mundus esset ab æterno , sequitur inconveniens : ergo id non est possibile . Probatur minor : Si mundus fuisset ab æterno , præcessissent infiniti dies ; sed quolibet potest Deus unum Angelum creare : ergo , cum peccat Angelus perpetuò durare , essent nunc infiniti Angeli ; sed infinitum in actu positum repugnat : ergo . Confirmatur : Quia præcessissent infinitæ generationes hominum : ergo essent infinitæ animæ . Rursus : Implicit series generationum , nisi ab uno aliquo ortum ducat , qui sit per creationem ; sed eo quod ab uno aliquo inciperet , non esset ab æterno : ergo .

367 Respondeatur negandis minorem . Ad probationem ejus distinguitur minor : Quolibet die distributivè , & seorsim à reliquis posset Deus Angelum creare , conc. min. quolibet collective , & simul cum reliquis neg. suppositum , quod esset omnes accipere . Itaque qua ratione nequit Deus simul infinitos Angelos creare , nempe quia id repugnat ipsi termino , eadem non potest seorsim , & singulos singulis diebus , quia , eo quod dies essent infiniti , implicat omnes accipi . Ad confirmationem respondeatur primò , quod aliter philosophari debet de generatione hominum , ac de aliorum generatione , quia forma hominis non continetur in potentia materia ; quare hæc viâ neg. antecedens ; non enim potuit generatio hominum ab æterno esse .

Respondet secundò B. Doctor , quod in questione *De posse absoluto* non debemus attendere id , quod de facto accidit secundum statutum rerum ordinem , sed quod fieri non repugnat ; tunc autem , licet positio Pythagoræ de transmigratione animalium de facto sit erronea , ea tamen nullam involvit contradictionem ; quare de posse absoluto potuit Deus finitam numerum animalium ab æterno creasse ; potuit item materiam creare in alias portiones divisam , organizatam , & ultimò dispositam ad animam ;

Si tunc ab aeterno esset generatio; finiti tamen existerent homines, & finiti essent animæ, quævis infinitæ essent generationes; quia non qualibet generatio novam animam induceret, sed possent circulatione transfire de uno in alium, quare hac viâ neg. conseq. Ad aliud jam suprà patuit, quod generatio non potuit esse ab aeterno, ita quod inciperet ab aliquo uno a Deo creato, sed ita esset, quod creasset Deus materialiam transmutationibus subjectam, & ultimo dispositam ad formam; quare esset generatio, ex quo Deus est, neque esset date aliquod primum generatum.

368 Arguitur septimò: Implicat, quod fuerit ab aeterno successio corruptionum; sed nequit esse generatio sine corruptione: ergo implicat ab aeterno successio generationum. Probatur major: Corruptione essentialiter supponit, rem corrupti-  
pam duratione praecessisse; sed si corruptio esset ab aeterno, esset, ex quo Deus est: ergo oportet rem corrupti-  
pam aliquam duratione fuisse, antequam Deus esset, quod apertissime implicat. Confirmatur: Generatio est essentialiter mutatio; sed mutatio supponit essentialiter subjec-  
tum mutabile duratione praecedens: ergo nequit generatio ab aeterno esse. Ad argumentum posset negari minor; cum enim possit creari materia sine omni-

forma, & ultimè disposita ad genera-  
tionem, non essentialiter;  
sed connaturaliter tantum juxta  
statutum rerum ordinem corrup-  
tio comitur generationem. Sed  
hoc milso

369 Respondetur negando  
majorem. Ad probationem ejus  
distinguitur major: Corruptione  
determinata, aut prima corruptio,  
conc. maj. corruptio inde-  
finita sumpta, subditting. Sup-  
ponit duratione aliqua determinata,  
neg. maj. duratione inde-  
finita, conc. maj. & concessa mi-  
nori, negatur consequentia. Ita-  
que si generatio esset ab aeterno,  
non esset dare generationem pri-  
mam, neque quando incepit se-  
generatio, quare qualibet cor-  
ruptionem praecessit res corrum-  
penda, & ad qualibet rem cor-  
rum pendam praecessit generatio,  
& ad generationem corruptio si-  
ne termino; qualibet ergo signa-  
ta corruptio fuisse in tempore,  
sed ad illam infinitè praecessit  
generationes, & corruptio-  
nes. Ad confirmationem negatur  
minor; patet enim in genera-  
tione vermis ex speciebus Eucha-  
risticis, quod eodem instanti, quo  
creatur materia, transmutatur ad  
formam; quare transmutatio non  
requirit subiectum duratione  
praecedens.

370 Arguitur octavò: Im-  
plicat processus in infinitum in-  
per se ordinatis; sed per se ordi-  
nantur generans, & genitum: er-

go in his implicat in infinitum procedere; sed si esset ab æterno generatio, esset ita procedere, non enim esset devenire ad primam generationem: ergo. Respondetur distinguendo minorē: Per se ordinantur generans, & genitum immediata, conced. min. mediata, & remotè se habentia, neg. min. Itaque filius per se est à patre suo, & hoc genitum ab isto generante; quod autem ad patrem, & ad hoc generans plures præcessissent, vel pauciores, accidit omnino huic genito: quia ergo in his, quæ se habent per accidens, non implicat in infinitum procedere, potest illa series generantium ire in infinitum; & instatur in generatione à parte post, quæ poterit proculdabio in infinitum procedere, siquidem non repugnat mundum perpetuò durare.

371 Arguitur nonò: Omne præteritum fuit aliquando futurum; sed si mundus ab æterno fuisset, omnis ejus duratio nunc esset præterita: ergo fuit aliquando futura, & consequenter non fuit ab æterno, incepit enim esse post futuritionem. Instatur aper- tè: Tùm, quia eodem modo est nunc præterita infinita duratio, qua Deus ab æterno duravit, ac esset in casa tota duratio mundi; tūm deinde, quia eādem necessitate, qua præteritum fuit aliquando futurum, futurum erit aliquando præteritum; ergo infi-

nita duratio, ad quam Angelus nunc comparatur ut futurus, erit aliquando præterita; quod aper- tè implicat, nempe infinitum transisse.

372 Respondeatur directè negando majorem; præteritum enim non supponit de necessitate futurum, sed præsens tantum. Itaque casu, quo mundus esset ab æterno, non habuit futuritio- nem exercitè, & aliqua duratio- ne, esset enim, ex quo Deus est; quare tantum potest accipi futuri- tio ejus signatè, & pro aliquo signo naturalis intelligentiaz, quatenus intelligitur liberè pro- ductus à Deo, & consequenter potens non produci; sicut autem non aliqua duratione productus esset, sed ex quo Deus est, ita non est accipere, quando potuit non produci; quare non præces- sit futuritio existentiam, & sic neque incepit post futuritio- nem.

373 Arguitur decimò: Si Cœlum potuit ab æterno creari sub motu; aut Sol crearetur in oppositione cum Luna, aut in conjunctione; arguitur itaque: Vel duravit Sol per tempus fini- tum, vel infinitum à positione, in qua creatus est ad oppositam, puta à conjunctione ad opposi- tionem; sed utrumque implicat: ergo. Probatur minor: Spatiū finitū nequit infinita duratione pertransiri motu continuo, & ve- locissimo; sed à conjunctione ad oppo-

dentes.

375 Arguit undecimò Illustrissimus Palanco specialiter contra successiva, & hoc, aliis missis, sibi dicit efficax: Præteritio motus implicat, quod sit ab æterno; sed si motus ab æterno esset, ab æterno esset præteritio ejus: ergo implicat, quod motus fuerit ab æterno. Probatur major: Implicit, quod ante ab æterno fuerit motus; sed si præteritio fuit ab æterno, ante ab æterno debuit esse motus, ante præteritionem enim est id, quod præteriit: ergo. Probatur deinde minor principalis: primò, quia motus non est nisi præteriens: ergo est præteritio, ex quo est motus. Secundò: Quia si præteritio non fuit ab æterno, incepit in tempore; sed est motus, ex quo est successio, & præteritio: ergo incepit motus.

376 Hoc argumentum aperat instatur; ipse enim cum communī supponit, motum posse in æternū durare; arguat sicc: Implicit, futuritionem motus durare in æternū; sed si motus in æternū durabit, durabit in æternū futuritio ejus: ergo. Probatur major per ipsam ejus rationem: Implicit aliquid esse post id, quod erit in aternū; sed motus est de necessitate post futuritionem: ergo si erit in aternū futuritio, erit aliquid post id, quod erit in aternū. Ostenditur deinde minor principalis

Oppositionem spaciū est finitū: ergo nequit Sol infinita duratione illud pertransire. Quod autem neque finitā, probatur: Duratio finita finitā addita non facit infinitam; sed illa duratio, qua Sol transit ab oppositione ad conjunctionem, reliqua durationi addita constituit infinitam: ergo nequit ea esse finita. Probatur minor: Tota duratio, qua Sol durasset, esset infinita; sed, qua durasset à termino primæ revolutionis, esset finita: ergo infinita constituitur additione præcedentis. Patet maj. quia ab æterno duratio præcessit infinita. Patet item minor, quia à designato termino duratio præcessit finita.


374 Respondetur, quod supponit argumentum id, quod probandum erat, quod nempe habuisset Sol primam oppositionem, vel conjunctionem. Itaque crearetur in casu determinatè in oppositione, vel conjunctione, & duratione finita transiret ad oppositam; quia tamen non esset dare, quando creatus esset, non habuisset oppositionem, vel conjunctionem primam, sed ad quamlibet oppositionem præcessisset conjunctio, & ē contra; quare infinita essent, & infinita tota duratio; ita tamen, quod cujuslibet revolutionis additio finitā fieret durationi, & finitam relinqueret, sed extra quamlibet infinita relinquerentur præce-

per ipsam item ejus rationem: Motus non est nisi præteriens, & transiens: ergo quandiu mors intelligitur durare, intelligitur durare tūm præteritio unius, tūm futuritio alterius partis.

Dicētē dicitor, sicut dictum est ad 9. quod præteritio determinatae partis nequit esse ab aeterno, quia haec partem ipsam supponit durationem præcedentem; cum hoc tamen stat, quod indefinitè ad quamlibet partem alia pars præcesserit, & ad quamlibet præteritionem præteritio sine termino; & quia non

erit pervenire ad primam præteritionem, sive ad partem, quæ primò præterit, tam motus, quam præteritio ejus ab aeterno esset, neque esset aliquid accipere ante omnes præteritiones, quia non esset accipere omnes præteritiones. Hec sunt, quæ contra possibilitatem aeternitatis mundi apud Authores invenimus, siquod autem aliud obiciatur, ex his poterit solvi, capita enim omnia attigimus, ex quibus argumenta sumuntur. Dicta ergo sufficient de prima parte Naturalis Philosophia.

## LAUS DEO.



# INDEX QUÆSTIONUM, ET ARTICVLORVM.

## QUÆSTIO PROOEMIALIS.

- A** Rt. unic. Quodnam sit subjectum Physica?  
 § 1. Relatis sententiis, dupli conclusione propo-  
 nitur sententia B. D. 4  
 § 2. Solvuntur argumenta. 13

## DISPVATATIO I. De principiis intrinsecis corpo- ris naturalis.

- Quæst. 1. De principiis in  
 communi.  
 Art. 1. Quid sit principium? 20  
 Att. 2. Quæ sint principia  
 corporis in fieri?  
 § 1. Referuntur sententiae. 30  
 § 2. Notanda pro conclu-  
 sione nostra. 37  
 § 3. Resolvitur articulus. 40  
 Art. 3. Quæ sint principia  
 corporis in factō esse? 45  
 Quæstio 2. De materia.  
 Art. 1. Quid sit in re phy-

- |  |     |
|--|-----|
| sica materia?  | 49  |
| § 1. Neophilosophantium<br>sententiae referuntur.                          | 51  |
| § 2. Nonnulla, quæ diffi-<br>cultatem faciunt in hac<br>philosophandi via. | 54  |
| § 3. Expenditur sententia<br>Philosophi de quiddita-<br>te materia.        | 63  |
| § 4. Solvuntur argumenta.  | 68  |
| Art. 2. An materia habeat<br>actum metaphysicum?                           | 81  |
| Art. 3. An materia habeat<br>actum entitativum?                            |     |
| § 1. Probatur conclusio<br>negativa?                                       | 87  |
| § 2. Solvuntur argumenta.  | 93  |
| Art. 4. An materia possit<br>divinitus existere sine for-<br>ma?           |     |
| § 1. Quibusdam præmissis,<br>probatur conclusio affir-<br>mativa.          | 103 |
| § 2. Solvuntur argumenta. 110  |     |
| Art. 5. An potentia mate-<br>ria sit essentia materiæ?                     |     |

§ 1. Referuntur sententia.	121	tentiz.	226
§ 2. Expenditur sententia B. Doctoris.	128	§ 2. Corpus, quod est altera pars viventis, non signifi- cat totam materiam.	230
Art. 6. An , & quomodo materia appetat formas?		§ 3. Corpus, quod est altera pars viventis, non consti- tuitur per formam speci- ficam.	249
§ 1. Quibusdam præmissis, probatur nostra senten- tia.	134	§ 4. Corpus, quod est altera pars viventis, non consti- tuitur per formam corpo- reitatis.	246
§ 2. Solvuntur argumenta.	139	§ 5. Corpus, quod est altera pars viventis, significat materiam cum modo se habendi praetito à qua- titate , & aliis accidenti- bus.	256
Quæstio 3. De forma.		Artic. 6. An plures formæ substantiales non subor- dinatae possint divinitus informare eamdem pat- tem materialiæ?	
Art. 1. Quid sit forma?		§ 1. Quibusdam præmissis, eligitur pars affirmativa	260
§ 1. Expenditur sententia Philosophi.	149	§ 2. Solvuntur argumenta.	264
§ 2. Solvuntur argumenta.	155	Quæstio 4. De Unione , & Toto.	
Art. 2. An dentur in mate- ria inchoationes forma- rum?		Art. 1. An Unio distingua- tur realiter ab extremis?	
§ 1. Expenditur sententia affirmativa D. Resoluti.	171	§ 1. Relatis sententiis, nos- tra probatur.	274
§ 2. Solvuntur argumenta.	176	§ 2. Solvuntur argumenta.	281
Art. 3. An formæ educa- tur , & quæ?		Art. 2. An tocum differat à partibus unitis?	
§ 1. Explicatur , quid est eductio.	184	§ 1. Relatis sententiis, nos- tra probatur.	290
§ 2. Proponitur, & proba- tur nostra sententia.	198	§ 2. Solvuntur argumen- ta.	294
§ 3. Solvuntur argumenta.	205		DIS.
Art. 4. An formæ materia- les in prima rerum pro- ductione eductæ fuerint de potentia materialiæ?			
§ 1. Relatis sententiis, pro- batur conclusio affirma- tiva.	208		
§ 2. Solvuntur argumenta.	216		
Art. 5. An detur forma cor- poreitatis?			
§ 1. Præmittitur , quid est corpus, & referuntur sen- tentia.			

**DISPVITATIO II.**  
**De Natura, & Causis.**

<b>Quæstio 1. de Natura, Arte, &amp; Violento.</b>	
Art. 1. An Philosophus res- tè definiat naturam?	
§ 1. Expenditur definitio naturæ. 300	
§ 2. Solvuntur argumenta. 303	
Art. 2. Quibus conveniat ratio naturæ? 307	
§ 1. Expenditur prior dubi- tatio. 308	
§ 2. Resolvitur secunda du- bitatio. 311	
§ 3. Duplex altera dubita- tio resolvitur. 316	
Art. 3. Quid sit ars, & quo- modò differat à natura? 318	
Art. 4. Quid sit violentum?	
§ 1. Expenditur definitio violentii. 323	
§ 2. Datur potentia neutra, sive ad motum, qui neque naturalis sit, neque vio- lentus. 329	
§ 3. Deus in miraculis non infert naturæ violentiam. 331	
<b>Quæstio 2. De Causis in communi.</b>	
Art. 1. Quid sit, & quo- plex causa?	
§ 1. Expenditur prior pars. 337	
§ 2. Explicatur altera pars articuli. 341	
Art. 2. Quæ sint prærequisi- ta ad causandum? 344	

Art. 3. An, & quomodò re- quiratur in causis existen- tia ad causandum? 346	
Art. 4. An Deus concurrat immediatè cum omnibus causis?	
§ 1. Expenditur difficultas, de qua in titulo. 355	
§ 2. An Deus concurrat cum causis materiali, & forma- li? 363	
§ 3. An Deus éadem, vel diversa actione concur- rat? 369	
§ 4. An Deus concurrat ad actum peccati? 375	
Art. 5. An concursus Dei sit physicè prævius ad actio- nem cause creatae?	
§ 1 Referuntur sententiaz. 383	
§ 2. Proponitur nostra sen- tentia, & probatur ex B. Doctore. 387	
§ 3. Probatur conclusio B. Doctoris ex communæ do- ctrina utriusque senten- tiaz. 391	
§ 4. Expenduntur funda- menta qualitatis præde- terminantis. 393	
§ 5. Solvuntur fundamenta motionis moralis. 405	
§ 6. Cætera argumenta sol- vuntur. 409	
Artic. 6. Quomodò Deus concurrat cum libero ar- bitrio?	
§ 1. Quibusdam præmissis, referuntur sententiaz. 416	
§ 2. Proponitur, & proba- tur	

tur nostra sententia:	429	§ 2. Solvuntur argumenta.	72
§ 3. Solvuntur argumenta.	432	Art. 3. An ultima dispositio ad formam sic effectus for- ma, ad quam disponit?	
SECUNDA PARS.		§ 1. Quibusdam præmissis, referuntur sententiae.	55
Quæstio 3. De Causis ad se invi- cem comparatis.		§ 2. Proponitur, & probatur nostra sententia.	58
Art. unicus: An causæ sint invicem causæ?	3	§ 3. Solvuntur argumenta.	65
Quæstio 4. De Causis compara- tive ad effectus.		Art. 4. An possit Deus per se ipsum exercere munus cau- sa formalis informativa?	
Art. 1. An causa connecta- tur metaphysicè cum pos- sibilitate effectus?		§ 1. Quibusdam præmissis, probatur conclusio affir- mativa.	75
§ 1. Quibusdam præmissis, referuntur sententiae.	8	§ 2. Solvuntur argumenta	82
§ 2. Proponitur, & proba- tur nostra conclusio.	12	Quæstio 6. De Causa effi- ciente.	
§ 3. Solvuntur argumenta.	16	Art. 1. Quid sit, & quotu- plex causa efficiens, & quæ ejus causalitas?	87
Artic. 2. An idem effectus possit simul produci à du- plici causa, totali ejusdem ordinis?		Art. 2. An substantia creata sit immediate productiva alterius substantiae?	
§ 1. Quibusdam præmissis, referuntur sententiae.	24	§ 1. Quibusdam præmissis, referuntur sententiae.	89
§ 2. Nostra sententia dupli- ci conclusione proponitur.	26	§ 2. Proponitur, & probatur nostra conclusio.	91
§ 3. Solvuntur argumenta.	29	§ 3. Solvuntur argumenta.	97
Quæstio 5. De Causis intrin- secis.		Art. 3. Quid sit instrumen- tum, & qualiter eleverit?	102
Art. 1. An causa materialis sit vera causa, quæ ejus causalitas, & effectus?	39	Art. 4. An aliquid possit age- re in se ipsum?	
Art. 2. An effectus formalis formæ differat ab ipsa for- ma subjecto communica- ta?		§ 1. Relatis sententiis, nos- tra probatur.	108
§ 1. Quibusdam præmissis, probatur nostra sententia,	46	§ 2. Solvuntur argumenta.	111
		Art. 5. An agens possit age- re in distans, quin attingat medium?	

¶ 1. Probatur communis sententia.	115	§ 1. Explicatur definitio Imōtūs.	bid.
¶ 2. Solvuntur argumenta.	117	§ 2. An hæc definitio conveniat mutationi instantaneæ?	160
Quæstio 7. De Causa finali.		§ 3. An univocè conveniat motui, & mutationi?	162
Art. 1. Quid sit, & quotuplex finis?	122	§ 4. An succelsio, & continuitas sit de ratione motūs?	166
Art. 2. Quænam sit causalitas finalis causæ?	125	Art. 2. Quotuplex sit motus?	
Art. 3. Quænam sit ratio formalis finalizandi?		§ 1. Explicantur divisiones motūs.	168
¶ 1. Relatis sententiis, nostra probatur.	129	§ 2. De motu gravium, & levium.	172
¶ 2. Solvuntur argumenta.	132	§ 3. Solvuntur argumenta.	181
Art. 4. Quænam moveantur à fine?	136	§ 4. De motu projectorum.	187
Art. 5. Quid sit idēa, & ad quod genus causæ reducatur?		§ 5. De motu refluentia.	192
¶ 1. Relatis sententiis, nostra probatur.	139	Art. 3. Vnde sumatur unitas motūs?	196
¶ 2. Solvuntur argumenta.	142	Art. 4. Quomodo distinguitur motus à mobili, & termino?	200
Quæstio 8. De Causis per accidens.		Art. 5. Ad quæ prædicamenta detur per se motus?	206
Art. 1. Quid sint casus, & fortuna, ubi etiam de fato?	145	Quæstio 2. De actione, & passione.	
Art. 2. Quid sit monstrum, & qualiter eveniat?	149	Art. 1. Quid sint actio, & passio, qualiter inter se differant, & à motu, & termino?	
DISPUTATIO III.		§ 1. Proponitur nostra sententia.	214
De Motu, & his, quæ Motum consequuntur.		§ 2. Solvuntur argumenta.	217
Quæstio 1. De Motu.		Artic. 2. An actio transiens subiectetur in agente, vel in passo?	
Art. 1. Quid sit, & quotuplex motus?	154	Bbb	§ I.
Tom. III.			

§ 1. Referuntur sententiae.	222	Act. 1. Quid sit locus?	288
§ 2. Probatur nostra senten- tia.	227	Act. 2. Quibus, & quomodo conveniat esse in loco?	
§ 3. Solvuntur argumenta.	232	§ 1. Quidam premitur.	294
<b>Quæstio 3. De Continuo, &amp; infinite.</b>		§ 2. Quænam sit ratio for- malis esse in loco?	297
Art. 1. An continuum ex so- lis indivisibilibus compo- natur?		§ 3. An, & quomodo sit in loco ultima sphæra?	299
§ 1. Quibusdam premissis, referuntur sententiae.	240	Art. 3. An sit possibilis crea- tura nullibi existens?	302
§ 2. An, & quomodo den- tar indivisibilia in conti- nuo?	242	Artic. 4. An duplex corpus possit in eodem loco esse?	306
§ 3. An, & quomodo den- tar in continuo partes?	245	Art. 5. An idem corpus pos- sit esse in duplice loco?	
§ 4. Resolvitur articulus.	248	§ 1. Quibusdam premissis, probatur nostra conclu- sio.	310
§ 5. Solvuntur argumenta.	253	§ 2. Solvuntur argumenta.	316
Art. 2. Quid sit, & quo- plex infinitum?		Art. 6. An sit possibile va- cum, & qualiter fieret motus in eo?	
§ 1. Expenditur quidditas infiniti.	256	§ 1. Expenditur prior du- bitatio.	321
§ 2. Conditiones, quaæ infi- nitum consequuntur.	260	§ 2. Expenditur altera du- bitatio.	326
Art. 3. An possibilis sit crea- tura omnium perfectissi- ma?		Art. 7. An Deus sit actu in spatiis imaginariis?	
§ 1. Relatis sententiis, nos- tra probatur.	266	§ 1. Quid sit spatium imagi- narium?	333
§ 2. Solvuntur argumenta.	269	§ 2. Resolvitur articulus.	336
Art. 4. An sit possibile infi- nitum in actu?		<b>Quæstio 5. De Tempore, &amp; Duratione.</b>	
§ 1. Relatis sententiis, nos- tra probatur.	276	Art. 1. Quid sit, & qualiter existat tempus?	
§ 2. Solvuntur argumenta.	282	Art. 2. An duratio distin- guatur realiter a re du- rante?	340
<b>Quæstio 4. De Loco, &amp; Va- cuo.</b>			346
			Art. 3.

Art. 3. Q[uo]d modò incipient;		§ 1. Relatis sententiis, que-
& desinant res?	350	dām p̄mittuntur 354
Art. 4. Aī mundus potue-		§ 2. Probatur N. conclusio. 357
rit ab ēterno esse?		§ 3. Solvuntur argumenta. 362

---

### ERRATA SIC CORRIGE.

Fol. 11. col. 1. lin. 28. consideratur , leg. *consideratur.*  
 Fol. 18. col. 1. lin. 28. consideratione , leg. *considera-*  
*tione.*

Fol. 22. col. 1. lin. 18. transitus , leg. *transitus.*

Col. 2. lin. 5. transiens , leg. *transiens.*

Fol. 30. col. 1. lin. 9. referuntur, leg. *referuntur.*

Fol. 35. col. 2. lin. 5. trensmutatio , leg. *transmutatio.*

Hic Liber inscriptus: *Cursus Philosophicus &c.* demptis  
 his mendis, suo correspondet exemplari. Datum Matriti &c.

D. Emmanuel Garcia Aleson,  
 Correct. Gener.


---


E stà tassado por el Real Consejo de Castilla cada pliego  
 de este Libro à seis mrs. el qual contiene ciento y tres  
 pliegos , como mas largamente consta de su original.


---


# FINIS.
















HIDALGO  
CURS.  
PHILOSOPH

T I I

12587